I — £99 oN

sipejusuiBpunj

æaijeuiSoa æ!^o[oaqi sisdouXs — 'I 1

vxvaowKOODv snaiaow sinthhicioh

SIXVNIilOV ITW0H1 ‘S whxnhw qy

ΒΏϊίγκοοα ^ιόοιοήηι

SISdONAS

Jus proprietatis auctor sibi vindicat

VIRGINI DEIPARzE

ET 1MMACULATÆ

QUÆ PER FILIUM

CUNCTAS HÆRESES

SOLA INTEREMIT

HOC OPUS DEDICABAM

SYNOPSIS THEOLOGIÆ DOGMATICÆ FUNDAMENTALIS

DE RELIGIONE REVELATA IN GENERE
DE CHRISTO DEI LEGATO
DE VERA CHRISTI ECCLESIA
DE CONSTITUTIONE ECCLESIÆ CATHOLICÆ
DE FONTIBUS REVELATIONIS.

Auctore Ad. Tanquerey

EDITIO VICESIMA QUARTA
QUAM PENITUS RECOGNOVIT ET DE NOVO REDEGIT

J. B. Bord
Dogmaticæ theologiæ Professor.

Published and Distributed in the Public Interest
with the consent of the Alien Property Custodian
under License No. A-36.

NEW YORK. BOSTON, CINCINNATI. CHICAGO.
SAN FRANCISCO

BENZIGER BROTHERS, INC.

PRINTERS TO THE HOLY APOSTOLIC SEE

Editio vigesima quarta Synopsis Theologiæ dogmaticae, t. I, nempe Theologiæ fundamentalis, auctore Ad. Tanquerev, a J. B. BORD penitus recognitae.

Nil obstat

Vivarii, die 15 Januarii 1937.

E. Ménard,

can. censor deputatus.

Imprimatur.

Vivarii, die 22' Januarii 1937.

✠ Petrus Maria,

Episcopus Vivariensis.

Copyright 1937 by Desclée & Co., Tournai.
Copyright vested in the Alien Property Custodian, 1943, pursuant to Law.

PRÆFATIO

Seminarii Baltimorensis Alumnis.

1ANC *Synopsim theologice dogmaticce fundamentalis* vobis scribens, dilectissimi in Christo discipuli, prae oculis habui haec Magistri verba : " Ideo omnis Scriba doctus in regno caelorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo *nova et vetera* " x. Doctrina nempe Christiana, a Deo ipso revelata et ab Ecclesia catholica fideliter custodita, substantialiter mutari nequit, sed, sicut ipsa veritas, eadem semper manet; ideoque Christianus apologeta ex operibus antiquorum Patrum et theologorum, contra modernos etiam Incredulos, arma depromere debet.

Attamen veritas, licet in se immota, novis argumentis proponi et illustrari potest; cum enim sit universalis simul et aeterna, omnium aetatum mentibus accommodari valet, et cum novis adversariorum impugnationibus quotidie sit obnoxia, novis pariter fulciri debet probationibus, quibus difficultates recenter propositae efficacius elidi queant. Mihi igitur in animo fuit *recentiores Rationalistarum Protestantiumque errores ex ipsorum libris detegere, exponere et con-*

Et sane, cum eorum opera legebam, cito intellexi multa ex eorum argumentis, sæpe jam confutata, sub nova forma recocta fuisse, paucis tantum additis; sæpe igitur probationibus ab antiquis Patribus et theologis usus sum, ea tantum addens, ex recentiorum Apologetarum operibus, quae ad nova adversariorum sophismata explodenda necessaria videbantur. Nonnulla pariter ex industria omisi, quæ, saeculis elapsis utilia, nostra aetate, propter mutatas circumstantias, otiosa jam evaserunt, ut sic quaestiones quæ hodie agitantur fusiori calamo exponere possem : *nova* igitur et *vetera* in hac Synopsi invenietis.

' *Mail.,* XIII, 52.

Brevitati tamen simul ac *perspicuitati* consulo, lectores sæpe remittens ad libros antiquos recentesve, ubi multa invenient utilia sive ad adversarios confutandos, sive ad fideles erudiendos : ipsorum igitur erit, pro data sibi opportunitate, res majoris momenti profundius investigare et penitius expendere : experientia enim constat eos tantum vere proficere qui, duce magistro, proprio et indefesso labore, studio incumbunt

Ad mentem S. Thomce Aquinatis scribo : Angelicus enim Doctor, tum in *Summa contra Gentiles*^ tum in opusculo *Contra errores Græcorum,* viam aperuit in qua, pro tenuitate mea, incedere statui; operibus tamen hodiernis utor quae ipse, si adhuc superstes, adhibuisset Inter recentes auctores qui maximo auxilio mihi fuerunt, speciatim *Lud. Brugère* commemorare debeo quem ut magistrum habui et ducem libenter agnosco.

Neque hic praetermittere possum nomina eorum qui consiliis et notis sæpe me adjuvarunt, ut P. Dissez, J. Bruneau et H. Ayrinhac : quibus omnibus gratum offero animum.

Si quid autem erronei vel minus recti in hasce paginas præter intentionem, irrepserit, illud pro non scripto habebunt benigni lectores. Valete.

Baltimoræ, die festo Annuntiationis, 18

•J;

PRÆFATIO

IN VIGESIMAM QUARTAM EDITIONEM

Cum veritas catholica, quamvis invicta stabilitate gaudens, novis in dies impugnetur argumentis, et clarior insuper eluceat ex recentioribus disquisitionibus, praesertim criticis historicisque, officium christiano apologetae incumbit his omnibus adjumentis sapienter utendi ad catholicam fidem lucidius exponendam tuendamque.

Præsentem igitur hujus voluminis editionem diligenter tractavimus, in pluribus locis breviati, in quibusdam vero aliis ampliati.

Sapientissimi Auctoris divisio servata fuit. Itaque tres tractatus in *Apologetica* distinguimus : i. *De Religione revelata in genere,* 2. *De Christo Dei legato,* 3. *De vera Christi Ecclesia.* Ouibus succedunt duo tractatus : 1. *De Constitutione Ecclesitc catholiae,* 2. *De Fontibus revelationis.* Hi vero tractatus non sunt apologetici, sed vere theologici, et viam parant expositioni singulorum dogmatum, quæ fit in *Theologia dogmatica speciali.*

Additamenta hujus editionis considerare velis, praesertim in tractatu *De Constitutione Ecclesiæ catholica,* ubi fusius agitur de Ecclesiae *supernaturalibus prcerogativis,* inter quas ejus infallibilitas recensetur. Ibidem doctrinam de Ecclesia, mystico *Christi corpore,* retulimus; denique novum caput de *missionibus* breviter instituimus.

Praeterea, initio cujusque capitis et praecipuorum articulorum, generalem conspectum delineavimus, ut alumni promptius et securius materiam et logicum rerum ordinem perspiciant. Insuper bibliographiam quoad recentiora opera et analyticum rerum ordinem sedulo evolvimus.

Pontificiis praesertim Encyclicis aliisque Sanctae Sedis Constitutionibus aut decretis innitimur, firmiter Ecclesiae adhaerentes, quæ in omnibus est tuta veritatis columna.

Gratias libenter agimus iis omnibus, qui ad hoc opus nobis benignum auxilium cont’’^»"urk.

Ultimo Deum, per Virginem ejus Matrem, cui nos et nostra omnia committimus, suppliciter deprecamur, ut et ei qui scripsit et iis qui libro utentur, copiosa misericordiæ suæ beneficia largiatur, praesertim sapientiam, fidem et caritatem.

Die Purificationis B. M. Virginis, 2a (ebiuaiii 1937·

J. B. Bord.

Approbatio Emi Francisci Cardinalis Richard,

ARCHIEPISCOt»! PARISIENSIS.

Quantum prosit ad rectam clericorum in scientiis theologicis institutionem doctrina e purissimis fontibus hausta, clara et scientifica methodo exposita, et simul nostri temporis necessitatibus moribusque accommodata neminem latere potest. His porro dotibus pollet, prout Nobis relatum ac probe compertum est, opus cui titulus *Synopsis Theologice Dogmaticæ et Moralis,* in quinque volumina distributum, quibus mox sextum et ultimum addetur, quod conscripsit *D. Tanquerey,* e presbyteris Sodalitatis Sancti Sulpitii, theologiae professor in Nostro Seminario. In hoc enim opere diligentius excussa sunt Sacrae Scripturae loca, juxta votum *Leonis XIII,* qui valde exoptat ut " divinae Scripturae usus in universam theologiae influat disciplinam ejusque prope sit anima"1; nec Patrum aut Conciliorum, quippe quae et ipsa veritates revelatas contineant, testimonia neglecta sunt. Et quia, juxta praeceptum Apostoli, Christi minister oportet *potens sit exhortari in doctrina sana et eos qui contradicunt, arguere,* contradictores inducit auctor, contradictores, dico, nostri praesertim temporis, quos praecipue interest hodie confutari, eorumque argumenta, ex ipsis eorum libris plerumque deprompta, quam trita sint, licet novis forsan conceptibus et verbis involuta, patefacit, quam debilia sint, demonstrat.

Ad rem vero moralem quod attinet, praecipuam auctor dat operam, ut, juxta ipsius Domini verba, *proferat de thesauro suo nova et vetera : vetera,* nimirum ipsa principia, quae ab aeterno sunt, et quae, dum cetera fluxa moventur, immota manent; *nova,* nimirum novas explanationes novasque conclusiones, quibus novas actuum, contractuum, jurium officiorumve formas, quae in dies hodiernis temporibus multiplicantur, explicat, judicat, indeque orta quaesita solvit. Sic de jure proprietatis, contra hodiernos ejus

1 Encycl. *Pravidentissimus,* De Scriptura sacra, 19 nov. 1893, § *Illud autem maximi.*

osores, de conditione opificum modisque eam in melius adducendi, de novissimis circa operariorum laborem contractibus, multa diserte et opportune disserit auctor.

Unde non tantum Nobis gratum est, quod hoc opus, jam in multis Ecclesiæ catholicae partibus divulgatum, etiam in Nostro Seminario alumni præ manibus ad usum scholarum habent, sed etiam illud toti nostræ diœcesis clero enixe commendamus.

Datum Parisiis, die 18 Februarii 1905.

4« Franciscus Card. RICHARD,
Archiep. Parisiensis.

PRÆCIPUA SIGLA QUIBUS UTIMUR.

D. A. = *Dictionnaire d?Apologétique* du P. D'ALÈS.
D. B. = DenzINGER-Bannwart, *Enchiridion symbolorum.*
= *Documentation catholique.*
D. T. C. = *Diet, de Théologie catholique* (Vacant, Mangenot, Amann).
= KlRCH, *Enchiridionfontium histories ecclesiastica...*
= *Nouvelle Revue tbiologique.*
R. = ROUET De JoüRN'EL, *Enchiridion patrislicum.*
= *Revue Apologétique.*
R. B. = *Revue biblique internationale.* 1891 sq.
R. C. F = *Revue du clergéfrançais,* 1S95 sq.
R. P. A. = *Revue pratique d'Apologétique,* 1905 sq.
R. S. R. = *Recherches de Science religieuse,* 1911 sq.

INDEX RERUM

Prologus

De Theologia in genere

i. De theologiænotione.....i
ii. De theologia ut **scientia**.....3
h i. De theologiæ**excellentia**.....6
iv. De theologiæ**necessitate**.....8
v. De theologiæ**divisione**.....12
vi. De dispositionibus ad theologiam . ' . . **.21**

THEOLOGIA FUNDAMENTALIS

I APOLOGETICA SEU PRIOR PARS THEOLOGIÆ FUNDAMENTALIS

Ecclesiastica documenta 26

TRACT. I. DE RELIGIONE REVELATA IN GENERE.

Prooemium . 39

SECT. I. Prolegomena de Apologetica

CAP. I. Prænotiones de Apologetica . **.42**

CAP. II. Historicus Apologeticæ conspectus. . 49

I. Ætas patristica (a 1° ad XIum sæc.) . . . **.49**
ii. Medium Ævum (a XII0 ad XVum sæc.) . . **-55**
ni. Moderna tempora (a XVI° ad XXum sæc.) . . 57

SECT. II. De Religione in genere

CAP. I. De natura Religionis — — — — 66
i. Notio Religionis..... 66
ii. Divisio Religionis.....

Cap. II. De Necessitate Religionis . 74
Art. I. De Necessitate Religionis in genere. 74
i. De Necessitate Religionis pro individuo . 75
11. De Necessitate Religionis pro societate civili
Art. II. De Necessitate quorumdam actuum religiosorum
i. De Cultus externi Necessitate — — — — . I 16
ii. De Orationis Necessitate..... . 118

SECT. III. De Revelatione in genere

CAP. I. De Natura Revelationis 123
1. De Notione Revelationis. 123
ii. De Revelationis Speciebus 126
in. De Origine et Supematuralitate Revelationis .

CAP. II. De Possibilitate et Convenientia Revelationis 129
i. De Immediata Revelatione . 129
ii. De Mediata Revelatione..... I3l
ni. De Mysteriorum Revelatione..... 134

CAP. III. De Necessitate Revelationis .
Art. I. De Necessitate divines Revelationis quoad religionis naturalis veritates — — — — — — 142
Art. II. De Necessitate divina Revelationis quoad supernaturales veritates — — — — —

CAP. IV. De Obligatione Revelationis tenendæ
Scholian. De Indifferentismo..... 160

CAP. V. De Notis seu Criteriis Revelationis 162
Art. I. De Criteriis in genere..... 163
i. Natura, Divisio, Necessitas et Modus ea cognoscendi
ii. De Valore Apologetico Criteriorum 166
Art. II. De Usu Criteriorum seu Methodo apologetica . 169
Scholion. De methodo Immanentiæ i73

CAP. VI. De Miraculo præcipuo Revelationis Criterio . . 180

Art. I. De Miraculo in genere..... 180
i. De Natura et Speciebus Miraculi 181
π. De Possibilitate et Convenientia Miraculi . . 186
ni. De Cognoscibilitate Miraculi..... 191
iv. De Valore Apologetico Miraculi — — — — 198
Art. IL De quibusdam Miraculis in specie. . . .202
i. De Prophetia..... 202
ii. De Miraculis Ordinis Moralis — — — — — 206

CAP. VII. De Certitudine quoad Revelationis Factum..... 208

i. De Certitudine in genere..... 208
ii. De Certitudine Apologetica..... 209

TRACT. IL DE CHRISTO DEI LEGATO SEU DE RELIGIONE CHRISTIANA REVELATA.

Prooemium 216

CAP. I. Prolegomena..... 218

CAP. II. Legatio divina Christi demonstratur e mirabili Christianæ Doctrinæ Excellentia 224

Praenotanda. 224
Art. I. De Doctrina a Christo prædicata. . . .226
Art. IL De mirabili Excellentia Doctrinæ Christiano-catholicæ 230
i. FiTctum Excellentiae Doctrinæ Christiano-catholicæ exponitur . — — — 230
ii. Supernaturalitas Doctrinæ Christiano-Catholicæ . 238
ni. Conclusiones apologeticæ..... 248

CAP. III. Legatio divina Christi probatur ex Prophetico Ministerio in V. Testamento . 249

Praenotanda..... . . .250

INDEX RERUM

Art. I. De Pradicatione Prophetarum divinam Christi legationem miraculose préparante

Historicum Factum hujus Prædicationis .

II. Supematuralitas Prædicationis propheticæ 255

ni. Valor Apologeticus ejusdem . 259

Art. II. De Vaticiniis messianicis legationem divinam Christi annuntiantibus, seu de Christo, legato Dei, prophetato 260

De eorum Historicitate..... 262

II. De eorum Supematuralitate 268

ni. De eorum Valore Apologetico..... 270

CAP. IV. Legatio divina Christi deducitur ex ipsius Persona et Testimonio .

Art. I. De Persona Christi 272

Expositio Sapientiae et Sanctitatis Christi . 273

ii. Hujus Facti Supematuralitas et Valor Apologeticus . 277

Art. II. De Testimonio Christi. 278

i. Expositio Testimonii Christi 280

11. Veracitas Testimonii Christi . . . . .

CAP. V. Legatio divina Christi ex ejus Miraculis et Vaticiniis effulget...289.....

Art. I. De Miraculis Christi 289

Art. II. De Vaticiniis Christi 3°3

i. Historicitas Prophetiarum Christi 3θ5

ii. Supematuralitas Prophetiarum Christi 3°9

111. Valor Apologeticus Prophetiarum Christi.

CAP. VI. Legatio divina Christi ex ejus Resurrectione splendet.....

i. Historicitas Resurrectionis Christi . . . .

ii. \ralor Apologeticus Resurrectionis Christi. 331

CAP. VII. Legatio divina Christi constat ex miraculosa Propagatione primaevi Christianismi..... 334

i. Factum historicum christianæ Diffusionis . 336

ii. Supematuralitas christianæ Diffusionis 34

Scholion. De causis naturalibus in Christianismi diffusione. 354

CAP. VIII. Legatio divina Christi ex heroica Martyrum Constantia probatur. . 357

i. Divinum Martyrii Testimonium pro Christo Dei legato. 359
ii. De Testimonio humano Martyrum in favorem Christi. 368
Scholion. De Martyribus falsarum religionum. . . 369

CAP. IX. Legatio divina Christi confirmatur Transcendentia Christianismi aliis religionibus comparati.....372

Art. I. De Budhismo 373
Art. II. De Islaniismo . . . . . -379
Epilogus. Credibilitas et Credentitas Christianismi. . 386

TRACT. III. DE VERA CHRISTI ECCLESIA, SEU DE RELIGIONE CATHOLICA REVELATA.

Ecclesiastica Documenta de Ecclesia . • 388
Prooemium — — — — — — • 395

SECT. I..De Notione et Existentia Ecclesiae Christi

CAP. I. Prolegomena de Coetibus Christianis Acatholicis...398.....

i. Hæreticæ sectæ minores..... 398
π. De ecclesiis Orientis separati 399
in. De ecclesiis Protestantismi..... 401
iv. De Modemismo 408
Scholion. Tabella de religionibus in mundo . 409

CAP. II. De Christi Ecclesiae Notione .

CAP. III. De Convenientia alicujus Auctoritatis seu Societatis Christianæ externae 415

CAP. IV. De Institutione Ecclesiae Christi ut Societatis proprie dictæ et visibilis . 418

Art. *I. De Institutione Ecclesia Christi ut Societatis proprie dicta* . . . * .

Art. ***II.*** *De Institutione Ecclesia Christi ut Societatis visibilis* . 427

SECT. II. De Natura Ecclesiæ Christi.

CAP. I. De Ecclesia Christi Societate hierarchica. 431
Art. I. De Institutione Hierarchia in Apostolis . . 431
Art. II. De Hierarchia ad Episcopos Apostolorum successores transmissa 439
I. De Apostolorum perpetuis successoribus . . . 440
II. De Episcopis, successoribus Apostolorum . . - 441

CAP. II. De Ecclesia Christi Societate monarchica. 452
Art. I. De Primatu B. Petri 453
Art. II. De primatu R. Pontificis 468
1. De Perpetuitate primatus B. Petri in ejus successoribus. 468
ii. De Primatu Romanorum Pontificum . . -471
1. De B. Petro Episcopo Romano 471
2. De R. Pontificibus in B. Petri Primatu successoribus. 478
Scholion. De speciali monarchiæ ecclesiasticæ forma . 494

CAP. III. De Ecclesia Christi Societate infallibili. 496
Art. I. De Convenientia magisterii infallibilis vivi in Religione Christiana revelata. 497
Art. II. De Existentia historica Infallibilitatis in Ecclesia . 504
Conclusio apologetica 511

SECT. III. De Apologeticis Ecclesiae Romano-Catholicæ Notis

Prolegomena. De Ecclesiæ Notis in genere . . . 515

CAP. I. De Unitate catholica et invicta Stabilitate Ecclesiæ **Romanæ**..... 518
Art. I. De Existentia Unitatis, Catholicitatis et Stabilitatis in Romana Ecclesia. 520
Art. II. De harum Romance Ecclesiæ Notarum apologetico Valore 530

CAP. II. De eximia Sanctitate et inexhausta Fecunditate Ecclesiæ Catholicae. 534
1. Existentia harum Notarum in Catholica Ecclesia sola. 537
Scholion. De Catholicæ Ecclesiæ influxu quoad temporalia bona 542

11. Apologeticus Valor harum notarum — — — —
Scholion. De apologetico argumento ex hodiernis miraculis.

Epilogue.

De Necessitate Catholicæ Ecclesiæ, seu de necessaria ad eam Aggregatione..... 550

II. THEOLOGIA PRÆVIA STRICTE DICTA SEU POSTERIOR PARS THEOLOGIÆ FUNDAMENTALIS.

Prooemium . • 558

TRACT. IV. DE CONSTITUTIONE ECCLESIÆ CATHOLICÆ.

Ecclesiastica documenta • 559
Prooemium .

SECT. I. De Christi Ecclesia donis supernaturalibus praedita

Ia Pars. De Supernaturalitate Ecclesiæ . • 563

CAP. I. Prolegomena — — — —

CAP. II. De Ecclesiæ Supernaturalitate in genere 567

CAP. III. De Ecclesia mystico Christi Corpore 571

CAP. IV. De Perfectione sociali Ecclesiæ 579

IIa Pars. De Supernaturali Ecclesiæ infallibilitate.

CAP. I. De Natura Infallibilitatis Ecclesiæ . . 582

CAP. II. De Subjecto Infallibilitatis in Ecclesia . 585

Art. /. De R. Pontificis Infallibilitate . . . -586
i. Prænotanda.....586
11. De Existentia Infallibilitatis in R. Pontifice ex cathedra definiente 589

Art. IL De Episcoporum Infallibilitate — — — — 604
i. De Infallibilitate in Episcoporum Collegio . . . 6o4
π. De Infallibilitate Episcoporum in Conciliis œcumenicis *f>°S*
CAP. III. De Objecto Infallibilitatis in Ecclesia . 616
i. De Primario Infallibilitatis objecto 6i7
11. De Secundario Infallibilitatis objecto . . . .61^

SECT. II. De Elementis Ecclesiae essentialibus

CAP. I. De Potestate ecclesiastica in genere . 627
CAP. II. De Magisterii ecclesiastici Potestate . 63°
1. Prænotiones de Magisterii Potestate — — — — 63°
π. De R. Pontificis Magisterio 632
in. De Episcoporum Magisterio — — — — — 635
iv. Assensus Ecclesiæ Magisterio debitus . . .637
CAP. III. De Potestate Jurisdictionis . . . 641
Art. I. De Ecclesia Jurisdictione in genere . . . 641
Art. II. De Jurisdictione R. Pontificis . . . .64^
Scholia. 1. De Curia Romana — — — — — *6$4*
2. De civili Principatu R. Pontificis . . .657
Art. III. De Episcoporum Jurisdictione . . . .65^
Scholion. De origine Jurisdictionis Episcoporum singulorum . . . . . # . 662
CAP. IV. De Membris Ecclesiæ — — — — 665
Art. I. De Conditionibus essentialiter requisitis in Ecclesia membro — — — — — — — *6^3*
Scholia, i. De hominibus ad Ecclesiæ animam pertinentibus 673
2. De passivo Ecclesiæ subjecto . . .674
Art. II. De Juribus et Officiis Membrorum Ecclesia . .675
Scholion. De Christianis separatis ad catholicam Ecclesiam reducendis . . . . . .67^
CAP. V. De Missionibus.....68°

SECT. III. De Relationibus inter Ecclesiam et Statum

CAP. I. De Unione inter Ecclesiam et Statum . 687
i. Unio Ecclesiæ et Status — — — — — — 69°
Scholion. De Tolerantia — — — — — — 695
π. Corollaria practica de unione Ecclesiæ et Status . ; 697

CAP. II. De Libéralisme et Libertatibus modernis 701
1. De Liberalism©.....
ii. De Libertatibus modernis.....

TRACT. V. DE FONTIBUS REVELATIONIS.

Ecclesiastica documenta de Fontibus Revelationis. . 710
Prooemium.....714

SECT. I. De Traditione

CAP. I. De Natura et Existentia Traditionis. . 717
Art. I. De Natura Traditionis. 717
i. De Notione **Traditionis**.....717
ii. De Speciebus **Traditionis**.....720
Art. II. De Existentia Traditionis 721

CAP. II. De Organis Traditionis _ _ _ _ 727
i. De Traditione per sollemne Magisterium . . . 728
ii. De Traditione per Magisterium ordinarium. . . 736

CAP. III. De Testibus Traditionis 739
i. De Patrum **Consensu**..... 739
ii. De Theologorum Consensu _ _ _ _ _ 748
ni. De Fidelium **Consensu**..... 752

SECT. II. De Scriptura Sacra

CAP. I. De Scripturae S. Notione et Existentia . *756*
CAP. II. De Inspirationis Natura et Extensione . 759
Art. I. De Natura Inspirationis 759
i. Quid non sit **Inspiratio**.....760
ii. Quid sit **Inspiratio**.....763
Art. II. De extensione Inspirationis 768
i. Quoad libros inspiratos _ _ _ _ _ _ 768
ii. Quoad res in libris sacris contenths _ _ _ _ 769
CAP. III. De Inerrantia et Interpretatione Scripturæ S.....775
Art. I. De Inerrantia Scriptura Sacra 776
Art. II. De Interpretatione Scriptura Sacra . . -779
i. Notiones præviæ _ _ _ _ _ _ _ 779
π. De Legibus **Interpretationis**.....782
Epilogus. Traditio et Scriptura S. inter se comparantur . 790

-•JV

PRÆCIPuI AUCTORES CITATI'

Abauzit, *Ifexpérience religieuse,* Paris, 1908.

Acta Ap. Sedis, seu *ephemerides Itonia edita, in quibus promulgantur S. Pontifias Aeta, necnon Romanorum Congregationum decreta.*

Adam K., *Le vrai visage du Catholicisme,* gallice redditum ab E. Rirard, Paris, 1931 ; *Christ notre Frère,* Paris, *typ-, Jésus le Christ,* Paris, 1934.

Aigrain R., *Ecclesia,* Paris, 1922.

Aiken F., *The Dhamna of Gotama, the Budha and the Gospel ofJesus the Christ,* Boston, 1900.

Albanese F., *La verità nella S. Scriptura,* 1925.

Alès (d') Adhémar, *La théologie de Tertullien,* Paris, 1905; art *Libère, Papauté, Pierre (S.) à Rome, Prière, Réforme, le Règne de Jésus-Christ, Syncrétisme, Tradition chrétienne dans ΓHistoire,* etc., in *D. A.* ; art. *Nicée, Constantinople, Les premiers symboles defoi,* in *R. S. R.,* février 1936.

Allard P., *Le Christianisme et ΓEmpire romain,* Paris, 1898; *Histoire des persécutions,* 5 vol., Paris, 1885-1890; *Les persécutions et la critique moderne,* Paris, 1903; *La persécution de Dioclétien et le triomphe de l'Eglise,* Paris, 1907; *Dix leçons sur le martyre,* Paris, 1912; *Les Esclaves chrétiens,* Paris, 1900; art., *Esclaves, Martyre, Martyrs,* in *D. A.*

Allo B., *Le scandale de Jésus,* Paris, 1928; Z" *Epitre aux Corinthiens,* Paris, 1935.

Ami du Clergé, *Revue de toutes les questions ecclésiastiques,* Langres.

Andrieux L., *La primauté Romaine et le clergé oriental au VIIe siècle.* Le Puy, 1903.

Anger J., *La doctrine du corps mystique deJésus-Christ,* Paris, 1929.

Antoine Ch., art. *Etat,* in *D. A.*

Anwander A., *Dei Religionen der Menschheit,* Friburg. Br., 1927.

Arbois (d') de Jubainville, *Cours de littérature celtique,* Paris, 1883-1884; *La mythologie grecque et l'histoire de l'Europe occidentale,* Paris, 1878.

Archambault G., *Le dialogue avec Tryphon,* 2 vol. Paris, 1909.

Aron M., *L'Eglise et l'enfant,* Paris, 1934.

Arquillière X., S. *Grégoire VIL. Essai sur la conception du Pouvoir temporel,* Paris, 1934.

Aubry D., *Lafoi sous la Coupole,* Paris, 1932,

Baien J., *The theory of Revelation,* Rochester, 1927.

Bainvel J. V., *De Vera Religione,* Paris, 1914; *De Ecclesia Christi,* Paris, 1925; *Hors de l'Eglise point de salut,* Paris, 1913; *De magisterio vivo et Traditione,* Paris; *De Scriptura Sacra,* Paris, 19IO; *Les contresens bibliques des prédicateurs,* Paris, 1924.

Balfour ;* *The Foundations of belief,* London, 1895; gallice redditum *Les bases de la croyance,* Paris, 1897.

Balmès, *Le Protestantisme comparé au Catholicisme,* Paris, 1855.

l Acatholicorum nominibus vel libris praecipuis in *Indice* relatis additur asteriscus — Hic moneo, cum Perrone, *De Vera Religione, " quod, cum ad auctores Protestantes remitto, eo consilio id faciam ut indicem eos qui de aliquo argumento scripserunt, ad quos tunc tantum recurrerepotuerunt auditores cum debitam facultatem impetraverint : quod et de catholicis scriptoribus accipiendum est, quorum opera in Indicem relata sunt".*

Baluffi, *La Chiesa romana riconosciuta alla rua carità,* Imola, 1855; anglice redditum *The charity ofthe Church a proofofher divinity,* Dublin, 1S85,

Bardy, Masure, Briand, *Le Rédempteur,* Paris, 1933.

Bardy G. et Tricot A., *Le Christ,* Paris, 1932,

Bareille G., *Le Catéchisme romain;* art. *Isidore de Séville (saint).* in

Barnes ;* *Evidences of Christianity in the XIX th. century,* London, 1S71.

Barre (de la), *La vie du dogme catholique,* Paris, 1S9S; *L'ordre de la nature et le miracle,* Paris, 1899,

Bartmann B., *'Précis de théologie dogmatique,* trad, a M. Gautier.

Barthélemy Saint Hilaire, *Mahomet et le Coran,* 1S65.

Batiffol P., *[Renseignement de Jésus,* Paris, 190ó; *L'Eglise naissante et le Catholicisme.* Paris, 1909; *La paix constantinieune et le catholicisme; Le catholicisme de S. Augustin,* Paris, 1920; *Ix siège apostolique,* Paris, 1924.

Baudrillart (Card.) A., *L'Egtise catholique, la Renaissance et le Protes·. lantisme,* Paris, 1905.

Baumer S., *Dos apostolische Glaubensbekenntniss,* Mainz, 1893.

Baunard (Mgr), *Le Doute et ses victimes,* Paris, 1886; *Espérance,* Paris, 1891 ; *Un siècle de TEglise de France.* Paris, 1902.

Bayart P., *Ilaction catholique spécialisée.* Paris, 1935.

Beaupin (Mgr), *Les Missions,* Paris, 1929.

Bégin N.j Zα *Sainte Ecriture et ler Règle de Foi,* Québec, 1874.

Bellamy J., *Ixl théologie catholique au XIX siècle,* Paris, 1904.

Bellarminus S., *Disputationes de Controversiis Fidei,* Pragæ, 1721.

Benedictus XIV, *De servorum Dei beatificatione et beatorum canonizatione,* Romæ, 1747.

Bergson H., *Les deux sources de la morale et de la religion,* Paris, 1934.

Berington J., *The Faiths of Catholics,* London, 1813, 1846.

Bernard, *Le code du bonheur du Maître.* Paris.

Bernardot V., *La piété envers TEglise,* Paris.

Bertrin G., *Histoire critique des événements de Lourdes,* Paris, 19Γ4.

Besson (Mgr), *IREglise catholique et la Bible,* Paris, 1931.

Bianchi, *De constitutione monaschica Ecclesiæ et de infallibilitate R. Ponti· ficis, juxta S. Thomam,* Romæ, 1870.

Billot L., *De Sacra Traditione,* 1904; *De Eccclesia Christi,* Romæ, 1903; *De Immutabilitate Traditionis,* Romæ, 1907; *De Inspiratione S. Scriptura·,* Romæ, 1906; *La parousie,* Paris, 1920.

Biot R., *lourdes et le miracle,* Paris, 1930.

Blondel M., *L'Action,* Paris, 1893; *Lettre sur les exigences de la pensée contemporaine en matière clApologétique,* in *Ann. de Philos, chrét.,* janvier-juillet 1896; *Histoire et Dogme,* in *Quinzaine,* janvier 1904; *Léon Ollé· Laprune,* Paris, 1923; *la Pensée,* Paris, 1935.

Boigelot R., *IlEglise et le monde moderne,* Paris, 1936.

Boiron X., art. 51 *Paul témoin de la primauté de 5. Pierre,* in *R. S. R.,* I9I3\

Boissane, *Lœuvre de Lourdes,* Paris, 1909.

Boissier G. ;* *La fin du paganisme,* Paris, 1894; *La religion romaine;* Paris, 1878.

Bolotov ;* *Leçons d'histoire ancienne de ΓEglise.* Petrograd, 1913.

Bonnet G., *Recherches philosophiques sur les Preuves du Christianisme.*

Bonniot (de), *Le miracle et ses contrefaçons.* Paris, 1895; *miracle et les sciences médicales.*

Bonnot P., art. *Certitude libre,* in *Diet. prat, de connaissances religieuses.*

Bonsirven J., *LeJtiddinne palestinien au temps de Jésus-Christ,* Paris, 1935.

Bord J. B., *L'Apologétique par le Christ,* Avignon, 1923; *Jésus-Ouvrier,* Paris, 1930; art. *I'autorité de S. CyJrien dans la controverse baptismale,* in *Rev. Hist, ecclés. de Louvain,* t. XXVIII, p. 445 sq.

Bordes G., *L'Apologétique cTOrigine (Laprés le Contra Celsum,* Cahors, 1900.

Bos C., *Psychologie de la croyance,* Paris, 1902.

Bossuet, *Discours sur ΓHistoire universelle·, Réjutation du ministre Ferry ; Exposition de la doctrine catholique; Sermon sur PUnité de ΓEglise; Histoire des variations des églises protestantes ; Déjense de la Tradition.*

Boucher (Mgr), *L'action missionnaire,* Paris, 1931.

Bougaud (Mgr), *Le Christianisme et les temps présents,* Paris, 1901.

Boule, *Les hommesJossiles,* Paris, 1921.

Boulgakoff ;* *L'orthodoxie,* Paris, 1933.

Bousquet J., *L'unité de ΓEglise et le schisme grec,* Paris, 1913.

Boutroux E., *Science et religion,* Paris, 1908; *De la contingence des lois de la nature,* Paris, 1895.

Bovet A., *De la science de Jésus Christ comme argument apologétique,* Fribourg-Br., 1895.

Braun P., *Où en est le problème deJésus?* Paris, 1932.

Brémond, *La psychologie de laJoi,* 1905.

Bricout J., *Où en est l'histoire des religions,* Paris, 1911; *L'histoire des religions et laJoi chrétienne,* Paris, 1910.

Bridel P., *La philosophie de la religion de Kant,* I^usanne, 1876.

Brière (de la), *Eglise et Paix,* Paris, 1932. *L'Eglise et son gouvernement,* Paris, 1935 ; art. *Eglise (question des notes de C) ; Pouvoir pontifical dans l'ordre temporel,* in *D. A ; La primauté de S. Pierre dans le N. T.,* in *Etudes,* 1909; *La question du libéralisme ; L'organisation internationale du monde contemporain et la papauté souveraine,* Paris, 1924-1930.

Brierre-Narbonne J., *Les prophéties messianiques de CA. T. dans la littératurejuive,* Paris, 1933 ; *Exégèse talmudique des prophéties messianiques,* Paris, 1933.

Broglie (de), *Histoire des religions,* Paris, 1886; *Religion et critique,* Paris, 1896 ; *Le présent et Γavenir du catholicisme en France,* Paris, 1892 ; *Les Fondements intellectuels de la Foi chrétienne,* Paris, 1905; *Problèmes et conclusions de l'histoire des religions.*

Bros A., *La religion des peuples non civilisés,* Paris, 1907; art. *Les affirmations de l'école sociologique sur les religions,* in *R. P. A.,* 15 mars, 1923.

Bruders, *Die Verjassung der Kirche,* Mainz, 1904.

Brugère, *De Vera Religione,* Paris, 1878; *De Ecclesia Christi,* Paris, 1878.

Brunetière F., *Discours de combat,* Paris, 1899 sq.; *Questions actuelles,* Paris, 1907.

Brunhes G. (Mgr), *Christianisme et Catholicisme,* Paris, 1924; art. *L'idée de tradition dans les trois premiers siècles,* in *R. P. A.,* 1906; *La Joi et sajustification rationnelle,* Paris, 1927.

Buckham J. W. ;* *Progressive religions thougt in America,* Boston, 1930.

Bureau P., *L'indiscipline des moeurs,* Paris, 1921.

Buroni J., *De intolerantia catholica,* Taurini, 1868.

Buschbell, *Die projessionesfidei der Pdpste,* 1896.

Buysse P., *Vers la croyance,* Paris, 1922; *Jésus devant la critique,* Paris; *Le signe de l'invincible stabilité,* Gand, 1921 ; *L'Eglise deJésus,* Paris, 1925.

Cabrol F., *Les origines liturgiques,* Paris, 1906; *Diet, d'Archéologie et de liturgie,* Paris.

Cajetanus, *De divina institutione pontificatus R. Pontificis.*

Cance A., *Le code de droit canonique,* Paris, 1933.

Canet, *La liberté de conscience,* Lyon, 1891.

Canus Melchior, *De Locis theologicis,* ap. Migne, *Théologie Cursus,* t. III.

Caperan L., *L'invasion laïque,* Paris, 1935; *Le problème du salut des infidèles,* Toulouse, 1934.

Carra de Vaux, *La doctrine de l'Islam,* 1909; *Les penseurs de l'Islam,* 5 vol. Paris; art. *Coran (sa composition),* in *D. T. C.; Islamisme et ses sectes,*

Casanova J., *Teoria de la Revelatio,* Barcelona, 1907.

Castelein, *Droit naturel,* Paris, 1904.

Cavagnis, *InstitutionesJuris publici ecclesiastici,* Romæ, 1906.

Cavaliera E., *Thesaurus doctrina catholica ea documentis magisterii ecclesiastici,* Parisiis, 1920; S. *Jérôme,* 2 vol., Louvain, Paris, 1922; art. *La théologie positive,* Paris, in *Bullet, de litter, ecclésiastique,* 1925; *Précis de la doctrine sociale de TEglise,* Paris.

Cayré F., *Précis de Patrologie,* Paris, 1930.

Cellini A., *La questione parusiaca,* Monza, 190S.

Chaîne J., *Introduction à la lecture des prophètes,* Paris, 1932.

Champagny (de), *Les Césars; De la charité dans les premiers siècles de ΓEglise,* Paris, 1854.

Chaplain L., *Un coin tfapologétique objective,* Paris, 1931.

Chapmann J., art. *La chronologie des premières listes épiscopales de Rome,* in *Rev. Bénédictine,* t. XVin, XIX.

Chauvin, *Jésus Christ est-il ressuscité?* Paris, 1901.

Chenon E., *la rôle social de TEglise,* Paris, 1921 ; *Les rapports de TEglise et de PEtat,* Paris, 1904.

Chéramy H., *Les catacombes romaines,* Paris, 1932.

Choisy E., *Précis de Thistoire des dogmes,* Paris, 1893.

Chollet A., *La morale stoïcienne en Jace de la morale catholique,* Paris; *La psychologie du Christ,* Paris, 1903 ; *Lefait de Lourdes,* Paris, 1912 ; art. *Certitude,* in *D. T. C.*

Choupin *Valeur des décisions doctrinales et disciplinaires du Saint Siège,* Paris, 1907; art. *Curie romaine,* in *D. A.*

Cimetier F., art. *Célibat ecclésiastique, Conciles,* in *Diet. prat, des connaissances religieuses.*

Civardi L., *Manuel (PAction catholique,* Paris, 1934.

Clercq (de) C., *Les Eglises unies cTOrient,* Paris, 1935.

Clérissac P. H., *Les mystères de ΓEglise,* Paris, 1921.

Cochin A., *Labolition de Γesclavage,* Paris, 1862.

Cornely R., *Historica et critica Introductio in V. T. libros sacros,* Parisiis, 1885.

Cornely et Merk, *Manuel d'introduction historique et critique à toutes les saintes Ecritures,* Paris, 1928.

Cornill ;* *Der israelitische Prophetismus,* 1894.

Couchoud ;* *Le mystère de Jésus,* Paris, 1924.

Crets, *De divina Bibliorum inspiratione,* Lovanii, 1886.

Cristiani L., *Luther et le Luthéranisme,* Paris, 1910-1913; *Jésus-Christ, Fils de Dieu, Sauveur,* Lyon, 1934; art. *Réforme: Calvin,* in *D. A.; La liste des papes de S. Pierre à nos jours,* in Algrain, *Ecclesia.*

Cros, *Histoire de Notre-Dame de Lourdes,* Paris, 1925.

Cumont F. ;* *Les religions orientales,* Paris, 1929.

Dabin P., *L'apostolat laïque,* Paris, 1931 ; *L'Action catholique,* Paris, 1929.
Dansch, *Die Schriftinspiration,* 1891.
Davidson, *Sacred Hermeneutics,* Edinburgh, 1844.
Dechanips Card., *Entretiens sur la démonstration catholique de la révélation chrétienne,* Malines, 1874; *Lettres théologiques sur la démonstration de lafai,* 1S61.
Déchelette, *Manuel d'archéologie préhistorique,* Paris, 1908-1914.
Decoene A. et Staelens A., *Psychologie pédagogique et doctrine chrétienne de l'éducation,* Louvain, 1934.
Degert A., *Histoire des dogmes,* Paris, 1903; trad, a Schwane.
Delagneau G., *Le Christ et le monde moderne,* Paris, 1935.
Delattre P., Z>r *luttes présentes du catholicisme en Europe centrale,* Paris, 1930; *La vie catholique en Allemagne,* Paris, 1932.
Denefle A., *Der Traditionsbegriff,* Münster, 1930.
Denifle H. *Luther und Luthertum,* Mainz, 1904-1906, gallice traduct. a L. Cristiani.
Denis Ch., *L'apologétique historique au XIXe s.*
Dennefeld L., *Histoire d'Israël,* Paris, 1935.
Denzinger-Bannwart, *Enchiridion symbolorum,* Friburg. Br., 1911.
Désers L., *Le Christ Jésus,* Paris, 1901; *L'Eglise catholique,* Paris, 1905; *La morale dans ses principes,* Paris, 1910.
Desgrand L., *De l'influence des religions sur le développement économique des peuples,* Paris, 1884.
Desgrippes G., *Etudes sur Pascal-, De Γautomatisme à lafoi,* Paris, 1935-
Devas S., *L'Eglise et le progrès du monde,* Paris, 1909.
Devivier W., *Cours dApologétique chrétienne,* Paris, 1911.
Didiot J., *Logique surnaturelle subjective,* Lille, 1891 ; *Logique surnaturelle objective,* Lille, 1892; art. *Révélation divine,* in *D. A.*
Diekamp-Hoffmann, *Theologice dogmatica manuale-,* t. I. *Introductio in theologiam,* Paris, 1933.
Diekmann H., *De Regno Dei, De Constitutione Ecclesia,* Friburg-Br., 1925.
Dimier L., *L'Eglise et l'art,* Paris, 1935.
Dorsaz A., *L'appel du Pape aux laïques,* Paris, 1934.
Dorsch E., *De Inspiratione S. Scriptura,* 1927.
Dottin G., *La Religion des Celtes,* Paris, 1924.
Dublanchy E., *De axiomate : Extra Ecclesiam nulla salas,* Barri-Ducis, 1895; art. *Eglise, Infaillibilité,* in *D. T. C.*
Dublanchy P., *La voix de Pierre pour l'indépendance du Pape,* Paris.
Duchesne L., *Histoire ancienne de l'Eglise ; Eglises séparées,* Paris 1896; *Liber pontificalis, Origines du culte chrétien ;* 1903; *L'avenir du Christianisme,* Paris, 1904.
Duperray J., *Le Christ dans la vie chrétienne d'après S. Paul,* Paris, 1922.
Duplessy E., *Les apologistes laïques,* Paris, 1893; *Jésus-Christ prophète,* Paris, 1921; *Cours supérieur de religion,* Paris, 1930.
Durand A., art. *Inerrance biblique, Inspiration de la Bible, Vulgate latine*

Dutripon *Concordantia^* Parisiis. 1838.
Elst (van der), *Kraieretfausses guérisons miraculeuses,* Paris, 1925.
Enchiridion Biblicum.
Enchiridion Patristicum, *(Rouet de J.)*
Enchiridion Symbolorum, *(Benzinger-BannwarS.)*
Epinois de Γ), *Galilée, son procès^ sa condamnation,* Paris, 1877; *La question de Galilée, lesfaits et leurs conséquences,* Paris, 1878.··

Ermoni, *Les premiers ouvriers de ΓEvangile,* 2 vol. Paris, 1905.

Espierres A. (d'\ *Les religions dans les différents pays du monde,* 1929.

Eynueu A., *Deux arguments pour le catholicisme,* Paris, 1923 ; Zn *part des voyants dans les progrès des sciences,* Paris, 1920.

Feckes C., *Das mysterium der Rirehe,* Paderborn, 1934.

Felder H., *Die Heiligkeitfesu,* Paderborn, 1921.

Félix R. P., *Le progrès par ΓEglise,* Paris, 1869.

Fessler, *La vraie et fausse infaillibilité des Papes,* Paris, 1873.

Festugière A-J., *L'idéal religieux des Grecs et ΓEvangile,* Paris, 1932; *Socrate,* Paris, 1935; *Le monde gréco-romain au temps de Notre·Seigneur,* Paris, 1935.

Fillion L., *L'existence historique de Jésus et le rationalisme contemporain,* Paris, 1911; AT. 5. *Jésus-Christ, d'après les Evangiles,* Paris, 1925 ; *Vie de N. S. Jésus-Christ,* Paris, 1925.

Fiori A., *Il Cristo della Storia e della Scrittura,* Roma, 1905.

Fonck L., *Die Wunder des Herrn,* Innsbruck, 1903; art. *Tu es Petrus,* in Biblica, 1920.

Fonsegrive, *Le catholicisme el la vie de Γesprit,* Paris, 1S99; *L'évolution îles idées dans la France contemporaine,* Paris, 1920.

Forget J., art. *Jérôme (Saint); Conciles, Congrégations romaines,* in *D. T. C.*

Fooard C., *Vie de N. S. Jésus-Christ,* Paris, 1904; 5. *Pierre,* Paris, 1903; 5. *Paul,* Paris, 1904.

Foucauld (de) Ch., *Ecrits spirituels,* Paris, 1923.

Frankl S., *Doctrina Hosii de notis Ecclesia,* Romæ, 1934.

Franzelin J. B., *Theses de Ecclesia Christi,* Romæ, 1897; *de Divina Traditione et Scriptura,* Romæ, 1882.

Freppel (Mgr), *Les Apologistes chrétiens au Ile siècle,* Paris, i860; *Origène,* Paris, 186S; *S. Justin, La divinité de N. S. J. C.,* Paris; *Examen de la vie de Jésus-Christ par Renan,* Paris, 1863.

Frey J. B., art. *Le conflit entre le messianisme de Jésus et le messianisme îles Juifs de son temps,* in *Biblica,* 1933; *Le royaume de Dieu,* in *Diet, de la Bible.*

Fulton, *Christian unity,* New-York, 1885.

Funck H., *Patres Apostolici,* Tubingen, 1901.

Gardeil A., *Le donné révélé et la théologie,* Paris, 1910; *La crédibilité et TApologétique,* Paris. 1908; *La notion du heu théologique,* Paris, 1908.

Garrigou-Lagrange, *De Revelatione,* Romæ 1925; art *DApologétique et la théologie fondamentale,* in *Rev. des sciences philos, et théol.,* 1920.

Gasser, *Acta et Decreta Concilii Vaticani,* ed. Lacensis, 1890.

Gatti. *Institutiones apologetico-polemica de veritate ac divinitate religionis et Ecclesia catholica,* Romæ 1866-1867.

Gautier, *Précis de théologie dogmatique,* Paris, 1935; trad, a Bartmann.

Grandmaison L. *(te), Jésus-Christ, sa personne, son message, ses pouvoirs,* Paris, 1928-1929; *Le dogme chrétien,* Paris, 1928; *La religion personnelle,* Paris, 1927.

Granderath T., *Constitutiones dogmatica Concilii Vaticani,* Friburg. Br., 1892.

Granelli E., *De Inspiratione verbali S. Scriptura,* in *Divus Thomas,* 1902.

Gréa D., *L'Eglise et sa divine constitution,* Paris, 1885.

Grès Y., *Un laïque regarde TEglise,* Paris, 1930.

Geyer B., *Der Begriff der Scholastischen Théologie,* Bonn, 1926.

Ghein (Van den), *La religion, son origine, sa définition,* Gand, 1891.

Gibbons (Card.), *The Faith of our Fathers,* Baltimore, 1893.

Gilson E., /·.f//7/ *de la philosophie médltoale,* Paris, 1932; *Le thomisme.* Paris, 1923.

Ginoulhiac, *Histoire du dogme catholique dans les trois premiers siècles de PEglise,* Paris, 1866.

Girard J., *Le sentiment religieux en Grèce,* Paris, 1879; *L'Asclepéion d'Athènes,* Paris, 18S1.

Godard A., *Lepositivisme chrétien,* Paris, igoo; *Le messianisme,* Paris, 1930.

Godard Ch., /.< ⟩ *.royanccs chinoises et japonaises,* Paris; *Le fakirisme.* Paris, 1900.

Gognel , *Jésus de Nazareth. Mythe ou histoire,* Paris, 1925.

Gondal L., *Religion,* Paris. 1904; *Surnaturel,* Paris, 1904; *Mystère et Révélation,* Paris, 1905; *Islamisme et christianisme,* Paris, 1 *russe,* Paris, 1903.

Gosselin, *Pouvoir du Pape au Moyen-Age,* Paris.

Goupil A., *La règle defoi,* Amiens, 1931 ; *L'Eglise,* Amiens, 1934.

Goyau G., *L'Allemagne religieuse,* Paris, 1898; *Le catholicisme,* Paris, 1931 ; *Missions et Missionnaires,* Paris, 1931 ; art. *L'épanouissement social du Credo,* Paris, 1931 ; *L'Eglise en marche,* Paris, 1928-1933; *A la conquête du monde païen,* Paris, 1933.

Grisar H., *Histoire de Rome et des Papes,* 1906.

Groot (de), *Summa Apologetica de Ecclesia Catholica,* Ratisbone, 1906; *The religions system of China.*

Guérin *P., Jésus tel qu'on le vit,* Paris, 1928.

Guerrin A., *La mort du Christ,* Paris, 1933.

Guettée Wladimir *Exposition de la doctrine de l'Eglise catholique orthodoxe,* Paris. 1884.

Guibert (de), *De Ecclesia Christi,* Romæ, 1928.

Guignebert Ch, ;* *Le problème du Christ.* Paris, 1914 ; *Le Christianisme antique,* Paris, 1921 ; *Jésus,* Paris. 1933.

Hardy E., *Der Budhismus,* Munster, 1923.

Harent S., art. *Croyance,* in *D. 7\ Q; Papauté (Infaillibilité pontificale),* in *D. A. ; Expérience et Foi,* in *Etudes,* 1908.

Harlez (de), *ïêdisme, Brahmanisme et Christianisme, Les religions de la Chine,* 1S91 ; *La Bible dans TInde ; Zend-Avesta.* 18S1.

Harnack A. ;* *Dogmcngeschichte,* Leipzig, 1909-1910; *Grundriss der Dogmcngeschichte; Essence du christianisme ; Die Mission und Ausbreitung der Christcntums in den erslcn drei Lahrhunderten,* 1915.

Hastings' ;* *Encyclopedia cf Religion and Ethics,* Edinburgh, 1908-1926; *Encyclopedia of the social Sciences,* New-York, 1930; *Die Religion in Geschichte und Gegenwart,* Tubingen, 1927-1932.

Héfélé-Leclercq, *Histoire générale des Conciles,* Paris.

Heiler F., *Das Gebet,* München, 1922.

Hemmer H., *Les Pères Apostoliques,* Paris, 1907.

Herbigny (d'), *Theologica dt Ecclesia,* Paris. 1921; Za *tyrannie soviétique,* Paris, 1923; art. *Ixs arguments apologétiques de S. Augustin,* in *R. P. A.; t.* IX, 1910; *L'anglicanisme et Torthodoxie gréco-slave,* Paris, 1922; *Pour l'Unité chrétienne,* Rome, 1925.

Héris P., *L'Eglise du Christ,* Juvisy.

Herkenrath J., *Die EthikJesu,* Dusseldorf, 1926.

Hervé *J.* M., *Manuale theologia dogmatica, De Fontibus Revelationis.*

Hettinger F., *Lehrbuch der Fundamental Théologie,* 1888; *Théologiefondamentale,* Paris, 1913; *Apologie du Christianisme.*

Hetzenauer M., *Theologia biblica,* 1908.

Hoffmann M., Paris, 1933·
Hogan J. B., *C.*rical Studies,* Boston, 1S98.
Holden, Z¥r/rt<r *fidei analysis* Parisiis, 1782.
Hopfl H., *Tractatus de Inspiratione S. Scriptura,* Romæ, 1929.
HubyJ., *Christus, A/aniie! d'Histoire des religions,* Paris, 1921; *art. Grecs (Religions des),* in *D. A.*
Hugon E., *Hors de ΓEglise point de salut,* Paris, 1919·
Hugueny, *Critique et catholique,* Paris, 1912.
Hulst (Mgr d'), *Le droit chrétien et le droit moderne,* Paris, 1886; *Carêmes,* 1591, 1S93, lS95·
Hummelauer, *Exegetisehes zttr Lnspirationsfrage,* Friburg. Br., 1904.
Hurtevent P., *L'unité de ΓEglise.* Paris, 1930.
Imbart de la Tour, *Les origines de la Réforme, Jean Calvin.* Paris, 1935.
Jacquemet G., *Tu es Petrus,* Paris, 1934.
Jacquier, art. *Mystères païens,* in *D. A.*
Jânin P., *Les Eglises séparées d'Orient,* Paris, 1930; *Eglises orientales et rites orientaux.* Paris, 1923.
Jansen B., *L.a philosophie religieuse de Kant,* Paris, 1934.
Janssens E., *Laphilosophie et l'apologétique de Pascal,* Paris, 1906.
Janssens H., *Hermeneutica Sacra,* Turin, 1S5S.
Jaugey, *Dictionnaire Apologétique,* 1SS9.
Jaussen J., *Gcschichtc des denfschen roll's,* gallice redditum : *L'Allemagne et la réforme,* S vol., 1S77-1902.
Johanns P., *Vers le Christ par le Vedânta,* Louvain.
Joly H., *Psychologie des saints,* Paris, 1897.
Journel Ch., *La juridiction de ΓEglise sur la cite,* Paris; art. *La pensée thomiste sur le pouvoir indirect,* in *l ie intellectuelle,* avril 1929; *De la Bible catholique à la Bible protestante,* Paris.
Jugie M., *De Ecclesia,* Paris, 1931 ; art. *Grecques (Eglises),* in *D. A.*
Jungmann, *De J era Religione.* 1895.
Junker H. et L. Delaporte, *Die Volker des antiken Orients,* Friburg. Br., 1933-
Kattenbusch F., *Das Apostolis,he Symbol.* 2 vol.. Leipzig, 1894-1900.
Kazimirski, *Le Koran,* Paris, 1840.
Kenrick F. P., *Theologia dogmatica. De l'era Religione,* 1858; *The Primacy of the Holy Sec,* Baltimore, 1855; *A vindication of the Catholic Church,* Baltimore, 1855.
Ketteler, *Liberté, Autorité, Eglise,* Paris, 1862.
King J. H. ;* *The Supernatural; its Origin, Nature and Evolution,* 1592.
Klee H., *Lehrbuch dcrDogmengeschichte,* gallice redditum a Malire,
Klein *F., Jésus et ses Apôtres,* Paris, 1931 ; *La vie humaine et divine de Jésus-Christ,* Paris, 1934.
La Baume J., *Le Coran analysé,* Paris, 1900.
Labriolle (de> P., *La réaction païenne. Etude sur lapolémique antichrétienne du 1er an Γ/e siècle,* paris, 1934.
Ladeuze P., */.a resurrection du Christ,* Paris. 1910.
Laforêt, *Histoire de la Philosophie,* Bruxelles, 1867.
Lagier, *L'Orient chrétien des Apôtres à Pholius,* Paris, 1935·
Lagrange J. M., *Etudes sur les religions sémitiques,* Paris, 1903; *Le Messianisme chez les Juifs,* Paris, 1909; *Le Judaïsme avant Jésus-Christ, AI. Loisy et le Afodernisme,* Paris. 1932: *L'Evangile de Jésus,*

Paris, 1930; *La vie de Jésus d'après Renan,* Paris, 1923; *L'Evangile selon*

Lagnier L., *La méthode apologétique des Pères dans les trois premiers siècles* Paris, 1905.

Lallemand L., *Histoire de là charité,* Paris, 1905-1911.

Lamennais, *Essai sur l'Indifférence en matière de religion.*

Lammens, *Le berceau de l'Islam,* Rome, 1914; art. *Mahomet fut-il sincère?* in *R. S. R.,* 19x1.

Laouenan, *Du Brahmanisme et de ses rapports avec le Judaïsme et le Chris·lianisme,* Pondichéry, 1884.

Le Bachelet X., *L'Apologétique traditionnelle et TApologétique moderne,* Paris, 1897; art. *Apologétique, Apologie,* in *D. A.*

Le Bec (Dr.), *Preuves médicales du miracle,* Paris, 19x8; *Critique et contrôle médical des guérisons surnaturelles,* Paris, 1920.

Lebreton *J., La vie et l'enseignement de Jésus,* Paris, 1932; *Les origines du dogme de la Trinité,* Paris, 1910; art., in *R. P. A.,* 1907.

Lebreton et Zeiller, *L'Eglise primitive,* Paris, 1934.

Le Blant E., *Les Actes des Martyrs,* Paris, 1882; *Les persécutions et les martyrs,* Paris, 1893.

Lecerf A. ;* *L'introduction à la dogmatique réformée,* Paris, 1931.

Lecler M., *De romano S. Petri episcopatu,* Lovanii, 1888.

Leclercq H., *Les martyrs,* 11 vol., Paris, 1892; *Vie de N. S, Jésus-Christ,* Paris, 1928; art. *Expansion du Christianisme,* in *Diet. Archéol. Chrét.*

Lefébure, *Dorganisation de la chanté privée en France; Paris charitable et *prévoyant* Paris, 1900.

Le Fur L., *Le Saint Siège et le droit des *gens* Paris, 1930.

Leman A., *L·Eglise dans les temps *modernes* Paris, 1928.

Lemonnier A., *Origine et évolution de la *religion* Paris, 1931.

Lepage-Renouf, *Lectures on the origines and growth of religion as illustrated by the religion of ancient Egypt* 1879.

Lepin M., *Le Christ Jésus* Paris, 1929; *Le problème de Jésus* Paris, 1936; *Jésus Messie et Fils de Dieu* Paris, 1910; *Les idées des AL Loisy sio le IVe Evangile* Paris, 1908; art. *Le Royaume de Dieu dans les Evangiles* in *R. A.* t. XIV; *Les Théories de AL Loisy* Paris.

Lesêtre, *La Foi catholique* Paris.

Lessius, *De diviner inspirationis doctrina.*

Lesourd P-, *Le missionnaire catholique, Problèmes, exigences, nécessité de son apostolat; L'année missionnaire,* Paris, 1931.

Lhande P., *La France missionnaire,* Paris; *Les pauvres dans l'Evangile,* Paris.

Liberatore M., *La Chiesa e lo Stato; Del Diritlo publico ecclesiastico,* Prato, 1887.

Ling'ard, *History of England,* Philadelphia, 1827.

Lipsius A. ;* *Chronologie der rom. Bischof.,* Kiel, 1862; *Die apokiyphen Apostelgeschichte und Apostellegenden,* Brunswich, 1883-1887.

Livius, 5". *Peter, bishof of Rome,* London, 1888.

Loisy A. ;* *La naissance du Christianisme,* Paris, 1934 ; *Les mystères païens et le mystère chrétien,* Paris, 1919; *La religion d'Israil,* Paris, 1908; *Les Evangiles Synoptiques,* Paris, 1907 ; *Jésus et la Tradition synoptique,* Paris, 1910 ; *Evangile et Eglise,* 1902; *Le Quatrième Evangile,* 1903; *Autour d'un petit livre,* 1903.

Louvet, *Les missions catholiques au XIX siècle,* Paris, 1894.
Lusseau H., *Essai sur la nature de l'inspiration scripturaire,* Paris.
Lusseau H. et Collomb M., *Manuel d'Etudes bibliques,* t. I. *Introduction générale,* Paris, 1936.
Macaire, *Théologie dogmatique orthodoxe,* Paris, 1859-1860.
Mainage Th., *La psychologie de la conversion,* Paris, 1919 ; *Les religions de la préhistoire,* Paris, 1921, art. *les mystères païens et le Christianisme,* in

Maire E., *Le Christ total,* Paris, 1930.
Mâle E., *L'Art chrétien,* 4 vol., Paris, 1924-1932.
Mangenot E., *La résurrection de Jésus,* Paris, 1910; art. *Herméneutique, Inspiration, Prophète, Prophétie, Prophétisme, Vulgate,* in *Diet, de la Bible; Ecriture et Inspiration, Interprétation de l'Ecriture,* in *D. T. C.; Les miracles d'Esculape,* 1917; *S. Paul et les mystères païens,* in *R. P. A.,* 1913.
Manning E. H., *The Glories of the S. Heart.* New-York, 1871; *The Vatican Council,* New-York, 1887.
Manual de Missionologia, Vitoria (Hispania).
Marcquardt G., *Dos Wunderproblem,* Munschen, 1934.
Marion L. et V. Lacombe, *Histoire de l'Eglise,* Paris, 1928.
Maritain J., *Primauté du spirituel,* Paris, 1927.
Mannion C., *Le Christ vie de l'âme,* Desclée, 1923.
Martin A., *Les crises d'une âme,* Paris, 1905.
Martin J., *L'apologétique traditionnelle,* 3 vol., Paris, 1905-1906.
Marucchi H., *Le memarie dei SS. Apostoli Pietro e Paolo nelia città di Roma,* Roma, 1900.
Marucchi O., *Le catacombe e il Protestantismo,* Roma, 1911 ; *Pieho e Paolo a Roma,* Torino, 1934.
Maspéro, *Etudes de mythologie et d'archéologie égyptiennes,* 1892.
Mathieu, *L'appel à l'action catholique,* Paris.
Mauriac F., *Biaise Pascal et sa saur Jacqueline,* Paris.
Mazzella C., *De Religione et Ecclesia,* Romæ, 1896.
Méchineau, *L'idée du livre inspiré,* Bruxelles, 1907.
Meignan, *Les prophètes d'Israel. Quatre siècles de lutte contre l'idolâtrie,* Paris, 1892; *Les prophètes d'Israel et le Messie;* Paris, 1893; *Les Evangiles et la critique au XIXe siècle,* Paris, 1870.
Mendive, *Ixi religion catolica vendicada de las imposturas racionalislas,* 1888 ; *De principiis theologicis,* 1896.
Mercier (Card.), *Le Christianisme dans la vie moderne,* Paris, 1918; *Crilé, riologie générale,* Louvain, 1899.
Merk. A., *Nwum Testamentum grace et latine apparatu critico instructum.* Romæ.
Meumer L., *Le vrai message de Jésus,* Paris, 1929.
Michel P., *L'Orient et Rome,* Paris, 1895.
Michelet G., *Dieu et l'agnosticisme contemporain,* Paris, 1909; art. *Une récente théorie française sur la religion,* in *R. P. A.,* t. VI; *Religion: Théorie sociologique,* in *D. A.*
Michel C. et Peters, *Evangiles apocryphes.*
Mœlher J. A., *Symbolik; Bruschstücke ans der Geschichte der Aufhebung der Sklacverei,* 1834, gallice redditum, *De l'abolition de l'esclavage par le Christianisme,* Paris, 1841.
Moillot, *L'Eglise de Jésus,* Juvisy.
Moisant H., *Dieu et l'expérience métaphysique,* Paris, 1907.

Moliat G-, *La question romaine de Pie VI à Pie XI,* Paris, 1932.
Monsabré, *Carêmes,* 1881, 1882. *Œuvre de Jésus-Christ, Gouvernement de Jésus-Christ; Introduction au dogme catholique,* 1856-1857.
Morgan (de), *L'humanité frréhistorique,* Paris, 1921.
Morice, *L'Ame de Jésus,* Avignon, 1929.
Moulard, *L'Eglise et l'Etat,* Paris, 1887; *Le concile du Vatican d'après des documents inédits,* Paris, 1919; *La Papauté,* Paris, 1929.
Mourret F., *La Renaissance et la Réforme,* Paris, 1918.
Millier E., *Natur und Wunder,* Wurtzbourg, 1892.
Neubert M. E., *Marie dans l'Eglise anténicéenne,* 1908.
Neyron G., *Le Christianisme en action,* Paris; art. *Papauté, Rôle historique,*

Nicolas Aug., *Du Protestantisme,* Paris, 1854; *La Vierge Marie vivant dans l'Eglise,* Paris, 1860 ; *Etudes philosophiques sur le Christianisme,* Paris, 1847.
Nills H., *Sacred Books of the East,* IV, XXIII, XXXI.
Noort (Van), *De Vera Religione,* 1917; *De Ecclesia Christi,* Hilversum, I9J2; *De fontibus revelationis,* 1932.
Oldenberg H., *Le Boudha, sa vie, sa doctrine, sa communauté,* Paris, 1934; *Die Religion des Veda,* 1894, gallice redditum a V. Henry, Paris, 1903.
Olichon A., *Les Missions,* Paris, 1936.
Ollé-Laprune L., *Le prix de la vie,* Paris, 1895; *La vitalité chrétienne,* Paris, 1904; *La certitude morale,* Paris, 1898: *La philosophie et le temps présent,* Paris, 1890; *Raison et rationalisme.*
Otto, *Corpus Apologetarum christianorum sceculi secundi,* 9 vol., lenæ, 1886-1887.
Ozanam, *La civilisation au V siècle,* 1862.
Palmieri A., *De Romano Pontifice,* Prati, 1891; *Theologia dogmatica orthodoxa;* art. *Coran, sa théologie, Polémique chrétienne contre le Coran*

Papini, *Vie du Christ.*
Pargoire J., *L'Eglise byzantine* de 527 à 847, Paris, 1905.
Pascal G. (de), art. *Libéralisme,* in *D. A.*
Passaglia C., *De Ecclesia Christi,* Ratisbonæ, 1835.
Pègues *Th., Jésus-Christ dans l'Evangile,* 1898.
Pelt J. B., *Histoire de l'Ane. Testament,* Paris, 1930.
Perbal A., *Premières leçons de théologie missionnaire,* Paris, 1935.
Perennès H., *Tradition et Magistère,* in *D. A.*
Perrin L., *Les Eglises orientales,* Rome, 1930.
Pesch C., *Prcelectiones dogmaticce,* Friburg. Br., 1915; *Gott und Gotter,* 1890; *De inspiratione S. Scripturce,* Friburg. Br., 1906.
Petitot H., *Pascal, sa vie religieuse et son apologie dit Christianisme,* Paris, 1911.
Picard C., *Ixs origines au polythéisme hellénique,* Paris, 1932.
Picard L., *La transcendance de Jésus-Chrùt,* Paris, 1905.
Pighi, *Hierarchice ecclesiastica assertio,* Colonæ, 1558
Pinard de la Boullaye, *Etude comparée des Religions,* Paris, 1922, 2 vol; *Carêmes* I929 I935 ; *Jésus et l'histoire ; Jésus Messie ; Jésus le thaumaturge et le prophète; La personne de Jésus; Jésus lumière du monde; L'héritage de Jésus; Jésus, Fils de Dieu.*
Piolet, *Les missions catholiques françaises au XIXe siècle,* 6 vol., Paris, 1906.
Pisani, *A travers l'Orient,* 1896.
Pitzipios, *L'Eglise orientale,* Rome, 1855.

Plantier (Mgr), *Le Christianisme de sentiment,* 1840-1841.

Plus R., *Dans le Christ-Jésus,* 1923; *Le Christ dans nos frères,* 1925; *La sainteté catholique,* Paris, 1929.

Poulpiquet (de) A., *L'objet intégral de l'Apologétique,* Paris, 1912; *le miracle et ses suppléances,* Paris, 1913; *L'Eglise catholique,* Paris, 1923; *La notion de catholicité,* Paris, 1910.

Pourrat P., *La théologie sacramentaire,* Paris, 1907.

Prat F., *La théologie de S. Paul,* Paris, 1920-1923; *La vie de Jésus-Christ,* 2 voL, Paris, 1932; *Paul (S.) et le paulinisme,* in *D. A.: Evêques (Origine de l'épiscopat),* in *D. T. C,*

Proulx G., *Tradition et Protestantisme,* Paris, 1924.

Przywara E., *Reiigionsbezründung,* Friburg. Br., 1927.

Puech A., *Les apologistes grecs du 2 siècle,* Paris, 1912.

Puller, *The Primitive Saints and the See of Rome,* London, 1893.

Quénet, *L'unité de l'Eglise,* Paris, 1923.

Quentin H., *Mémoire sur rétablissement du texte de la Vulgate,* Rome, 1922.

Quercy P., *L'hallucination,* Paris, 1930.

Rabeau G., *Lntroduction à l'étude de la théologie,* Paris, 1926.

Ragey, *La crise religieuse en Angleterre,* Paris, 1896; *L'Anglo-Catholicisme,* Paris, 1897.

Raucourt (de) G., *La vérité sur Jésus de Nazareth,* Paris, 1935.

Régla de) P., *Jésus de Nazareth.* 1891.

Remer V., *Summa prcelect. philosophia scholastica,* Romæ, 1900.

Rhys J., *Lectures on the origin and growth of religion,* London, 1888.

Ribot ,* *Psychologie des sentiments,* Paris, 1905.

Ricard E., *Le vrai visage du catholicisme,* Paris, 1932.

Rivet L., *La question romaine et le traité du Latran,* Paris, 1933.

Rivière J., *Le dogme de la Rédemption,* Paris, 1914; *Le modernisme dans l'Eglise,* Paris, 1929; *La propagation du Christianisme dans les trois premiers siècles, d'après les conclusions de M. Harnack,* Paris, 1907 ; art. *Eglise,* in *Diet.prat. des connaissances religieuses ; Interprétation de l'Ecriture,* in *D. T. C.,*

Rivington L., *Authority,* London, 1888; *Dependence,* 1889; *The Primitive Church and the See of Peter,* 1894; *Rom and England,* 1897.

Romanes G. J. ,* *Thoughts on Religion,* London, Chicago, 1895.

Rosemberg D. ,* *Der Mythus des XX lahrhunderts,* Munich.

Roure L., *Le merveilleux spirite,* Paris, 1922.

Roussel, *Le boudhisme primitif,* Paris, 1911.

Ruinait, *Acta primorum Martyrum sincera,* Ratisbonne, 1859.

Rutten P., *La doctrine sociale de l'Eglise.*

Ruville (von), *Retour à la Sainte Eglise.*

Santini Pietro, *Llprimato e l'infallibilità del Romano Pontifice ; il S. Lxone Magno e gli Scritlori greco-russi,* Grottaferrata, 1936.

Schingensiepen H., *Die Wunder des Neuen Testament,* Guttersloh, 1933.

Schmid P., *De inspirationis Bibliorum vi et ratione,* Brixiniæ, 1885.

Schmidt W., *European civilisation : its origin and developement,* London, 1934; *L'origine de l'idée de Dieu,* in *Anthropos,* 1908.

Schmidt-Lemonnyer, *Origine et évolution de la religion,* Paris, 1931.

Schmitz, *Les béatitudes de l'Evangile,* Paris.

Schneemann, S. *Lrencei de Ecclesia romance principatu testimonium,* Friburgi, 1870.

Schouppe, *Mystère et Révélation,* Paris, 1905.

Schrader CL, *De theologia generatim,* Pictavii, 1874; *De theologico testium fonte,* Parisiis, 1878.

Schulte **A.,** *Die messianischen Weissagungen des Allen Testaments,* Paderborn, 1908.

Schultes M., *De Ecclesia catholica,* Paris, 1925.

Schwalm, *Christ d'après S. Thomas,* Paris, 1910.

Schwane **A.,** *Dogmengeschichte,* 1862-1890, gallice redditum **a Degert**

Séailles G. ,* *Les affirmations de la conscience moderne,* Paris, 1903.

Segna, *De Ecclesia Christi constitutione,* Romæ, 1900.

Semeria P., *Dogma, gerarchia e culto nella Chiesaprimitiva,* Roma, 1902.

Sérol M., *Le besoin et le devoir religieux,* Paris, 1908.

Serre J., *Les hypothèses sur Lourdes,* Avignon, 1927.

Sertillanges, *La prière,* Paris, 1907; *Jésus,* Paris, 1921 ; *Le miracle de l'Eglise,* Paris, 1934.

Soloview Wlad., *La Russie et l'Eglise universelle,* Paris, 1889.

Sortais G., *La Providence et le miracle,* Paris, 1905; *Valeur apologétique du martyre,* Paris, 1905.

Spacil Th., *Doctrina theologia Orientis separati de revelatione, fide, dogmate,* Romæ.

Spalding J., *History of Protestant Reformation,* Baltimore, 1865; *General Evidences of Catholicity,* Louisville, 1847; *Miscellanea,* Baltimore, 1866.

Staelens A., *Psychologie pédagogique et doctrine chrétienne de l'éducation,* Louvain, 1934.

Stapleton T., *Principiorum fidei doctrinalium demonstratio methodica,* Parisiis, 1579, *Principiorum fidei doctrinalium relectio scholastica et compendiaria.*

Sullerot L., *Le problème de la vie devant la raison et devant le catholicisme,* Marseille, 1928.

Sweet W., *The Story of Religions in America,* New-York, 1930.

Sweete Henry Barclay, *The Old Testament in Greek,* 3 vol., Cambridge;

Szydelski S., *Prolegomena in theologiam sacram,* Leopoli, 1920.

Tanquerey Ad., *Les dogmes générateurs de la piété,* Paris, 1925; *Jésus vivant dans l'Eglise,* Paris, 1932.

Tepe J. B., *Lnstitutiones theologica:,* Parisiis, 1894.

Thellier de Poncheville, *Tout l'Evangile dans la vie,* Paris; *L'Eglise sur le chantier social,* Paris.

Thomas Aquinas (S.), *Summa theologica; Summa contra Gentiles.*

Thomassin, *Ancienne et nouvelle discipline de l'Eglise; Dogmata theologica,* Paris, 1860-1864.

Thureau-Dangin, *La Renaissance catholique en Angleterre,* Paris, 1905.

Tiberghien, *La doctrine catholique et la politique.*

Tixeront J., *Histoire des dogmes,* 3 vol., Paris, 1928-1931 ; *La théologie anténicéenne,* Paris, 1906; art. *Athanase (Symbole de S.),* in *D. T. C.*

Tobac E., *Les Prophètes d'Lsraël.*

Tocqueville (de) A., *De la Démocratie en Amérique.*

Tollemer, *Origines de la charité catholique,* Paris, 1863.

Tondini, *La primauté de S. Pierre prouvée far les titres que lui donne l'Eglise russe dans sa liturgie,* Paris, 1867.

Tonquédec J. (de), *Lmmanence,* Paris, 1913; *La notion de vérité dans la " Philosophie nouvelle"; Lntroduction à l'étude du merveilleux et du miracle,* Paris, 1916; art. *Miracle,* in *D. A.*

Tourville (de), *Lumière et Vie,* Paris, 1924.

Touzard J., *L'argument prophétique,* in *R. P. A.,* t. VI.

Tragella P., *Rio XL, Papa missionario,* Milano, 1930.

Trésal JM *Les origines du schisme anglican.* 1900 ; art· *Réforme : VI, Ré forme eu Angletet re,* in Z>. *A.*

Trilles, *Le Totémisme chez les FAn,* Paris, 1912.

Tromp S., *De Eevelatione Christiana,* Romæ, 1933.

Tuai M., *fésus Christ, son propre apologiste,* Paris, 1924.

Vacandard E., *Etudes de critique et d'histoire religieuse : L'institution formelle de ΓEglise par le Christ.* Paris, 1910; art. *Conciles œcuméniques,* in *Diet. prat, de connaissances religieuses: Apôtres (Symbole des),* in *D. A.*

Vacant A., *Etudes théologzques sur le Concile du Vatican,* Paris, 1895; *Constitution du Ctmc. du Vatican,* Paris, 1S95; art. *Eglise,* in *Diet, de la Bible ; Le magistère ordinaire de ΓEglise et ses organes,* Paris, 1887.

Vaganay L., *Initiation à la critique textuelle néo-sacramentaire,* Paris, *934-

Valensin Aug., art. *Immanence (Méthode d'),* in *D. A.; Pascal (Pari de),* in *D. A.* et in *Etudes,* 5 juin 1923.

Valensin A. et Y. de Montcheuil, *Maurice Blondel,* Coll. : *Les moralistes chrétiens,* Paris, 1934 ; *Cahiers de la Nouvelle Journée : Maurice Blondel, Le problème de la philosophie catholique,* Paris, 1928; *L'œuvre philosophique de M. Blondel,* Paris.

Vallée-Poussin (de la), *Boudhisme, opinions sur Γhistoire de la Dogmatique,* Paris, 1909; *Le dogme et la philosophie du Boudhisme,* Paris, 1930; *Le boudhisme et Γapologétique,* in *R. P. A.,* 15 oct. 1908.

Vallet Dr., *Guérisons de Lourdes,* Paris, 1927; *Lourdes, comment interpréter ses guérisons,* Paris, 1929; *Guérisons de Lourdes de 1927 à 1929,* Paris, 1930.

Vercellone, *Sulla authenticity delle singule parti della Bibbia Vulgata,* Roma, 1866.

Vermeersch P., *Tolérance.* Paris, 1922.

Veuillot F., *Œuvres catholiques,* in Aigrain, *Ecclesia.*

Vieillard-Lacharme, *DEglise catholique aux premiers siècles,* Paris, 1913.

Vigourel A., *La vie chrétienne par la liturgie,* Paris, 1909.

Vigouroux, art. *Rome, in. Diet. de la Bible; La Sainte Bible Polyglotte,* Paris, 1900: *Dictionnaire de la Bible.*

Villien, *Histoire des commandements de TEglise,* Paris, 1936.

Vogels, *Novum Testamentum grcece et latine,* Dusseldorf.

Vosté, *De divina inspiratione et ve/étate S· Scriptura:,* Romæ, 1932; *De natura et extensione inspirationis biblicce,* Romæ, 1924.

Vromant *Q.,Jus missionarium, De personis,* Louvain. 1935.

Weiss P., *Apologie des Christenthums vont Standpunkt der SUle und Cultur,* Freiburg, 1889; (gallice redditum) *Apologie du Christianisme au point de sme social,* Paris, 1894.

Wilmers, *De religione revelata,* Ratisbonæ, 1897; *De Christi Ecclesia,* Ratisbonæ, 1897.

Yung N., Z> *magistère de TEglise,* Paris, 1935.

Yves-Colette, *IIEglise et lafemme,* Paris.

Zeiller J., *L'Eglise primitive,* Paris, 1934; *IlEmpire romain et ΓEglise.* Paris, 1928.

Zorell F., *Lexicon gracum Novi Testamenti,* Parisiis, 1931.

PROLOGUS

DE THEOLOGIA IN GENERE[1]

1. — Conspectus[2].

Notio quoad nomen et rem.
2. Theologia est *scientia* et *sapientia.*
Excellentia theoiogiæ *scientia suprema.*
Necessitas in *genere* et in *specie.*
Divisiones, ratione *methodi* et *objecti.*
Dispositiones ad theologiam.

In ipso Theologiae prologo, declarare haud ingratum erit imprimis ejus *notionem, excellentiam, necessitatem, divisiones,* et ad hujus scientiæ studium *dispositiones.*

I. De Theologiae Notione

2. — i° Quoad nomen.

(A) Etymologia. Venit a græcis verbis (θεό , λόγο ; Deus, sermo), et idem sonat ac *sermo* seu *doctrina de Deo* [3].

1 S. Thom., *Sum. theol.,* I, q. I, a. 1-8; Petavius, *Dogmata theologica,* Prolegom.; Becanus, *Summa theol.,* Disput. proœm. ; Billuart, *SummaS. Thom.,* diss, proœm. ; Migne, *Theol. Cursus,* I, io sq. ; Perrone. *Pralect. theol.,* Prolegomena; Franzelin, *De Deo Uno,* Prolegom. ; Scheeben, *Dogmatique,* t. I, n. 1-4; Ottiger, *Theol. Fundamentalis,* p. 1-34; Cl. Schrader, *De theologia generatim,* Pictavii, 1S74; De Schaezler, *Introductio in S. theologiam dogmaticam,* 1882; Didiot, *Logique surnaturelle subjective,* Lille, 1891; A. Gardeil, *Le donné révélé et la théologie,* Paris, 1910; S. Szydelski, *Prolegomena in theologiam sacram,* Leopoli, 1920 sq.; DD. d'Herbigny, *Théologie du révélé,* Paris, 1921, p. 158 sq.; G. Rabeau, *Introduction à l'étude de la théologie,* Paris, 1926; F. Diekamp, *latine* redditum a M. Hoffmann, *Theol. dogmat. manuale,* t. I, *Introductio in theol.,* Paris, 1933.

3 Ejusmodi *"conspectus"* initio praecipue capitum singulorum et quorumdam articulorum invenientur, ut res et rerum tractatarum ordo citius et securius aspiciantur. Horum collectio quasi compendium aliquod totius dogmaticæ theologiæ constituet.

3 S. August., *Dc Civit. Dei,* VIII, 1; *P. L.,* t. XLI, coi. 225.

(B) Usus.

1. Apud Paganos. Græci et Romani poetae vel philosophi vocabantur nomine *theologi,* utpote deorum vitam et opera narrantes vel eorum naturam et relationes cum mundo inquirentes

2. Apud Christianos, (a) *A Patribus,* praesertim græcis, jam a tempore· Origenis, *theologia* significat doctrinam de Deo in se et in tribus personis'. Ei autem accédit *Œconomia,* quæ de Incarnatione Verbi et Redemptione hominis agit. Hinc S. Joannes præ ceteris evangelistis *theologus* appellatus fuit, quia apertius Filii divinitatem declaravit.

(b) *Scholastici,* a sæc. XIII, *theologiam* vocant totam doctrinam sacram, quæ non solum de Deo, sed etiam de creaturis prout ad Deum referuntur, disserit; hinc opus S. Thomæ, quod universam fidei et morum doctrinam continet, *Summa theologica* nuncupatum est.

(C) *Hodiernis temporibus,* duplex distinguitur theologia : I. prior *naturalis,* seu *theodicea,* quæ est illa philosophiæ pars de Deo disserens ex principiis solo lumine naturali notis; 2. posterior *supernaturalis,* quæ de divinis rebus tractat ex principiis revelatione cognitis : hic nonnisi de posteriore agimus.

Theologia definitur : *Scientia quæ, revelationis et rationis ope, disserit de Deo et creaturis quatenus ad Eum referuntur.*

Dicitur :

(a) *Scientia,* i. e., systema cognitionum certarum et srenevalium, e principiis notis et certis ope ratiocinii deductarum, logico ordine connexarum et ad objectum determinatum spectantium (Cf. n. 4).

(b) *Revelationis... ope...* 1. Ita designatur *objectum formale* theologiæ, seu specialis et communis ratio sub qua suum objectum materiale considerat. Theologia enim argumentatur *principaliter* ex auctoritate Dei revelantis seu *ex revelatione;* ab ipso Deo præceptore accipit sua principia seu fidei articulos. Attingit autem Deum et creaturas, quatenus superna revelatione manifestantur; et ideo vocari

| Cf. Plato, *Republ.,* II, 379; Aristoteles, *Metaphysic.,* X, 6; Cicero *De Natura deorum,* III, 21.

Cf. Petavius, *op. cit., c. I, 1.*

potest *scientia de divinis revelatis,* vel *fidei scientia l. 2.* Sed theologia utitur etiam *rationis principiis* sive ad theologicas conclusiones inferendas2, sive ad ipsa mysteria explicanda et defendenda. Igitur, ratione ejus formalis objecti, theologia intrinsece differt a philosophia et qualibet alia humana scientia (Cf. n. 9-12).

(c) *De Deo et creaturis...* Et sic declaratur *objectum materiale,* seu id circa quod versatur theologia : quod est duplex : 1. *primarium,* scilicet Deus ipse, ut est nobis revelatus; 2. *secundarium* vero, creaturæ omnes, præsertim rationales et earum activitates, quatenus a Deo sunt et ad Eum tendunt. " Omnia pertractantur in sacra doctrina *sub ratione Dei,* vel quia sunt ipse Deus, vel quia habent ordinem ad Deum, ut ad principium et finem "3.

II. De Theologia ut Scientia

Theologia sacra recte vocatur : 1. *scientia,* 2. *sapientia.*

4. — I. Theologia est scientia.

i° Proprie dicta.

(1) Quod NEGANT : (a) *Nominalistes, Empiristes, Positivistes,* juxta quos scientia investigat tantum phaenomena sensibilia necnon leges ex eisdem deductas; (b) Quidam *Veteres,* eo quod theologia principiis innititur, quæ non sunt intrinsece evidentia.

(2) Sed IMMERITO. Nam ad veram scientiam requiritur et sufficit certa cognitio principiorum, e quibus conclusiones logice deduci possint, quocumque modo principia hujusmodi cognoscantur. Atqui hoc invenire licet in theologia, cujus principia, etsi non sint intrinsece evidentia, sine errore tamen cognoscuntur, divinae revelationis ope4.,.

Hæc scientia procedit ab inconcussis principiis, seu veritatibus revelatis; ducit ad harum veritatum clariorem noti-

2 S. Thomas, 7« *Sent. /,* prol., a. 3, sol. 3; A. Gardeil, *Le donné rérvélé et la théologie,* Paris, 1910. — 2 S. Thom., *In Boetium de Trinit.,* q. 2, a. 2.

3 *Sum. theol.,* I, q. I, a. 7; R. Martin, art. *L'objet intégral de la théologie,* in *Rev. thomiste,* 1912; P. Batiffol, art. *Theologia, Theologi,* in *Ephem. Theol. Ionian.,* 1928, p. 205 sq. Quid sit theologia, et quid non sit, optime declarat H. Newman, *The Idea of University,* dis. 3, η. *η,* ρ. 6o sq.

4 *Sum. theol..* i, q. i, a. 2; C. Pesch, *Praelectiones dogmat.,* Friburgi Br., 1915; t. I, n. 8 sq.

tiam: ex his veritatibus infert theologicas conclusiones et denique totum complexum dogmatum et conclusionum in quoddam systematicum corpus erigit.

5. — 2° Distincta a ceteris scientiis.

Scientia ab aliis distinguitur præsertim ex objecto suo formali; diversus enim cognoscendi modus scientiarum diversitatem indicat. Atqui sacra theologia utitur præsertim revelationis lumine; dum aliæ scientiæ experientia et ratione fundantur [1].

3° Subalternata seu subordinata.

Subalternata seu *subordinata* scientia vocatur ea quæ principia sua supponit probata per aliam scientiam, quæ dicitur *suballerftans.* Sed theologia mutuat principia sua a Dei revelantis scientia, ideoque omnino singularem constituit scientiam : hinc ejus dignitas maxime elevatur[2].

4° Una.

Unitas theologiæ apparet ex unitate objecti : i. tum *formalis :* quatenus ea omnia et sola considerat quæ revelatione innotescunt, vel ex ea deducuntur; 2. tum *materialis :* quatenus omnia de quibus in ea disputatur vel sunt Deus ipse vel ad Eum referuntur [3].

6. — 5° Inductiva simul ac deductiva (ratione *methodi}.*

(a) *Inductiva* dicitur illa scientia, quæ a particularibus ad universalia, et a factis ad leges et causas generales assurgit. Sed in multis theologiæ quæstionibus, *inductionis* ope procedimus : sæpe sæpius veritates revelatæ ut facta proponuntur, ex quibus ad altiorem veritatem assurgimus, quæ est ad instar principii theologici. Ita revelatum non fuit modo abstracto humanam naturam hypostatice unitam fuisse personæ Verbi; sed ex variis Scripturæ locis simul collatis, colligitur Christu'm esse Verbum incarnatum, seu vere hominem simulque vere Deum; postea ex his omnibus concluditur, analysis et *inductionis ope,* Verbum hvpostatice fuisse humanæ naturæ conjunctum.

(b) *Deductiva* scientia nuncupatur, quæ ex generalibus ad particularia, ex principiis ad consequentias descendit.

[1] *Sum. theol.,* i, q. i, a. I, ad 2.
[2] *Sum. theol..* I, q. i, a. 2; a. 5, ad I. — [3] *Sum. theol.,* 1, q. 1, a. 3.

Sed ita proceditur non raro in theologia : v. g. unione hypostatica Verbi cum humana natura jam demonstrata, merito infertur in Christo duplicem inveniri naturam, duplicem voluntatem et operationem, animam rationalem et corpus vere humanum, etc.

7. — 6° Speculativa simul et practica (ratione *objecti}.*

(a) *Speculativa,* quia intendit directe non humanos mores, sed contemplationem veritatis, cum tractat de rebus credendis circa Deum, circa mysteria Trinitatis et Incarnationis aliaque hujusmodi, (b) *Practica,* quia de rebus ad praxim directe pertinentibus agit, dirigendo actus nostros ad Deum finem supernaturalem : v. g. disputando de actibus humanis, legibus, peccatis, virtutibus, etc. (c) Hi duo respectus in theologia *se invicem compenetrant.* Theologia speculativa est practica : nam cognitio divinae veritatis ad effectivum Dei amorem inclinat [1]; theologia practica est speculativa, cum actus humani ad ultimum finem regantur ex veritatibus divinis præsuppositis. (d) Attamen theologia, ut ait S. Thomas, " *magis est speculativa quam practica,* quia principalius agit de rebus divinis quam de actibus humanis, de quibus agit secundum quod per eos ordinatur homo ad perfectam Dei cognitionem, in qua aeterna beatitudo consistit"[2].

8. — 70 Distincta a fide.

Theologia multipliciter a fide differt :

(a) Ratione *essentiæ :* Etenim fides est habitus divinitus infusus, mentem disponens ad assentiendum firmiter, propter divinam auctoritatem, omnibus a Deo revelatis; ideoque a theologia differt, quæ est habitus acquisitus, (b) Ratione *objecti :* Nam theologia attingit non solum veritates formaliter revelatas, ut fides; sed etiam conclusiones ex eis deductas, (c) Ratione *motivi* ? Fides enim veritatibus revelatis adhæret propter solam auctoritatem Dei revelantis; dum theologia conclusiones, ex veritatibus formaliter revelatis deductas, amplectitur propter valoremjllationis, vi cujus consectaria logice e principiis eruuntur, (d) Ratione

1 Quod feliciter ostendit V. Contenson, *Theologia mentis et cordis;* cf. L. Bail, *La théologie affective.*

3 *Sunt. theol.,* i, q. i, a. 4.

certitudinis : Certitudo in fide est suprema : nam fides unice fundatur in divina auctoritate; sed est inferior, in theologia, quæ ex principiis rationis simul et revelationis derivatur. (e) Ratione *modi* quo suum objectum apprehendit : fides simplici mentis actu veritatibus revelatis adhæret; dum theologia modo scientifico procedit, analysis et synthesis ope, et vere demonstrat tales vel tales veritates in verbo Dei contineri vel ex eo legitime inferri.

9. — II. Theologia merito vocatur sapientia.

Etenim sapiens dicitur ille qui considerat causam altissimam et ordinat humanos actus ad debitum finem. Atqui sacra doctrina supremam omnium causam contemplatur, scilicet Deum, et quidem modo perfectissimo, quatenus in se per revelationem cognosci valet; aliunde mores hominis rectissime dirigit in Deum finem ultimum. Ergo theologia maxime dicitur et est *sapientia*\

III. De theologiae excellentia[1]

10. — Status quæstionis.

Theologiæ excellentia oritur præsertim ex eo quod sit supematuralis scientia, quæ, ut ait S. Albertus M., "a Deo docetur, Deum docet et ad Deum tendit". Affirmatur hæc excellentia a theologis et laudatur a R. Pontificibus : v. g. a LEONE XIII, in encyc. *Æterni Patris,* et a PlO X, in encyc. *Pascendi.* Speciatim ejus præstantia relate ad ceteras scientias nunc consideratur.

Thesis. Theologia est omnium scientiarum suprema.

A. Probatur. — Hæc excellentia constat :

(a) Ratione objecti : Siquidem quo altius est alicujus scientiæ objectum, eo est scientia excellentior. Atqui theologiæ objectum est manifesto omnium altissimum : scientiæ enim naturales considerant vel res materiales, vel viventia creata aut etiam Deum naturali rationis lumine notum; theologia autem aliarum scien-

[1] *Sum. theol.,* i, q. i, a. 6; i» 2æ, q. 66. a. 5; *Coni. Genl.,* 1. I, c. I; E. Gilson, *Introduction à l'élude de S. Augustin,* Paris, 1931, p. 140 sq. - C. Vatican., sess. III, cap. 4; D, B., 1795. *Sum. theol.,* 1, q. I, a. I; *Cont. Gent.,* I, 3; Cf. Petavius, *op. cil.,* Prolegomena, cap. IX; DD. Perraud, *Œuvres pastorales et oratoires,* Paris, 1883, t. I, p. 326 sq.; H. Newman, *Idea ofa University,* Disc. III-IV.

tiarum objecta et ipsa attingit, sed sub altiori ratione : videlicet tum hominem tum entia homini inferiora contemplatur, prout ad Deum referuntur, et quatenus ad supematuralem finem tendunt vel saltem huic obtinendo inserviunt; insuper Deum considerat non solum ut unum, sed etiam ut trinum, ut incarnatum, ut sanctificantem : quæ quidem omnia naturales scientias transcendunt, sicut res divinæ transcendunt humanas.

(b) Ratione medii : Medium enim quo scientiæ humanæ utuntur, est *ratio sola;* dum medium quo theologia utitur est *ratio fide seu divina revelatione illuminata,* et infallibili Ecclesiæ magisterio ab errandi periculo liberata. Atqui lumen divinæ revelationis evidenter lumini naturali præstat, et *ex se* summam certitudinem confert. Ergo etiam sub hoc respectu theologia ceteras superat scientias.

(c) Ratione finis : Ea siquidem scientia excellentior est, quæ ad altiorem finem nos evehit. Atqui scientiæ naturales *de se* ad finem seu perfectionem tantum naturalem conducunt; dum theologia, et quidem sola, de fine supernatural! et mediis ad eum conducentibus disputat.

Attamen theologia quoad *claritatem* cognitionis inferior est multis scientiis naturalibus et hoc provenit ex obscuritate fidei, i. e. principiorum revelatorum in quibus nititur et quæ intrinseca evidentia carent. Sed hic defectus ejus præstantiam potiusquam inferioritatem manifestat.

11. — B. Corollaria — fi' · C..

(a) *Theologia utitur aliis scientiis,* tanquam regina subditis. Etenim finium subordinatio secum infert subordinationem mediorum. Atqui, ex dictis, ceterarum finis scientiarum, utpote naturalis, subordinatur fini theologiæ, qui est supernaturalis et supremus.

Theologia non accipit "ab aliis scientiis tanquam a superioribus, sed utitur eis tanquam inferioribus et ancillis, sicut architectonicae utuntur subministrantibus. Et hoc ipsum quod utitur eis, non est propter defectum vel insufficientiam ejus, sed propter defectum intellectus nostri, qui ex eis quæ per naturalem rationem..-, cognoscuntur, facilius manuducitur in ea quæ sunt supra rationem, quæ in hac scientia traduntur" ».

(b) *Theologia alias scientias dirigit et, si opus est, corrigit, in us quæ ad fidem spectant,* i. Influit enim *non directe* in

' *Sum. theol.,* i, q. j, a. 5, ad 2.

eas, scilicet in earum objectum proprium : siquidem earum principia aut conclusiones non demonstrat. 2. Sed *indirecte* de eis in quantum disserunt de rebus cum fide connexis, judicare potest et debet, declarando eas esse aut veras si cum revelatione concordent, aut falsas si revelationi opponantur. Quod valet speciatim de philosophicis disciplinis. ‘ Quidquid enim in aliis scientiis invenitur veritatis hujus scientiae repugnans, totum condemnatur ut falsum ” r, quia cum veritas vero non opponatur, quidquid dogmati revelato et ab Ecclesia definito contrariatur verum esse nequit; caveant tamen theologi ne proprias opiniones pro dogmatibus proponant!

IV. De Theologiæ necessitate

12. — Theologia certe hominibus singulis *non est necessaria* ad salutem : revera unusquisque per baptismum, fidem et caritatem, sed non per solam scientiam theologicam, in regnum cælorum pervenire potest.

Attamen theologia, sub alio respectu, merito dicitur *necessaria :* I. *in genere,* 2. *in specie.*

i° Theologia est necessaria in genere.

Ex parte : *fidei,* 2. *veritatum naturalium.*

(a) *Ex parte fidei.* Theologia videtur necessaria ad fidei intelligentiam per methodicam revelationis propositionem, ad fidei conservationem per propositionum accuratam explicationem, ad fidei defensionem, per difficultatum solutionem. Quare S. AUGUSTINUS declarat theologiam esse habitum “quo fides saluberrima quæ ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, roboratur2”.

(b) *Exparte veritatum naturalium.* Hominibus in generali necessarium est cognoscere certo et absque errore quasdam veritates naturales, quæ se habent tanquam fidei præambula : v. g., existentiam Dei, animæ immortalitatem, etc. Sed, juxta *C. Vaticanum,* ad talium veritatum puram, firmam et expeditam cognitionem, genus humanum supernatural! revelatione opus habet3. Porro, sub lumine

l *Sunt, theol.,* i, q. i, a. 6, ad 2.

- S. August., *De Trinit.,* XIV, i. 3; Cf. *Ephes.,* IV. 11-14; *Tit.*. I. 9.

' D. B., 1786.

fidei, theologia istas veritates probat et exponit; proinde moraliter est necessaria generi humano ».

13. — 20 Theologia est necessaria in specie :

i. *sacerdotibus,* 2. aliquo modo *doctioribus laicis.*

(A) *Sacerdotibus.* Scientia theologica competens est sacerdotibus absolute necessaria.

(1) Scientia *competens* hic designat eam quæ ad varia ecclesiastica ministeria obeunda desideratur; quæ proinde diversa esse potest pro varietate hujusmodi officiorum, major quidem in episcopis et magistris, et minor in sacerdotibus qui communiora obeunt ministeria; ea tamen quæ sufficiat ut quis casus ordinarios difficultatesque communiter propositas solvere queat.

(2) Probatur :

(a) Script, 1. Jam *A. Legis sacerdotibus* Deus dixerat : "Labia enim *sacerdotis* custodient *scientiam,* et *legem* requirent ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum est" 2. Quæ verba diserte affirmant speciale munus fideles edocendi veritates credendas sacerdotibus incumbere. Immo ignorantia erat sufficiens causa cur sacerdotes a Deo repellerentur "Quia tu scientiam repulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi" 3; 2. *Christus ipse* Apostolis, eorum successoribus, iisque omnibus qui apostolicum munus obituri erant, aperte dixit : "Euntes ergo, *docete* omnes gentes... *docentes eos* servare omnia quæcumque mandavi vobis" 4. Jamvero nemo doctrinam Christi recte docere potest nisi prius,eam apprime didicerit. 3. *Apostoli* similiter rem intellexerunt : Paulus enim de episcopis, proindeque de clericis qui episcoporum adjutores sunt ait : "Oportet episcopum sine crimine esse... amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, *fidelem sermonem,* ut *potens sit exhortari in doctrina sana,* et *eos qui contradicunt arguere*" 5. Ex quo sequitur sacerdotes pastorale munus obeuntes, talem scientiam comparare teneri, quæ sufficiat non solum ad fideles instruendos, sed etiam ad hæreticorum et infidelium difficultates solvendas, saltem magis communes.

(b) Tradit, 1. *Concilia* generalia et particularia theologicam scientiam præscripserunt. 1) Ita *Tridentinum* decrevit (sess. XXIII, c. 7) ordinandos diligenter examinandos esse non solum quoad mores, sed etiam quoad *doctrinam* et *fidem.* Quod disertius declaratur, in sess. XXIV, cap. 14 : "Sed etiam ad populum

1 *Sum. theol.,* r, q. i, a. i. De influxu theologiæ in philosophiam vide E. Gilson, præsertim *Esprit ck la philosophie médiévale,* Paris, 1932.

3 *Malach.,* II, 7. — 3 *Osee,* IV, 6.

4 *Matth.,* XXVIII, 19-20. — 5 *Tit.,* I, 7-9.

docendum ea quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, ac ad ministranda sacramenta, diligenti examine præcedente, *idonei comprobentur".* Pariter statuit, in sess. XXIV, cap. 18, ne vacantes parœciæ *sine diligenti examine* cuiquam conferrentur; posteaque *Benedictus* ***XIV*** formam determinavit pro examine in *concursu* eligendorum ad ecclesias parochiales servandam. 2) Benedictus XIV theologiæ studium necessarium esse declarat sacerdotibus etiam qui diuturno tempore ministerium exercuerunt : " Aliqui nempe sacerdotes qui initio præclarissime *confessarii* munus susceperunt, inde post diuturnum tempus, omni studiorum cura neglecta, pristinam moralis theologiæ scientiam amittunt, ita ut qui in ejusmodi arte peritissimi fuerant, tandem exigua solum confusaque ipsius anis scientia primisque rudimentis instructi, vix inter tyrones adnumerentur "1. Quæ de confessariis scite declarat, apte congruunt *prcedicatoribus* qui libris et considerationi valedicunt. 3) Recentius Leo XIII, Pius X, Pius XI, totis viribus, clericorum scientiam de rebus sacris promovere conati sunt sive in Urbe sive inter varias Christianas gentes. 4) *Codex J. C.,* pluribus in locis, sacrarum scientiarum studium clericis stricte praecipit et in seminariis et durante eorum sacerdotali vita 2.

(c) Ratione. Sacerdotes enim curam animarum habentes, sunt fidei *doctores,* spirituales *medici* et *judices.* Atqui munia hujusmodi scientiam competentem sane requirunt. 1. *Doctores* fidem implantare et implantatam conservare debent; atqui ad hoc requiritur ut fidei fundamenta demonstrent argumentis uniuscujusque captui accommodatis, simulque argumenta solvant quæ in contrarium afferri solent. Quod quidem nostris præsertim diebus magis necessarium est propter multitudinem errorum qui ubique grassantur; cum enim adversarii omnibus - scientiis utantur ad veritates fidei impugnandas, jam non sufficit, ad eos redarguendos, ars bene dicendi vel *a priori* argumentatio, sed desideratur rerum divinarum ac humanarum cognitio præsertim vero Scripturæ sacræ atque historiæ accurata notitia3. 2. Nec minor requiritur moralis

1 Benedict XIV, *InstiL,* XXXII, 4.

* Ci. Index alphabeticus : *Studia sacra, Studiorum domus, Seminaria.*

3 Leo XIII merito ait : " Revera fidei catholicæ defensio, in qua laborare maxime sacerdotum debet industria, et quæ est tantopere his temporibus necessaria, *doctrinam desiderat* non vulgarem neque mediocrem, sed *eaquisitam et vanam;* quæ non modo sacras, sed etiam philosophicas disciplinas complectatur, et physicorum sit atque historicorum tractatione locuples. Eripiendus est enim error hominum multiplex, singula christianæ sapientiæ fundamenta convellentium : luctandumque persæpecum adversariis apparatissimis, in disputando pertinacibus, qui subsidia sibi ex omni scientiarum genere astute conquirunt". (Encyc. *Etsi nos,* 15 feb. 1882).

et ascetica scientia ut sacerdotes spirituales *medici* et *judices* esse valeant, ut diximus in *Synopsi Theol. Mor*, ubi *de Poenitentia.*

14. — (B) *Utrum necessaria sit pro laids?*

(1) Non est absolute necessaria, ut patet, pro laicis, qui animarum curam non habent.

(2) Est saltem valde utilis pro laicis doctioribus : (a) *Ad altiorem humanarum disciplinarum intelligenham :* scientiae enim ita sunt intime connexæ ut quis in una vix proficere valeat nisi aliarum saltem elementa cognoscat. Quod de theologia præsertim verum est, cum altas agat radices in omnes fere scientias, præsertim vero metaphysicas, historicas, ethicas et politicas, ita ut nonnullæ notiones, ad hujusmodi disciplinas spectantes, theologicis studiis maxime elucidatæ fuerint. Hinc nulla esse debet studiorum Universitas hoc nomine digna, quæ theologiæ facultatem non complectatur '.

(b) *Ad fidei defensionem :* cum enim hodie fides a multis laicis impugnetur scientificis argumentis, multum sane expedit ut a laicis quoque propugnetur, quorum scripta peculiari favore a multis excipiuntur; hoc autem fieri nequit, nisi dogmata fidei, quæ defendere volunt, apprime calleant[2] : secus enim et ipsi in errorem alios inducere possent.

(c) *Ad propriam ædificationem :* nulli enim dubium esse potest quin cognitio de Deo rebusque divinis omnis *sanctitatis sitfundamentum :* nam eo ferventius Deum amamus quo melius eum cognoscimus; propterea eo perfectior esse poterit sanctitas, ceteris paribus, quo perfectior erit theologiæ cognitio λ

(3) Moraliter necessaria est laicis doctioribus ex Actione catholica. Actio catholica consistit in eo quod " laici apostolatum hierarchicum participent". (Cf. n. 1016). Ejus membra christianam veritatem integre et firmiter cognoscere debent, ut juxta eam in privatis et publicis moribus semper vivant. Sed hæc Catholicism! cognitio solum per theologiam acquiritur. Quapropter laici doctiores, Actionis catholicæ duces, omnino scientia theologica indigent : quapropter Pius XI jubet eos a piis et doctis sacerdotibus accurate instrui de Ecclesiæ doctrina.

Concludamus igitur, cum *Angelico Doctore'*, theologiæ studium ceteris esse *perfectius, sublimius, utilius* et *jucundius :* 1. " *Per-*

1 Quod egregie probat J. H. Newman, *op. cit.,* dis. III IV.

2 Quod eloquenter urget Leo XIII, Encycl. *Providentissimus,* 18 nov. 1893, circa finem.

3 *Cf.* E. H. Manning, *The Glories of the S. Heart,* New-York, 1871, lect III, Dogma the Source of Devotion, p. 85; Ad. Tanquerey, *Les dogmes générateurs de la piété,* Desclée, Paris, 1925. — 4 *Cont. Genl.,* l. I, c. 2.

fertius quidem, quia, in quantum homo sapientiæ studio dat se, in tantum veræ beatitudinis jam aliquam partem habet. Unde Sapiens dicit[1]: *Beatus vir qui in sapientia morabitur.* 2. *Sublimius* autem est, quia per ipsum homo ad divinam similitudinem præcipue accedit, qui omnia in sapientia fecit. Unde quia similitudo causa est dilectionis, sapientiæ studium præcipue Deo per amicitiam conjungit; propter quod dicitur quod *sapientiæ est infinitus thesaurus hominibus; quo qui usi sunt, facti sunt participes amicitia. Dei*[2]. 3. *Utilius* autem est, quia per ipsam sapientiam ad immortalitatis regnum pervenitur; *concupiscentia* autem *sapientia deducet ad regnum perpetuum*[3]. 4. *Jucundius* autem est, quia *non habet amaritudinem conversatio illius, nec tædium convictus illius, sed lætitiam et gaudium*" L

V. De Theologiæ divisione

15. — Licet theologia *una* sit ratione objecti formalis, *dividi* tamen potest ratione : I. *methodi,* 2. *objecti* seu *materia.*

I. Ratione methodi

Ratione *methodi,* theologia distinguitur : i. *positiva,* 2. *scholastica,* 3. *mixta* seu *positivo-scholastica.*

i° Theologia Positivas

(A) Notio.

(a) *Etymologica.* Hoc nomen desumitur ex suo munere : nam hæc theologia "*ponit*" veritates in verbo revelato immediate contentas, quæ sunt doctrinæ sacræ fundamenta.

(b) *Realis.* Theologia *positiva* ea est quæ singulas veritates credendas seu dogmata e fontibus revelationis eruit, exponit et demonstrat argumentis ex Scriptura et Traditione desumptis.

16. — (B) Divisio.

Theologia positiva dividitur in theologiam *biblicam* et *historicam,* (a) Theologia *biblical,* criticæ et exegeseos ope, doctrinas quales colligi possunt ex Scriptura sola nota

1 *Eccles.*. XIV, 22. — 3 *Sap.*. VI, 21. — 3 *Sap.*. VI, 21. — 4 *Sap.*. VIII, i6.

5 P. Lemonnier, art. *Thiolog. positive et thiolog. historique.* in *R. C. F.*. I9°3> *. XXXIV, p. 5, iS; R. Schultes, *Introductio in historiam dogmatum.* Paris, 1922. F. Cavallera, art. *La théologie positive,* in *Bull, de littir. ecclisiast.*. 1925, p. 20 sq.

6 M. Hetzenhauer, *Theologia biblica.* Friburgi Bn, 1908.

investigat. Primum quidem a *Protestantibus* [1] hodie etiam a *Catholicis* non sine maximo fructu excolitur. Cavendum est tamen ne veritas, quæ ex Scriptura colligitur, tamquam *integra* Christi doctrina habeatur, cum hæc etiam in Traditione contineatur.

(b) Theologia *historica,* ex documentis tum Scripturae tum Traditionis, secundum ordinem *chronologicum* critice expensis, colligit et exponit catholicam doctrinam; eo fine ut ita ostendatur dogmata, nunc ab Ecclesia fidei nostrae proposita, substantialiter eadem esse ac ea quæ ab Apostolis et Christo prædicata fuere[3], i. Dicitur *symbolica, conciliaris, liturgica, fiatristica, archeologica,* etc., juxta particulares fontes quibus utitur in sua demonstratione. 2. *Differt* ab *historia dogmatum* [4], quæ christianæ progressum doctrinæ describit, quin ejus unitatem et identitatem cum primaeva revelatione demonstrare intendat [5].

[1] Inter *Protestantium* opera hujusmodi, notatu digna sunt : Schiiltz *Alttestamentlichc Théologie,* Frankfurt, 1869; Oehler *Théologie des Alien Testaments,* Tubingen, 1873; B. Weiss *Lehrbuch der Biblischen Théologie des Neuen Tests.,* Berlin, 1868, *anglice* redditum a D. Eaton; *Biblical Theology of the New Testament;* Stevens; *The Theology of the New Testament,* New-York, 1899; Bovon; *La Théologie du Nouveau Testament,* Lausanne, 1902.

[2] Ita P. Batiffol, *L'Enseignement deJésus,* Paris, 1906; F. Prat, *La Théologie de St Paul,* Paris, 1920-1923 ; Tobac, *Le problème de la justification dans St Paul,* Louvain, 1908; M. Hetzenauer, *Theologia Biblica,* 1908.

[3] Inter *Catholicos* qui de theologia *historica* scripserunt, notatu digni sunt : P. Pourrai, *La Théologie sacramenlaire,* Paris, 1907; L. Labauche, *Leçons de Thêol. dogmat.,* Paris, 1908 sq., J. Rivière, *Le dogme de la Rédemption,* Paris, 1914; P. Batiffol, *L'Eglise naissante et le Catholicisme,* Paris, 1909; M. E. Neubert. *Marie dans PEglise anténicéenne,* 1908 etc. Cf. *Bibliothèque de Théologie historique,* sous la direction des prof, de Théol. de l'Inst. cathol. de Paris.

[4] *Historiam dogmatum* delineaverunt : 1) Inter *Protestantes,* Münscher, Néander, Baur, Thomasius, et recentius F. Loofs et praesertim A. Harnack, *Dogmengeschichte,* et *Grundriss der Dogmengeschichte;* utrumque opus *anglice* redditum *History of Dogma,* a Neil Buchanan; *Outlines of the History of Dogma,* a Ed. Knox Mitchell ; compendium *gallice* redditum ab E. Choisy, *Précis de ΓHistoire des Dogmes,* Paris, 1893. 2) Inter *Catholicos,* citari possunt : H. Klee, *Lehrbuch der Dogmengeschichte, gallice* redditum a Malire, 1852; A. Schwane, *Dogmengeschichte,* 1862-1890, *gallice* redditum ab A. Degert, *Histoire des Dogmes,* Paris, 1903; DD. Ginoulhiac, *Histoire du dogme catholique pendant les trois premiers siècles de PEglise,* Paris, 1866; P. Semeria, *Dogma, gerarchia et culto nella Chiesa primitiva,* Roma, 1902; J. Tixeront. *Histoire des dogmes,* Paris, 1928-1931, 3 vol.

[5] J. Tixeront, *Hist, des dogmes,* t. I, p. 415.

17. — (C) Valor.

(a) Theologia positiva, in sensu catholico, non vero ad Protestandum vel Rationalistarum méntëm intellecta, est *optima :* etenim ex Scriptura et Traditione dogmata fidei exponit et vere revelata esse ostendit, (b) Imo *necessaria* videtur vel ut fidei articuli e fontibus revelationis hauriantur, vel ut falsam interpretationem locorum obscuriorum in libris sacris et in documentis Traditionis impediat». Quod, nostris diebus, præsertim valet, cum omnia in religione acutissimæ criticæ subjiciantur. (C) Attamen *periculosa* esset, si modo excessivo et exclusive coleretur, ut quorumdam lugenda experientia constat : " Historia testis est eos, qui in theologia scholastica non sufficienter eruditi ad studium Patrum et Scripturae accedunt, plerumque in varios errores labi, cum terminos non intelligant,... sententias falso explicent, conclusiones ineptas faciant. Quare prudenter veteres doctores speculativam theologiam positivæ præmittebant " [1].

18. — (D) Usus.

(a) In *idatepatristica,* maxime floruit. Nam Patres fidem christianam fidelibus et catechumenis exponebant, juxta libros sacros et Traditionis testimonia. Eodem modo hanc fidem contra hæreses propugnarunt : ita S. IRENÆUS contra Gnosticos, S. ATHANASIUS adversus Arianos, S. AUGUSTINUS contra Pelagianos et Donatistas, S. CYRILLUS Alexandrinus contra Nestorianos, aliique multi, (b) Jam a *sccc. IX* hæc methodus paulatim omittitur; theologi dogmata fere universaliter credita systematice exponunt ad unum corpus doctrinale efformandum, secundum " scholæ " principia, (c) Sed, *post* exortam Protestantium hæresim et *C. Tridentinum,* positivam theologiam scientifice exposuerunt multi theologi, inter quos eminent PETAVIUS {*Theologicorum dogmatum libri quatuor* 1643-1650), et Thomassinus {*Dogmata theologica,* 1680-1689), FORBES A CORSE {*Instructiones historico-theologiae,* 1645); G. BULL, {*Defensio nicœnæ fidei,* 1685-1688). (d) *Modernis tempo-*

[1] Ci. *II Petr.* III, 16: S. Augustin., *In Johan.* tract. 18, I ; *De doctrina Christian.,* II, 9. 14.

[2] C. Pesch, *Project. dogmat.*, Friburgi Br., 1915; t. I, n. 27 sq.

ribus, positiva theologia maximo fit in honore, ut refutentur *Rationalistes, Protestantes liberales* et *Modernistes,* qui fidei fundamenta evertere conantur ex extrinsecis et historicis documentis.

2° Theologia Scholastica[1]

19. — Theologia *speculativa* e dogmatibus immediate revelatis, ope ratiocinii, alias veritates deducit. Hujus theologiæ notissima et specialis forma est theologia *scholastica* [2]

(A) Notio.

(a) *Etymologica.* Hoc nomen venit a methodo in scholis Medii Ævi exculta. Juxta quosdam, "*schola*" olim significabat complexum omnium scholarum R. Pontifici subditarum qui constituebat scholam catholicam universalem. Juxta autem alios, Medio Ævo, "*schola*" discipulorum cœtum cujusdam eminentioris magistri designabat; ejus vero alumni "*scholastici*" vocabantur.

(b) *Realis.* Theologia *scholastica ea* est quæ dogmata fidei *methodice et philosophice scrutatur,* eorum sensum magis accurate definiendo; fidei dogmata cum rationis principiis, in quantum fieri licet, conciliando; conclusiones in dogmatibus contentas dilucide aperiendo; nexum, qui inter veritates revelatas existit, ostendendo; easdem in unum doctrinae corpus coadunando; uno verbo, *dogmata fidei scientifice illustrando.* Ejus praecipua forma est theologia *thomistica.* — Hic agitur de Scholastica sine defectibus, disputationibus et subtilitatibus ineptis, quibus in decadentiæ periodo (XIV-XVI sæc.) fuit non raro adulterata [3]

20. — (B) Valor.

Hic valor *intrinsece* et *extrinsece* constat.

(a) Intrinsece. Methodus scholastica utilissima est "ut sacra theologia naturam, habitum ingeniumque veræ scientiae suscipiat et induat" [4]. Et revera revelatam fidem

1 M. Grabmann, *Die Geschichte der Scholastischen -Methode,* T. I, p. 28 sqs., 1909; B. Geyer, *Der Begrif der Scholastichen rheologic,* Bonn, 1926, p. H2sq.

2 Divisio in theologiam positivam et scholasticam jam apud Gregorium de Valentia (f 1603) exponitur *(In Sum.,* I, disput. 1, q. I, punct. 1).

3 De quibus M. Cano, *De loc. theolog.,* 8, I; cf. 9, I.

4 Leo XIII, Encyc. *Ætemi Patris,* 5 aug. 1879.

scrutatur notionibus, distinctionibus et argumentationibus lucidioribus, solutione difficultatum, ita ut dogmata magis intelligibilia sint et doctrinæ corpus aliquod vere scientificum efforment. Et sic scientifico nostræ ætatis spiritui claram, profundam et didacticam doctrinam Christianam præbet.

(b) Extrinsece. Theologiam scholasticam multoties laudaverunt R. Pontifices : i. Ita Sixtus V (Bulla *Triumphantis*^ 14 mart. 15SS) : ‘‘Hujus quidem tam salutaris scientke cognitio... *semper certe maximum Ecclesia adjumentum* afferre potuit, sive ad Scripturas ipsas vere et sane intelligendas et interpretandas, sive ad Patres et utilius perlegendos et explicandos, sive ad varios errores et hæreses detegendas et repellendas”. Et addit theologiam scholasticam esse *hareficis maximeformidolosam*^ quia et ipsi intelligunt “ illis dilucidis definitionibus et distinctionibus, illa argumentorum firmitate et acutissimis disputationibus lucem a tenebris, verum a falso distingui, eorumque mendacia multis præstigiis et fallaciis involuta tamquam veste detracta patefieri et denudari”. 2. Ita etiam Leo xm qui eadem verba approbavit, hæc simul addens : ‘‘Jamvero inter scholasticos Doctores *omnium princeps et magister longe eminet Thomas Aquinas :* qui, uti Cajetanus animadvertit, veteres “ doctores sacros quia summe veneratus est, ideo intellectum omnium quodammodo sortitus est”. 3. Nuperrime Piusxi, in litteris apostolicis *Officiorum* (1 aug. 1922) et *Studiorum ducem* (29 jun. 1923), rursus theologiam scholasticam commendavit :*

21. — (C) Usus.

Theologia *scholastica* in prioribus saeculis non apparet : revera Patres *apostolici* ut meri testes fidei se exhibent; Patres *apologetæ* præsertim paganismi absurditatem et Christianismi rationabilitatem demonstrant. Sed, jam a sæc. VIII, in Ecclesia Graeca a S. Joanne Damasceno adhibetur, et postea in scholis latinis viguit, præsertim a sæc. XII ad XVI. Medium ævum, ut omnes norunt, fuit ipsius aurea ætas, et S. THOMAS merito nominatur scholasticæ theologiæ princeps. Nunc autem renovata est et omnibus theologicis scholis in Ecclesia a R. Pontificibus merito præcipitur.

l Cf. D. B., 1652, 1680. 1713; L.Lavaud, *S. Thomas “ Guide des éludes",* Paris, 1925: Ami du Clergé, 1922, p. 551.

3° Theologia Positivo-Scholastica.

22. — (A) Notio et Usus[1].

Theologia *positivo-scholastica* methodum tum positivam, tum scholasticam harmonice consociat. Notetur quod, inter positivam et scholasticam theologiam, non adest essentialis differentia : nam utraque retinet eadem prima principia, subjectum, objectum et lumen revelatum. — Hanc theologiam commendabat PIUS X[2] : "*Major* profecto quam antehac *positivæ theologiæ ratio est habenda;* id tamen sic fiat, ut nihil scholastica detrimenti capiat, iique reprehendantur, utpote qui modernistarum rem gerunt, quicumque positivam sic extollunt ut scholasticam theologiam despicere videantur". Et Plus XI utilitatem et momentum positivæ theologiæ catholico clero exponit[3,4]

23. — (B) Valor.

Hæc theologia videtur *optima*[4]. Revera, ex una parte, commodis pollet theologiæ tum positivæ, tum scholasticae; ex alia vero, per eam vitantur excessus quorumdam qui, positivæ methodo nimis fidentes, sufficientem dogmatum intelligentiam non praebent; vel illorum qui, speculationi nimium indulgentes, philosophica et *aprioristica* argumenta ita congerunt, ut suas vel suæ scholae theorias potiusquam verbum Dei edocere videantur.

[1] Cf. Petavius, *Dogmata theologica,* t. I, Prolegomena, cap. 4-5; Coconnier, art *Spéculative ou positive,* in *Revue thomiste,* t. x, 1902, p. 629-653; L. de Grandmaison, art. *Théologiens scolastiques et théologiens critiques,* in *Etudes,* t. 74, 1898, p. 26-43; A. Tanquerey, art. *L'enseignement de la théologie dogmatique dans les Séminaires,* in *Recrutent, sacerdotal,* mai, juil. 1913; J. Brucker, art. *La réforme des études dans les Séminaires,* in *Etudes,* t. 92, 1902, p. 597-615; P. Bernard, art. *Quelques réflexions sur les méthodes en théologie,* in *Etudes,* oct. 1904, p. 102-117.

[2] Pius X, Encyc. *Pascendi,* 8 Sept. 1907.

[3] Pius XI, Encyc. *Studiorum ducem,* 29 jun. 1923.

[4] De *valore utriusque theologice* hæc scribit S. Thomas : "Quædam disputatio ordinatur ad removendum dubitationem *an ita sit;* et in tali disputatione theologica maxime utendum est auctoritatibus, quas recipiunt illi cum quibus disputatur... Quædam vero disputatio est., ad instruendum auditores, ut inducantur ad intellectum veritatis quam intendit, et tunc oportet rationibus inniti investigantibus veritatis radicem, et facientibus scire *quomodo sit verum* quod dicitur. Alioquin si nudis auctoritatibus magister quæstionem determinet, certificabitur quidem auditor quod ita est, sed *nihil scientia, vel intellectus acquiret, sed vacuus abscedet". [Quodlib.* 4, a. 18)

II. Ratione objecti

Variæ fuerunt theologiæ partitiones ratione *objecti* seu *materi#,* pro varietate temporum et auctorum. Breviter exponemus : i. quasdam *divisiones veteres* 2. partitionem *communem hodiernam.*


24. — **r** Divisiones veteres.

(1) Apud Patres, theologia sæpe dividitur in *theologiam* simpliciter seu doctrinam de Deo ipso; et *Œconomiam* seu Dei dispensationem ad hominem redimendum praesertim per Incarnationem. — Ex operibus S. AUGUSTINI (f 430), summa theologiæ erui quidem posset1; ipse vero hanc synthesim non perfecit. S. JOANNES DAMASCENUS (f 749?), in *Expositione fidei orthodox#* methodice disserit, in centum capitibus, de Deo uno et Trino, de creaturis et Providentia, de Incarnatione contra haereticos, denique de sacramentis, mariologia, Scriptura, tandem de novissimis.

25. — (2) In medio ævo. (a) Petrus Lombardus (+ 1160) completam scripsit theologiam, cujus nomen est *Libri quatuor Sententiarum,* quos postea plerique theologi commentariis exornarunt. In *primo* agit de *Deo* uno et trino; in *secundo,* de *creaturis,* earum origine et lapsu per peccatum; in *tertio,* de *Incarnatione, gratia* et *virtutibus,* quibus reparatur peccatum et homo instauratur; in *quarto,* de *sacramentis* et de *consummatione* omnium.

(b) S. Thomas (t 1274) hanc synthesim mirabiliter complevit in *Summa theologica*2, quæ videtur perfectior expositio thomisticæ theologiæ; et in *tres partes* dividitur : *prima* de Deo agit quatenus est *principium* seu causa creaturarum; *secunda* de motu rationalis creaturae in Deum, seu de Deo quatenus est creaturarum *finis ultimus; tertia* de Christo, seu de Deo Incarnato, qui, quatenus homo, *via* est nobis tendendi in Deum; et ita apparet quanta unitate fulgeat universa theologia.

* F. Cayré, *Précis de Pairologie,* 1927; t. 1, p. 655-695, Desclée, Tournai.
' F. Cayré, *Précis de Patrologie,* Paris, 1930; t. II, p. 553-566; Célestin de S. Joseph, *Tabula synopti:a Summa theolog. D. Thoma,* Mariakerke, 1924.



26. — 2° Divisio communis hodierna.

Moderni fere omnes theologiam dividunt in *dogmaticam* et *moralem*.

(1) Theologia **dogmatica**, præsertim dogmata credenda exponit; est proinde magis speculativa et merito vocatur *regula credendorum*. — Subdividitur in dogmaticam *fundamentalem* seu *generalem* et dogmaticam *specialem*.

(a) Prior seu **fundamentalis** est velut *introductio in theologiam*, et quæstiones *fundamentales* et *magis generates*

investigat; quales sunt : i. *Factum revelationis* divinæ, quod est fundamentum fidei simul et theologiae, 2. *divina [esu revelantis missio* in mundo, 3. *Ecclesice christianæ* et *catholica* in veritatibus a Christo revelatis et possidendis et docendis *auctoritas supernaturalis,* 4. *Fontes* denique praedictam revelationem continentes.

Sequens schema hanc divisionem exhibet in diversos hujus voluminis tractatus.

Tract. I. De *Religione revelata* in genere.

Tract. II. De *Christo Dei legato* seu De *Religione Christiana revelata.*

Tract. III. De *vera Christi Ecclesia* seu De *Religione Catholica revelata.*

Tract. IV. De *divina Constitutione Ecclesice Catholica.*

Tract. V. De *Fontibus Revelationis.*

(b) Posterior seu theologia dogmatica specialis est singulorum dogmatum methodica expositio; nihil aliud est nisi *scientifica explanatio Symboli,* quod omnia dogmata substantialiter continet. Et hoc ex praesenti schemate patet

I. De Fide	*Credo*
IL De Deo uno.	*In Deum*
III. De Deo trino — — — —	*Patrem et Filium...*
IV. De Deo creante et elevante .	*Creatorem cœli et terra*
N. De Verbo Incarnato et Redemptore — — — —	*.EtinJesum Christum,etc.*
VI. De Deo f *formaliter* per gratiam, Sanctifi- *instrumentaliter* per cante SACRAMENTA...	*In Spiritum sanctum...*
VII. De Deo Remuneratore.	*Carnis resurrectionem, vitam aternam.*

(2) Theologia moralis ea est quæ versatur circa mores recte dirigendos; magis practica est diciturque *regula agendorum;* in dogmaticam vero fundatur. Dividitur in : 1. *Moralem* simpliciter, quæ de praeceptis revelationis christianae praesertim disserit; 2. *Asceticam,* quae triplici via purgativa, illuminativa et unitiva ad Christianam perfectionem ducit;

3. *Mysticam* stricto sensu, quæ contemplatione et amore Deo animam intime conjungit[x].

VI. De dispositionibus ad theologiam.

27. — Inter dispositiones ad theologicam scientiam necessarias vel utiles [1], aliæ sunt *intellectuales,* aliæ *morales.*

(K) Intellectuales dispositiones acquirendæ præcipuæ sunt : judicium sanum, studiositas, cultura philosophica, scientifica et litteraria sufficiens; et præsertim *vera fides supernaturalis,* quia theologia ex fidei principiis conclusiones deducit; quare " tanto quisque facilius proficiendo cognoscit, quanto religiosius, antequam cognosceret, Deo credidit "[2], juxta illud Isaiæ : "Si non credideritis, non intelligetis" (Is., VII, 9). Proinde theologia merito dicitur "fides quaerens intellectum

(B) Morales dispositiones. Inter magis necessarias, indicantur : *Recta intentio, humilitas, oratio, puritas vitee;* deinde sincerus *theologice amor* et vera *pietas erga Ecclesice magisterium.*

(a) *Recta intentio,* quæ alia esse nequit nisi Dei gloriam ardens promovendi desiderium zelusque animarum.

(b) *Humilitas.* Nam theologia tractat de mysteriis, quæ Deus parvulis revelat, et quæ percipiuntur cum gratia Dei qui superbis resistit [4].

(C) *Oratio* qua divina auxilia securius obtinentur. " Si quis vestrum indiget *sapientia,* postulet a Deo qui dat

[1] De quibus gallice scripsimus in *Précis de théologie ascétique et mystique,* Desclée, Tournai.

[2] Angelici Doctoris meditentur hæc sapientissima verba : " Ad hoc quod aliquis sciat quemadmodum oporteat scire, *novem* sunt *necessaria.* Primo *humiliter* sine inflatione... Secundo *sobrie* sine præsumptione... Tertio *certitudinaliter* sine deceptione... Quarto *veraciter* sine errore... Quinto *simf>liciter* sine deceptione... Sexto *salubriter* cum caritate et dilectione... Septimo *utiliter* cum proximorum ædificatione... Octavo *liberaliter* cum gratuita communicatione... Nono *efficaciter* cum bona operatione... Primum, scii, humilitas, scientiæ arguit sapientes *superbos;* sobrietas *curiosos;* certitudo *dubiosos;* veritas *hæreticos;* simplicitas *advocatos;* salubritas *magos;* utilitas *iniquos;* liberalitas *avaros;* efficacitas *otiosos"*. (S. Thom., *In I Corinth:,* VIII, lect. i).

[3] S. August, *De agone christ.,* c. XIII.

[4] *Malth.,* XI, 25; /ολ, IV, 6.

omnibus affluenter”1. Quæ oratio ardenter et assidue intellectus, scientiæ et sapientiae dona impetrabit.

(d) *Puritas vita.* Nam caelestes veritates facilius mentem a passionibus liberam illuminant. “ Prius vita quam doctrina, ait S. Thomas, vita enim ducit ad scientiam veritatis ” 2.

(Θ) Sincerus *theologies amor* in caritate Dei et Christi fundatus, secundum exempla S. Thomae et multorum in hac scientia magistrorum. “ Cum enim homo... diligit veritatem creditam, super ea excogitat et amplectitur, si quas rationes ad hoc invenire potest ” 3.

(f) *Pietas* vera erga *Ecclesia magisterium,* ita ut ejus definitiones et declarationes fideliter accipiantur, necnon reverentia relate ad sententias quae in rebus fidei a Patribus vel theologis optimis docentur, vitando novitatis erroneæ aut præsumptuosæ spiritum diabolicum 4.

* S. Thom., *Exposit. in Matth.,* V,
3 *Sum. theol.,* 2’ 2æ, q. 2, a. 10.

-4

THEOLOGIA FUNDAMENTALIS

SEU

PRIOR PARS THE0L0GIÆ DOGMATICÆ

iF'

28. — (A) Notio.

Theologia *fundamentalis* est prior pars theologiæ dogmatic®, quæ ponit *fundamenta remota et proxima* divinæ fidei et théologie® scientiæ, statuendo concretum divinæ revelationis factum in Catholicisme et ejusdem infallibilem propositionem in Ecclesia per Scripturam et Traditionem.

29. — (B) Nomina.

Theologia hæc dicitur :

(a) *Generalis :* Etenim non singula dogmata tractat, sed quaestiones magis generales, considerando revelatum ut revelatum in genere et media quibus revelatum infallibiliter proponitur et inter homines servatur.

(b) *Propadeutica ad theologiam,* quia demonstrat principia et veritates circa ordinem supernaturalem scitu necessarias ad theologiam addiscendam.

(C) *Logica supernaturalis.* Revera sicut Logica naturalis intellectum ad philosophiam præparat ; ita theologia generalis ad supernaturalem scientiam de dogmatibus revelatis mentem munit et disponit. — Ob analogum ejus munus relate ad theologiam, dicitur etiam *Epistemologia* vel *Criteriologia theologica.*

(d) Apologetica. Hæc appellatio sæpius adhibetur. Juxta plures, theologia fundamentalis et apologetica non realiter differunt. Sed secundum alios, prior distinguitur a posteriore, sicut totum a sua parte. Revera Apologetica probat divinam revelationem authentice contineri in religione christiano-catholica. Theologia autem fundamentalis continet primum hanc *Apologeticam,* deinde tractat, secundum principia fidei, de *Ecclesia* et *Locis Theologicis* — Hanc posteriorem sententiam sequemur.

30. — (C) Divisio.

(a) Theologia fundamentalis *duplex* distingui potest : i. alia *Apologetica,* quæ divinæ revelationis christiano-catho-

1 Garrigou-Lagrange, *De Revelatione,* Romæ, 1925, p. 7-17; C. Pesch, n. 65 sq. ; J. V. Bainvel, *De Vera Religione,* Paris, 1914, p. 1-17.

licæ existentiam demonstrat, argumentis ex historia et ratione depromptis; 2. alia *stricte theologica prævia,* quæ determinat custodem authenticum et puros fontes ejusdem revelationis in Ecclesia, Scriptura et Traditione. Inter utramque præcipuum *discrimen* est quod veritates divinitus revelatæ ut argumenta sumuntur, non in prima, sed exclusive in secunda.

31. — (b) Conspectus generalis.

Theologia *dogmatica.*

i° Fundamentalis.

A. *Apologetica.*

1. De *Religione revelata* in genere. (Cf. n. 32).
2. De *Christo Dei legato* seu De *Religione Christiana revelata.* (Cf. n. 357).
3. De *vera Christi Ecclesia* seu De *Religione catholica revelata.* (Cf. n. 590).

B. *Stricte theologica prævia.*

I. De *divina constitutione Ecclesiæ Catholicæ.* (Cf. n. 829).
2. De *Fontibus Revelationis.* (Cf. n. 1071).

2° Specialis. (Cf. n. 26).

APOLOGETICA
SEU PRIOR PARS
THEOLOGIÆ FUNDAMENTALIS

ECCLESIASTICA DOCUMENTA
DE RE APOLOGETICA·

I. Innocentius XI (1676-1689)

Ex erroribus ab eo damnatis [1] (2 mart. 1679) :

20. " Potest quis *prudenter repudiare assensum,* quem habebat, *supernaturalem* 21. " *Assensus fidei* supematuralis et utilis ad salutem *stat cum notitia solum probabili revelationis,* immo cum formidine, qua quis formidet, ne non sit locutus Deus "[2][3]

1 Hæc sub Innocentio XI, Gregorio XVI, Pio IX et Pio X, edita sunt. — Cf. D. B., Index Ia — If, -de variis apologeticis quæstionrbus.

2 D. B., 1170, 1171.

3 Numeri marginales ii sunt quibus utitur Denzinger-Bannwart, *Enchi~ridion symbolorum,* Friburg. Br., 1911.

II. Gregorius XVI (1831-1846)

Ex thesibus de fide et ratione *L. Bautain* ad subscribendum propositis (8 sept. 1840) :

1023 2.“ *Divinitas revelationis mosaica* probatur cum certitudine per traditionem oralem et scriptam synagogæ et christianismi.

1624 3. Probatio *ex miraculis Jesu Christi* desumpta, sensibilis et percellens pro testibus ocularibus, vim suam et fulgorem nequaquam amisit quoad generationes subséquentes. Invenimus *hanc probationem omni cum certitudine* in authenticitate Novi Testamenti, in traditione orali et scripta omnium Christianorum. Hac *duplici traditione* debemus eam [scii, revelationem] demonstrare iis, qui vel eam rejiciunt vel nondum admissam requirunt.

4. Non habemus jus requirendi ab incredulo, ut admittat *resurrectionem* divini Salvatoris Nostri, priusquam illi proposuerimus *argumenta certa;* et haec argumenta *per ratiocinationem* ex eadem traditione deducuntur.

1626 5. Quoad has quæstiones varias, *ratio fidem pracedit* debetque ad eam nos conducere.

1627 6. -Quamvis debilis et obscura reddita sit ratio per peccatum originale, remansit tamen in ea *sat claritatis et virtutis,* ut ducat *nos cum certitudine* ad [cognoscendam] existentiam Dei, ad revelationem factam Judæis per Moysen et Christianis per adorabilem nostrum Hominem-Deum

III. Pius IX (1846-1878)

De fide et ratione : Contra *Hermesianos.* Ex Encyc. “ *Qui*
1636 *pluribus",* (9 nov. 1846) :

Christiana religio ex Dei loquentis auctoritate omnem suam vim habet.

“ Cum Sanctissima nostra religio non ab humana ratione fuerit inventa, sed a Deo hominibus clementissime patefacta, tum quisque vel facile intelligit, *religionem ipsam ex ejusdem Dei loquentis auctoritate omnem suam vim acquirere,* neque ab humana
«637 ratione deduci aut perfici unquam posse.

inquisitio facti divinet revelationis est necessaria.

Humana quidem ratio, ne in tanti momenti negotio decipiatur et erret, *divina revelationis factum diligenter inquirat oportet, ut certo sibi constet, Deum esse locutum,* ac eidem quemadmodum sapientissime docet Apostolus, “ rationale obsequium ” exhibeat[x]. Quis enim ignorat vel ignorare potest, omnem Deo loquenti fidem esse habendam, nihilque rationi ipsi magis consentaneum

[1] *Rom.,* XII, i.

esse, quam iis acquiescere firmiterque adhærere, quæ a Deo, qui nec falli, nec fallere potest, revelata esse constiterit?

Multa ar. Sed quam multa, quam mira, quam splendida præsto sunt *argumenta,* quibus humana ratio luculentissime evinci omnino

Ckristi di. debet, *divinam esse Christi religionem* et " omne dogmatum nostrorum principium radicem desuper excælorum Domino accepisse"[1], ac propterea *nihilfide nostra certius,* nihil securius, nihil sanctius extare, et quod firmioribus innitatur principiis. Hæc scilicet fides vitæ magistra, salutis index, vitiorum omnium expultrix ac virtutum fcecunda parens et altrix, divini sui auctoris et consummatoris Christi *Jesu nativitate, vita, morte, resurrectione, safiientia, prodigiis, vatidnationibus confirmata,* supernæ doctrinæ luce undique refulgens ac cælestium divitiarum ditata thesauris, tot *prophetarum prædictionibus,* tot *miraculorum splendore,* tot *martyrum constantia,* tot Sanctorum gloria vel maxime clara et insignis, salutares proferens Christi leges ac majores in dies ex crudelissimis ipsis persecutionibus vires acquirens, *universum orbem* terra marique, a solis ortu usque ad occasum, uno Crucis vexillo pervasit, atque idolorum profligata fallacia, errorum depulsa caligine triumphatisque cujusque generis hostibus, omnes populos, gentes, nationes, utcumque immanitate barbaras ac indole, moribus, legibus, institutis diversas, divinae cognitionis lumine lustravit, atque suavissimo ipsius *Christi jugo subjecit,* annuntians omnibus pacem, annuntians bona. Quæ certe omnia tanto divinæ sapientiæ ac potentiæ fulgore undique collucent, ut cujusque mens et cogitatio vel facile intelligat, christianam fidem Dei opus esse.

Hisargu-ġnHis, humana ratio ^equium °terutur. Itaque *humana ratio* ex splendidissimis hisce æque ac *firmissimis* 163 *argumentis* clare aperteque cognoscens, Deum ejusdem fidei existere, ulterius progredi nequit, sed quavis difficultate ac dubitatione penitus abjecta atque remota, omne eidem *fidei obsequium præbeat oportet,* cum pro certo habeat, a Deo traditum esse, quidquid fides ipsa hominibus credendum et agendum proponit ".

IV. C. Vaticanum (1869-1870)[a]

SESSIO III, 24 APRILIS 1870

Constitutio dogmatica de Fide Catholica

Proœmium

Salutaris tia^Chrtiti "Dei Filius et generis humani Redemptor Dominus Noster Jesus Christus, ad Patrem cælestem rediturus, *cum Ecclesia sua* in terris

[1] S. Joan. Chrysost., *In Is. profiirt.,* c. I.

[a] Vide in *appendice* hujus vohiminis C. *otcumenicorum tabellam.*

militante, *omnibus diebus* usque ad consummationem saeculi futurum *se esse promisit.* Quare dilectæ sponsæ presto esse, adsistere docenti, operanti benedicere, periclitanti opem ferre nullo unquam tempore destitit. Hæc vero salutaris ejus providentia, cum ex aliis beneficiis innumeris continenter apparuit, turn iis manifestissime comperta est fructibus, qui orbi christiano e conciliis cecumenicis ac nominatim e Tridentino, iniquis licet temporibus celebrato, amplissimi provenerunt. Hinc enim sanctissima religionis dogmata pressius definita uberiusque exposita, errores damnati atque cohibiti; hinc ecclesiastica disciplina restituta firmiusque sancita, promotum in clero scientiæ et pietatis studium, parata adolescentibus ad sacram militiam educandis collegia, christiani denique populi mores, et accuratiore fidelium eruditione et frequentiore sacramentorum usu instaurati. Hinc praeterea arctior membrorum cum visibili Capite communio, universoque corpori Christi mystico additus vigor; hinc religiosæ multiplicatæ familiae, aliaque christianæ pietatis instituta; hinc ille etiam assiduus et usque ad sanguinis effusionem constans ardor in 'Christi regno late per orbem propagando.

erga Ecclesiam.

Mirabiles conciliorum cecumenicorum effectus.

Verumtamen hæc aliaque insigna emolumenta, quæ per ultimam maxime œcumenicam Synodum divina clementia Ecclesiæ largita est, dum grato, quo par est, animo recolimus; acerbum compescere haud possumus dolorem ob mala gravissima inde potissimum orta, quod ejusdem sacrosanctae Synodi apud permultos vel auctoritas contempta, vel sapientissima neglecta fuere decreta.

Gratitude et dolor R. Pontificis.

Nemo enim ignorat, hæreses, quas Tridentini Patres proscripserunt, dum, rejecto divino Ecclesiæ magisterio, res ad religionem spectantes privati cujusvis judicio permitterentur, in sectas paulatim dissolutas esse multiplices, quibus inter se dissentientibus et concertantibus, omnis tandem in Christum fides apud non paucos labefactata est. Itaque ipsa *sacra Biblia,* quæ antea christianæ doctrinæ unicus fons et judex asserebantur, jam non pro divinis haberi, immo mythicis commentis accenseri coeperunt.

Recentes errores circa : sacram Bibliam, religionem Christianam ejusque dogmata, per rationalismum.

Tum nata est et late nimis per orbem vagata illa *rationalisms seu naturalisms doctrina,* quæ *religioni christianæ utpote supernaturals instituto per omnia adversans, summo studio molitur,* ut Christo, qui solus Dominus et Salvator noster est, a mentibus humanis, a vita et moribus populorum excluso, meræ quod vocant rationis vel naturæ regnum stabiliatur. Relicta autem projectaque Christiana religione, negato vero Deo et Christo ejus, prolapsa mens in pantheismi, materialism!, atheismi barathrum, ut jam ipsam rationalem naturam, omnemque justi rectique normam negantes, ima humanæ societatis fundamenta diruere connitantur.

Veritatum catholicarum attenuatio in fidelibus.

Hac porro impietate circumquaque grassante, infeliciter contigit, ut plures etiam e *catholica Ecclesiafiliis* a via veræ pietatis aberrarent, in iisque, diminutis paulatim veritatibus, *sensus catholicus attenuaretur.* Variis enim ac peregrinis doctrinis abducti, naturam et gratiam, scientiam humanam et fidem divinam perperam commiscentes, genuinum sensum dogmatum, quem tenet ac docet sancta mater Ecclesia, depravare, integritatemque et sinceritatem fidei in periculum adducere comperiuntur.

Materni Ecclesice tensus talia mala consi· derantis.

Quibus omnibus perspectis, fieri qui potest, ut non commoveantur intima Ecclesiæ viscera? Quemadmodum enim Deus vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire: quemadmodum Christus venit, ut salvum faceret quod perierat, et filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum : ita Ecclesia, a Deo populorum mater et magistra constituta, omnibus debitricem se novit, ac lapsos erigere, labantes sustinere, revertentes amplecti, confirmare bonos et ad meliora provehere parata semper et intenta est. Quapropter nullo tempore a Dei veritate, quæ sanat omnia, testanda et prædicanda quiescere potest, sibi dictum esse non ignorans : Spiritus meus, qui est in te, et verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, amodo et usque in sempiternum '.

Nos itaque, inhærentes Prædecessorum Nostrorum vestigiis, pro supremo Nostro Apostolico munere veritatem catholicam docere ac tueri, perversasque doctrinas reprobare nunquam intermisimus.

Christi doctrina contra hos errores edocetur ac defenditur.

Nunc autem, sedentibus Nobiscum et judicantibus universi orbis Episcopis, in hanc cecumenicam Synodum auctoritate Nostra in Spiritu Sancto congregatis, innixi Dei verbo scripto et tradito, prout ab Ecclesia catholica sancte custoditum et genuine expositum accepimus, ex hac Petri cathedra in conspectu omnium salutarem Christi doctrinam profiteri et declarare constituimus, adversis erroribus potestate nobis a Deo tradita proscriptis atque damnatis". V8

CAP. I. De Deo rerum omnium creatore.

(In tract, de *Deo uno,* hoc caput referetur).

CAP. II. De revelatione

Deus naturaliter certo cognosci potest;

Eadem sancta mater Ecclesia tenet et docet, *Deum,* rerum omnium principium et finem, *naturali humana rationis lumine* e rebus creatis *certo cognosci posse;* invisibilia enim ipsius, a creatura

^Zr., LIX, 2i.

mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur[1] : attamen placuisse ejus sapientiæ et bonitati, *alia eaque supernaturali via* se ipsum ac æterna *voluntatis sua decreta humano generi revelare,* dicente Apostolo : Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis : novissime diebus istis locutus est nobis in Filio

supernaturalem revelationem homini prabuit.

1786 *Huic* divinæ *revelationi tribuendum* quidem est, ut ea *qua in rebus divinis humana rationi per se impervia non sunt,* in præsenti quoque generis humani conditione *ab omnibus expedite, firma certitudine et nullo admixto errore cognosci possint.* Non hac tamen de causa *revelatio absolute necessaria* dicenda est, sed quia *Deus ex* inanita bonitate sua *ordinavit hominem ad finem supernaturatem,* ad participanda scilicet bona divina, quæ humanæ mentis intelligentiam omnino superant; siquidem oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum

Revelatio et religiosce veritates ordinis naturalis. Cur revelatio ut absolute necessaria f

1787 Hæc porro *supernaturalis revelatio,* secundum universalis Ecclesiæ fidem, a sancta Tridentina synodo declaratam, *continetur " in libris scriptis* et *sine scripto traditionibus,* quæ ipsius Christi ore ab Apostolis acceptae, aut (ab) ipsis Apostolis Spiritu Sancto dictante quasi per manus traditæ, ad nos usque pervenerunt "[4]. Qui quidem *veteris* et *novi Testamenti libri* integri cum omnibus suis partibus, prout in ejusdem Concilii decreto recensentur, et in veteri Vulgata latina editione habentur, *pro sacris et canonicis suscipiendi sunt. Eos vero Ecclesia pro sacris et canonicis habet,* non ideo quod sola humana industria concinnati, sua deinde auctoritate sint approbati; nec ideo dumtaxat, quod revelationem sine errore contineant : sed *propterea quod Spiritu Sancto inspirante conscripti Deum habent auctorem,* atque ut tales ipsi Ecclesiæ traditi sunt.

Revelationis divina fontes.

Quinam libri pro sacris et canonicis susci^ fiendi suntf

SpirituS. inspirante conscripti sunt.

1788 Quoniam vero, quæ sancta Tridentina Synodus de interpretatione divinæ Scripturæ ad coercenda petulantia ingenia salubriter decrevit, a quibusdam hominibus prave exponuntur, Nos idem decretum renovantes, hanc illius mentem esse declaramus, ut in rebus fidei et morum ad ædificationem doctrinae christianæ pertinentium, *is pro vero sensu sacra Scriptura habendus sit,* quem *tenuit ac tenet Sancta Mater Ecclesia,* cujus est judicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum sanctarum; atque ideo nemini licere contra hunc sensum aut etiam contra unanimem consensum Patrum ipsam Scripturam sacram interpretari.

De Scriptum S. in rebus fidei et morum vero sensu.

[1] *Itoni.,* I, 20. — [2] *Hebr.,* I, 1-2. — [3] *Cor.,* II, 9.
[4] *C. Trident.,* sess. IV, Deer, de Can. Script.; D. B., 783.

CAP. III. De fide

Radix ℔li· gatimis fi-

Cum *homo a Deo* tanquam Creatore et Domino suo *totus dependeat,* et *ratio creata increatæ Veritati penitus subjecta sit,* plenum revelanti Deo intellectus et voluntatis *obsequium fide*

Fidei na- tura.

prastare tenemur. Hanc vero *fidem,* quæ humanæ salutis initium est, Ecclesia catholica profitetur, *virtutem esse supernaturalem,* qua, Dei aspirante et adjuvante gratia, ab eo revelata vera esse credimus, non propter intrinsecam rerum veritatem naturali rationis lumine perspectam, sed *propter auctoritatem ipsius Dei revelantis,* qui nec falli nec fallere potest. Est enim fides, testante Apostolo sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium [1].

Fideimetivum.

Ut nihilominus fidei nostræ obsequium rationi consentaneum esset, voluit Deus, cum *internis Spiritus Sancti auxiliis externa jungi revelationis suce argumenta,* facta scilicet divina atque *imprimis miracula et prophetias,* quæ, cum Dei omnipotentiam et infinitam scientiam luculencer commonstrent, divinæ revelationis signa sunt certissima et omnium intelligentiæ accommodata. Quare tum *Moyses et Prophètes,* tum ipse *maxime Christus* Dominus multa et manifestissima miracula et prophetias ediderunt; et de Apostolis legimus : Illi autem profecti prædicaverunt ubique Domino coopérante, et sermonem confirmante sequentibus signis[2]. Et rursum scriptum est : Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes quasi lucemæ lucenti in caliginoso loco [3].

Revelationis argumenta : imprimis miracula et prophetice in K et N. Test., maxime in Christi vita.

Actus fidei supernaîuralitas et libertas.

Licet autem fidei assensus nequaquam sit motus animi cæcus, >79
nemo tamen *evangelice?. prcedicationi consentire potest,* sicut oportet ad salutem consequendam, *absque illuminatione et inspiratione Spiritus Sancti,* qui dat omnibus suavitatem in consentiendo et credendo veritati [4]. Quare fides ipsa in se, etiamsi per caritatem non operetur, donum Dei est, et actus ejus est opus ad salutem pertinens, quo homo *liberam presstat ipsi Deo obedientiam,* gratiæ ejus, cui resistere posset, consentiendo et cooperando.

Fidei catholica objectum.

Porro *fide divina et catholica ea omnia credenda sunt, quee* 1792
in verbo Dei scripto vel tradito continentur et ab Ecclesia sive sollemni judicio sive ordinario et universali magisterio tanquam divinitus revelata credenda proponuntur.

Necessitas fidei.

Quoniam vero *sine fide impossibile est placere Deo* [5] et ad filiorum 1793
ejus consortium pervenire, ideo nemini unquam sine illa contigit

[1] *Hebr.,* XI, i. — [2] *Marc.,* XVI, 20.
[3] *// Petr.,* I, 19.
[4] *Syn. Araus. II,* can. 7. — [5] *Hebr.,* XI, 6.

justificatio, nec ullus, nisi in ea perseveraverit usque in finem, vitam æternam assequetur. Ut autem officio veram fidem amplectendi, in eaque constanter perseverandi satisfacere possemus, Deus per Filium suum unigenitum *Ecclesiam instituit, suceque institutionis .manifestis notis instruxit, ut* ea tanquam custos et magistra verbi revelati *ab omnibus fosset agnosci.* Ad solam enim catholicam Ecclesiam ea pertinent omnia, quæ ad evidentem fidei Christianae credibilitatem tam multa et tam mira divinitus sunt disposita. Quin etiam *Ecclesia per se ipsa,* ob suam nempe admirabilem propagationem, eximiam sanctitatem et inexhaustam in omnibus bonis fecunditatem, ob catholicam unitatem, invictamque stabilitatem, *magnum quoddam et perpetuum est motivum credibilitatis et divinæ suæ legationis testimonium irrefragabile.*

Ecclesia est cognoscibilis per suas nolas.

Ecclesia ipsa magnum credibilitatis motivum.

Quo fit, ut ipsa veluti signum levatum in nationes [1] et ad se invitet, qui nondum crediderunt, et filios suos certiores faciat, firmissimo niti fundamento fidem, quam profitentur. Cui quidem testimonio efficax subsidium accedit ex superna virtute. Etenim benignissimus Dominus et errantes gratia sua excitat atque adjuvat, ut ad agnitionem veritatis venire puasint, et eos, quos de tenebris transtulit in admirabile lumen suum, in hoc eodem lumine ut perseverent, gratia sua confirmat non deserens, nisi deseratur. Quocirca minime par est conditio eorum, qui per cæleste fidei donum catholicae veritati adhæserunt, atque eorum, qui ducti opinionibus humanis, falsam religionem sectantur; illi enim, qui fidem sub Ecclesiae magisterio susceperunt, nullam unquam habere possunt justam causam mutandi aut in dubium fidem eamdem revocandi. Quæ cum ita sint, gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine[3], tantam ne negligamus salutem, sed aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Jesum, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem [3].

De Ecclesia erga infideles et preesertim fideles, divina gratia adjutos.

Corollaria practica pro fidelibus.

CAP. IV. De fide et ratione

1795 Hoc quoque perpetuus Ecclesiæ catholicæ consensus tenuit et tenet, *duplicem esse ordinem cognitionis,* non solum principio, sed objecto etiam distinctum : *principio* quidem, quia in altero naturali ratione, in altero fide divina cognoscimus; *objecto* autem, quia præter ea, ad quæ naturalis ratio pertingere potest, credenda nobis proponuntur *mysteria in Deo abscondita,* quæ, nisi revelata divinitus, innotescere non possunt. Quocirca Apostolus, qui a gentibus Deum per ea, quæ facta sunt [4], cognitum esse testatur, disserens tamen de gratia et veritate, quæ per Jesum Christum

Duplex est cognitionis ordo.

Divina mysteria.

[*] *Is.,* XI, 12. — [1] *Col.,* I, 12. — [*] *Hebr.,* X, 23. — [4] *Roui.,* I, 20.

tacta est', pronuntiat : Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram, quam' nemo principum hujus sæculi cognovit... nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum : Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei '. Et ipse Unigenitus confitetur Patri, quia abscondit hæc a sapientibus et prudentibus et revelavit ea parvulis λ

/Catiofide illustrato mysterio- rum inicllligentiam multipliciter assequitur.

Ac *ratio* quidem, fide illustrata, cum sedulo, pie et sobrie quærit aliquam Deo dante *mysteriorum intelligentiam eamque fructuosissimam assequitur,* tum ex eorum, quæ naturaliter cognoscit, analogia, tum e mysteriorum ipsorum nexu inter se et cum fine hominis ultimo; nunquam tamen idonea redditur ad ea perspicienda instar veritatum, quæ proprium ipsius objectum constituunt.

Mysteria >unt supra ration.ent.

Divina enim *mysteria suapte natura intellectum creatum* sic *excedunt,* ut etiam revelatione tradita et fide suscepta, ipsius tamen fidei velamine contecta et quadam quasi caligine obvoluta ma neant, quamdiu in hac mortali vita peregrinamur a Domino : per fidem enim ambulamus, et non per speciem «.

Nulla 'cera dissentio inter fidem et rationem.

Verum etsi fides sit supra rationem, *nulla* tamen unquam *inter fidem et rationem vera dissensio esse fotest :* cum idem Deus, qui mysteria revelat et fidem infundit, animo humano rationis lumen indiderit, Deus autem negare seipsum non possit, nec verum vero unquam contradicere.

Apparentis dissentionis causte.

Inanis autem hujus *contradictionis species* inde potissimum *oritur,* quod vel fidei dogmata ad mentem Ecclesiæ intellecta et exposita non fuerint, vel opinionum commenta pro rationis effatis habeantur. " Omnem " igitur " assertionem veritati illuminatæ fidei contrariam, omnino falsam esse definimus"-.

Ecclesia jus habet falsam scientiam proscribendi; Christianorum obligationes.

Porro *Ecclesia,* quæ una cum apostolico munere docendi, mandatum accepit fidei depositum custodiendi, *jus* etiam *et officium divinitus habet falsi nominis scientiam proscribendi,* ne quis decipiatur per philosophiam et inanem fallaciam 6. Quapropter omnes Christiani fideles hujusmodi opiniones, quæ fidei doctrinæ contrariæ esse cognoscuntur, maxime si ab Ecclesia reprobatæ fuerint, *non solum prohibentur* tanquam legitimas scientiæ conclusiones defendere, sed pro erroribus potius, qui fallacem veritatis speciem præ se ferant, *habere tenentur omnino.* 175

Fides et ratio opem yibi mutuam ferunt.

Neque solum *fides et ratio* inter se dissidere nunquam possunt, 179?
sed *opem* quoque *sibi mutuam ferunt,* cum recta ratio fidei fundamenta demonstret ejusque lumine illustrata rerum divinarum scientiam excolat; fides vero rationem ab erroribus liberet ac tueatur, eamque multiplici cognitione instruat Quapropter tantum abest,

' *Joan.,* I, 17. — ' *I Cor.,* II, 7-9. — 3 *Maith.,* XI, 25. — « *// Cor.,* V, 7.
5 *C. I.ateran.* Bulla *Afartoliei regimin/*r ; D. B., 738. — 6 ç0 ʃj

ut Ecclesia humanarum artium et disciplinarum culturæ obsistat, ut hanc multis modis juvet atque promoveat. Non enim commoda ab iis ad hominum vitam dimanantia aut ignorat aut despicit; fatetur immo, eas, quemadmodum a Deo, scientiarum Domino, profectæ sunt, ita, si rite pertractentur, ad Deum, juvante ejus gratia, perducere. Nec sane ipsa vetat, ne hujusmodi disciplinæ in suo quæque ambitu propriis utantur principiis et propria methodo; sed justam hanc libertatem agnoscens, id sedulo cavet, ne divinæ doctrinæ repugnando errores in se suscipiant, aut fines proprios transgressae, ea, quæ sunt fidei, occupent et perturbent.

Habitudo Ecclesia ad humanas aries et disciplinas.

1800 Neque enim *fidei doctrina,* quam Deus revelavit, velut philosophicum inventum proposita est humanis ingeniis perficienda, sed *tanquam divinum depositum Christi Sponsa tradita, fideliter custodienda et infallibiliter declaranda.* Hinc sacrorum quoque *dogmatum is sensus perpetuo est retinendus,* quem semel declaravit Sancta Mater Ecclesia, nec unquam ab eo sensu, altioris intelligentiæ specie et nomine, recedendum. "Crescat igitur... et multum vehementerque *proficiat,* tam singulorum quam omnium, tam unius hominis quam totius Ecclesiae, aetatum ac saeculorum gradibus, intelligentia, scientia, sapientia : sed in suo duntaxat genere, in eodem scilicet dogmate, *eodem sensu, eademque sententia" x.*

Fidei doctrina est divinum depositum.

Dogmatum sensus retinendum et profectum.

CANONES

I. De Deo, rerum omnium creatore

(In tract, de *De Deo uno,* canones hujus articuli referentur).

II. De revelatione

806 1.Si quis dixerit, *Deum* unum et verum, Creatorem et Dominum nostrum, per ea, quæ facta sunt, *naturali rationis humana lumine certo cognosci non posse :* anathema sit.

807 2.Si quis dixerit, *fieri non posse,* aut *non expedire, ut per revelationem divinam homo* de Deo, cultuque ei exhibendo *edoceatur :* anathema sit.

1808 3.Si quis dixerit, *hominem ad cognitionem* et perfectionem, *qua naturalem superet, divinitus evehi non posse,* sed ex seipso ad omnis tandem veri et boni possessionem jugi profectu pertingere posse et debere : anathema sit.

(809 4. Si quis sacrae *Scriptura libros integros* cum omnibus suis partibus, prout illos sancta Tridentina Synodus recensuit, *pro sacris et canonicis non susceperit* aut *eos divinitus inspiratos esse* negaverit : anathema sit.

Vincent Lir., *Common.,* n. 28;

III. De fide

1. Si quis dixerit, rationem humanam ita independentem esse, ut *fides ei a Deo imperari non possit :* anathema sit. 18

2. Si quis dixerit, *fidem divinam a naturali de Deo* et rebus moralibus *scientia non distingui,* ac propterea *adfidem divinam non requiri, ut revelata veritas propter auctoritatem Dei revelantis credatur :* anathema sit. 18

3. Si quis dixerit, *revelationem divinam externis signis credibilem fieri non posse,* ideoque sola interna cujusque experientia aut inspiratione privata homines ad fidem moveri debere : anathema sit. 181

4. Si quis dixerit, *miracula nulla fieri posse,* proindeque omnes de iis narrationes, etiam in sacra Scriptura contentas, inter fabulas vel mythos ablegandas esse ; aut *miracula certo cognosci nunquam posse nec iis divinam religionis Christiana originem rite probari :* anathema sit. 181

5. Si quis dixerit, *assensum fidei* christianæ *non esse liberum,* sed argumentis humanæ rationis necessario produci; aut *ad solam fidem vivam,* quæ per charitatem operatur, *gratiam Dei necessariam esse :* anathema sit. 1814

6. Si quis dixerit, *parem esse conditionem fidelium atque eorum qui ad fidem* unice veram *nondum pervenerunt,* ita ut catholici justam causam habere possint, fidem, quam sub Ecclesiæ magisterio jam susceperunt, assensu suspenso in dubium vocandi, donec *demonstrationem scientificam credibilitatis et veritatis fidei suce* absolverint : anathema sit. 1815

IV. De ratione et iide

1. Si quis dixerit, in revelatione divina *nulla* vera et proprie dicta *mysteria contineri,* sed universa fidei *dogmata posse per rationem* rite excultam e naturalibus principiis *intelligi et demonstrari :* anathema sit. 1816

2. Si quis dixerit, *disciplinas humanas* ea cum libertate tractandas esse, ut *earum assertiones, etsi doctrina revelata adversentur, tanquam vera retineri,* neque ab Ecclesia proscribi possint : anathema sit. 1817

3. Si quis dixerit, fieri posse, ut *dogmatibus* ab Ecclesia propositis, aliquando secundum progressum scientiae, *sensus tribuendus sit alius ab ℓ‹› quem intellexit* et intelligit *Ecclesia :* anathema sit. 1818

Itaque supremi pastoralis Nostri officii debitum exsequentes, omnes Christi fideles, maxime vero eos, qui præsunt vel docendi munere funguntur, per viscera Jcsu Christi *obtestamur,* necnon ejusdem Dei et Salvatoris nostri auctoritate *jubemus,* ut ad hos *errores* a Sancta Ecclesia arcendos et eliminandos, atque purissimæ fidei lucem pandendam, studium et operam conferant. jgI9

1820 Quoniam vero satis non est, hæreticam pravitatem devitare, nisi ii quoque *errores diligenterfugiantur,* qui ad illam plus minusve accedunt; omnes officii monemus, *servandi* etiam *Constitutiones et Decreta,* quibus pravæ ejusmodi opiniones, quæ isthic diserte non enumerantur, *ab hac sancta Sede proscripta·, et prohibita sunt".*

N. Pius X (1903-1914)

Contra Modernismi haeresim

1° Attente legatur encycL **Pascendi** (8 sept. 1907), quæ Modernistarum errores exponit et refutat. Imprimis ea quæ de *Modernismi Apologetica* tractant integre studeantur et ponderentur. (Cf. D. B., 2101 sq. ; 2071-2109.)

20 Ex decreto **Lamentabili** (3 jul. 1907) sequentes propositiones condemnante :

2014 14· "In pluribus narrationibus, non tam quæ vera sunt *Evangelista retulerunt,* quam *qua lectoribus,* etsi falsa, *censuerunt magis proficua...*

2017 17· *Quartum Evangelium miracula exaggeravit* non tantum ut extraordinaria magis apparerent, sed etiam ut aptiora fierent ad significandum opus et gloriam Verbi Incarnati...

2020 20. *Revelatio* nihil aliud esse potuit quam acquisita ab homine suæ ad Deum relationis conscientia...

2022 22. *Dogmata,* quæ Ecclesia perhibet tanquam revelata, non sunt *veritates e calo delapsa* sed sunt interpretatio quædam factorum religiosorum quam humana mens laborioso conatu sibi comparavit...

2025 25. *Assensusfidei* ultimo innititur *in congerie probabilitatum...*

2027 27. *Divinitas Jesu Christi ex* evangeliis non probatur; sed est *dogma quod conscientia Christiana* e notione Messiæ deduxit.

2028 28. *Jesus,* cum ministerium suum exercebat, non in eum finem *loquebatur ut doceret se esse Messiam,* neque ejus miracula eo spectabant ut id demonstraret.

2029 29. Concedere licet *Christum,* quem exhibet *historia,* multo inferiorem esse *Christo,* <qui est *objectumfidei.*

2030 30. In omnibus textibus evangelicis nomen *Filius Dei* æquivalet tantum nomini *Messias,* minime vero significat Christum esse *verum et naturalem Dei Filium...*

2035 35· Christus non semper habuit *conscientiam sua dignitatis messianica.*

2036 36. *Resurrectio Salvatoris* non est proprie *factum ordinis historici,* sed factum ordinis mere supernaturalis nec demonstratum

nec demonstrabile, quod conscientia Christiana sensim ex aliis derivavit.

37. *Fides in resurrectionem Christi ab initio* fuit non tam de facto ipso resurrectionis quam de vita Christi immortali apud Deum...

52. *Alienum* fuit *a mente Christi Ecclesiam* constituere veluti societatem super terram per longuam sæculorum seriem duraturam; quin immo in mente Christi *regnum cali* una cum fine mundi *jamjam adventurum* erat.

53. *Constitutio organica Ecclesia* non est immutabilis; sed societas Christiana *perpetua evolutioni* æque ac societas humana est obnoxia. 205

54. Dogmata, sacramenta, *hierarchia* tum quod ad notionem tum quod ad realitatem attinet, non sunt nisi *intelligentia Christiana interpretationes evolutionesque* quæ exiguum germen in Evangelio latens externis incrementis auxerunt perfeceruntque.

55. *Simon Petrus* ne suspicatus quidem unquam est, sibi a Christo demandatum esse *primatum* in Ecclesia. 205

56. *Ecclesia Romana* non ex divinæ providentiæ ordinatione, sed ex mere politicis conditionibus *caput omnium Ecclesiarum* effecta est.. 205

59. *Christus determinatum doctrina corpus* omnibus temporibus cunctisque hominibus applicabile *non docuit* sed potius inchoavit motum quemdam religiosum diversis temporibus ac locis adaptatum vel adaptandum. 205

60. *Doctrina Christiana* in suis exordiis fuit judaica; sed facta est *per successivas evolutiones* primum paulina, tum joannica, demum hellenica et universalis". 2

3° Ex jurejurando contra Modernismi errores (1 sepi.

"Firmiter amplector ac recipio... præsertim ea doctrinæ capita quæ hujus temporis erroribus directo adversantur. Ac *primum... Secundo externa revelationis argumenta* hoc est, facta divina, imprimisque miracula et prophetias admitto et agnosco tanquam *signa certissima divinitus 01ta christianæ religionis* eademque teneo ætatum omnium atque hominum, etiam hujus temporis, intelligentiæ esse maxime accommodata... *Quinto* certissime teneo ac sincere profiteor *fidem non esse cacum sensum religionis e* latebris *subconscientice* erumpentem, sub pressione cordis et inflexionis voluntatis moraliter informatæ, *sed verum assensum intellectus veritati extrinsecus accepta ex auditu* quo nempe quæ a Deo personali, creatore ac domino nostro dicta, testata et revelata sunt, vera esse credimus propter Dei auctoritatem summe veracis ", 2145

TRACTATUS I

DE RELIGIONE REVELATA IN GENERE

Prooemium.

32. — (A) Apologeticæ integræ partitio.

Apologetica, quæ est prima pars theologiæ fundamentalis dogmaticæ, exponit et probat *factum concretum revelationis divinæ a Christo factæ et per Ecclesiam catholicam propositæ.* — Dividitur in tres tractatus : i. De *Religione revelata* in genere. 2. *De Christo Dei legato* seu de *Religione Christiana revelata.* 3. *De vera Christi Ecclesia* seu de *Religione Catholica revelata.* (Cf. n. 31). Prior materiam tractat speculativo et abstracto modo ; posteriores autem rem considerant concrete et historice.

33. — (B) Divisio hujus tractatus.

Antequam demonstretur quaenam sit religio revelata in concreto, plures generales quaestiones sunt necessario præmittendæ de religione et revelatione, juxta rationis principia.

In praesenti tractatu, *tres dantur sectiones :* 1a Prolegomena de *Apologetica,* 2a de *Religione* in genere, 3a de *Revelatione* in genere.

34. — (C) Conspectus generalis.

De Religione revelata in genere.

Sect. I. Prolegomena de Apologetica.
- Cap. I. *PranoHones.*
- Cap. II. *Historicus* Apologeticæ *consfec'*

Sect. II. De Religione in genere.
- Cap. I. De *natura* Religionis.
- Cap. II. De *necessitate* Religionis.

Sect. III. De Revelatione in genere.
- Cap. I. De *natura*
- Cap. II. De *possibilitate*
- Cap. III. De *necessitate*
- Cap. IV. De *obligatione* Revelationis.
- Cap. V. De *notis* seu *criteriis*
- Cap. VI. De *miraculo,* criterio
- Cap. VII. De *certitudine quoadfactum*

SECTIO I

PROLEGOMENA DE APOLOGETICA'

Theologia fundamentalis incipit ab *Apologetica* de qua exponuntur, in capite duplici : I. *prænotiones,* 2. *historicus conspectus.*

35, __ Conspectus generalis.

Cap. I. *Prænotiones de Apologetica.*
Apologeticæ definitio, indoles, argumenta et præsupposita.

Cap. II. *Historicus Apologeticæ conspectus.*
Ætas patristica; Medium ævum; Moderna tempora.

1J. Martin, *L'Apologétique traditionnelle,* 3 vol., Paris, 1905-1906; A. Schmid, *Apologetik,* Friburg. Br., 1900; A. Gardeil, *La crédibilité et l'Apologétique,* Paris, 1908; p. 131-155; A. de Poulpiquet, *L'objet intégral de ΓApologétique,* Paris, 1912; R. Garrigou-Lagrange, *De Revelatione,* Romæ, 1925; J. V. Bainvel, *De fera Religione,* Paris, 1914; L. Maisonneuve, art. *Apologétique,* in *D. T. C.,* col. 1511 sq. ; X. Le Bachelet, art. *Apologétique, Apologie,* in *D. A.,* col. 131-155.

CAPUT I

PRÆNOTIONES DE APOLOGETICA.

36. — Conspectus.

ÂPOLOGETÏCÆ

1. *Definitio.*

2. *Indoles*

(b) relate ad *fidem et* i sacram *theologiam.*)

3. *Argumenta* et *Prcesupposita :*

(a) veritates *philosophica* et *historica.*

(b) notiones *theologica* de *naturali,* de *fide* et de *supernaturali.*

Hæ praenotiones explicant Apologeticæ : 1. *definitionem,* 2. *indolem,* 3. *argumenta* et *prcesupposita r.*

I. — Definitio Apologeticæ

37. — i° Quoad nomen.

Apologetica, (a græcis vocibus απολογητική, ἀπολογεΓσθαι), idem sonat ac *defensio, demonstratio,* ideoque merito designat scientiam quæ ad defendendam religionem et Ecclesiam christianam inservit.

2= Quoad rem. j

Apologetica est *scientia motivorum credibilitatis et credentitatis divince revelationis a Christo datce et per Ecclesiam catholicam profiositce.*

Dicitur :

(1) *Scientia.* Scilicet systema certarum cognitionum ex principiis certis deductarum circa motiva in catholicam religionem credendi.

(2) *Credibilitatis. Credibilitas divina* de qua agitur est *aptitudo alicujus veritatis ut credatur,* in quantum *certissimis signis probatur* eam a Deo revelatam esse. Quando mens, his signis illuminata, judicat doctrinam aliquam vere credibilem esse utpote a Deo revelatam, profert *judicium credibilitatis,* quod non est actus fidei, sed ad fidem præparatio.

l Omnia quæ spectant Apologeticæ ad *species* vel *certitudinem* opportunius exponentur agendo de *critenis revelationis* (Cf. n. 264-294 ; 345-356).

(3) *Credentitatis. Credentitas divina* hic nominata designat qualitatem vi cujus aliqua propositio certo apparet non solum fide divina credibilis sed etiam *credenda.* Quod in *judicio* speculativo *credentitatis* affirmatur. Et postea voluntas libere fidei assentire potest : *Credo* .

38. — (4) *Motivorum credibilitatis et credentitatis.*

(a) Signa certa quibus constat religionem Christianam fuisse a Deo revelatam vocantur *signa* vel *motiva credibilitatis :* praecipua sunt miracula.

(b) Motiva quæ credentitatis judicium provocant, nominantur *motiva credentitatis.* Teste *Vaticano*2, motivum credentitatis *primarium* est suprema Dei auctoritas qui nostrae rationi fidem imperat. {Sunt tamen etiam motiva credentitatis *secundaria* v. g., pulchritudo seu fecunditas alicujus doctrinae ejusque convenientia cum aspirationibus nostris, quæ voluntatem nostram ad doctrinam christianam amplectendam *alliciunt*^

(5) *Divinæ revelationis.* Apologeticæ scopus est demonstrare revelationem supernaturalem a Deo factam et hanc revelationem praesertim a Christo legato divino praedicatam fuisse *(demonstratio Christiana);* hanc deinde revelationem, post Christum in sola catholica Ecclesia integre possideri *(demonstratio catholica).* Proinde *objectum materiale* Apologeticæ est divina revelatio [sub ratione evidentis credibilitatis (et credentitatis)^] Sic Apologetica securam et apertam viam parat ad supernaturalem theologiam. Ejus scientifica expositio praebebit credentibus majorem fidei firmitatem, lumen quaerentibus, et apologetis copiam probationum, quas mentibus incredulorum accommodare poterunt, ut homines sinceros ad fidem perducant.

II. — Indoles Apologeticæ

Apologetica potest considerari : 1. *in se, 2.* relate ad *fidem* et *sacram theologiam.*

1 Ergo actus humani successivi ad fidem concurrentes sunt : resolutio generalis fidei qua mens sibi proponit credere quidquid Deo placuerit revelare, inquisitio de credibilitate, judicium credibilitatis, judicium credentitatis, actus fidei. — * Sess. **III,** cap. 3, de fide; D. B., 1789.

3 Ut omnis confusio abigatur, hæc motiva sæpe et clarius vocantur non " *eredentitaiis* " sed " *appetibilitatis* " : v. g., apud A. de Poulpiquet, *op. cil.,* p. 464.

39. — i° In se.

(1) Lumen Apologeticæ.est "lumen naturalis rationis, sub directione fidei, ad ipsam fidem rationabiliter defendendam " x. (a) Apologetica utitur *lumine rationis* demonstrando rationabilem revelationis credibilitatem : vitiosus enim esset circulus quo fides a fide, revelatio a revelatione probaretur, (b) Sed ratio *sub directione fidei* procedit : cum ejus scopus sit catholicam fidem defendere, merito ab ipsa fide directionem postulat.

(2) Apologetica est scientia imperfecta et ars vera.

(a) Est scientia. Etenim praebet certam cognitionem per *causam* quæ probat fidei veritates esse rationabiliter credibiles. Et hæc causa est factum revelationis istarum veritatum a Deo.

(b) Est scientia imperfecta. Nam statuit divinæ revelationis factum non ex ejus causa efficiente aut effectu proprio, sed tantum ex divinis signis cum eo connexis.

(C) Est ars vera, quæ ut homines ad fidem ducat, media singulis mentibus et circumstantiis accommodat2. Hic Apologeticam ut scientiam consideramus potiusquam ut artem.

40. — 2° Apologetica relate ad fidem et theologiam sacram.

(A) Apologetica et fides.

Apologetica videtur necessaria ad fidei actum, qui secus rationabilis non esset; ducit directe ad religionis christianæ credibilitatem tantum, non vero ad fidei assensum, qui in omni casu, omnino liber remanet et ab Apologetica non coactus. Quare 2\pologetica non pertinet ad intrinsecum fidei actum, licet ad eum logice mentem prædisponat.

41. — (B) Apologetica et theologia sacra.

(i) Indubitanter Apologetica introducit ad theologiam, cum ejus .principia et fundamenta stabiliat; imo est aliquo modo ipsius theologiæ pars, sicut vestibulum est pars aedificii. Attamen, sub multiplici respectu, a theologia differt, nam argumentatur non ex revelatione, sed ex principiis naturalibus ad conclusionem naturalem obtinendam.

1 Garrigou-Lagrange, *op. at.,* p. 15.
' J. V. Bainvel, *De Vera Religione et Apologetica,* Paris, 1914, p. 56.

(2) Quaeritur utrum *Apologetica sit scientia specifice distincta a theologia sacra ?*

(a) Certo,*juxta omnes,* Apologetica *distinguitur secundum quid* a theologia proprie dicta; nam apologeta innititur naturali ratione;et theologus, praesertim veritatibus revelatis.

(b) Sed *alia quœstio* remanet : Utrum Apologetica sit simpliciter distincta *secundum essentiam* a theologia? 1. Quidam respondent *affirmative' :* quia Apologetica anterior fidei sub solo rationis lumine procedit, dum theologia supponit fidem et ex fidei dogmatibus argumentatur. 2. Alii autem *negant*2, asserentes Apologeticam esse sacrae partem theologiae, sub positiva fidei ipsius directione de revelatione tractantem. Etenim, juxta ipsos, ad theologiam pertinet fidei principia et motivum exponere; sed defensio motivi fidei est Apologeticae pars maxima; ergo Apologetica in theologia ipsa invenitur. Quare Doctores scholastici de mysteriorum fidei credibilitate nunquam docuerunt scientiam a theologia specifice distinctam.

III· — Apologeticæ argumenta et præsupposita.

42. — I. Argumenta apologetica.

(a) Apologetica evolvit demonstrationes quæ fundantur non in fidei vel Ecclesiae decretis quorum divina auctoritas nondum stabilita fuit; sed in argumentis ratione, philosophia vel historia propositis. Saepe tamen libris sacris utitur, quos tunc considerat non ut inspiratos, sed ut humana auctoritate prædito s. Citat etiam Ecclesiae documenta utpote ipsius constitutionem vel doctrinam verius exprimentia, quæcumque sit ipsius origo, aut divina aut mere humana.

(b) Nec dicatur : In Apologetica non raro invenies *dogmatica argumenta.* — Resp. Revera multa ex iis quæ Apologetica probat sunt etiam dogmaticæ theologiæ objectum : v. g., existentia Dei, miraculi discernibilitas. Res ita se habet, quia commode non tractatur eadem quaestio prius apologetice deinde dogmatice; quare, data occasione, quid Ecclesia de quibusdam apologeticis

5 A. de Poulpiquet, art. *Apologétique et Théologie,* in *Rev. des Sc. philos, et théol.,* 19x i, p. 708-734 ; Le Bachelet, art. *Apologétique,* in *D. A.,* col. X31-155.

* GarrigOU-Lagrange, *L'Apologét. et la Théol. fondant.,* in *Rev. des Sc. philos, et théol.,* 1920. p. 352-359 5 *De Revelatione,* p. 19 sq.

rebus sentiat apologeta docet, tum ut fontes indicentur dogmaticae veritatis de iisdem quaestionibus, tum ut de eadem disciplina omnes audiantur qui optime eam cognoscunt, tum ut agnosci possint authentica doctrinæ Christianae delineamenta, quæ ipsa Ecclesia approbat

43. — II. Præsupposita in Apologetica.

Apologetica præsupponit permultas veritates *philosophicas* et *historicas* et quasdam *theologicas notiones.*

i° Veritates philosophicae praecipuae, quas ab exteriori accipit apologeta, sunt : in Criteriologia, vis cognitivarum facultatum et objectivus valor intellectualis cognitionis[1] ; in Psychologia, existentia, spiritualitas et immortalitas animae; in Theodicea, existentia Dei ejusque attributa, praesertim scientia, veracitas et Providentia; in Cosmologia, possibilitas et discernibilitas miraculi.[2] Hae veritates constituunt rationabilia fidei praeambula.

2® Veritates historicae quas Apologetica supponit sunt inter alias : valor humani testimonii debitis qualitatibus vestiti, et speciatim authenticitas et integritas librorum V. vel N. Testamenti, in quibus revelationis factum narratur.

30 Notiones theologicae quaedam. In Apologetica sicut et in universa theologia, verba et notiones maximi momenti non raro inveniuntur, quarum sensum cognoscere oportet, quem hic breviter declaramus. — Hæ notiones referuntur pnesertim : 1. ad *naturale,* 2. ad *fidem,* 3. ad *supernatural.*

44. — (A) Naturale.

(a) Natura designat vel omnium entium creatorum collectionem, vel essentiam individuam quatenus principium activitatis : operatio enim sequitur esse.

(b) Naturale est id quod debetur alicui naturæ aut personæ : 1. *constitutive,* ut pars essentialis : v. g., corpus et anima in homine; 2. vel *consecutive,* seu ut ab essentia dimanans : v. g., intellectus, sensibilitas in nobis; 3. vel *exigitive,* nempe requisitum ad naturale facultatum exercitium : v. g., concursus divinus; 4. vel *meritorie,* scilicet jus quod per naturalem activitatem acquiritur : v. g., jus ad proportionatum præmium.

[1] Cf. propositiones a L. Bautain subscriptas : D. B., 1622-1627.

[2] Attamen, in præsenti tractatu, exponitur et solvitur integra quæstio de *miraculo.* (Cf. n. 295-341.)

(C) Ordo naturalis. Hic ordo est *apta dispositio mediorum naturalium seu Creaturarum ad Deum ut earum auctorem et ultimum finem naturalem.* Quatuor res eumdem constituunt : *finis, agens, medium* et *lex* disponens media ad finem.

Pro *homine,* ordo naturalis ita constituitur : (a) *finis* est possessio Dei, non per visionem intuitivam, sed per solam rationem modo discursivo cogniti; (b) *agens* est natura humana cum facultatibus et viribus propriis; (c) *medium* est exercitium facultatum, praesertim vero intellectus et voluntatis, sub influxu concursus Dei naturalis; (d; *lex* vero est lex naturalis, cum consectariis quæ ex ea deduci possunt.

45. — (B) Fides.

Ex *C. Vaticano* [»], fides est *virtus supernaturalis " qua, Dei aspirante et adjuvante gratia, ab eo revelata vera esse credimus non propter intrinsecam rerum veritatem naturali rationis lumine perspectam, sed propter auctoritatem ipsius Dei revelantis, qui necfalli, nec fallerepotest ", Actus* vero *fidei* est hominis assensus veritatibus divinitus prædicatis propter auctoritatem Dei eas revelantis; cujus actus Apologetica rationabile ponit fundamentum.

46. — (C) Supernaturale.

(a) Supernaturale stricte dictum.

1) *Notio.* — *Supernaturale* est id quod naturæ aut personæ nullo modo debetur : nec *constitutive,* nec *consecutive,* nec *exigitive,* nec *meritorie.* (Cf. n. 44).

2) *Species.* — Supernaturale est : 1. vel *imparticipatum,* seu Deus ut in se est; 2. vel *participatum,* seu quædam communicatio naturæ aut potentiæ divinæ in creatura. — Supernaturale *participatum* subdividitur in supernaturale *simpliciter* et *secundum quid : prius* superat omnem vim creabilem : ita gratia habitualis;*posterius* vero excedit tantum aliquam naturam determinatam particularem : ita quod est specificum homini est supernaturale secundum quid pro minerali, planta aut animali.

Supernaturale *simpliciter* iterum duplex est : (a) Supernaturale *intrinsece,* quod in sua essentia superat omnem

» D. B., 1789; cf. 2145.

creaturam existentem aut possibilem : v. g., gratia sanctificans vel actualis, sacramenta, revelatio, mysteria, etc. (b) Supernaturale *effective* illud est quod, eo modo quo fit, produci non potest nisi a divina virtute omnem vim creatam superante : ita omnia *miracula* stricte dicta.

47. — Quæ momentosa divisio *synaptice* sic ponitur. *Supernaturale stricte dictum* est :

1° *Imparticipatum* seu Deus ut in se est.

2° *Participatum :* in creatura receptum.

A. *Secundum quid,* i. e., excedens naturam particularem, vocatur etiam *præternaturale.*

B. *Simpliciter,* i. e., superans omnem vim creabilem.

1. *Intrinsece,* seu in sua essentia : v. g., gratia, mysteria, etc.

2. *Effective,* seu exigens virtutem divinam ut producatur : v. g., *miraculum stricte dictum.*

48. — (b) Finis supernaturalis. Deo placuit hominem elevare ad supernaturalem finem, qui consistit in *visione Dei beatifica,* qua similes Deo erimus quoniam videbimus eum sicuti est, *intuitive* ejus essentiam contemplando. Ad hunc finem in terra tendimus per *supernaturalem organismum,* qui constat : I. *gratia habituali* substantiam animæ *deiformem* reddente; 2. *virtutibus infusis* quæ facultates nostras elevant; 3.*gratia actuali* qua facultates supematuraliter moventur.

49. — (e) Ordo supernaturalis. Hic ordo est *apta dispositio mediorum supernaturalium ad Deum ut finem supernaturalem.*

Pro homine, sic statuitur cum quatuor elementis : (a)*finis* est cognitio Dei perfecto et intuitivo modo, et amor Dei ejusdem generis, quia amor sequitur cognitionem; (b) *agens* est natura humana elevata per gratiam sanctificantem, virtutes infusas et dona Spiritus; (c) *medium* est exercitium facultatum sub influxu gratiæ actualis; *(ff}lex* est complexus omnium præceptorum quorum observantia ad Deum gratiæ et gloriæ auctorem tendere debemus.

CAPUT II

Historicus Apologeticæ conspectus[1]

50. — Conspectus.

Triplex periodus.

1. *Ætas patristica.*
   (a) Conspectus generalis et Apologetarum scopus.
   (b) Præcipuæ Apologiæ : 11°, III0, IV° et V° sæc. etc.
2. *Medium Ævrnn.*
   Contra Judæos, Mahumetanos et quosdam Catholicos.
3. *Moderna tempora.*
   (a) Contra Protestantismum.
   (b) *Sæc. XIX,* in *Gallia, Anglia, Belgio, Hispania, Italia.*
   (c) Apologetica *recentissima.*

51. — Historicus Apologeticæ conspectus brevis, in sæculorum decursu, magnæ erit utilitatis, ut præcedentes notiones intimius cognoscantur et proxima demonstratio Apologetica firmius et securius exstruatur.

In Apologeticæ historia, triplex distingui potest periodus : i. *Ætas patristica,* 2. *Medium Ævum,* 3. *Moderna tempora.* De unaquaque phasi pauca dicemus, quoad præcipuos Apologetas eorumque opera vel methodum[2][3]

I. — Ætas patristica (a 1° ad XI„m sæc.

I. Conspectus generalis.

In hac periodo, omissis Apostolorum scriptis, Apologetica duplex munus præsertim exercet : (a) aliud *negativum,* quo

1 F. Cayré, *Précis de Patrologie,* Paris, 1927, t. I; J. V. Bainvel, *De Vera Religione et Apologetica,* Paris, p. 95-133. M. Le Bachelet, art. *Apologétique Apologie,* in *D. A.,* 189-251 ; L. Maisonneuve, art. *Apologétique,* in *D. T. C.,* col. 1511 sq.

3 Hic non datur integra Apologeticæ historia. — Ad dicendorum intelligentiam prænotamus : 1) *Interna* dicuntur criteria seu notæ Christianismi quæ existunt in homine ipso. 2) *Externa* autem inveniuntur extra hominem, sive in doctrina ipsa (et dicuntur : *intrinseca),* sive in factis miraculosis quæ Christum vel ejus Ecclesiam divinitus confirmant (et vocantur : *extrinseca).* (Cf. n. 267).

Christianismum contra adversariorum impugnationes defendit; (b) aliud *positivum,* per quod mentes ad Christum adducit, ostendendo ejus religionis appetibilitatem ex intrinsecis elementis : v. g., ex puritate et fructibus doctrinæ;ejus superioritatem relate ad judaismum et paganismum, imo ejus divinitatem ex prophetiis et miraculis. Ita apud Patres, inveniuntur pleraque elementa, sed dispersa et nnn scientifice ordinata, de quibus recens Apologetica disseritr.

52. — Scopus apologetarum.

Quæ statim dicemus valent de ætate patristica, praecipue de 11° et 111° sæc., et etiam de tempore sequenti. *Scopus* Apologetarum est partim *defensivus,* partim *expositivus.*

(A) Defensivus ille refutat *calumnias* tum *Paganorum,* tum *Judceorum.*

(i) Pagani variis modis Christianismum insectabantur - : (a) *Plebs* Christianos calumniabatur quasi *atheos,* (quia deos visibiles colere nolebant), generis humani osores, carnem pueruli comedentes aut incestus reos; *(jj)jurisperiti* eos tanquam legum violatores, Imperatorum divinitatis contemptores et de civium officiis parum curantes insimulabant; (c)*philosophi,* plebis calumnias plerumque renovantes, querebantur insuper quod illiterati de divinitate aliquid certi decernere auderent, hominem crucifixum et asini caput colerent, tormenta præsentia spernerent dum incerta et futura metuerent, deosque contemnerent qui per tot sæcula romanæ faverant civitati.

Sed Apologetæ has insanias refellunt : (a; Christiani sane athei non sunt, cum Deum increatum colunt; (b) neque promiscuis flagitiis indulgent, cum alii castam vitam ducunt in matrimonio et alii cælibes fidei motivo manent[3];

1 Le Bachelet, *op. cit.,* col. 191, sic contrahit *methodum hujus periodi :* " Exposition et justification des titres fondamentaux qui établissent l'origine et l'autorité divine du christianisme et de l'Eglise; apologies nombreuses et variées, qui les défendent contre leurs ennemis... La synthèse apologétique de l'avenir n'y est contenue qu'en germe, dans ses éléments essentiels ".

3 Has philosophorum querelas exponit *Cacilius,* nomine Frontonis pagani philosophi loquens, ap. Min. Felicem, *Octavius,* c. 5-15, *P. L.,* t. III, p. 242-279.

3 Huic Christianorum castitati opponunt infandas Gentilium turpitudines : ""Nam qui nundinas impudicitiæ instituunt, et infanda omnis turpitudinis diversoria adolescentibus proponunt, ac ne masculis quidem temperant... ii quæ sibi ipsis conscivere, quæque diis suis tribuunt, tanquam de praeclare factis ac deorum propriis gloriantes, ea nobis in convicii loco objiciunt". (Athenagoras, *Legatio, c.* 34; *P. G.,* t. VI, p. 967).

(C) neque inhumanas infantium perpetrant cædes, cum ne justam quidem caedem aspicere velint. — Hæc igitur mendacia sunt et nullus accusatorum tam impudens est ut ea se vidisse dicat : " Sunt nobis servi, quos latere non possumus; horum tamen nemo inventus est, qui talia fingeret de nobis " ».

(2) Judæi negabant Christum esse Messiam a Prophetis annuntiatum et eum tanquam impostorem et seductorem habebant, variasque calumnias circa ejus nativitatem, doctrinam et mores spargebant; ejusque discipulos ut impietatis et infandorum scelerum reos accusabant 15

Hæc Judæorum mendacia jam refutantur a S. PAULO et in epistola Pseud O-Barnab/E; quibus consonant multi auctores : v. g., S. Justinus, Miltiades, Apollinaris Hierapolitanus, S. Hippolytus, Tertullianus, Eusebius Cæsariensis, S. Chrysostomus et Prudentius.

(B) Expositivus Apologetarum scopus versatur directe circa argumenta veritatem christianæ religionis probantia vel circa doctrinam ipsam. Sic Apologetæ demonstrant : i. *Antiquitatem* ejus ut repellant novitatis insimulationem : Moyses enim multo antiquior est Homero 3; 2. *Excellentiam* hujus doctrinæ, quam docuerunt homines a Deo afflati, de mundi origine et Dei unitate, de virtutibus colendis, præsertim caritate, castitate, pænitentia atque injuriarum condonatione 4; 3, *Prophetiarum* adimpletionem in Christo : " Quidam igitur homines inter Judæos Dei prophetæ exstitere, per quos Spiritus propheticus futura prænuntiavit antequam fierent... In his autem prophetarum libris prænuntiatum reperimus Jesum Christum nostrum ". Ita S. Justinus 5, qui postea late ostendit has omnes pro-

1 Athenagoras, *Legatio,* c. 35; *P. G.,* t. VI, p. 970.

2 Quas calumnias invenies in *Talmud;* cf. Freppel, *Les Apolog. chrét. au IP siècle,* Paris, i860, t. I, p. 394-417; Duchesne, *Histoire ancienne de rEglise*,* t. I, ch. XII, p. 198-202; E. Leclercq, in *Dût. d'Archiol.,* t. I, p. 265-307.

* Tatian., *Oratio,* c. 31 et 36-41 ; *P. G.,* t. VI, p. 867-887. Cf. Theophilus, *Ad Autolyc.,* l. III., c. 20-30; *P. G.,* t. VI, p. 1147-1167.

♦Theophil., *Ad Autolyc.,* l. II, 9-21, 35; l. III, 9-15; *P. G.,* t VI, p. 1065 sq.

5 Cf. S. Justin., *Apolog.,* I, n. 32; *P. G.,* t. VI, 375'378; quod argumentum fusius evolvit in *Dial, cum Tryphone.*

phetias impletas fuisse. 4. *Christi* ipsius *miracula etprophetias,* necnon ejus doctrinæ atque virtutum praestantiam.

Sed, in hac expositione, quidam Apologetæ de profana philosophia judicium efformant. Alii, quales fuere TATIANUS, TERTULLIANUS, HERMIAS.etsi non omnem Graecorum sapientiam repellant, plus aequo tamen eorum erroribus irrident Alii, ex adverso, ut JUSTINUS, ATHENAGORAS, MINUCIUS, eamdem sapientiam laudant, agnoscentes multas e veritatibus Christianis, jam in philosophorum operibus inveniri, licet imperfecte. Attamen non fit Christianismi " hellenisatio ", sed potius " philosophiæ christianisatio et sic habentur, juxta plures, " philosophiæ christianæ " antiqua primordia.

53. — II. Præcipuæ Patrum Apologiæ.

Chronologicum ordinem in enumeratione Apologetarum sequemur.

i° II0 Sæc.

Tempus hoc vocatur " saeculum Apologetarum 15 inter quos eminent : Pseudo-Barnabas, qui Judaeos praesertim impugnat, ostendens christianam religionem a prophetis annuntiatam esse3; auctor Epistolæ AD Diognetems qui contra paganos arguit de fidelium sanctitate; Quadratus (125-126), qui christianæ religionis divinitatem probat ex miraculis ejus fundatoris4; ARISTIDES Atheniensis (135-165), qui eamdem thesim ex excellentia Christianismi et miraculis in ejus gratiam patratis demonstrat; S. Justinus præcipue, qui duas *Apologias* et *Dialogum cum Tryphone* scribens idem statuit ex prophetiis et Christi miraculis atque sanctitate Christianorum (150-161)5;

l A. Puech, *Les apologistes grecs du if siècle,* Paris, 1912; J. Rivière, *S. Justin et les apologistes du 2* siècle,* Paris, 1907; J. Lebretoû et J. Zeiller, *L Eglise primitive;* c. XIV, *l'Apologétique chrétienne,* p. 419-465; præsertim, S. *Justin*^ p. 427-451.

'H. Funk, *Patres Apostolid,* Tubing., 1901 ; H. Hemmer, *Les Pères Apostoliques,* Paris, 1907, t. I, p. LXI sq. ; F. Cayré, *Précis de Patrologie,* t. I, p. 31 sq. — î P. Godet, art. *Diognète,* in *D. T. C.,* col. 1366 sq.

‹ Quern locum infra allegamus, ubi de miraculis Christi. — Apologetarum II· sæc. opera ediderunt Migne, *P. G.,* t. VI, et *P. L.,t.* III; Otto, *Corpus Apologetarum Christian, sac. IF,* 3' ed., lenæ, 1886-1887, 9 vol.

5 L. Pautigny, *Les Apologies,* Paris, 1904; G. Archambault, *Le Dialogue avec Tryphon,* 2 vol., Paris, 1909; M. J. Lagrange, *S. Justin,* Paris, 1914.

Tatianus, *Oratio ad Grcecos* (165); ATHENAGORAS, *Supplicatio pro Christianis* (176-178) et *de Resurrectione mortuorum;* Theophilus Antiochenus, *Ad Autolycum libri tres* (169-182); Min. Felix, *Octavius* (190); Tertullianus, *Apologeticum* (197); HermiAS, *Irrisio Gentium* (circa finem sæc. II').

54. — 2° 111° Sæc.l.

Duo sunt illustriores Apologetæ in schola alexandrina :

(a) CLEMENS2 (f 202?), in *Cohortatione ad Grcecos, Pcedagogo et Stromatibus,* paganismi inanitatem et falsitatem vivide exponit, agnoscit tamen philosophorum sapientiam fuisse veluti paedagogum quo pagani ad christianam religionem praeparabantur; neque omnino praetermittit historica argumenta ex miraculis et prophetiis necnon ex mirabili diffusione christianæ religionis per universum orbem.

(b) ORIGENES3 (i85?-254?), scripsit libros *Contra Celsum :* hic Christum depingebat tanquam impostorem, ejusque discipulos ut deceptores; mirabilem novae religionis diffusionem modo naturali explicabat; simplices et indocti, inquiebat, eam amplexi erant ex metu inferni. Origenes ex adverso Christi sinceritatem et eximias virtutes describit, necnon ejus miracula, praesertim vero ejus gloriosam resurrectionem ; gentilium conversionem esse supernaturalem demonstrat ex mutatione morum et heroicis virtutibus quas christiani colunt.

55. — 30 IV° et V° Sæc.

Tres praecipue citandi : *Lactantius, Eusebius, S. Augustinus.*

(a) Lactantius 4 (| 325?), in opere *Institutiones divinæ* (304-315), paganismi popularis et philosophorum systematum inanitatem demonstrat. Vera autem, inquit, et perfecta sapientia a Christo super terram allata est ejusque

1 L. Laguier, *La méthode apologétique des Pères dans les trois premiers siècles,* Paris, 1905.

7 *P. G.,* t. VIII, IX. Cf. E. de Faye, *Clément d'Alexandrie,* Paris, 1898; *J.* Martin, *Apolog. tradit.,* t. I, p. 51-80; *J.* Tixeront, *Hist. Dogm.,* t. I, p. 281-296.

» *P. G.,* t. XI-XVII. Cf. Freppel, *Origène,* Paris, 1868 (2 vol.); G. Bordes, *L'Apologétique d'Origène d'après le Contra Celsum,* Cahors, I J. Tixeront, *Hist. Dogm.,* I, p· 296-330.

4 *P. L.,* t. VI et VII ; J. Tixeront, *op. cil.,* p. 336 sq.

discipuli sanctitate vitæ excellentiam ejus doctrinæ manifestant. Quod confirmatur miraculis Christi et prophetiis in eo impletis, necnon mirabili Christianismi diffusione martyrumque constantia. — In alio opere apologetico *De mortibus persecutorum* [1] suam thesim corroborat historicis factis de violenta et ignobili persecutorum morte, quæ divinæ vindictæ tribui debet.

56. —(b) Eusebius Cæsariensis» (26s?-339?), scripsit (315"325) : O *Præparationem euangelicam* * (15 Hb.), quæ probat transcendentiam Christianismi super Judaismum et paganismum quoad doctrinam, mores et historiam. 2) *Demonstrationem euangelicam* ·» (20 lib.), quæ religionem christianam veram esse et a Mosaismo praeparatam contra Judaeos statuit.

57. — (c) S. Augustinus [5] (354-430) multa edidit apologetica [6] opera. Inter optima computantur : 1. *De Vera Religionei* (389-391), in quo ducit hominem a pagana philosophia usque ad christianam perfectionem : hic liber consideratur ut excellens Apologeticæ summa. 2. *De utilitate credendi* (391), ubi demonstrat fidem christianam non esse cæcum animi motum sed niti argumentis quæ infallibilitatem Ecclesiae catholicae demonstrant. 3. *De Civitate Dei* [9] (22 lib.) (413-426), ubi Doctor divinam Providentiam vindicat per totam humanitatis historiam; ostendens duas civitates, nempe Dei et diaboli, inter se concertantes, quarum prior victoriam ultimo reportabit. In *priori parte* (1. I-X), paganorum accusationes contra Ecclesiam confutat et ostendit polytheismum inhabilem esse ad temporalem prosperitatem felicitatemque æternam procurandam. In *posteriori* parte (1. XI-XXII), de Christianismo præsertim agit, in cujus historia apparet divina Providentia : successive

[1] *P. L.,* t. VII, 190-275.
[3] P. Batiffol, *La paix constantinienne et le catholicisme,* c. VI-VII.
[3] *P. G.,* t. XXI, 21-1408. — * *P. G.,* t. XXII, 13-792.
[5] *P. L.,* t. XXXII-XLVII. E. Portalié, art. *Augustin (S.),* in *D. T. C.,* col. 2268-2472; P. Batiffol, *Le catholicisme de S. Augustin,* Paris, 1920· L. de Mondadon, art. *Bible et Église dans ΓApologétique de S. Augustin,* in *R. S. R.,* 1911, P- 209-239; 441-457; 546-569·
[6] F. Cayré, *Précis de Patrologie,* t. I, p. 627-637.
[1] *P. L.,* t. XXXIV, col. 121-172.
[8] *P. L.,* t. XLII, col. 65-92. — ' *P. L.,* t. XLI, col. 13-804.

describit *exortum* Civitatis Dei simulque civitatis diaboli, earum *progressum* ante Christi adventum, et *finem* ad quem tendunt, aeternam nempe beatitudinem pro filiis Dei, æternamque filiorum diaboli reprobationem. — Aliunde saepe S. AUGUSTINUS miraculis et prophetiis utitur ad fidem confirmandam, necnon mirabili diffusione Christianismi, quæ, si miraculis non tribuitur, est et ipsa miraculorum maximum. Ipsa Ecclesia stat tanquam invictum veritatis argumentum. — Ad credendum vero, veritas pie et diligenter, cum amore et humilitate quaerenda est

58. — 4° Multi quidem alii Apologetæ inter Patres *sequioris avi* floruerunt; sed eadem fere argumenta diverso loquendi modo renovarunt. Ex dictis satis constat, jam a primaevis saeculis, criteria tum *interna* tum *externa* exposita fuisse, prout se dabat opportunitas; utraque vero, juxta Patres, nonnisi ab hominibus bonæ voluntatis accipiuntur.

II. — Medium Ævum (a XII° ad XVum sæc.)

59. — Apologetica *Scholasticorum theologorum* religionem christianam propugnat contra errores : i. *Judæorum,* 2. *Mahumetanorum,* 3. *Catholicorum quorumdam* 1.

(I) Judaei Christi messianitatem et divinitatem rejiciebant. Contra eos statuitur Christum esse Messiam a prophetis annuntiatum. Ita ISIDORUS HISPALENSIS (t 636), in opere *De fide catholica contra Judæos*3; Ra Y-

1 S. August., "; Nullus quippe credit aliquid, nisi *prius* cogitaverit esse credendum". *(Depradest.,* c. 2, n. 5; *P. L.,* t. XLIV, p. 962). —"Nam si sapientia et veritas non totis animi viribus concupiscitur, inveniri nullo pacto potest... Amore petitur, *amore qiueritia*\ amore pulsatur, amore revelatur, *amore* denique *in eo quod revelatumfuerit permanetur".*

2 Le Bachelet, *op. cit.,* col. 199. Sic describit historiam Apologeticæ in *Medio .'Evo :* " La période des grands adversaires est passée, et en même temps celle des grands défenseurs; les générations qui suivent appartiennent à une foi victorieuse... Il n'y a cependant pas d'arrêt complet, ni dans FApologie défensive, car il reste des contradicteurs; ni dans ГApologétique en général, surtout à partir du 12e siècle, où la synthèse de l'avenir est préparée par le puissant mouvement intellectuel de l'âge scholastique". Notat insuper (col. 204) distinctionem nunc ab omnibus admissam inter intrinsecam evidentiam et credibilitatem veritatis revelatæ, inter auctoritatem Dei revelantis et motiva credibilitatis quæ hanc autoritatem ad veritatem aliquam applicant, a theologis scholasticis originem ducere.

3 *P. L.,* t. LXXXI-LXXXIV ; J. Tixeront, *op. cit.,* t. III, p. 322 sq. ; G. Bareille, art. *Isidore de Siville (saint),* in *D. Г.* C., col. 98-111.

MUNDUS MARTINUS, in libro *Pugio fidei* (1278), qui Christianismi divinitatem probat præsertim ex prophetiis, juxta rabbinorum mentem interpretatis.

60. — (2) Mahumetani, ut philosophi arabes, Avicenna (1037) et Averroes (i 198), Christiana dogmata pugnare cum ratione affirmabant. S. THOMAS[1] (1224-1274), adversus Averroistas, concinnavit *Summam contra Gentiles* (1258-1261), ubi harmonice explicat relationes inter fidem et rationem, ut incredulus ad Christi fidem paulatim ascendat; veritates philosophicas et theologicas lucide exponit solideque probat; et exinde apparet quam debilia sint adversariorum argumenta. Ita, post criteria extrinseca ex miraculis, ad philosophicas statim pergit considerationes : primum quidem intrinsecis argumentis probat philosophicas veritates, videlicet Dei existentiam ejusque attributa, creationem, providentiam, supremum hominis finem ; postea vero supernaturales veritates Scriptura et Traditione demonstrat, simul ostendens easdem rationi minime repugnare. — In *Summa theologica* (1268-1273), S. Thomas dogmatum concordiam cum legitimis totius humanæ mentis aspirationibus et philosophicis doctrinis præclare declarat. Hic et in aliis operibus, multoties asserit fidem nostram motivis inniti certissimis, præsertim miraculis. Et ita motiva externa cum internis feliciter conciliat.

61. — (3) Catholici pauci, ut *Abelardus* (1079-1142), in semi-rationalismum quemdam proclivi, mysteria fidei ratione demonstrare volunt : quia vero hæc argumenta insufficientia erant, Abelardus docebat fidem esse solum *opinionem* quamdam [3].

(a) S. Bernardus (1090-1153), in suo opere *Contra Capitula errorum P. Abelardi,* abusum philosophicæ speculationis quoad dogmata reprobat, et simul in fide nostra nil haberi " dubia æstimatione pendulum " asserit, sed totum oraculis et miraculis divinitus persuasum esse;

1 F. Cayré, *Précis de Patrologie,* t. II, p. 522-630; cf. *ibid.,* p. 524 : bibliogr. circa 6'. *Thoma apologeticam.*

2 Edit. Vives, t. XII. " (C'iest la plus profonde et sans doute la plus puissante œuvre apologétique qui ait été écrite ". F. Cayré, *op. cil.,* p. 542

3 *P. L.*. t. CLXXVIII, col. 1611-1684.

aliunde hanc fidem firmiorem reddi -testimonio Spiritus, seu gratia actuali. — (b) Quam doctrinam lucidius exposuit Alexander a Eensis (j- 1245), distinguendo inter fidem-*acquisitam,* quæ colligitur ex miraculis aliisque credendi motivis, sed ad salutem non sufficit; et fidem *infusam,* quæ gratiam supponit et est vere salutaris : prior disponit animam ad receptionem luminis quo assentimus veritati divinæ propter auctoritatem Dei, et posteriorem introducit sicut tela filum. Ita ratio hominem præparat ad fidem.

III. — Moderna tempora (a XVI° ad XXum'

62. — Hæc periodus extendit se *a Reformationis tempore* usque ad hodiernam ætatem ; in ea autem speciatim considerabimus *sæc. XIX.*

63. — i° A Reformatione usque ad XVIII sæc. A sæc. XV1°, Apologeticæ conditio mutatur. *Protestantes* auctoritatem Ecclesiæ, conciliorum et R. Pontificis rejiciunt. Deinde, sæc. XVI1° et XVI11°, *deismus* et *naturalismus,* in Anglia et Gallia florentes, revelationis factum et librorum sacrorum authenticitatem negant. Et ita totus Apologeticæ campus determinatur; quare, inde a sæc. XVI11°, ante theologiam dogmaticam, præmittuntur tractatus de vera religione, de Christi Ecclesia et de locis theologicis.

(a) Contra *Protestantismum,* summa cum laude scripserunt, modo polemico et positivo, SOTO (f 1560), MELCHIOR Cano (f 1560), Suarez (f 1617), S. Bellarminus (f 1621) in opere *Controversiarum,* De LUGO (f 1652), PETAVIUS (f 1652), etc., exarantes membratim tractatum apologeticum de authentica Christi Ecclesia.

64. — (b) *Deismus* seu *rationalismus,* a protestantismo promotus, ut duces habuit : *Lælium Socinum* (f 1562) ejusque nepotem *Faustum Socinum,* ex Italia oriundos. Hi tenebant Scripturas S. tantum lato sensu inspiratas esse, ita ut nihil in eis sit nisi rationi consentaneum; si quid autem inveniatur quod ratione percipi nequeat, alius sensus magis spiritualis exquirendus est.

Deismus primum *Angliam* pervasit, ubi propugnatores habuit : *Hobbes* (+ 1679), *Tindal* (f 1733), *Hume* (f 1776) aliosque; deinde in *Galliam* transiit : ejus præcipui fau-

tores fuerunt *Voltaire* (f 1778), *J. J. Rousseau* (f 1778), *Diderot* (f 1784) cum *Encyclopédistes.* Rationalismus, jam a sæc. XVI1°, in *Germania,* exhibet philosophicam formam præsertim cum *Kantio* (f 1804), et formam biblicam cum *Reimar* (f 1768), *Lessing* (f 1781).

65. — Hos errores confutant et Protestantes et Catholici.

.Apud *Protestantes,* citantur, in *Gallia* : Duplessy-Mornay, Hugo Grotius, C. Bonnet, etc.; in *Anglia, J.* Locke, Jennings, Lardner, W. Paley, etc.

Inter *Catholicos,* fuerunt Apologetæ maximi ponderis, præsertim *Bossuet, Huet, Pascal.*

66. — (a) BOSSUET (f 1704), in suo opere *Discours .sur Γhistoire universelle* (1681), historice probat christianæ religionis divinitatem, Dei interventum dilucide ostendendo in ejus ortu, progressu atque mirabili diffusione et perenni duratione; neque praetermittit intrinsecum argumentum ex sanctitate Christi ejusque doctrinæ præstantia.

(b) Huet (f 1721) pariter historica methodo utitur *in Demonstratione evangelica.* Divinitatem christianæ religionis ex prophetiis diserte et erudite probat, ostendens totam Christi historiam in V. Testamento longe ante praedictam esse quam evenerit in Novo. Attamen prophetias non satis critice expendit. Aliunde vim naturalem rationis nimium extenuat et ita *fideismo* viam sternit.

67. — (e) Pascal (f 1662), in opere incompleto *Les Pensées,* prius ostendit religionem esse rationi non contrariam, sed potius veneratione et amore dignam r. Quapropter incipit a consideratione humanæ naturae, ejus nempe *'nobilitatis* et *miserice,* ut homo, hujus antinomiae conscius, agnoscat religionem esse sibi necessariam tanquam *explicationem* et *remedium* propriae indigentiae : explicatio enim humanæ infirmitatis in doctrina de peccato originali

l “ Les hommes ont mépris pour la religion; ils en ont haine, et peur qu’elle soit vraie. Pour guérir cela, il faut commencer par montrer que la religion n’est point contraire à la raison ; vénérable, en donner le respect ; la rendre ensuite aimable, faire souhaiter aux bons qu’elle fût vraie; et puis, montrer qu’elle est vraie. Vénérable parce qu’elle a bien connu l’homme; aimable, parce qu’elle promet le vrai bien *{Pensées,* ed. *Brunschvicg,* 1900, p. 414, n. 187).

invenitur, remedium autem in redemptione per Christum. Postea vero Christianismi veritatem probare volebat argumentis tum intrinsecis, excellentia nempe doctrinæ, tum externis, præsertim prophetiis et miraculis In hac autem demonstratione, non solum ad hominis intellectum, sed ad ejus cor et voluntatem provocat, ratus persuasionem plerumque ex corde in mentem ascendere 2. — Quæ methodus multum extollitur tanquam hodiernae menti optime accommodata 3.

68. — 2° Sæc. XIX4.

In hoc sæculo veritas Christiana omnibus modis impugnata fuit : *philosophice,* a subjectivismo, eclectismo et rationalisme; *critice,* quoad Scripturas sacras, in theoriis mythismi biblici; *historice,* assimilando, sub omni respectu, Christianismum aliis religionibus historicis.

His erroribus Apologetæ opponunt doctrinæ christianæ expositionem quoad philosophiam, criticam biblicam et religionum historiam.

Aliunde a theologis multis 5, ante theologiam dogmaticam, praemittitur didactica Apologetica de religione revelata in genere et de revelatione Christiana in specie. Et hodie ita procedunt auctores de theologia universali tractantes.

Praeterea edita fuerunt quaedam opera apologetica specialiora ad Christianismi divinitatem probandam, inter quæ sequentia sunt citanda.

1 " *Preuves de la religion :* Morale, Doctrine, Miracles, Prophéties, Figures". *{Ibid.,* p. 463, n. 290.)

2 " Le cœur a ses raisons que la raison ne connaît point; on le sait en mille choses... C'est le cœur qui sent Dieu, et non la raison. Voilà ce que c'est que la foi, Dieu sensible au cœur, non à la raison ". *{Ibid.,* p. 458, n. 277-278).

3 Cf. Giraud, *Pascal, l'homme, l'œuvre, l'influence,* Paris, 1900; E. Janssens, *La Philosophie et l'Apologétique de Pascal,* Paris, 1906; H. Petitot, *Pascal : sa vie religieuse et son apologie du christianisme,* Paris, 1911 ; J. Chevalier, *Pascal,* Paris, 1923; L. Maisonneuve, art. *Pascal apologiste* in *Hull. lilt, ecclés.* janv.-fév. 1923, p. 54-73; Aug. Valensin, art. *Pascal (Pari de)* in *D. A.,* col. 1582-1587; Id., art. *Le Pari de Pascal,* in *Etudes* 5 juin 1923, p. 513-531.

4 J. V. Bainvel, *De Vera Religione,* Paris, 1914, p. 22-53,

5 C. Pesch, *Pralect. dogmatica,* Friburgi Br., 1915, t. I, n. 70, catalogum auctorum recentium allegat.

69. — (i) In Gallia : **jM**

(a) Chateaubriand (t 1848), *Le Génie du Christianisme,* 1802, excellentiam religionis non tamen ejus divinitatem poetice demonstrat argumentis præsertim internis ex perfecta harmonia cultus catholici cum æsthetico sensu et nobilissimis humanæ naturae aspirationibus. — F. de Lamennais, *Essai sur Vindifférence en matière de religion,* 1817, incredulitatem et indifferentismum eloquenter et acriter impugnat, sed simul humanæ rationis imbecillitatem plus æquo exaggerat et in fideismum prolabitur. — A. Nicolas, *Etudes philosophiques sur le Christianisme,* 1842, *PArt de croire, 1S66,* criteriis simul internis et externis, necnon populorum traditionibus innititur.

70. — (b) LACORDAIRE (t 1861), in suis *Conférences de Notre-Dame* (1835 sqq.) Christianismi divinitatem demonstrat ex *Ecclesiæ* contemplatione ejusque efficacia ad virtutem et veritatem instaurandam in ordine sociali et morali; deinde ex *Christi* ejusque operis consideratione r.

(c) Ozanam (f 1853) utitur methodo exclusionis. Religio ex natura venit, quare inventu facilis esse debet. Porro inter religiones, excluduntur evidenter paganæ; et inter Christianas, etiam protestanticæ. Remanet ergo religio catholica, quæ sola est vera; quod ex intima experientia catholicorum confirmatur.

71. — (d) BOUGAUD (f 1888) methodum, quam *intimam* vocat[1],[3] adhibet et ostendit quantum Christiana religio conveniat cum intimis aspirationibus nostris; non negligit tamen extrinseca argumenta.

(0) Abbé DE Broglie (f 1895)[3] criteriis internis et externis addit argumentum *transcendentia* Christianismi religionibus diversis comparati : quoad doctrinam, monotheismum, prophetias quæ eum spectant, Jesum fundatorem ejusque miracula.

72. — Catholici quidam putaverunt has methodos mentibus hodiernis non accommodatas esse; quapropter novas proposuerunt.

1 Folghera, *ICapologétique de Lacordaire,* Paris, 1905.
2 Bougaud, *Le Christianisme et les temps présents,* Paris, 1901.
3 Abbé de Broglie, *Religion et critique,* Paris, 1896; *Le présent et Γavenir du catholicisme en France,* Paris, 1892; *Problèmes et conclusions de l'histoire des Religions,* 4e éd. ; *Les Fondements intellectuels de la Foi chrétienne* Paris, 1905.

(a) Ollé-Laprune [1] (f 1898) et Fonsegrive 2*(f 1917) viam parant historien.' demonstrationi modo philosophico et scientific© : prior ex psychologia et moralis actionis legibus; posterior autem, ex vitæ exigentiis et legibus biologicis; et postea allegant miracula ad divinitatem Christianae religionis stabiliendam.

73. —(b) Balfour [3] et Brunetière [4] (f 1906),alia via, *ab auctoritate* scilicet proficiendo procedunt. *Primus* ostendit ideas necessarias ad rectam vitae ordinationem sufficienter explicari non posse per positivismum, idealismum et rationalismum ; sed eas accipere debemus *ab auctoritate,* quæ alia esse nequit quam religiosa. — *Secundus* sic arguit : Non solvitur quaestio socialis nisi per moralem ordinem. Non solvitur quaestio moralis nisi per ordinem religiosum. Non solvitur quaestio religiosa nisi admittatur Catholicismus.

(C) Insuper, quidam docuerunt *methodum Immanentia,* de qua specialis tractatio videbitur infra (Cf. n. 285-294).

74. — (2) In Anglia :

(a) Inter *Catholicos* eminent : Wiseman (f 1865), *Twelve leettires on the connection between science and revealed religion;* MANNING (f 1892), *The Grounds offaith,* 1852; Newman (f 1892), *Grammar of assent, Two Essays on miracles, An internal argument for Christianity,* et alibi passim.

[1] Ollé-Laprune, *De la Certitude morale,* 1880; *Le prix de la Vie,* 4e éd., 1897; *La Philosophie et le tempsprésent,* 189 ; *Vitalité chrétienne,* 1901; *Raison et rationalisme.* Cf. Pacaud, *La Certitude religieuse d'après la Philos. d'Ollé-Laprune,* in *R. P. A.,* t. IV, Ier Juin 1907, p. 271. Cf. M. Blondel, *Léon Ollé-Laprune,* Paris, 1923.

[2] Fonsegrive, *Catholicisme et la Vie de Tesprit,* Paris, 1899; *L'évolution des idées dans la France contemporaine,* Paris, 1920, ubi etiam invenies varia systemata religiosa in Gallia recenter excogitata. Cf. L. Sullerot, *Le problème de la vie,* p. 343 sq.

Balfour *, *The Foundations of belief,* London, 1895, *gallice* redditum *Les bases de la croyance,* Paris, 1897. Cf. Rey, *philosophie de M. Balfour,* I&97-

[4] Brunetière, *Discours de combat,* série, *Le besoin de croire;* 2· série, *Ixs raisons actuelles de croire; Cinq lettres sur E. Renan; Questions actuelles, Après une visite au Vatican,* et *Les bases de la croyance.* Cf. J. Cartier, art. *Brunetière apologiste,* in *R. P. A.,* mars-mai 1907.

NEWMAN[1] argumentis *psychologicis et historicis* præcipue *insistit.* Conscientiae auctoritatem et primatum quoad religionem naturalem *agnoscens,* Christianam fidem potius exponit quam demonstrat, ostendens hujus harmoniam cum religione naturali quam veram esse conscientia testatur. Quoad argumenta historica exponit præsertim quæ divinæ *Providentiae* interventum patefaciunt, nempe monotheism! præservationem apud *Judaeos,* messianicarum prophetiarum impletionem in Christo, miramque ejus religionis *diflu*sionem.

75. — (b) Inter *Protestantes :* Chalmers, *Series oj discourses on the Christian revelation,* 1817; *BARNES, Evidences of Christianity in the nineteenth century,* 1871; G. F. WRIGHT, *The Logic of Christian Evidences,* 1881; W. MalLOCK, *Is life worth living, 1881; A. BRUCE, Apologetics, 1892; G. J. Romanes, Thoughts on Religion,* 1895.

76. — (3) In Belgio :

Card. Dechamps[2] (f 1883) statuit Catholicism! divinitatem duplici facto omnibus obvio, uno quidem interno, altero autem externo. Factum *internum* in eo consistit quod, indigentiae nostræ conscii, præsertim in rebus moralibus et religiosis, sentimus nobis opus esse aliqua auctoritate, cui plane fidere possimus, circa omnia quæ ad finem nostrum ultimum spectant. — Factum autem *externum* consistit in *Ecclesia,* quæ *auctoritatem* infallibilem in rebus religiosis sibi vindicat, et aliunde suorum membrorum numero ac dotibus, præclarisque beneficiis quæ in ordine morali indesinenter confert, animos sibi conciliat atque digna apparet cui tuto in re morali credamus. Ex hoc duplici facto, rationabilis præbetur assensus auctoritati Ecclesiæ, et doctrinæ quam ipsa docet

[1] De methodo apologetica quam amplexus est Newman, scripserunt : Bremond, *La Psychologie de la Foi* (d'après Newman), 1905; Baudin, art. *La Philosophie de la Foi chez Newman.* in *Rev. de Philosophie,* juin, oct. 1906; L. de Grandmaison, in *Eludes.* 5 janv. 1907; J. Lebreton, in *R. P. A..* 15 janv. 1907, Ier mars 1907.

* Card. Dechamps, *Entretiens sur la démonstration catholique de la révélation chrétienne.* Malines, 1874; *Lettres théologiques sur la demonstration de lafoi.* 1861.

77. — (4) In Germania :

(a) Inter *Catholicos :* De Stolberg, *Geschichte der Religion /esu Christi,* 1807; Drey, *Die Apologetik,* 1836; Doellinger, *Heidenthum undJudenthum,* 1857 ; Schwetz, *Theologia generalis,* 1850 : Hettinger, *Apologie des Christenthums,* 1885; Schanz, *Apologie des Christenthums,* 1888; Gutberlet, *Lehrbuch der Apologetik,* 1899; Weiss, *Apologie des Christenthums;* Ottiger, *Theologia fundamentalis,* 1897.

(b)Inter *Protestantes :* Tholuck, *Gesprache Uber die vornehmsten Glaubensfragen der Zeit,* 1846; Luthardt, *Apologetische Tortrage Uber die Grundwahrheiten des Christenthums,* 1864; Delitzch, *System der christlichen Apologetik,* 1869; Ebrard, *Apologetik, Wissenschaftliche Rechtfertigung des Christenthums,* 1874; Baumstark, *Christliche Apologetik auf anthropologischen Grundlage,* 1872.

78. — (5) In Hispania :

J. BALMÈS (f 1848), *Cartas a un esceptico; El protestantisme comparado con el catolicismo en sus relaciones con la civilizacion europea,* 1842, opus egregium ubi ostenditur quantum religio catholica sectas jprotestantium superet; Men DIVE, *La religion catolica vendicada de las imposturas racionalistas,* 1888; *De principiis theologicis,* 1896.

79. — (6) In Italia :

COLANGELO, *Apologia della religione cristiana,* 1831; Perrone, *De vera religione,* 1835 ; MAZZELLA, *De Religione et Ecclesia,* 1880; ZlGLIARA, *Propcedeutica ad sacrant theologiam,* 1884

80. — 30 Apologetica recentissima.

Hodiernus Apologeta intellectuales tendentias omnino diversas Christianismo oppositas observare potest. Præcipuæ inter eas sunt : rationalistica, subjectivista, positiva, materialistica, evolutionistica, socialistica et politica, quæ inter se miscentur et nituntur præsertim agnosticisme et naturalisme.

Porro quæstio religiosa sub earum influxu non raro apparet et examinatur. Hæ tendentiæ sua principia seu axiomata communia et propria habent. Omnes docent supernaturale, nempe miraculum et revelationem ab extrinseco factam nec existere, nec esse possibilem; religionem positivam vel supernaturalem absolute et definitive veram

admitti non posse, fidem cum ratione non esse *conciliabilem,* præterea non raro catholicam doctrinam adulterant.

Quapropter primarius et necessarius *practicæ Apologetica* scopus erit remotio praejudiciorum et passionum contra Ecclesiam, ex his tendentiis provenientium: quæ hodie maxime diffunduntur libris, periodicis, diariis, collationibus, associationibus privatis et aliquando a statibus ipsis.

His impedimentis remotis, quod munus ad plurimas scientias spectat, ostendatur authenticam doctrinam Christianam esse amabilem, quia est pulcherrima et tendentiis perfectionique naturæ humanæ maxime conformis. Denique proponentur argumenta historica : 1. sive ex ipso *Christo :* ita P. PlNARD DE LA BOULLAYE, in suis *Conférences de Notre-Dame,* 1929-1935 sq.; 2. sive praecipue ex *ipsa Ecclesia catholica.* Ecclesia enim est filia Regis, cujus omnis gloria spiritualis est ab intus, sed quæ simul in vestitu deaurato circumdata varietate resplendet».

Ejus ornamenta homini cognoscibilia sunt splendida atque numerosissima, mentesque attrahere valent. Quapropter modernus Apologeta, viam a C. Vaticano apertam sequendo, imprimis Ecclesiam ut magnum credibilitatis motivum ostendet et ex ea divinæ revelationis criteria et argumenta validissima desumet. In hoc apologetico opere, attenta consideratio dirigetur, juxta mentem RR. Pontificum, ad doctrinam, opera et influxum Ecclesiæ, in ordine sociali : operarii nunc increduli ad fidem paulatim adducentur per cognitionem amoris et beneficentiæ in justitia et caritate, quam Ecclesia pauperibus semper exhibuit.[*]

Quae considerationes inseparabiliter connectentur cum usu optimaque æstimatione traditionalis Apologeticæ ejusque demonstrationum.

1 Cf. A. XLIV.

•"Leo XIII, Encyc. *Rerum novarum,* 15 maii 1891; Pius XI, Encyc. *Quadragesimo anno,* 15 maii 1931.

SECTIO II

81. — Objectum et divisio.

Existentiam factorum religiosorum nemo est hodie qui negare possit. Etenim, apud varias gentes, viguere et adhuc vigent *varice religiones,* et quidem tam *universaliter,* ut genus humanum generatim spectatum tanquam vere religiosum haberi debeat.

Variae autem religiones problemati finis nostri solutionem afferre conantur : docent siquidem, praeter hunc visibilem mundum, alium existere invisibilem, ad quem pervenire possumus, si communionem habemus cum Ente vel entibus superioribus, quæ ibi degunt.

Studium igitur criticum ac scientificum Religionis est *maximi momenti,* et quidem dupliciter.

(a) Agitur enim primo de *facto universali,* quod in vitam sive privatam sive publicam hominum maximum habuit influxum, quod proinde prætermitti nequit.

(b) Agitur etiam de *qucestionc suprema vitee nostræ :* nempe *ad quem finem destinemur;* ex ejus solutione pendet totius vitæ nostræ ordinatio : si mundus hic spectabilis nihil aliud est nisi atrium et vestibulum alterius mundi invisibilis, si præsens vita non est nisi præambulum immortalis vitæ, actiones nostræ non ad terrenam felicitatem sed ad sempiternam ordinandæ sunt.

In præsenti sectione, agitur de *Religione in genere,* abstrahendo a quæstione utrum hæc sit naturalis an revelata. —

l *Sinn. theol.,* ?a 2æ, q. 8i, a. i-S; P. Mennessier, *Somme thiol.. La Religion,* 2 vol., Paris; J. V. Bainvel, *De fera Religione,* Paris, 1914; Brugère, *De Vera Religione,* Paris, 1S78; C. Manzoni, *Comp. theol. dogrn.,* n. 10 sq. ; H. Mazella, *De Religione et Ecclesia,* Romæ, 1SS0; n. 1 sq. ; Van Noort, *De Tera Religione,* 1917, n. 1 sq. ; Wilmers, *De Religione revelata,* ɳ. i sq. ; Abbé de Broglie, *Religion et critique^* Paris, 1S96, p. 3-105; L. Gondal, *Religion,* Pari 1904: A. Dorsch, *Institutiones TheoL fundamentalis,* CEniponte, 1930; J. B. Pratt °, *The religions Consciousnes* New-York, 1921.

Hujus Religionis exponimus, in duplici capite : i. *naturam.* 2. *necessitatem.*

82. — Conspectus generalis.

De Religione in genere

Cap. I. *De Natura Religionis.*
Notio, divisio; possibilitas et unicitas.

Cap. II. *De Necessitate Religionis.*
L De necessitate *Religionis in genere.*
Pro individuo.
Pro societate civili.
II. De necessitate *quorumdam actuum religiosorum :*
cultus externi et orationis.

CAPUT I

DE NATURA RELIGIONIS

83. — Conspectus.

1. *Notio.*
Etymologica; — realis sive objective, sive subjective.
2. *Divisio.*
Ratione originis, materiæ, rectitudinis et actuum.
3. *Possibilitas* et *Unicitas.*

Ad Religionis naturam tutius declarandam, dicemus ejus : 1. *notionem,* 2. *divisionem,* 3. *possibilitatem* et *unicitate.m.*

L — Notio Religionis

84. — I. Etymologica.

Etymologia hujus vocis est satis obscura. Religio venit : (a) a *relegendo,* juxta *Ciceronem,* quia hominis religiosi est mente revolvere seu relegere quæ ad Dei cultum pertinent : “ Qui omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent et tanquam relegerent, sunt dicti religiosi ex *relegendo,* ut ex eligendo eligentes, tanquam ex diligendo diligentes”1; (b) a *religando,*

juxta *Lactantium* [1], quia Religionis proprium est homines Deo pietatis vinculo ligare : “ Hoc vinculo pietatis obstricti Deo et *religati* sumus; unde ipsa religio nomen accepit, non, ut Cicero interpretatus est, a relegendo”; (C) a *reeligendo,* juxta S. *Augustinum*[2], quia Deum, per peccatum amissum, virtute Religionis de novo eligimus : ‘‘Hunc eligentes, vel potius *religentes* (amiseramus enim négligentes, hunc ergo religentes) unde et religio dicta perhibetur, ad eum dilectione tendimus ut perveniendo quiescamus ”.

85. — II. Realis.

Religio sumitur in sensu *lato* et *stricto*.

1° Lato sensu (a) significat aliquando obsequium alicui præstitum : talis est religio familiæ, patriæ, sepulchri, etc. (b) In *Codice Juris canonici, c.* 488, religio vocatur “societas a legitima ecclesiastica auctoritate approbata, in qua sodales vota publica nuncupant, atque ita ad evangelicam perfectionem tendunt”.

2° Stricto sensu, Religio accipi potest : 1. *objective,* 2. *subjective*.

86. — (A) Objective.

(1) *Definitio.* Religio *objective* spectata est *complexus veritatum et officiorum, quibus tota vita nostra in Deum finem ultimum ordinattir.*

Ex pl ic a t io .

(a) *Complexus veritatum.* Hic agitur de veritatibus (seu dogmatibus) ipsum Deum vel nostras relationes ad Deum spectantibus, quæ a ratiocinio vel revelatione acquiruntur in *intellectu.*

(b) *Complexus officiorum.* Quæ officia a dogmatibus defluunt et respiciunt sive Deum, sive proximum. Eorum impletio a *voluntate* pendet.

(C) *Quibus tota vita nostra... ordinatur.* Religio ordinat totam hominis activitatem sive internam sive externam intellectus, voluntatis et aliarum facultatum a prioribus pendentium ad Deum finem supremum : sic constituitur ordo moralis religiosus totius vitæ nostrae.

1 Lactant, *Divin. Instit.,* l. IV, c. 28; *P. L.,* VI, 356.
3 S. August, *De Civit. Dei,* l. X, c. 3; *P. L.,* XLI, 280

87. — (2) *Elementa.* Ex dictis. Religionis conceptus continet *tria elementa :* (a) veritates credendas seu dogmata, (b) officia implenda seu regulam morum, (c) cultum exercendum per varios ritus. — Hæc elementa determinantur sive *a priori,* scilicet ex ipsa natura Dei et hominis et eorum relationibus; sive *a posteriori,* seu ex diligenti observatione religiosorum factorum apud gentes \

88. — Corollaria.

Natura Religionis melius apparebit, si comparatur cum : *philosophia,* 2. *scientia,* 3. *ethica,* 4. *arte,* 5. *magia.*

(a) *Philosophia* et Religio *circa idem fere objectum* versantur, i. e., primum principium hominis ejusque ultimum finem, diverso tamen modo. Prior est præsertim *speculativa* et ad cognitionem tendit; dum posterior est principaliter *practica* et ad amorem ultimo tendit, prior experientiæ et rationi innititur, posterior traditioni et revelationi : religiones enim fere omnes de facto aliquam divinitatis revelationem supponunt, ut ex dicendis patebit. (Cf. n. 102-122)

(b) *Scientia* non est Religio : versatur enim circa objecta permulta, etiam materialia et sensibilia, quæ Religioni extranea esse possunt; attamen scientia eadem facultate intellectuali ac Religio apprehendit objectum suum. Scientia ex se non opponitur veræ Religioni, quia veritas non adversatur veritati; potest existere

1 L. de Grandmaison rem ita contrahit : ‘‘D’après l’histoire des religions, *la religion comprend:* i° *Un corps de doctrine,* au moins ébauché; un cycle de croyances traditionnelles touchant l’origine et les destinées du monde, en particulier du monde humain, ou d’une fraction déterminée (groupe ou race), de l’humanité. L’adhésion à ces croyances, dans tous les cas incontestés, est ou tend à devenir obligatoire. 2’ *Un ensemble de règles de conduite* s’imposant à l’action humaine au nom d’un pouvoir surhumain. 30 *Un système de rites et de pratiques,* autorisés ou imposés, et destinés à établir, à promouvoir, à régler les relations de l’homme, individuel ou social, avec une ou des puissances conçues comme transcendantes”. J. Huby, *Christus,* Paris, 1921, p. 6-7.

3 Cf. L. Rourc, *Le merveilleux spirite,* Paris, 1922, p. 281-2S2. “ La *philosophie* cherche à construire un système rationnel des choses, une synthèse cohérente des vérités naturelles. La *religion* se propose d’établir un commerce entre l’homme et la divinité, des relations qui, d’une façon ou d’une autre, dépassent l’attitude commandée par la stricte raison. D’une part, elle prétend ajouter aux devoirs de soumission, de respect et d’amour, que la simple morale rationnelle prescrit envers Dieu, quelque chose de plus filialement intime, un hommage qui aille non seulement au maître, mais au père. D’autre part, elle a toujours aspiré à connaître, par communication spéciale»au sujet de la divinité, plus que les seuls efforts de la raison n’en pouvaient saisir ".

in mente cum et sine Religione, sed nunquam vices Religionis gerere potest.

(c) Religio et *ethica* pariter in eo *conveniunt* quod *amba regulam agendi* praebent; sed in eo *differunt* quod ethica *legem naturalem* tantum agnoscit; dum Religio vocem conscientiae habet tanquam *vocem Dei* et, præter legem naturalem, *positivas* leges admittit, quæ sunt divinæ voluntatis manifestatio.

(d) *Ars* et Religio prosequuntur quidem *pulchrum* et *ideale,* quatenus est divinæ perfectionis umbra; sed ars pulchrum præsertim *sensibile* exprimere quærit, directe ut æsthetico sensui *placeat;* dum Religio *moralem pulchritudinem* et vitæ sanctitatem attingere nititur, ut inter Deum et hominem virtutibus ornatum intima sit unio.

(e) Religio pariter differt a *superstitione* et *magia.* Ambæ in eo quidem consentiunt quod *entia invisibilia admittunt,* cum quibus relationes habere valemus; sed, dum magiâ et superstitio vanam *curiositatem* et sæpe*passionum expletionem* modis illegitimis quærit, Religio propriam et aliorum *sanctificationem* mediis divinitus institutis prosequitur. Insuper magia entia spiritualia tanquam sibi subdita considerat, eisque in proprium commodum uti quærit, dum Religio se numini subdit ab eoque pendere profitetur.

89. — Jamvero *ex hac comparatione constat Religionem tribus elementis constare* supra descriptis : 1. *doctrina* quadam *intellectuali,* et in hoc cum philosophia concordat; 2. *regula morum,* et in hoc cum ethica convenit; 3. tandem *principio vita* spiritualis : non enim in mera contemplatione veri et boni sistit, sed, sicut ars, verum, bonum et pulchrum amore prosequitur et attingere nititur. — Si unum ex his tollitur, eo ipso tollitur Religio : si *primum* tantum servatur elementum, habetur philosophia, non autem Religio; si *secundum,* habetur codex moralis, minime Religio; si *tertium,* manet quidem vagus mysticismus, sed non integra Religio.

90. — (B) Subjective. —"

(1) *Definitio.* Religio subjective considerata est *voluntaria hominis dispositio imo et virtus, qua homo, per acceptionem veritatum et adimpletionem firceceptorum convenientium, Deo exhibet debitum cultum et reverentiam r.*

Virtus Religionis est : (a) *formaliter* in *voluntate,* quæ seipsam et aliarum potentiarum actus ad Dei reverentiam

* *Sum. thiol.,* 2a 2æ, q. Si, a. I, 2, 3.

ordinat1;*(fi}fundamentaliter* vero in *intellectu* .-nam voluntatis imperium supponit divinæ excellentiae cognitionem, et obligationis 3 ei cultum exhibendi. Isti duo actus interiores primatum tenent. (C) Ipsis jungi debent, quasi secundarii, corporis *actus exteriores* voluntate religiosa imperati.

91. — (2) Actus praecipui indicari possunt ex parte : I. *subjecti, 2. objecti.*

(a) Ex parte subjecti. Religio triplicem psychologicum actum importat : 1. actum *intellectus* Dei excellentiam apprehendentis; actum *voluntatis* hoc judicium approbantis; 3. actum *practicum,* quo parati sumus omnia officia erga Deum implere. — Non ergo in phantasia aut in sensu quodam speciali residet, sed *primario* in *voluntate,* secundario autem in *intellectu,* imo et in *facultatibus sensibilibus,* quatenus ipsae ad cultum Deo reddendum concurrunt. *Totum* igitur *complectitur hominem,* quia homo, totus quantus est, a Deo pendet.

92. — (b) Ex parte objecti. Religione praecipiuntur *quatuor speciales actus,* e quadruplici relatione qua Deo conjungimur fluentes : I. *adoratio,* qua supremum Dei *dominium* agnoscitur : ipse enim, utpote Creator, est supremus omnium dominus, primum principium et ultimus finis; *2. gratiarum actio,* qua Deum ut *benefactorem* colimus; ab eo siquidem accepimus quidquid boni habemus, sive substantiam, sive facultates, imo concursum ad agendum; 3. *petitio,* qua ut fons omnium bonorum recognoscitur; cum enim omne bonum ab eo dimanet, ad eum recurramus oportet, si nova beneficia obtinere velimus; 4. *pœnitentia,* qua Deum offensum placare conamur : homo enim libertate praeditus Creatorem suum nonnunquam offendit et, ad placandam ejus justitiam,

funi. theol,, 2* 2æ, q. 83, a. 3; q. 88, a. 5.

3 Quod elementum est pars Religionis, ut recte ostendit Lagrange : " Il faut cependant reconnaître que tous ceux qui pratiquent la religion *s'y croient obligés.* Nulle part on ne se résout à l observer par un choix libre et parce qu'elle procure des avantages dont on pourrait se passer. Les hommes religieux ont toujours cru que les relations qu'ils souhaitaient entretenir avec la divinité étaient voulues par Elle, qu'Elle exerçait sur la vie un certain contrôle et attendait d'eux certains actes. Toute religion contient donc une exigence, et une exigence morale, car la moralité d'un acte est indissolublement liée à l'idée d'obligation". *Etudes sur les religions sémitiques,* Paris, 1903, p. 7.

poenitentiam agere debet. — Hæc autem omnia *amore* informantur, qui est velut Religionis anima seu principium. Praecipuus actus est *adoratio* soli Deo debita, quam sequi debent semper *gratitudo* et *petitio;* et, in hypothesi tantum peccati, *pœnitentia.*

93. — Scholion. Religionis notiones heterodoxæ ».

Ex præcedenti Religionis definitione (Cf. η. 86, 90)« constat *rejiciendas* esse quasdam notiones heterodoxas quæ habent Religionem pro nomine sine re vel pro creatione exclusive humana. Admitti nequit notio :

(a) Kantii, juxta quem Religio consistit in *obedientia rationi practice* quoad adimplenda officia : ita Religio identificatur cum ethica autonoma et independent! ab omni revelatione et a Deo objectivo 2.

(b} Pantheistarum, qui contendunt Religionem sitam esse in *communione quadam cum Infinito* vel in *conscientia nostree. identitatis cum Deo* 3.

(c) Positivistarum, qui putant Religionem nihil aliud esse nisi puerilem explicationem naturalium phænomenorum, quorum causa ignoratur, vel cultum humanitati reddendum *(A. Comte).*

(d) Modemistarum, juxta quos Religio e subconscientia oritur, et consistit in *quadam communione affectuosa cum divinitate*

IL — Divisio Religionis

94. — Religio multipliciter dividitur ratione : i. *originis,* 2. *rectitudinis,* 3. *materia,* 4. *actuum.*

‘Abbé de Broglie, *Rcl. et critique,* p. 5-15; A. Réville *Prolégomènes de l'hist. des Religions,* p. 15-48. Notandum est falsas Religionis definitiones a falsis de Deo notionibus oriri.

Kant *La Religion dans les limites de la simple raison.* 1793; c^. B. Jansen, *La philosophie religieuse de Kant,* Paris, 1934, p. 81-169.

3 A. Loisy * hanc proponit definitionem : “ Aspiration de l’humanité vers un idéal, vaguement perçu et voulu, de société bonne et de conscience satisfaite *A propos d'histoire des religions,* Paris, 1911, p. 166.

4 D. B., 2074. Ita A. Sabatier : ‘‘Que la religion, c’est la prière du cœur... C'est un commerce, un rapport conscient et voulu, dans lequel Pâme en détresse entre avec la puissance mystérieuse dont elle sent qu’elle dépend et que dépend sa destinée. Ce commerce avec Dieu se réalise par la prière. La prière, voilà donc la religion en acte, c. à d. la religion réelle *Esquisse d'une philosophie de la religion,* 9a ed., p. 24.

(i) Ratione originis, Religio est *naturalis* vel *supernaturalis*. (a) *Naturalis* ea est quæ in ipsa rerum natura fundatur, solius rationis ope, sine revelationis lumine, comparari potest, viribus naturalibus impletur et ad finem naturalem tendit.

(b) *Supematuralis* seu *revelata* ea est quæ revelatione manifestatur, dogmata vel praecepta continet, quæ non necessario ex ipsa natura rerum fluunt, sed positiva Dei voluntate manifestata fuerunt, ducit ad supernaturalem finem, i. e.. Deum gloriae auctorem, et ideo media supernaturalia adhibet. Vocatur etiam *positiva,* quia praecepta continet, quæ ex libera Dei voluntate pendent et legi naturali superadduntur. De hac praesertim agemus in praesenti volumine.

Hæc Religio supematuralis una est et sub *tripliciforma* hominibus fuit proposita : Religio *primceva,* data Adae et patriarchis; *judaica,* per Moysen promulgata; et *Christiana,* quæ Christum habuit auctorem divinum et duas priores mirabiliter perfecit. (Cf. n. 409).

95. — (2) Ratione rectitudinis.

Religio dicitur *vera* aut *falsa* : (a) *Vera* ea est quæ cultum exhibet relationibus Dei et hominis recte respondentem, cognitis ratione vel revelatione, (b) *Falsa* ea est quæ colit non verum Deum, vel Deum verum sed modo illegitimo.

(3) Ratione materiæ.

Religio est : (a) *Theoretica,* quæ docet speculativo modo hominis relationes cum Deo. (b) *Practica,* quæ nostra erga Deum officia determinat.

(4) Ratione religiosorum actuum.

Religio vocatur vel *interna,* vel *externa.* *Interna* exprimitur actibus internis intellectus aut voluntatis; *externa* vero manifestatur actibus externis et sensibilibus. Actus religiosi interiores sunt principales, actus exteriores vero sunt secundarii et propter interiores T.

III. — Possibilitas, et Unicitas Religionis

96. — (i) Possibilitas.

(a) Religionis possibilitas *psychologica* apud hominem sistit in ejus subjectiva potentia sive ad cognoscendum Deum et ipsius cum homine relationes, sive ad voluntarie agendum juxta leges ab intellectu recte cognitas. — Quare homo definitur "*animal religiosum*", dum bruta sunt Religionis omnino incapacia. Aliunde ab actu ad posse valet consecutio. Porro, apud omnes populos, quaedam Religio colitur, ut historia constat (Cf. n. 102-122).— (b) Religio autem *ontologice* fundatur in essentiali dependentia hominis creati a Deo infinito creatore, ex cujus notione defluunt variae obligationes religiosae.

97. — (2) Unicitas.

Thesis. Vera Religio est necessario unica. Philosophice *certum.*

Hic agitur de Religione objectiva, sive naturali, sive revelata.

Probatur :

(a) *Ex Religionis essentia.* Religio conformis esse debet verae cognitioni de Deo : nam voluntas elicit vel imperat religiosos actus secundum hujus cognitionis directionem. Atqui vera Dei notio est una : cum enim veritas sit adaequatio intellectus et rei, non potest esse unius rei nisi una notio. Ergo Religio vera, *naturali ratione cognita,* est necessario una.

(b) *Ex suprema Dei auctoritate.* Etenim Deus, cum sit omnium rerum et hominum supremus Dominus, jus habet praecipiendi Religionem et cultum quibus vult honorari. Quare, si certo probatur Deum positive revelavisse aliquam Religionem omnibus obligatoriam, hæc Religio sola erit vera et ab omnibus tenenda; *hæc* ergo *revelata* Religio erit necessario unica.

CAPUT II

DE NECESSITATE RELIGIONIS

Notionibus præviis circa Religionem jam positis, nunc consideramus necessitatem : i. *Religionis ik genere. 2. Quorumdam actuum religiosorum.*

ARTICULUS I

De necessitate Religionis in genere

98. — Conspectus.

Necessitas Religionis in genere.

1. Pro *individuo.*
   (a) Arg. *historicum.*
   Universalitas facti religiosi. (Cf. n. 102-122).
   (b) Arg. *psychologicum.*
   Hypotheses falsæ.
   Explicatio vera.
   (Cf. n. 123).
   (c) Arg. *metaphysicum.*
   Ex Dei juribus.
   Scholion : De Religionis *origine.*
2. Pro *societate civili.*
   Thesis : Corollaria.

Necessitas Religionis demonstratur : 1. pro *individuo,* 2. pro *avili societate.*

99. — Status quaestionis.

(i) Adversarii.

Religionis necessitas impugnatur *indirecte* et *directe,* (a) *Indirecte* rejicitur ab omnibus qui negant vel Deum *(Athei),* vel ipsius personalitatem *(Pantheistce),* -el ipsius cognoscibilitatem *(Agnostici),* vel hominis animam spiritualem *(Materialistce).* Hi errores in philosophia confutantur, (b) *Directe* respuitur ab *Indifferentistis absolutis* qui, licet Deum existere agnoscant, Eum de nostris obsequiis minime curare contendunt, proindeque Religionem ut rem indifferentem et inutilem negligunt.

100. — (2) Doctrina catholica.

\rera Religio necessaria est non physice, i. e., ad vitam corporalem; sed *ethice* i. e., in ordine morali; aliis verbis, gravis obligatio incumbit tum *individuo,* tum *civili societati*

Religionem veram amplectendi, quod in duplici thesi statuitur. Agitur de subjectiva Religione quæ objectivæ Religioni respondet.

§ I. — De Necessitate Religionis pro individuo

101. — Thesis. Unicuique individuo vera Religio est ethice necessaria. Philosophice *certum,* theologice *de*

Explicatur :

Omnibus hominibus usum rationis habentibus inest obligatio moralis absoluta, essentialis, indispensabilis ideoque gravissima, Religionem utique non falsam sed veram constanter profitendi.

Assertio nostra fundatur *triplici argumento :* I, *historico,* i. e., ex universalitate facti religiosi : 2. *psychologico,* nempe ex essentiali hominis indigentia relate ad Religionem; 3. *metaphysico,* scilicet ex Dei juribus. Aliis .verbis, sic statuitur : Religio est necessaria : quia apud omnes gentes invenitur, est homini unica via .ad finem suum, i. e., beatitudinem, obtinendum, atque ex natura tum infiniti Dei tum hominis creati defluit. — Hanc triplicem argumentationem nunc evolvamus.

1. Necessitas Religionis constat argumento historico

SEU EX RELIGIOSI FACTI UNIVERSALITATE

102. — Conspectus.

1. Argumentum *generale.*
2. *Universalitas* facti religiosi apud :
   (a) *Prcehistoricos, Primitivos.*
   (b) Gentes *Extr. Orientis :* Sinenses, Indos, Persas et Medos.
   (c) Gentes *Orientis :* Semitas, Ægyptios.
   (d) Gentes *Occidentis :* Græcos, Romanos, Gallos, Scandinavos et Germanos.
3. *Conclusio generalis.*

103. — Sic proponitur Argumentum.

Historice constat omnes gentes agnoscere relationes morales obligatorias inter Deum et homines, quæ Deum

[1] Thesis est de tide, *salicta e.\ magisterio ordinario* Ecclesiæ.

honorandum præscribunt, et Religionem constituunt'. Atqui unanimis populorum sententia est veritatis critérium. Ergo. — *Major* largo itinere historico statim demonstratur.

104. — Universalitas facti religiosi describitur.

Factum religiosum esse *universale* nemo inter eruditos hodie negat. Tum apud homines præhistorîcos et primitivos, tum apud populos quorum historia cognoscitur, invenimus religiosum cultum cum *dogmatibus, præceptis* morum et *ritibus* 2.

' *Religionum historia* est hodie *ytucsfio maximi momenti,* cum non solum in universitatibus, sed etiam in collegiis, historiam religionum doceant acatholici, et quidem eo fine ut exinde appareat omnes religiones superstitionibus tequiparandas esse. Ita præsertim S. Reinach ;* *Orpheus, histoire «intrate des religions,* Paris, 1909. — Praecipui scriptores de *historia religionum* non sunt catholici; inter quas eminent : Max Millier ;* *Introduction to the science ofreligion,* 1873, *gallice* redditum; *Hibbert Lectures on the origin andgrowth of Religion; Chips from a german wokshop,* 1867-1875; Tide *Geschiedenis van den godsdienst tot aan de heersehappij der wereldgodsdiensten,* 1876, *gallice* redditum sub titulo *Manuel de l'histoire des religions,* a M. Vernes, 1880; *J.* Freeman-Clarke ;* *Ten great religions,* 1871-18S3; A. Réville *Prolégomènes de Γhistoire des Religions-,* 1881 ; Chantepie de la Saussaye *Lehrbueh der Religiongeschichte,* gallice *Manuel de l'histoire des Religions,* Paris, 1904; Hastings';* *Encyclopedia of Religion and Ethics,* Edinburgh, 1908-1926; *Encyclopedia ofthe social Sciences-* New-York, 1930; *Die Religion in Geschichte und Gegenwart,* Tubingen, 1927-1932.

Inter Cathoi.K OS recensentur : W. Schneider, *Die Naturvolker, Missverstiindnisse, Mtsshandlungen,* 1885 ; *Die Religion derafrikanischen Naturvolker,* 1891; C. Pesch, *Gott und Gotter,* 1890; A. Borchert, *Der Animismus,* 1900: DD. de Harlez, *Védisme, Brahmanisme et Christianisme :* Abbé de Broglie, *Problèmes et conclusions de l'histoire des Religions,* 4· édit.; A. Bros, *La Religion des peuples non civilisés,* 1907; DD. A. Le Roy, *La Religion des Primitifs,* Paris, 1909; J. Huby, *Christus, Manuel d'Hisloire des Religions,* Paris, 1921 : Martindale, *History ofReligions,* London, 1910-1911 ; J. Bricout, *Où en est l'histoire des Religions,* Paris, 1912, 2 vol., Pinard de la Boullaye, *Etude comparée des Religions,* Paris, 1922, 2 vol., A. Anwander, *Die Religionen der Menschheit,* Friburg. Br., 1927; P. W. Schmidt, *L'origine de l'idée de Dieu,* in *Anthropos,* fasc. 2, 1908; *Origine et évolution de la Religion,* gallice redditum a P, Lemonnyer, Paris, 1931; E. Przywara, *Religionsbegriindung,* Friburg. Br.. 1923; A. Windel, *Religions Past and Present,* New-York, 1927; O. Karrer, *Das Religiose in der Menschheit und das Christentnm,* Friburg. Br., 1934: E. C. Messenger et alii, *Studies in Comparative Religion,* London 1934.

3 J. Lubbock3, in *Origin of civilisation,* gallice redditum a Barbier, *Les origines de la Civilisation,* asserebat multas esse tribus sine Religione ; idem tenebat Broca *Bulletin de la Société (TAnthropologie,* 1866, p. 56. Sed Roskoff * id erudite confutavit in opere *Das Religionswesen der rohesten Naturalvoelker,* Leipzig, 1880; idem præstitit Girard de Rialle, *Mythologie comparée,* 1878. Hinc positivista M. Guyau

Ad pleniorem hujus facti investigationem, praecipuas religiones summation describimus : i. *Præhistoricorum* et *Primitivorum;* 2. Gentium *Extremi Orientis,* 3. *Orientis,* 4. *Occidentis.*

105. — i° Religio Præhistoricorum et Primitivorum.

(A) Quoad Præhistoricos[1]. Præhistoria humanitatis vitam historicis documentis anteriorem investigat, archeologiae et paleontologiæ præsertim ope. Recentes excavationes in lucem ediderunt vestigia hominum *ætatis quaternaries* ex quibus non pauca ad Religionem spectant : *sepultures, pictures* in quibusdam speluncis reconditæ, *utensilia quædam, loci sacri, etc.* Hæc quidem *per se* naturam religiosi cultus non clare manifestant; sed, si comparantur cum institutis religiosis quæ etiam hodie apud *Primitivos* in usu sunt, evidens fit jam ab initio hominem religiosum fuisse[2].

106. — (B) Quoad Primitivos. *Primitivi*[3] vocantur gentes incultæ antiquissimae quæ in Africa, in utraque

p. 2, scribit : " Il est un premier point acquis par la critique contemporaine. Après les travaux de Roskoff, de M. Réville, de M. Girard de Rialle, *il est impossible de soutenir qu'il existe aujourd'hui,* sur la surface de la terre, *des peuples absolument dépourvus de religion* ou de superstition (ce qui revient au même quand il s'agit des non-civilisés)... En outre, dès les temps préhistoriques, les monuments mégalithiques (menhirs, cromlechs, dolmens), les sépultures, les amulettes sont des indices certains de religiosité, auxquels il faut sans doute ajouter les *rondelles crâniennes,* ces fragments d'os détachés intentionnellement du crâne et percés parfois de trous de suspension. La religiosité humaine remonte ainsi à l'âge de la pierre polie ". — Quod ita confirmat S. Reinach *, *Cultes, Mythes et Religions,* Paris, 1905, Introduct. : " L'homme, partout et à quelque époque qu'on l'observe, est un animal religieux ; la *religiosité,* comme disent les positivistes, est le plus essentiel de ses attributs, et personne ne croit plus, avec Gabriel de Mortillet et Hovelacque, que l'homme quaternaire ait ignoré la religion".

[1] Cartailiac, *La France préhistorique,* Paris, 1889; De Mortillet, *Le préhistorique ; Antiquité de l'homme,* Paris, 1882; Déchelette, *Manuel d'archéologie préhistorique,* Paris, 1908-1914; De Morgan, *L'humanité préhistorique,* Paris, 1921 ; Boule, *I^es hommesfossiles,* Paris, 1921; Mainage, *Les religions de la préhistoire,* Paris, 1921; Ami du Clergé, 1922, p. 497-510.

[2] Breuil et Bouissonie, art. *Homme,* in *D. A. ;* Guibert, et Chinchole, *Les Origines,* p. 501-633; Paris, 1923.

[3] DD. Le Roy, *La religion des Primitifs,* Paris, 1909; P. W. Schmidt-Lemonnyer, *Origine et évolution de la religion,* p. 312-352; Paris, 1931 ; P. W. Schmidt, *European civilization, its origin and development,* London, 1934; cap. I, *Primitive Man;* H. Lowie *, *Primitive Religion,* New-York, 1924.

America, necnon in Oceania degunt. Jamvero, si audiuntur docti, qui apud eos commorati sunt et eorum linguam et mores didicerunt, illorum Religio, quatenus sub variis superstitionibus et symbolis latet, *dogmata, præcepta* et *ritus* continet[*]

107. — (r) *Dogmata,* (a) Omnes fere admittunt existentiam alicujus *principii vitatis* in homine, quod post mortem supervivit, in loco ubi felicitate, veneratione et cultu dignum est, si recte vixerit[1].

(b) Inter defunctorum animas, quaedam, ab humanis imperfectionibus magis immunes, *spiritibus* adjunguntur qui, hominibus superiores, eisdem provident et cum eis relationes habent. Inter ipsos spiritus quidam sunt boni, qui nobis auxilium præstant, alii autem sunt mali et nobis nocere quærunt. — Spiritibus offeruntur *preces* et *sacrificia,* ut a bonis obtineantur beneficia et ut mali non noceant : quæ offeruntur primum a patrefamilias, posteaque a sacerdotibus speciatim ad hoc deputatis.

(C) Præter hos spiritus, adest *Magnus Spiritus,* qui hominibus, spiritibus atque viribus naturæ dominatur. *Nomina* ejus pèrhibent ipsum tanquam mundi conditorem, altissimum, animam mundi, habitantem in altis seu in cælo, auctorem vitæ et mortis, a quo omnia pendent. Cum hic sit hominibus inaccessibilis, et aliunde bonus et benefaciens, generatin'! cultus ei non exhibetur; et ita fit ut quidam viatores putaverint apud has tribus Deum esse prorsus ignotum.

108. — (2) *Præcepta.* Quædam sunt licita, quædam vero illicita; homo libertate et responsabilitate gaudet; igitur moralem legem sequi debet, quæ in justitia praecipue consistit : secus, pœnas pro peccatis luet. Familia ipsa a legibus protegitur. Et ethica generatim tanquam omnino obligatoria declaratur.

1 Quidam religionum historici putant ex Primitivorum Religione, simpliciora elementa includente, probabiliter inferri posse quisnam fuerit cultus vetustissimarum tribuum. Sed hæc hypothesis a revelationis facto false abstrahit.

2 Attamen felicitas non semper proportionatur *virtutibus* defuncti, sed sæpe dignitatibus et divitiis quas ante mortem possidebat. Cf. DD. Le Roy, Λα *Religion des Primitifs*^ p. 253-254 ; A. Bros, art. *La mort chez les non· civilises.* in *R.* C. Æ, t. LVI, nov. 1908, p. 417-422.

109. — (3) *Ritus.* Viget discrimen inter res sacras et profanas. Preces,. sacrificia et ritus juxta prescripta determinata celebrantur et dependentiam aut supplicationem significant

110. — 2° Gentes Extremi Orientis inter quas quatuor recensebimus antiquissimas, *Sinenses, Indos, Persas* et *Medos.*

(A) Apud **Sinenses**[1][3] secundum veteres libros sacros quos collegit *Confucius,* sæc. VI° ante Christum, triplex florebat cultus : (a) Cultus *Entis supremi,* quod vocatur *Shang-li* (imperator eminens), aut *Thian* (cælum). Caelum hoc non est materiale, sed designat *dominum cceli,* nam perhibetur tanquam in solio dominans, respiciens super

1 Ita DD. Le Roy, qui per viginti annos in Africa inter incultas tribus conversatus est, *op. cil.,* p. 205-208. *Ibidem,* p. 464-465, ita breviter contrahit *essentialia religionis Primitivorum* elementa : " i° Distinction entre le monde visible et un monde invisible. 2° Sentiment de dépendance de l'homme vis-à-vis de ce monde supérieur, particulièrement dans l'usage de la nature. 30 Croyance en un être suprême, créateur, organisateur et maître du monde, en même temps que père des hommes. 40 Croyance en des esprits indépendants, les uns tutélaires, les autres hostiles. 50 Croyance en l'âme humaine, distincte du corps, survivant à la mort. 6° Croyance en un monde de l'Au-delà, où vivent les Esprits, où les âmes survivent. 70 Sens moral universel, basé sur la distinction du bien et du mal : sentiment de la pudeur, de la justice, de la responsabilité, de la liberté, du devoir; reconnaissance explicite ou implicite de la conscience. S° Prescriptions et proscriptions en vue d'un but moral ou réputé tel; notion du péché, avec sanction appliquée par l'autorité du monde invisible ou de ses représentants. 90 Organisation cultuelle : prière, offrande, sacrifice, rites, cérémonies, symboles, etc. comme expression de soumission, de reconnaissance ou de supplication. io° Sacerdoce, d'abord représenté par le chef de la famille, puis par des anciens ou des prêtres spécialement chargés des fonctions sacrées, puis par des corps organisés. it° Distinction entre le Profane et le Sacré, et affectant les personnes, les lieux, les objets, les paroles, etc. 12° Etablissement et organisation de la famille, comme centre religieux et social, cherchant à conserver la pureté de son sang, s'imposant des lois, se distinguant par des marques spéciales, et se fortifiant par des alliances ", — Quod confirmari potest testimonio A. **Lang** *, qui, in *The Making of religion,* 1900, p. 160-305, rejicit *animismi* theoriam quam prius advocaverat, et docet animismo præivisse monotheismum quemdam, seu fidem in aliquod Ens supremum. Cf. H. Nassau *, *Fetichism in West Africa,* London, 1904, p. 38 sq. ; L. Wilson *, *Western Africa,* p. 209. Cf. G. Koppers, art. *La religion et l'Etre suprême chez les Yagans,* in *Etudes,* 20 oct. 1922; H. Froidevaux, art. *Précolombiens (Américains)* in *D. A.,* col. 172-195.

3 Ch. de Harlez, *Les religions de la Chine,* 1891 ; M. de Groot, *The religions system of China;* Abbé de Broglie, *Problèmes et conclusions,* p. 128-136; Lahousse, *De vera religione,* n. 246-247; Wieger, art. *Chine* in *D. A.,* col. 508-526. Cf., quoad *Japonice religionem,* Brou, art. *Japon* in *D. A.,* col. 1199-1210.

terram, ita ut nil eum lateat, beneficia probis conferens et malos puniens, (b) Cultus *geniorum,* seu entium invisibilium, quæ per orbem terrarum mira operantur : his enim maxima potestas competit, fere æqualis potestati divinæ; ita parabatur via polytheismo. (c) Cultus *majorum* qui, post mortem, geniis annumerantur, et protegere valent eos qui in terra degunt, eos præsertim a quibus honores accipiunt. Hic majorum cultus ita prævaluit ut apud quosdam principalis omnino esse videatur.

111. — Confucius[1] triplicem hunc cultum jam tantisper adulteratum renovare conatus est. Statuit ut divinitati, quam *Thian* (cælum) vocat, servaretur indoles potestatis moralis ; ut *geniorum* ac *majorum* cultus restringeretur, docens neminem qui adversus Cælum peccavit, geniorum interventu salvari; etsi non directe de vita futura loquatur, eam certo supponit, dum regulat cultum honorificum majoribus præstandum. Quia vero cultus ita ordinatus multis frigidus videbatur, non pauci Sinenses huic prætulerunt idololatriam et superstitiones[2] quas rejecerat Confucius, aut Budhismum, de quo infra. Imo, apud quosdam populares, Confucius ipse colitur, eique præstantur divini honores.

112. — (B) Apud Indos antiquitus florebat et adhuc floret Brahmanismus[3] cui adhærent homines fere 200.000.000, non obstantibus impugnationibus quas passus est a Budhismo, Mahumetismo et Christianismo.

Libri sacri vetustissimi hujus religionis 1) vocantur *Vedas* et quadruplicem collectionem efformant, nempe *Veda, Sama-*

[1] W. Gilbert Walshe *, art. *China, Confucius,* in *Hastings' E. E. E.*

[2] Cultus ille popularis dicetur *Taosismus;* quandoque tribuitur philosopho *Lao-tseu,* Confucii coævo. Sed *immerito :* huic enim non fuit adscriptus nisi multo post, et quidem ad majorem auctoritatem eidem conciliandam.

[3] L. de la Vallée-Poussin, art. *Inde (Religions de Γ),* in *D. A.,* col. 645-702; Ch. de Harlez, *La Bible dans ΓInde* ; Laouenan, *Du Brahmanisme et de ses rapports avec le Judaïsme et le Christianisme.* Pondichéry, 1884; Abbé de Broglie, *op. cit.,* p. 142-161; L. de la Vallée Poussin, *Védisme* (Sc. et Religion), 1909; R. Guénon, *Introduction à l'étude des doctrines hindoues,* Paris, 1921; A. Carnoy, *Les Indo-Européens,* Bruxelles; P. Johanns, *Vers le Christ par le Vedanta,* Louvain; P. Follet, *Quelques sommets de la pensée indienne,* in *Archiv. de philos.* vol. IX, pars III, p. 134-177 ; A. Barth *, *Les religions de l'Inde,* 1870; Max Millier *, *Hibbert Lectures of the origin and growth of religion as illustrated by the religions of India,* iS78; H. Oldenberg *, *Die Religion des Veda,* 1894, gallice redditum a V. Henry, Paris, J903; H. Oldenberg*, *Le Bouddha, sa vie, sa doctrine,* Paris, 1934; J. B. Pratt*, *India and its Faiths,* Boston, 1915; D. Griswold, art. *Brahmanism and Hinduism,* in *Encyc. Social Sciences.*

Pλ/«, *Atharva- Veda, Yajur- Veda,* cujus antiquiores partes probabilius sæc. XIV° ante Christum adscribi possunt. Brahmani tenent hos libros esse æternos, ab omni errore immunes, non solum inspiratos, sed quoddam numen. 2) Ibi docetur, juxta quosdam, *monotheismus,* et varia nomina *Indra, Mitra, Varuna, Agni,* nonnisi unum eumdemque Deum designant. Secundum *Max Müller,* ibi non traditur monotheismus, quia coluntur montes, sylvæ, sol, nubes; neque polytheismus, nam quando isti dii invocantur, non concipiuntur ut limitata potestate gaudentes; sed systema quoddari medium, quod *henotheismum* vocat, in quo videlicet ens infinitum concipitur sine forma determinata. Secundum alios, ibi miscetur *polytheismus cum pantheismo :* deificantur enim virtutes naturæ, cælum, terra, luna, ignis, ventus, et isti dii aliquando exhibentur tanquam diversæ manifestationes entis universi.

Ex quo sequitur, apud *Indos veteres,* satis vagam fuisse divinitatis notionem : concipiebatur tamen ut Ens superius, cui sacrificium offerebatur ad beneficia impetranda. %

113. — Hanc popularem religionem philosophi in systema redegerunt, quod est vere *pantheisticum.* 1) Juxta eos, *Brahma,* (in genere *neutro},* est totum universale, germen indeterminatum unde evolvuntur Deus, mundus et omnia. Ex eo procedit *Deus Brahma* (in genere *masculino},* a quo emanant diversæ castae : ex *ore* ejus orti sunt *brahmani* seu *sacerdotes,* e thorace milites, e ventre mercatores, e pedibus artifices, et ita de ceteris; ita brahmani sunt aequales Brahmæ, ejus vicem gerentes. 2) Dii vere indigent *sacrificiis,* nec de daemonibus victoriam reportare olim potuerunt sine sacrificiis, quæ ex se magicam virtutem habent. 3) Homines, post mortem, in corpora animalium migrant plus minusve perfectorum, prout bene aut male egerint, donec tandem aliquando immutabilitatem acquirant. Qua ratione immutabiles evadant, inter scholas disputatur : juxta *Vedanta,* homines absorbentur a Brahma, unico et universali ente; secundum *San Kya,* anima paulatim se separat a natura, quæ est mutationum causa, et manet sine passionibus, sine gaudio et poena; media, quibus hæc obtinetur liberatio, sunt scientia et virtus. 4) Cum *peccata* sint causa mutationum et dolorum, sedulo vitanda sunt : quod fit compescendo omnia desideria cordis, quæ sunt peccatorum causa; si vero quædam peccata committuntur, confessione vitari possunt pœnæ peccato debitæ. 5) Exinde natus est *ascetismus,* seu praxis mortificationum quæ apud quosdam omnino immodica est. 6) Ethica hodierna, ex una parte, docet ascetismum rigidum, et ex altera, impura bacchanalia promovet.

CAPUT II

Præterea cum cultus Brahmæ redditus nimis frigidus esset, populus alium deum adoravit, *Vishnu* nempe, seu principium vitæ, qui sub variis fonnis sese exhibuit. Huic Brahmani addiderunt *Krishna,* antiquum bellatorem, quem dixerunt unam esse ex formis sub qua Vishnu sese manifestaverat. Postea, ut Budhistas ad suum cultum reducerent, dixerunt *Budha* esse ultimam formam a Vishnu assumptam. Hinc, Medio Ævo, *trinitas* quædam, seu *trimourti,* efformata est, nempe *Brahma, Civa, Vishnu :* tres deos in unum coadunaverunt Brahmani, ut diversas sectas conciliarent; initiatos autem docebant tres istos esse manifestationes unius ejusdemque entis universalis. Tandem apud vulgus crevit deorum numerus, hodieque multi sunt dii pluribus ornati capitibus et brachiis : et ita polytheismo favetur.

114. — **Budhismus.** Brahmanismus multum immutatus est, sæc. VI° ante Christum, præsertim a Budha 1 (sapiens). Hic enim professus est non inquirendum esse de Ente supremo sed solum de bono faciendo. Cum autem omne malum oriatur e desiderio vivendi, hoc desiderium penitus extirpandum est, cum omnibus desideriis. Tunc homo ingreditur *Nirvana,* seu statum quemdam immobilitatis et forsan annihilationis 23

115. — (C) Apud Persas et Medos florebat religio *mazdeensis* seu *avestica,* cujus præcipuus auctor fuit Zoroastres 3 seu *Zarathustra,* et in sacris libris, imprimis *Zend-avesta,* exposita invenitur 4. Hodie adhuc excolitur a paucis tribubus, nempe *Guébres,* et 40.000 *Parsis* in urbe Bombay.

1 Hic breviter solam de Budha et Budhismo disserimus, fusius de èodem acturi, *comparando Budhismum cum Religione catholica revelata.* (Cf. n. 574-581).

2 Quoad Religionis historiam *in America, cf.* J. W. Buckham *, *Progressive Religious thought in America,* Boston, 1919; W. Sweet *, *The Story of Religions in America,* New-York, 1930.

3 De *temfore* quo fioruit eruditi non consentiunt; juxta alios, an. 2000 a. C., juxta alios, 500 a. C. F. Nau, art. *Zoroastre,* in *D. A.,* col. 1981-1984; A. J. Cornoy *, art. *Zoroastrianism,* in *Hastings*l *E. R. E.*

4 *Zend-avesta,* germanice translatum auctore Spiegel, 1852-1863; gallice auctore Ch. de Harlez, 2* ed., 1881; anglice auctore H. Nills, in collectione *Sacred Books of the East,* IV, XXIII, XXXI; cf. *Contraverse,* 1881, t. I, p. 673 sq. ; L II, p. 385, 449, 591, 717; Haug*, *Essays on the Parsis,* London, 1907; J. H. Moulton*, *Early Zoroastrianism,* London, 1913; F. Windischmann *, *Zoroastriche Studien,* 1863; Jackson, *Zoroaster, the prophet ofancient Iran,* New-York, 1899; Robiou, art. *L'Avesta et son origine,* in *Rev. des Questions historiques,* XXVII, 6 sq.; Abbé de Broglie, *op. cit.,* p. 136-142; Lahousse, *op. cit.,* n. 248; M. J. Lagrange, art. *Iran* in *D. A.,* cok 1103-1135.

(a) Haec religio essentialiter consistit in *dualismo,* nam, juxta eam, duplex existit principium : *principium boni et lucis* et *principium mali et tenebrarum,* utrumque aeternum et independens.

1) *Boni principium,* vocatur *Ahura,* id est Dominus, aut *Mazda,* sapiens, vel *Ormazd.* Hic spiritualis et scientia perfecta præditus, res bonas producit, sustentat atque eisdem providet; adoratur sub symbolo ignis aut luminis. Hujus potentiae participes sunt, licet ei subditi, septem spiritus, vocati *Ameshas Spentas* (immortales sancti), qui homines protegunt contra spiritus malos; apud vulgus, materiales formas paulatim induerunt, et specialem cultum acceperunt. In recentioribus recensionibus Avestæ, Supremo Numini adjungitur *Mithra,* ab Ahura creatus eique æqualis : hic est *deus fidelitatis,* et severe punit eos qui juramentum violant, dum praemia tribuit eis qui fideles permanent. 2) *Principium mali, Ahriman,* ignorantia quidem laborat sed eam paulatim excutit contemplando opera principii boni; ea imitari conatur, sed male, ita ut sit auctor mali; ministros habet spiritus tenebrarum et mortis. — Inter utrumque deum grassabitur bellum per plura millia annorum; sed, in fine temporum, *Caoshyand,* e stirpe Zoroastris, principium malum debellabit, et, sacrificio oblato, mortuos suscitabit et penitus evertetur regnum Ahriman.

(b) *Præcepta* ad hæc reducuntur : colendus est Ormazd, deus purus et fidelis, ideoque non solum actiones, sed etiam verba et cogitationes pura esse debent[1]. Homines statim post mortem judicantur : boni paradisum ingrediuntur, mali in infernum detruduntur.

116. — 3° **Gentes Orientis**[2] coluerunt praesertim religiones *Semitarum* et *Ægyptiorum.*

(A) Nomine **Semitarum**[3] veniunt *Assyrii* et *Babylonii, Cananæi, Aramæi, Arabes, Edomite, Ammonite* et *Moabite;*

[1] Præter hæc præcepta, alia sunt de animalibus puris et impuris; de contactu cadaverum, quæ nec humari nec cremari possunt, ne his terra aut ignis polluatur, sed exponi debent ut ab avibus devorentur.

[2] H. Junker et L. Delaporte, *Die Volker des antiken Orients,* Friburg. Br., 1933-

[3] *De religione Semitarum,* cf. R. Louis, art. *Sémitiques (Religions)* iu *D. A.,* col. 1292-1309, cum bibliographia ; M. J. Lagrange, *Etudes sur les religions sémitiques,* Paris, 1903; W. Robertson Smith *, *Religion of the Semites;* Jastrow *, *The religion of Babylonia and Assyria;* Smend *, *Lehrbuch der alttestamentlichen Religiongeschichte;* Baudissin *, *Studien zur semitischen Religiongeschichte.*

necnon *Israelita,* de quibus tamen hic non agimus, cum de horum Religione acturi simus in secundo Tractatu.

(a) Apud *Semitas,* nomen antiquissimum divinitatis fuit *EI* seu 7/, *Ilu,* a quo derivarunt *Eloah* et *Elohim;* quod nomen, juxta multos, *potentem* aut *dominum* designat; et, juxta alios, eum ad quem tendimus. Quidquid est, illud momen singulare ostendit olim viguisse conceptum *unius Entis Superioris,* a ceteris rebus distincti, ideoque polytheismum excluditx. Insuper *EI* non exhibetur ut deus tali vel tali loco affixus, sed solum ut dominus. Appellatur etiam *Eli* seu *Ili,* id est Deus *meus,* ut exinde significetur intimas relationes inter Deum et hominem existere. Fatemur tamen postea plerosque Semitas in polytheismum incidisse.

Ita nomen *Baal,* apud Semitas sæpe usitatum, jam designat deum et dominum talis vel talis loci, Baal Libani, Baal Hermon, etc.; exinde multi agniti sunt *Baalim,* seu dii secundarii. — Pariter nomen *Mélék, Milk, Molek* (apud Septuaginta, *Molocli),* quod idem sonat ac *rex,* est deus localis, cui offeruntur aliquando sacrificia humana; a quibusdam habetur ut deus inferni. — Attamen deus concipiebatur etiam tanquam *pater hominum,* ut constat ex his variis nominibus *Ab-Baal* (Baal pater est), *Bar-Rekoub* (filius dei Rekoub), etc. Hoc autem explicari nequit *totemismo,* qui apud Semitas non vigebat, sed ostendit deum habitum fuisse tanquam bonum et providum2*. — His autem diis addebantur *dea,* præsertim diva *Achera* et diva *Astarte* seu *Ichtar,* dea amoris, de qua Plautus scribebat : " Diva Astarte hominum deorumque vis, vita, salus : rursus eadem quæ est pernicies, mors, interitus"3;

* " D'où nous pouvons conclure enfin qu'à l'origine tous les Sémites avaient un même nom et un seul pour désigner le divin, conçu comme distinct du reste des choses, et que par conséquent iis le considéraient comme unique d'une certaine façon, n'éprouvant pas le besoin de le déterminer davantage ; tandis qu'il est de la nature du polythéisme que tout être divin soit distinct des autres par une note spéciale, aucun d'eux n'étant suffisamment désigné par le seul prédicat du divin". Lagrange, *op. rit.,* p. 78.

2 " Dans les obscurités des origines une chose demeure claire : l'hypothèse totémiste ne peut se soutenir qu'à force de suppositions incertaines; pour nous, il suffit qu'une même idée, celle de comparer Dieu à un parent et à un père, se soit produite dans tout le domaine sémitique, avec les applications différentes qu'exigeaient les différents états sociaux. Jusqu'à présent nous avons reconnu surtout un Maître dans le dieu des Sémites; maintenant, c'est un protecteur qui est nécessairement un ami ; nous touchons à l'attribut de la bonté, du moins dans les limites des liens formés par le culte, assimilés à une parenté". Lagrange, *op. cil.,* p. 118. — 3 Plautus, *Mercator,* IV, sc. VI, v. 825 sq.

ita dii hominibus comparabantur et via parabatur anthropomorphismo.

(b) Diis *sacrificia* offerebantur, in quibus victima quædam immolabatur ad honorem diis reddendum et beneficia ab eis impetranda, ut ita communio quædam inter deum et homines intimior fieret. *Triplicis generis* erant : in aliis tota victima consumebatur, sicut in holocaustis; in aliis, pars victimae consumebatur et alia soli sacerdoti reservabatur; in aliis tandem, præter partem victimae destructam, una pars sacerdoti, altera offerenti reservabatur.

(c) Etsi nonnisi obscura de *vita futura* apud Semitas inveniantur, constat eos tamen non omnino alteram vitam ignorasse. Post mortem, defuncti vocantur *rephaim;* horum anima, *nephech,* supervivit. Descendunt in inferiora terrae, *cheol, arallou,* ubi vitam satis tædiosam ducunt; sed, apud Babylonios saltem, putabatur eos posse resurgere. Aliquando preces pro mortuis offerebantur; quandoque tamen ipsi mortui invocabantur, et ab eis exspectabatur quædam rerum occultarum et futurarum notitia. Tandem quidam inter eos famosissimi diis ipsis annumerabantur.

117. — (B) Apud Ægyptios[1], Semitis affines, licet ab eis distinctos, vestigia inveniuntur monotheismi simulque pantheismi et idololatriæ. In libris theologicis a sacerdotibus scriptis, reperitur quidem fides in *unum Deum,* invisibilem, æternum, qui nulla imagine depingitur. Sed non pauci critici contendunt *polytheismum* ab initio apud populum viguisse, et monotheismum fuisse veluti *synthesini* omnium deorum quos plebs colebat. *Probabilius* forsan est antiquos Ægyptios notionem habuisse saltem vagam unius Supremi Numinis et exinde in polytheismum deflexisse; nam nomen *Nouter,* quo utebantur ad designandam divinitatem, significat Deum unicum et universalem, cum Ægyptii ad christianam fidem conversi eodem nomine *{Noute, NoutT)* usi fuerint ao Deum verum designandum [3].

1 P. Virey, *La religion de l'ancienne Égypte,* Paris, 1910; R. Lepsius *, *Ueber den ersten ægyptischen Gotterkreis und seine geschichtlich mythologische Entstehung,* 1851; P. Pierret, *Essai sur la mythologie égyptienne,* 1879; Lü *Panthéon égyptien,* 1881; Abbé de Broglie, *op. cil.,* p. 123-126; Maspero, *Etudes de mythologie et d'archéologie égyptiennes,* 1892; P. Lepage-Renouf, *lectures on the origin and growth ofreligion as illustrated by the religion of ancient Egypt,* 1879; H. Brugsch *, *Religion und Mythologie der alten Ægypter,* 1888; Ch. de la Saussaye *, *op. cit.,* p. 69-123; A. Wiedemann *, *Religion ofEgypt,* ap. *Diet, ofthe Bible,* (Hastings), Extra vol., p. 176-197.

3 Quod erudite declarat P. Virey, art. *Comment les Egyptiens conçurent et définirent la divinité,* in *R. P. A.,* t. VIT, mars 1909, p. 894-912.

Attamen, præter hunc invisibilem Deum, *multi* habebantur *dii,* qui in maximis templis Abydos et Memphis colebantur : *Ra,* seu *Horus* vel *Toum* (sol), *Ah* seu *Thot* (luna), *Nouit* seu *Hator* (cælum), *Sed* (terra), *Hapi* vel *Osiris* (fluvius Nil); prætereaque dii locales qui in variis civitatibus honorabantur. Postea animalia adorabantur, præsertim taurus Apis, et sic mox floruit idololatria. Insuper divini honores regi seu Pharaoni tribuebantur.

De *mortuis* maxime curabant Ægyptii; ipsis enim persuasum erat non totum hominem mori, sed ejus animam *(ha)* supervivere, et caelum ingredi posse, ubi cum diis felicitate gaudebat. Sed antea judicium subire debebat coram *Osiris* et quadraginta duobus judicibus; qui enim peccaverant nec pænitentiam egerant in inferno diris suppliciis cruciabantur.

118. — 4° Gentes Occidentis L Apud eas, citamus tantum religiones *Gracorum, Roinanorum, Gallorum* et *Germanorum.*

(A) In Graecia[1], quemdam *monotheismum vagum* invenimus cum *polytheismo* mixtum. Ex una parte, *Zeus* videtur esse supremus deus, divum pater atque hominum rex [3], simulque providus, ad quem omnes, etiam dii, recursum habere debent. Ex altera vero, deificantur *vires natura* atque viri eminentissimi seu heroes.

Ita flumina et fontes, sub nomine *nympharum,* colebantur; arbores sub nomine *Dryadum;* animalia quædam cultum pariter accipiebant, ut serpentes, qualis erat Athenis οἴζουρο οψι . — Honores *defunctis* praestabantur; nam Graeci putabant animas hominum supervivere. Exinde natus est *heroum cultus,* virorum scilicet qui

[1] W. Schmidt, *European civilization, its origin and development,* Oxford, London, 1934; H. Froidevaux, art. *Nord (Religions de l'Europe du),* in *D. A.,* col. 1073-1116.

[2] d'Arbois de Jubainville, *La mythologie grecque et l'histoire de l'Europe occidentale,* Paris, 1878; Fustel de Coulanges, *La cité antique,* Paris, 1898; J. Huby, art. *Grecs (Relig. des),* in *D. A.,* col. 396-419, cum bibliographia; C. Picard, *Les origines du polythéisme hellénique,* Paris, 1932; Stengel *, *Die griechischen Sakralalterthümer,* ap. Millier *, *Handb. der Klass. Alterthumswiss.,* V. 3, 1899; Gruppe *, *Griechische Culte und Mythen,* 1887; A. Maury, *Histoire îles religions de la Grèce antique,* 1857-59; P. Decharme, *Mythologie ite la Grèce antique,* 1886; Daremberg et Saglio, *Diet, des antiquités grecques et romaines;* Percy Gardner and F. B. Jevons*, *Manual of greek antiquities,* 1895; Ch. de la Saussaye *, *op. cit.,* p. 485-587; Hastings*, *Diet, of the Bible,* Ext. vol., p. 109-156; L. R. Farnell *, *Cuits of the Greek States,* Oxford, 1896-1910; J. E. Harrison*, *Proieç. to the Study of Greek Religion,* Cambridge, 1903; Themis, *A Study of the Social Origins of Greek Religion,* Cambridge, 1912. — [3] Virgilius, *Æn.,* χ, 2, *et alibi.*

virtute aut dignitate ceteris præcelluerant; hi ut *semi-dii* habebantur. Simul varii dii diversis civitatibus assignabantur, aut variis mundi muneribus præsidebant. Inter deos, *duodecim* præcipui numerabantur : Zeus seu Jupiter, Hera, Poseidon, Demeter, Apollo, Artemis, Hephestos, Athene, Ares, Aphrodite, Hermes et Hestia.

Cultus primitus non in templis perficiebatur, sed in sacris nemoribus, super altaria sub dio erecta; neque tunc erant idola, quæ nonnisi postea erecta fuere. Diis *sacrificia* offerebantur, quandoque humana, quibus Græci sibi divinum favorem conciliare intendebant. His addebantur *orationes,* ad beneficia impetranda, aut ad gratias pro praeteritis donis agendas, aut etiam ad adorationem Supremo Numini reddendam. Cultus exhibebatur in qualibet *familia* præcipuis diis, sed præsertim *Hestiæ,* quæ domi specialis erat protectrix; insuper in qualibet *phratria,* quæ erat quasi ipsius fainiliæ extensio; et tandem in *civitate,* pro tota natione : ita cultus non solum privatus et familialis sed etiam publicus et nationalis erat. Decursu temporum instituti sunt *cultus secreti,* initiatos tantum ad sua *mysteria* admittentes : mysteria præcipua in Eleusine celebrabantur.

Notandum quoque est, labore *philosophorum,* apud aliquos monotheismum quemdam, saltem theoreticum, praevaluisse.

119. — (B) Romanorum religio [1] græcæ religioni affinis est. (a) Apud eos viget *polytkeismus* et inveniuntur quaedam *pantheismi* vestigia. Attamen, inter deos, unus antiquitus præ ceteris colebatur, nempe *Janus,* qui ut principium omnium rerum habebatur; postea vero quando græca civilitas Italiam pervasit, principalis inter deos factus est Jupiter. Teste *Ennio, duodecim* præcipuæ recensebantur divinitates :

> "Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
> Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo

(b) Ceteroquin religiosissimi erant Romani, in vita tum privata tum publica. Cuique *familice* praeerat *Vesta;* domum protegebant

[1] Mommsen und Marquardt, *Handbuch der romischen Alterthümer,* L VI, *gallice* redditum a Brissaud, *Mantui des antiquités romaines,* t XIV, Le culte chez les Romains; W. Ward Fowler, art. *Roman Religion,* in *Hastings' E. R. £.;* Bouché-Leclercq, *Manuel des Institutions romaines,* 1896; G. Wissowa *, *Religion und Kultus der Romer,* 1902; A- Baudrillart, *La religion romaine,* 1905, (Science et Religion.); L. Laurand) art. *Romains (Religion des),* in *D. A.,* col. 1023-1034, cum bibliographia; G. Boissier, *La religion romaine,* Paris, 1878.

dii *Penatis,* necnon *lares,* seu spiritus majoruni jam defunctorum : his sacra precesque offerebantur a patrefamilias; festaque in eorum honorem celebrabantur statutis diebus, necnon in præcipuis vit» circumstantiis. Supra familiam erat *gens,* ex omnibus familiis constans quæ ab uno eodemque avo descendebant; hæc suum habebat *gentilitium* cultum, qui reddebatur a*flamine,* seu sacerdote ab ipsa gente electo. Quo facilius cultus perpetuus maneret, creata sunt *collegia* et *sodalitia,* non solum inter patricios sed etiam inter plebeios, quorum munus erat sacra celebrandi. Tandem *avitas* ipsa suos habebat lares, Romulum et Remum, suum Numen, Vestam nempe, cui speciale templum dedicabatur, in quo sacer ignis perpetuo a virginibus accensus servabatur. Duplicis generis sacra celebrabantur : sacra *popularia,* quæ laribus *compitalibus* seu laribus cujusque vici offerebantur; et sacra *publica,* quæ, nomine totius reipublicæ, a*flaminibus* seu sacerdotibus offerebantur.

(c) In precibus et sacrificiis bona temporalia fere exclusive postulabantur; ritus veluti magicam virtutem habere .censebantur, ita ut minima omissio aut mutatio validitati noceret. Attamen dii ultores criminum existimabantur, et speciatim juramenti violationem injustitiamque stricte puniebant, non solum in praesenti, sed etiam in altera vita. Dum vero quædam festa pietatem et puri^tem fovebant, alia, ut bacchanalia et saturnalia, turpissima promovebant vitia. Quod quidem præcipue accidit quando græcæ et orientales religiones Romam invaserunt, (d) Tempore imperii, *cultus Ronue et Augusti* a statu præcipiebantur; sed religiosior pars civium in cultibus mysteriorum orientalium suarum aspirationum satisfactionem quærebat.

120. — (C) Gallorum antiquam religionem parum novimus t. Tempore quo Cæsar Galliam invasit, jam vigebat polytheismus ; *præcipui* quos colebant *dii* erant Mercurius, Atesmerius, Mars (Belatueradus), Apollo (Bowo), Jupiter (lAramo), Silvanus. Sed erant *multa alia numina :* fontes enim et flumina deificabantur. *Cultus* a *druidis* perficiebatur, qui maxima auctoritate gaudebant; sacrificia offerebantur, sæpe humana, præsertim tempore belli. Firmiter Galli tenebant *animam esse immortalem,* et præsenti vitæ alteram succedere in qua Omni genere bonorum frui exspectabant;

' H. d'Arbois de Jubainville, *Cours de littérature celtique,* t. I et II, laris, 1883-84; A. Bertrand, *La religion des Gaulois, les druides et le druidisme* 1S97; A. Holder, *Alteltischer Sprachschatz,* Leipzig, 1891-1903; J. Rhys, *Lectures on the origin and growth of religion,* London, 1888; G. Dottin, *La Religion des Celtes,* Paris, 1904.

quare mortalem vitam haud magni faciebant nec morte terrebantur.

121. — (D) De Scandinavie et Germanis plura nota sunt», licet aliquatenus obscura.

(a) In Scandinavia, tres præcipui colebantur dii : *Thor,* qui tonitrui præsidebat: *Odinus* seu *Wodan,* qui primum tanquam sapientissimus habitus est posteaque tanquam deus belli; *Friggo* seu *Freyr,* deus pacis et abundantiae, qui postea impurum cultum obtinuit. Quibus adjungebantur deæ, praesertim *Hertha* seu tellus, *Holda,* venatorum patrona, *Frea* seu dea fecunditatis et amoris. Multi erant alii dii secundarii. His omnibus sacrificia offerebantur, quandoque humana, a sacerdotibus qui simul erant principes temporales. — In libris sacris a sacerdotibus scriptis, quaedam inveniuntur monotheismi vestigia : Deus siquidem exhibetur ut potens, remunerator et judex, qui malos severe puniet atque justos praemiabitur.

(b) Germani eamdem fere religionem, paucis tantum mutatis, habebant. Quoddam *supremum numen (Gott)* in sylvis colebant, quod neque picturis neque statuis repraesentabant. Praeterea *tres prcecipuos deos* adorabant, teste Tacito, nempe *Mercurium, Herculem* et *Martem* : haec sunt nomina latina ad significandum *Wodan* (Odin), *Thor* et *Donar.* Quibus *multa inferiora* addebantur numina. Vitam futuram credebant, in qua justi præmia suorum laborum accipiebant. Sed multae superstitiones atque magicae artes, necnon impuri atque crudeles -ritus cultum religiosum deturpabant.

122. — Conclusio generalis. Igitur ubique in terris quædam floruit Religio, cum tribus elementis essentialibus : *dogmatibus, præceptis* et *ritibus.*

(a) Inter *dogmata,* recensetur *fides in aliquod numen,* de homine curans ipsique nocere aut prodesse valens, etiam in altera vita; exinde eruitur *obligatio* hoc numen placandi et adorandi. Ens illud superius concipitur tanquam judex et *remunerator,* malos puniens rectisque præmia conferens.

(b) Dantur proinde *præcepta moralia* diversa, quæ in eo concordant quod impietatem et injustitiam prohibent, pieta-

1 Tacitus, *De origine, situ, moribus ac populis Germanorum ; J.* Grimm, *Die deutsche Mythologie,* 4e ed., 1875-1878; F. Ozanam, *Les Germains avant le Christianisme,* ch. II, La Religion, Paris, 1872; Chantepie delà Saussaye *, *The religion of the Teutons,* 1902; *Manuel d'hist. des religions,* p. 675-700

tem erga deos et parentes, justitiam erga omnes imperant; ita ut legis violatores pœnas subeant.

(C) Inveniuntur etiam *ritus speciales* et minutim determinati quibus dii sunt colendi, quorum efficacia pendet non solum a dispositionibus precantium et offerentium, sed a scrupulosa observatione minimorum rituum.

Atqui universalis hominum consensus est certus veritatis testis : nam "quod natura universaliter et naturaliter confitetur necesse est verum esse. Naturam enim universaliter et naturaliter mentiri impossibile est", ut ait Guilhelmus parisiensis *(De Virtut.,* c. 2). Ergo Religio est homini obligatoria.

II. Necessitas Religionis probatur a posteriori : argumento psychologico

SEU EX ESSENTIALI INDIGENTIA HOMINIS RELATE AD RELIGIONEM

123. — Conspectus.

Universalitas facti religrosi explicanda

Argumentum *generale :* duplex forma.

1. Hypotheses falsæ rejiciendæ :
   (a) *Positivismus :* expositio et critica.
   (b) *Evolutionismus :* animismus, magismus, tabouismus : expositio et critica.
   (c) *Immanentismus* modernista : expositio et critica.
   (d) *Sociologismus,* Totemismus : expositio et critica.
2. Vera explicatio tenenda : Ex *essentiali indigentia hominis* relate ad Religionem.
   (a) *Religio nos ducit ad beatitudinem.*
      1. Beatitudo est finis hominis.
      2. Religio ducit ad beatitudinem : Recta ordinatio vitæ præsentis. Securitas beatitudinis futuræ.
   (b) *Religio sola ducit ad beatitudinem :*
      Non bona creata diversa.
      Systemata rejicienda : dilettantismus, positivismus, pessimismus.

Conclusio generalis.

124. — Sic proponitur argumentum.

Religio ex dictis (Cf. n. 102-122) est factum spontaneum et universale in omnibus populis et regionibus perspicuum.

Atqui hæc spontanea universalitas explicari potest non aliter quam ex *essentiali exigentia naturæ humanæ* relate ad Religionem. Ergo homo essentialiter indiget Religione, quæ ideo dicitur ei necessaria 1.

125. — Explicatur religiosi facti universalitas.

solutionem statuendo (Cf. n. 147-158).

126. — I. Hypotheses falsae de facti religiosi universalitate.

Factum religiosum, tam universale tantique momenti, explicare et tandem eludere conantur adversarii, ostendendo sensum religiosum paulatim evolutum esse, ideoque valore absoluto carere. Eorum systemata sunt innumera 2. Hic tantum de praecipuis agimus, scilicet : 1. de*positivismo,* 2. *evolutionismo,* 3. *immanentismo modernistico,* 4. *sociologismo.*

docent Religionem provenire ab *ignorantia, timore* et *enthusiasmo,* quos experti sunt primi homines (sicut et hodie inculti populi), stupenda *naturæ* phaenomena contemplantes. Quare hæc hypothesis aliquando *naturismus* vocatur. — Positivistæ, in religiosa evolutione populorum, *tria stadia* distinguunt : (a) stadium *theologicum* in quo homines naturalium phænomenorum causam reponunt in entibus superioribus; (b) stadium *metaphysicum,* quod naturam

1 Hoc argumentum psychologicum alio modo evolvi potest. Est homini necessarium id a quo solo dirigitur ad finem suum ultimum, i. e., beatitudinem. Atqui Religio eaque sola ducit hominem ad hunc finem. Ergo Religio est homini necessaria.

3 Pinard de la Boullaye, *L'étude comparée des religions,* Paris, 1922, 2 vol.; P. W. Schmidt-Lemonnyer, *Origine et évolution de la religion,* Paris, 1931.

* A. Comte*, *Cours de philos, positive,* 6 vol., Paris, 1884, 6e leçon; Cf. *Système de philos, positive ou Traité de sociologie instituant la religion de l'humanité,* 4 vol., Paris, 1851-1854; Littré*, *Paroles de philos, positive :* quorum theorias lucide et critice exponit E. Boutroux, *Science et religion,* Paris, 1908. Cf. P. W. Schmidt-Lemonnyer, *op. at.,* p. 83 sq.

explicat entibus seu *conceptibus metaphysicis;* (c) *stadium positivum,* ubi phænomena scientifice explorantur *legibusque naturalibus* explicantur.

Religio ad primum stadium pertinet : primitivi homines supponentes vim occultam seu aliquem spiritum naturæ phænomenis inesse, .eum adoraverunt, et animismum aut fetichismum coluerunt : a quo pedetentim ad polytheismum et mono'theismum gradum fecerunt. Hic autem conceptus omnino evanescet coram scientia.

128. — B. Cr it ic a .

Hæc hypothesis admitti nequit.

(a) *Fundamento caret,* nam prima Religio hominis citra revelationem nobis ignota remanet; ostendi nequit tribus incultas hodie vigentes servasse formam antiquiorem Religionis multique critici affirmant eas non esse deditas naturismo aut mero animismo (Cf. n. 104-109)-

(b) *Opponitur certis factis :* lex enim trium stadiorum historica experientia non probatur; praeterea erronee supponitur veram *scientiam incompassibilem esse cum conceptu Entis Supremi,* quod falsum apparet ex viris in omni scientia peritis simul et Religionem colentibus[1][3]

(c) *Non explicat phcenomena explicanda,* praesertim Religionis *permanentiam* et *optimos fructus*. Etenim indubium est Religionem permanere et progredi, etiam sine ignorantia et timore, quae, juxta Positivistas, sunt Religionis origo. Ergo Religio ab his phaenomenis non procedit : nam quando aufertur causa, tollitur etiam ejus effectus. Aliunde necessaria adest proportio inter effectus optimos et eorum causam. Quare repugnat in ignorantia vel timore, quæ sunt res ineptae, reponere notiones juris et officii, totam

1 “ L’état social da sauvage, malgré ses incohérences, est beaucoup trop compliqué pour être primitif... La religion même, si pauvre dans le fond, est chargée de rites minutieux qui attestent un long développement. Le sauvage est donc au terme d’une évolution, mais d’une évolution manquée”. Lagrange, *Rd. sém.,* p. 5.

3 ‘‘Nous avons passé en revue, écrit M. A. Eymieu, 432 noms appartenant au XIXe siècle. En écartant de ce nombre les 34 dont l’attitude religieuse nous est inconnue, il en reste 398 qui se répartissent ainsi : 15 indifférents ou agnostiques, 16 athées et 357 croyants”. A. Eymieu, *La part tùs croyants dans lesprogrès de la science,* t. II, p. 274; Paris, 1920.

actionum moralitatem, obligationem moralem, mirabiles fructus religiosos, etc.

129. — 2° Evolutionismus.

(A) Expositio.

(1) *In genere.* — Ad positivismum plus minusve accedunt variae hypotheses, quæ Religionis originem explicare conantur *naturali evolutione,* in qua diversae phases continentur[1]. Post *naturismum,* (cf. n. 127), homines acceperunt *animismum,* vel *magiam,* vel *tabouismum,* vel *totemismum;* a quibus pedetentim ascenderunt primo ad *polytheismum,* et in fine ad *monotheismum,* cujus perfectior forma est Christianismus.

130. — (2) *In specie.* — (a) Animismus. Primaevam Religionem sic explicant animistae[2]. Homo mundum ad suam similitudinem excogitans, res omnes, praesertim animalia et plantas, tanquam animatas fingit, diversa phaenomena diversis spiritibus vel majorum (ancêtres) animis attribuens. Inter hæc entia, unum aut alterum *divinam dignitatem* attingit atque *deus* vocatur. *J. B. Tylor*[3] quem permulti auctores secuti sunt : v. g., *A. Lang, J. Lippert, W. Wundt,* hoc systema docuit.

131. — (b) Magismus. Juxta alios[4], magismus praecedit animismum; et omnis Religionis exordium invenitur in magia, quæ viribus ignotis naturae utens, easdem in divina entia erigit.

132. — (c) Tabouismus a S. *Reinach* * excogitatus fuit : Homo siquidem, timori addictus, et pericula vitare volens, quasdam res tangere non audet, ne forte ex eis aliquod

[1] Abbé de Broglie, *op. cil.,* c. III. Legantur etiam *Chroniques de religions* in variis periodicis : v. g. *Recherches des Sc. relig., Revue des Sc. Phil, et Thiol., Anthropos,* etc.

[2] M. P. Bugnicourt, art. *Animisme,* in *D. A.,* col. 128-146; P. W. Schmidt-Lemonnyer, *op. cil.,* p. 105-125; A. Borchert, *Der Animismus,* 1900; G. Heinzelmann, *Animismus und Religion,* 1913.

[3] *Primitive Culture-,* Londres, 1913, 2 vol.

[4] Hoc systema propositum fuit a J. H. King *, *The Supernatural : its Origin, Nature and Evolution,* 1892; deinde ab ejus asseclis : *J. B. Frazer, Th. Preuss, A. Vierkandt,* etc. Cf. P. W. Schmidt-Lemonnyer, *op. at.,* p. 157-213; F. Bouvier, art. *Afagie,* in *D. A.,* col. 61-74.

damnum patiatur : quas res tanquam *sacras* vel *interdicta sacra* [1] reputat.

Exinde natæ sunt praescriptiones multae prohibentes ne talis res tangatur, ne talis actio fiat; exinde orta est lex moralis et idea alicujus numinis necnon Religionis.

(d) Totemismus definitur infra. (Cf. n. 142).

133. — (e) Polytheismus. Homo plures deos seu idola fingit pro seipso, familia aut societate civili, et eis supremum cultum offert.

Monotheismus, ultima evolutionismi phasis, unum solum Deum agnoscit et adorat; atque absolute opponitur atheismo et polytheismo.

134. — (B) Critica.

(1) *In genere.* — Hæc hypothesis evolutionistica est rejicienda.

Falso enim supponit, juxta plerosque ejus fautores, *evolutionismum integralem,* qui theologice, philosophice et scientifice falsus demonstratur.

Aliunde *factis historice certis contradicit :* siquidem, apud plures populos, Religio e monotheism© ad polytheismum [2] paulatim decidit, ut constat ex *dictis (Cf. n.* 164-165).

135. — (2) *In specie.* — Hæc notentur circa : 1. *animismum, 2. magismum,* 3. *tabouismum.*

(a) Animismus generalem mundi conceptum manifestat, menti incultæ multo difficiliorem quam Religio ipsa [3] : proinde nort est prima Religio.

[1] DD. Le Roy, *La Religion des primitifs* p. 88, 220; Paris, 1911. 'Tabou omnino differt a *totem* et a gallice dicto *"fétiche".*

[2] Quod admittunt non pauci *acatholici* ut *M. Müller* *, qui putat ab initio floruisse *henotheismum* seu quamdam monotheismi formam satis vagam *(Lee·hires an the origin and growth of religion; Essais sur l'histoire des religions* gallice redditum a G. Harris, Paris, 1872, p. 447); A. Lang *, qui censet homines a monotheismo in polytheismum incidisse, etc. — *Catholici* autem, cum Abbé de Broglie, *Probi, et Conci, de Phist, des Relig., p.* 60-88, ostendunt etiam *historice* multo probabiliorem esse hypothesim quæ admittit primitivam Religionem fuisse monotheismum, ex quo postea, per modum corruptionis, ortus est polytheismus. Quod confirmarunt DD. Le Roy, *La Religion des Primitifs; P. W.* Schmidt, *op. cil.,* p. 219-352; Cf. *La Révélation primitive et les données actuelles de la science.*

[3] Idea Creatoris qui mundum produxit, quemadmodum homo opera sua facit, multo concretior est quam idea spirituum omnia moventium. Sic Lagrange, *Relig. sémit. p. 23;* Paris, 1905.

136. — (b) Magismus non est Religionis initium. Etenim in principio ponenda est in homine aptitudo naturalis positiva ad Ens supremum cognoscendum, et non negativa stupiditas quæ ad magiam ducit. «^Aliunde, juxta peritos, magismi theoriae in historicis factis non habent fundamentum ». & Denique magia et Religio nimis inter se differunt (cf. n. 88) ut una ab alia defluere possit; aliunde historice constat magiam et Religionem semper coexistere sed cum notis omnino distinctis. Ouare magismus non est nec Religio nec Religionis origo.

137. — (c) Tabquismus sine religiosa significatione explicatur [2]; aliunde supponit Entis superioris existentiam, qui talem prohibitionem'statuit, legis moralis observandae agnitionem in homine; et ideo non est Religionis germen primitivum; sed jam existentem Religionem requirit.

138. — 3° Immanentismus modernisticus [3].

(A) Expositio.

Religionis origo et evolutio explicantur secundum leges et doctrinam immanentiae vitalis [4]. — Prima religiosa motio ponitur in cordis motu, i. e., in *sensu* quodam intimo, qui procedit ex nostra exigentia relate ad divinum, quæ in

[1] P. W. Schmidt-Lemonnyer, *op. cit.,* p. 197-207; Bouvier, art. *Magie ft Afagisme,* in *D. A.,* col. 61-74.

[2] DD. Le Roy, *op. cit.,* p. 223, sq.

[3] Huic systemati plus minusve affines sunt diversæ theoriæ *psychologistarum* et *subjectivistarum* de Religionis ortu. Ita W. James *; *Varieties of Religious experience,* New-York, 1920, *gallice* redditum ab Abauzit, *L'expérience religieuse,* Paris, 1908; J. H. Leuba *A Psychological Study of Religion,* New-York, 1912: A. R. Wren *Recent Religious Psychology,* Edimburgh, 1928. Doctrinas a *IV. fames* propositas exponit atque confutat G. Michelet, *Dieu et l'Agnosticisme contemporain,* Paris, 1909, p. 114-182. Cf. Mainage, *La psychol. de la conversion.* Paris, 1914 ; 8e Leçon ; F. Buisson *; *La religion, la morale, la science;* A. Sabatier *Les religions d'autorité et la religion d'esprit,* Paris, 1903; G. Michelet, art. *Religions: Théories psychologiques,* in *D. A.,* col. 875-907. — *Psychologismum specialem* exponunt Murisier *Maladies du sentiment religieux,* Paris, 1901; Ribot *Psychologie des sentiments,* 5e éd. Paris, 1905, p. 307-329. secundum quos Religio nihil aliud est quam evolutio psychologica animi affectuum (plus minusve morbidorum), qui de timore ad amorem progressi sunt. Sed neque hic explicatur quomode semper et ubique nati sint conceptus Entis Supremi et obligationis moralis. Cf. Boutroux, *Science et Religion,* p. 169-207.

[4] Pius X, Encyc. *Pascendi·,* D. B., 2074, 2077, 207S. Nostra expositio fere ad verbum sumitur ex hoc pontificio documento. (Cf. n. 287-295).

subconscientia latet. Hic sensus divinam ipsam realitatem tanquam objectum et sui causam habet, et sic hominem quodammodo cum Deo conjungit : ecce Religionis primordium.

Religiosus sensus per vitalem immanendam e latebris subconscientiæ erumpit, rudis quidem initio ac fere informis, sed paulatim atque ^ub influxu arcani illius principii unde ortum habuit, adolet una cum progressu humanæ vitæ, cujus quædam est forma. Omnia religiosa phænomena sunt hujus religiosi sensus meræ explicationes.

In illo sensu, qui non est cognitio, Deus se homini sistit modo confuso, ut a credente subjecto vix aut minime distinctus. Hæc Dei actio fit in principio per anxietates et aspirationes, quas in conscientia percipimus. Deinde intellectus lumen hæc phenomena in species primum traducit et postea verbis significat; sic credens fidem suam cogitat. Mens primum sententia quadam simplici ac vulgari exprimit religiosa phænomena; postea reflexe ac penitius in primitivam formulam cogitat et ab ea deducit secundarias sententias, quæ si ab Ecclesiæ magisterio sancitæ fuerint, constituent *dogmata.* Dogmati vero logice uniuntur *præcepta moralia* et quidam *ritus sacri.* — Porro activitas religiosa sequitur humanæ vitæ progressivam evolutionem.

139. — (B) Cr it ic a .

Immanentismus modernisticus rejiciendus est.

(1) *Falsis nititur fundamentis.* Docet enim agnosticismum cujus falsitatem probat philosophia. — Præterea declarat Deum percipi cordis intuitione. Sed hæc intuitio sensitiva est impossibilis dupliciter : (a) ut *sensitiva,* quia Deus ens omnino spirituale a sensu attingi nequit; (b) ut *intnitiva,* nam cognitio nostra naturalis de Deo in terris fit tantum per abstractionem et ratiocinium.

(2) *Non explicat legem moralem religiosam.* Lex enim sine auctore qui a subjecto differt, non concipitur; sine judice et vindice privatur omni sanctione et efficacia. Lex ergo moralis certam cognitionem supremi legislatoris, judicis ac vindicis supponit. Sed immanentismi systema non pervenit ad firmam notitiam Dei, qui est supremus legislator et vindex relis'iosæ et moralis vitæ. H

140. — (3) *Ducit ad periculosa consectaria.*

(a) *Ad absolutum indifferentisuium.* Nam, ut arguit Pius X, " ex modernistarum experientiae doctrina, conjuncta alteri de symbolismo, (sequitur) religionem quamlibet, ethnicorum minime exceptam, ut veram esse habendam... Neque id reapse modernistæ negant : quin imo, obscure alii, alii apertissime, religiones omnes contendunt esse veras " ».

(b) *Ad supernaturalis ordinis negationem.* Nam supernatural viribus naturæ scrutari nequit. Sed, juxta Modernistas, Religio supernaturalis ipsa ex vitæ necessitatibus et aspirationibus erumpit : quod est Religionis " naturalisation seu ordinis supernaturalis negatio.

(c) *Ad atheismum aut pantheismum.*

i. Ad atheismum. Religionis veritas et Dei notio fundantur in religiosa experientia unicuique propria. Proinde homines hac experientia privati sunt logice athei, siquidem Deum cognoscere nequeunt.

2. *Adpantheismum.* Etenim illud divinum quod a sensu religioso percipitur in homine præsens non est realiter distinctum a subjecto, in quo religiosas experientias suscitat. Sed ponere Deum indistinctum a creatura est pantheismus.

141. — 40 Sociologismus [1].

(A) Expositio.

(1) Juxta Sociologistas, Religio non provenit ex facto psychologico individual!, sed est aliquid *mere sociale,* ortum habens tantum a societate. — Ejus originem et evolutionem

1 Pius X, Encyc. *Pascendi,* D. B., 2082.

3 Ita præsertim Durkheim*, *L'Année sociologique,* 189S, ubi exponit *La définition des phénomènes religieux; Lesformes élémentaires de la vie religieuse,* Paris, 1912; Hubert *, Introductio ad *Manuel d'histoire des religions par Chantepie de la Saussaye;* Fauconnet et Mauss *, art. *Sociologie,* in *Grande Encyclopédie.* — Quam *theoriam exponit et confutat* G. Michelet, *op. cit.,* p. 1-70; Id., *Une récente théoriefrançaise sur la religion,* in *R. P. A.,* VI. p. 268-2S3, 337-345. Id·, *Pour tn psychologie religieuse,* in *R. C. F.,* 15 janv., 15 mars 1905; cf. *Religion : Théorie sociologique,* in *D. A.,* col. 857-874. C. Piat, art. *l'origine de la pensée religieuse,* in *Correspondant,* 10 sept. 1912, p. 944-962; A. Bros, art. *Les affirmations de l'école sociologique sur les Religions,* in *R. A.,* 15 mars 1923, p. 705-725; P- W. Schmidt-Lenionnyer, *op. cit..* p. 154 sqs.

sic describunt. Ab ipsa societate supra quam nihil existit, homo totaliter procedit : recipit enim ab ea physicam vitam, imo dogmata, morales obligationes, nempe integram Religionem. Hujus totalis dependentiæ conscius, homo producit actus honoris, subjectionis et amoris erga societatem, quam ut unicam divinitatem colit : et ita habetur humanitatis cultus.

Etiam homo primitivus hoc animadvertit, indeque distinctionem instituit inter sociales affectus quos *sacros* vocat, et affectus individuals qui *profani* dicuntur. Jamvero id quod *sacrum* habetur, paulisper imaginatione ad personæ dignitatem evehitur, sicque nascuntur *spiritus* et *dei,* qui tamen nihil aliud sunt nisi societatis aliqua *personuificatio.*

Hi religiosi sensus modo exteriori et concreto exprimuntur et manifestantur.

Talis est origo *dotem* ;* quod religiose colebatur, olim apud antiquas gentes et nunc inter primitivos, utpote repræsentans aut familiam vel societatem, aut ipsam societatem ut deificatam. Ouare sociologismus non raro vocatur *Totemismus.* H

142. — (2) Totemismus[1] est institutio quædam, pactum aliquod sociate vi cujus homines cujusdam tribus conso-

[1] *Totem* dicitur animal, vel planta eût similis est certa quædam tribus» cui .specialiter unitur et a quo originem suam ducere putat. Indianus qui vulpem tanquam *totem* habet» ab ejus nomine se apj>ellat» eam pro genio habet, omnes vulpes cognatos existimat, eas non occidit nec ejus carnibus vescitur, neque puellam, quæ eumdem totem colit, in matrimonium ducit, *Totemismus* habetur a nonnullis ut *tcligio^* quæ a tribu seu hominum collectivitate originem ducit. Cf. A. Bros, *La religion des non civilisés^* p. 217-244. — ‘‘Le *totem..,* exprime et symbolise deux sortes de choses differentes. D’une part, il est la forme extérieure et sensible de ce que nous avons appelé le principe ou le dieu totémique. Mais d’un autre côté, il est aussi le symbole de cette société déterminée qu on appelle le clan... Si donc il est, à la fois, le symbole du dieu et de la société, n’est-ce pas que le dieu et la société ne font qu’un?... Le dieu du clan, le principe totémique, ne peut donc être autre chose que le clan lui-même, mais hypostasié et représenté aux imaginations sous les espèces sensibles du végétal ou de l’animal qui sert de totem Durkheim *, *Termes élémentaires^* p. 294-295.

'P. W. Schmidt-Lemonnyer, *Origine et évolution de la religion,* p. 139-144, Paris, 1931 ; P. Zapletal, *Der Totemismus in die Religion Israels,* 1901. Trilles, *Le Totémisme chez les Fan,* Paris, 1912; P. Bugnicourt, art. *Totémisme.* in *D. A.,* col. 1726-1740; DD. Le Roy, *cf>. eit.„* p. 132, definit *Totemismnm* “ Une institution consistant essentiellement en un pacte magique» représentant et formant une parenté d’ordre mystique et supranatorel, par

ciantur, v. g., cum animalibus alicujus speciei determinate seu potius cum spiritu invisibili qui sub his animalibus latere supponitur; ex una parte, homines animalia hujus speciei neque occident neque comedent, et ex altera, hæc animalia praefatis hominibus non nocitura supponuntur.

143. — (3) Argumenta hujus systematis sunt tria praesertim : (a) *Obligatio moralis,* pars praecipua religiosae vite et omnibus religionibus communis, provenire potest tantum a societate, quæ sola individuo major apparet. Huic obligationi uniri debent innumerae *sociales manifestationes* fidei et praxis religiosae apud familias, tribus et nationes, (b) *Traditio* est essentialiter socialis institutio, ut patet; porro primum locum tenet in omni Religione.

(C) *Totemismus,* juxta plures, est factum inconcussum et universale, rudimenta Religionis ubique constituens. Sed certe socialem aspectum præ se fert.

144. — (B) Critica.

(1) Sociologismus *merito Religionis socialem formam vindicat.* Revera hæc forma procedit ex eo quod vinculum et fundamenta Religionis sunt eadem in omnibus; aliunde homines in societate vivunt et consequenter socialem activitatem in omni ordine agunt. Attamen talis forma non est Religioni absolute necessaria : anachoreta, in deserto solitarie vivens, perfectam Religionem sine ulla sociali forma colere potest.

(2) Sociologismus rejiciendus est.

(a) *Insufficientia argumenta proponit.* 1. *Obligationem* enim *moralem* saepe confundit cum societatis vi coercitiva. Hæc ab extrinseco provenit et interdum sæpe totaliter opponitur internae obligationi, quæ in conscientia agit et multo melius per Ens supremum quam per societatem explicatur.

2. *Traditio* in Religionibus valorem habet non quia factum sociale est, sed quia tanquam vera aut tanquam fons veritatis consideratur.

lequel, sous la forme visible d'un animal, et, exceptionnellement, d'un corps végétal, minéral ou astral, un esprit invisible est associé à un individu, à une famille, à un clan, à une tribu, à une société secrète, en vue d'une réciprocité de services ".

3. *Totemismi* universalitas inter primitivos et ejus absoluta prioritas in religiosis factis non constant, imo negantur libro historico Genesis et ethnologicis observationibus. Totemismus est tantum quædam superstitio, quæ Religioni jam antea existent! superadditur, sed Religionem ipsam minime constituit : ubi enim hæc viget superstitio, simul adest cultus religiosus, fides in aliquod numen et in futuram vitam, et totemismus ipse ut quid accessorium habetur [1].

145. — (b) *Falso religiosa facta identificat cum socialibus factis.* Religiosa enim facta ex se et per se differunt a socialibus factis. Aliter priora exercentur et aliter posteriora : alius est religiosus actus fidei vel amoris Dei, et alia obedientia civilibus legibus; aliud est præceptum in societate et in Religione; actus religiosi cessant sæpius, non cessantibus civium officiis; denique Religio regit internos actus, societas autem externos tantum [2][3]

(C) *Non explicat obligationem moralem et religiosi permanentiam facti,* i. *Obligatio moralis* non identificatur cum vi societatis externa, quæ actus internos, tamen permultos, ignorat; quæ aliquando veram obligationem violat : v. g.,apud martyres; quæ ut fideliter servetur legem superiorem invocat.

2. *Religiosi permanentia facti* oriri nequit a societate. Si enim Religionis ortus a societate esset et quidem, juxta sociologistas, mera illusio, evanescente hac illusione per scientiam, eo ipso Religio ipsa cessaret. Quod tamen non evenit!

146. — Conclusio. Omnes prædictæ hypotheses non sufficienter explicant originem ipsius Religionis. Concedimus tamen

1 Ad rem DD. Le Roy, *La Religion des Primitifs,* p. 132 : " Le Totémisme est un moyen dont les hommes primitifs se sont servis pour unir, distinguer, fortifier et étendre la famille, par un pacte magique. Il ne crée ni la conscience religieuse, ni la morale, ni la croyance aux esprits, ni le sacrifice, ni la communion : il *suppose,* au contraire, *tout cela déjà existant,* et il s'en sert lui-même pour se constituer et se perpétuer. Pour faire une alliance avec un être invisible, il faut croire qu'il existe; on ne s'allie pas avec le néant. Il n'est donc pas la Religion primitive, il n'est même pas une religion, et pas même une partie de religion. C'est un pacte magique familial et social

3 " Loin que la conscience religieuse consente à s'identifier avec la conscience sociale, elle incline l'homme à opposer les droits de Dieu â ceux de César, la dignité de la personne â la contrainte publique ". Boutroux *, *Science et Religion,* p. 206.

adversarios multa collegisse quæ scientiæ religionum magnopere profuerunt, quibusque ostenditur quam multum conferant ad conservandam Religionem phænomena naturæ, inclinatio religiosa hominis et societas humana.

Omnia prædicta systemata *hoc commune* habent quod facta religiosa *sine Deo* explicare conantur : quod est præjudicium veritati valde nocivum. Inter se *differunt* et quoad explicationes contradictorias quas afferunt, et quoad opinionem quam profitentur de utilitate Religionis. *Priora* Religionem ut abolendam considerant; *immanentismus* vero sensui religioso (abstrahendo a veritate objectiva) aliquem favorem præbetj^nW^i^wi tandem Religionem conservare intendit, sed tantum ut institutionem socialem

Evidens est nullum horum systematum *cum veritate catholica componi posse.*

147. — II. Vera explicatio de facti religiosi universalitate.

Spontanea universalitas facti religiosi provenit ex absoluta et *essentiali indigentia huinanæ natures* relate ad Religionem. Natura est eadem apud omnes; eædem sunt ergo ejus essentiales tendentiae seu indigentiae. Proinde exigentia circa Religionem semper et ubique apud populos in religiosum factum prorumpit. Hæc est intrinseca hujus facti explicatio.

148. — Essentialis indigentia hominis relate ad Religionem statuitur.

Homo absolute indiget ea re, qua sola mediante, finem suum, i. e., beatitudinem, assequi potest. Atqui, cum Religione sola, homo beatitudinem potest obtinere. Ergo.

Minor probatur : nempe Religio, — eaque sola, — hominem ducit ad beatitudinem.

149. — i° Religio ducit hominem ad suum finem, i. e., beatitudinem.

Videbimus quisnam sit finis hominis, et quomodo Religio hominem ad hunc finem dirigat.

l Sic de his ultimis scribit Bros, *La religion des non-civilisis*^ p. 712 : “ Les forces religieuses ont la réalité des constructions sociales auxquelles elles sont liées, mais les symboles dans lesquels elles sont pensées et les figurations rituelles qu'elles revêtent sont imparfaites et peuvent être vidées de tout objet autre que le social même, et partout laïcisées. C’est, au fond, la légitimation d’une certaine religion sécularisée et athée”.

(A) Quid sit finis hominis? Hic finis est *beatitudo* perfecta quam homo semper quærit Porro hæc beatitudo sita est in completa satisfactione aspirationum quæ facultatibus hierarchice dispositis insunt, scilicet in *intellectu, voluntate* et *natura sensibili.*

Has aspirationes primum declarare oportet.

(a) *In intellectu :* Homo tendit ad cognitionem *veritatis* non qualiscumque, sed integræ et essentialis; præsertim vero de problemate *suæ originis suique finis ultimi* vult certior fieri : utrum nempe finis noster *in nobismetipsis* quærendus sit an *extra nos;* utrum anima nostra sit *immortalis* an *cum corpore pereat;* quisnam futurus sit *status noster post mortem ; quibus mediis* finem prosequi debeamus, propriis viribus an Deo juvante.

(b) *In voluntate :* Tendimus in *bonum,* et quidem integrum, perfectum et perenne; *amare* quidem volumus, sed id quod amore dignum est et cordis perpetuo implet desideria. Ad quod consequendum, indigemus *regula morum* qua in prosecutione boni dirigamur; *auxilio* et *stimulis,* quorum ope bonum cognitum indesinenter operemur et pravas propensiones refrenemus.

(C) *In natura sensibili,* tendentias experimur, quæ, intellectui et voluntati recte subordinatæ, sunt omnino legitimæ et satiari possunt.

150. — (B) Religio hominem ducit ad beatitudinem.

Certe, homo in terris completa beatitudine gaudere nequit, ut experientia constat. Actualis ejus beatitude duo exigit : *rectam vitæ præsentis ordinationem et securitatem beatitudinis perfectæ obtinendæ in æternitatc.* Sed hæc duo elementa affert Religio. Ergo.

(i) *Recta ordinatio vitæ præsentis.* Hæc ordinatio supponit : (a) in *intellectu, veritatem* certam quæ tenendam viam ostendit; b) in *voluntate, vim* perseverantem ad eamdem viam sequendam ; (c) in *natura sensibili,* activi-

l *Sum. theol.,* i, q. 75, a. 6; i» 2æ, q. 5, a. 3, 4. DD. Le Roy, *La Religion des primitifs,* p. 143 sq.; M. J. Lagrange, *Etudes suites religions sémitiques,* p. 314 sq. ; Guyau ;* *L'irréligion de l'avenir,* P· 449 sq.

tatem moralem intellectui et voluntati recte subditam. Porro hæc omnia a Religione praebentur.

(a) Etenim Religio intellectui firmam doctrinam affert; docet enim I. nos *originem* a Deo accepisse per creationem, anima spirituali et immortali praeditos esse; *2. finem nostrum* ultimum esse Deum ipsum qui nobis perfectionem simul et beatitudinem conferet; 3. *medium* vero ad finem assequendum esse impletionem officiorum erga Deum, proximum et nosmetipsos, necnon in tribulationibus et tentationibus patientiam, quæ virtutem perficit et merita auget. Jamvero nemo est qui non videat hac solutione quietari intellectum etiam in rebus adversis. Porro scientiae naturales de his gravioribus quaestionibus pauca tantum et incerta aut falsa continent. (Cf. n. 88, 128).

(b) Religio voluntatem reddit fortiorem ei praebendo quidquid ad bonum prosequendum, amandum et attingendum necesse est : 1. *Legislatorem* sufficienti *auctoritate* pollentem : Deus enim auctoritate gaudet *absoluta* et *universali* in homines, ideoque *vim obligatoriam* legibus tribuere valet; *intima cordis* pariter scrutari potest, ideoque actus imperare etiam *internos,* et ita totum hominem regere in vita sua morali; 2. *Efficacem sanctionem* qua ad bonum prosequendum incitamur : Deus enim, sapiens legislator, nos adhuc imperfectos ad virtutem allicit *spe æterni præmii* et a vitiis *pcenarum comminatione* deterret; vult enim ut tandem aliquando virtus proportionatum praemium accipiat, et tamquam mercedem proponit, *seipsum* cognoscendum et amandum; 3. *Auxilium validum :* Deus enim, utpote perfectus et totius perfectionis auctor, *facultatibus* nostris *addit vires,* quibus, contra externa impedimenta atque internas tentationes roborati, dicere valemus : " *Omnia possum in eo qui me confortat* " L

(c) Religio tandem actiones corporis et sensibilitatis per cultum conjungit religiosis superiorum facultatum aspirationibus. Cultus vero exercetur præsertim in oratione et sacrificio.

' *Philif'.,* IV, II.

Ita Religio totum hominem rectissime ordinat ad finem suum, i. e., beatitudinem », et nunc jam etiam inter dolores et adversa, exhibet felicitatem, quietem, consolationem, quæ creberrime in areligiosa vita desunt.

Quod quidem *confirmatur* eo quod etiam qui nullam profiteri religionem volunt, suis etiam quotidianis actibus quasi caracterem ritualem, religiosum, instinctive imprimunt'.

151. — (2) *Securitas perfectæ beatitudinis obtinendce.* Recta vitae ordinatio secure dirigit hominem ad completam beatitudinem, quæ in cognitione Summæ Veritatis et possessione Summi Boni consistit. Cum enim intellectus tendat ad verum et voluntas ad bonum, utraque facultas totaliter satiatur per notitiam et possessionem Dei, qui est Veritas ipsa et infinitum Bonum. Porro cognitio et amor Dei beatificantis sola Religione obtinetur : inchoative quidem in vita terrestri, perfecte vero in altera vita per caelestem contemplationem.

His sublatis, ruit fundamentum moralis rectitudinis. Quare PlUS IX h^nc damnavit propositionem : " *Morum leges divina haud egent sanctione,* minimeque opus est ut humanæ leges ad naturæ jus conformentur aut obligandi vim a Deo accipiant "[1].

152. — 20 Religio sola ducit hominem ad ejus finem, i. e., beatitudinem.

(i) Bona creata hominis beatitudinem non producunt. Nam, ut ait *Angelicus Doctor :* " Objectum voluntatis est universale bonum, sicut objectum intellectus

1 Quod libenter fatentur qui *critice* religiosa phænomena descripserunt. Ita, inter alios, Leuba *, art. *A study in the psychology of religions phenomena,* in *The American Journal of Psychology,* t. VII, april 1896; D. Starbuck *, *Psychology of religion : W.* James *, *The varieties of religion experience, gallice* redditum ab Abauzit, *L expérience religieuse,* Paris, 1906; M. Serol, *Le Besoin et le Devoir religieux.* Paris. 1908; p. 93-114; F. Coppée, *La bonne souffrance.* Préface.

3 Sic optime Blondel, *IPAction,* p. 312 : " L'homme met toujours dans ses actes, si obscurément qu'il le sache, ce caractère de transcendance. Ce qu'il fait, il ne le fait jamais simplement pour le faire (p. 353) " même chez ceux qui se disent affranchis de toute superstition, qu'on remarque ce besoin de rites et cette contrefaçon d'un véritable culte, comme s'il fallait rehaussera tout prix, par une solennité liturgique, la pauvreté trop visible des actions toutes nues

3 D. B., 1756.

est universale verum. Ex quo patet, quod nihil potest quietare appetitum hominis nisi bonum universale, quod non invenitur in aliquo creato, sed solum in Deo, quia omnis creatura habet bonitatem participatam ”

Et revera bona creata dividuntur in *externa* vel *interna.* Sed utraque sunt deficientia, (a) Bona *externa,* ut divitiæ, corporis qualitates, etc., sunt limitata, instabilia et non omnes cordis aspirationes implent, (b) Bona *interna* sunt *scientia, virtus,* etc. Porro humana *scientia* est imperfecta, fallibilis et sæpe inefficax. *Virtus* autem difficile acquiritur, tentationibus exponitur atque non raro irrisioni, odio et persecutioni exponitur. — Quare S. AUGUSTINUS sic orat : “ Satis ostendis, (Domine), quam magnam creaturam rationalem feceris, cui nullo modo sufficit ad beatam requiem quidquid te minus est, ac per hoc nec ipsa sibi... Fecisti nos ad te, et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te ” 2.

153. — (2) Præterea insufficientia sunt systemata excogitata ad finis nostri quæstionem sine Deo et Religione solvendam. Inter ea citantur : i. *dilettantismus,* 2. *pessiinismus,* 3. *positivisinus.*

(A) Dilettantismus.

(i) Exponitur. Hoc systema contendit nil aut parum de religiosis rebus curandum, cum sint futiles, variabiles aut saltem incertæ; sed nos modo uni modo alteri solutioni adhaerere posse, prout major voluptas nobis offertur.

1 *Sion, theol.,* Ia 2æ, η. 2, a. S. — Cf. omnino *Cont. Gent.,* 1. III, cap. 2, 3› 16, 17.

2 S. August, *Confess.,* I. XIII, c. VIII, 9; 1. I, c. I, I. — *Psychologice* res illustratur *testimonio conversorum.* Unus e recentioribus audiatur : “Je faisais le niai, mais je ne l’approuvais ni ne l’aimais... Vous me faisiez sentir un vide douloureux, une tristesse, que je n’ai jamais éprouvée qu’alors;... elle me revenait chaque soir lorsque je me trouvais seul dans mon appartement... elle me tenait muet et accablé pendant ce qu’on appelle les fêtes : je les organisais, mais le moment venu je les passais dans un mutisme, un dégoût, un ennui infinis... Vous me donniez cette inquiétude vague d'une conscience mauvaise, qui, tout endormie qu’elle est, n’est pas tout à fait morte. Je n’ai jamais senti cette tristesse, ce malaise, cette inquiétude qu’alors. Mon Dieu, c’était donc un don de vous... comme j’étais loin de m’en douter!... que vous êtes bon!...” Ch. de Foucauld, *Ecrits spirituels,* Paris, 1923, p. 76-77. — Alia testimonia invenies apud DD. Baunard, *Le Doute et ses victimes,* Paris, 1S86; A. Martin, *Les Crises d'une âme,* Paris, 1905; M. Sérol, *Le Besoin et le Devoir religieu.x,* Paris, 190S, p. 141-145-

(2) Refutatur. Hoc systema falsum est. (a) Insanum est enim non curare de quaestionibus a quibus tota pendet hominis beatitudo in hac et futura vita unum aut alterum systema successive amplecti, prout majorem affert delectationem, cum ita practice agnoscatur systemata contradictoria posse simul esse vera, et critérium veritatis nihil aliud esse nisi voluptatem, (b) Ceterum dilettantismus, nedum profundis aspirationibus hominis satisfaciat, hominem in suo miserabili statu relinquit et in pessimismum projicit.

154. — (B) Pessimismus.

(1) Exponitur. Hoc systema, a *Schopenhauer* (f i860) et *Hartmann* (+ 1906) propositum, humanitatem agnoscit semper illusione beatitudinis acquirendæ decipi, bonis præ; sentibus impleri non posse legitimas aspirationes nostras, vitam esse necessario dolorem, ideoque nullam esse solutionem nisi in propria annihilatione et mundi destructione per " suicidium cosmicum ".

(2) Refutatur. Pessimismus adversatur : (a) *Expericntiæ :* 1. Siquidem felicitate quadam fruuntur permulti homines; 2. innatum beatitudinis desiderium exstinguere nequimus, et ipsi pessimistæ, dolorem expellere conando, ostendunt se suo modo beatitudinem prosequi; 3. nobiliores aspirationes exstinguendo, novos dolores eo ipso accendunt, et ita sibi practice contradicunt, (b) *Rationi :* Ex eo quod beatitudinem in bonis temporalibus invenire nequimus, illogicum est inferre eam nullibi quaerendam esse : ratio enim alia bona sublimiora excogitare potest[1].

155. — (C) PosmvisMus[3].

(1) Exponitur. Positivistæ res supra-sensibiles et spirituales non admittunt, scientiarumque mirabilem profectum

[1] Hominem sine solutione hujus problematis inquietum et infelicem esse fatetur incredulus Jouffroy, *Mélanges philosophiques*^ p. 338 : ‘‘Comment voulez-vous que l'homme vive en paix, quand sa raison, chargée de la conduite de la vie, tombe dans l'incertitude sur la vie elle-même, et ne sait rien de ce qu'il faut qu'elle sache pour remplir sa mission? Comment vivre en paix, quand on ne sait ni d'où l'on vient, ni où Ton va, ni ce qu'on a à faire ici-bas? Vivre en paix dans cette ignorance est chose contradictoire et impossible. Si quelques hommes, à force de distraction et d'insouciance, peuvent s'endormir dans une telle situation, c'est une exception qui n'atteint pas la masse

- P. Buysse, *Kers la Croyancey* Paris, 1922; p. 124-230.

[3] P. Buysse, *op. cil.,* p. 29

plus æquo extollentes, contendunt *scientiam* omnia hominis desideria implere et esse universalem Religionem pro futuris saeculis.

(2) **Refutatur.** Hæc theoria est falsa, (aj Scientia enim de *phœnomenis* quidem externis et internis, eorum coordinatione, legibus et causis proximis diligenter inquirit, et hac in re multum profecit; sed de prima rerum origine, de vita futura, ultimo fine et mediis ad eum attingendum omnino silet[1]; si de his aliquid asserit aut negat, jam non est *scientia* sensu hodierno intellecta, sed metaphysica; (b) Aliunde scientia præsertim positivista aspirationibus intellectus, voluntatis et cordis non satisfacit; nam homo suæ libertatis conscius, et bonum morale a bono sensibili distinguens, utrumque prosequitur et perenniter vivere ambit.

156. — (D) Spiritismus, theosophia, simul et varia *superstitionum* genera, ad quæ, specialiter post recens bellum, multi deflexere, solatium quærentes, speciem quidem Religionis præ se ferunt. Sed qui illorum fundamenta scrutantur, mox eorum inanitatem detegunt.

157. — Conclusio generalis.

Universale factum religiosum rationem sufficientem habet in Religione tantum. Ubique enim elucet in mundo, quia homo Religione essentialiter indiget ad finem suum, scilicet beatitudinem, prosequendum.

Omnibus evidenter necessaria est ultimi finis assecutio et proinde necessarius est etiam usus medii sine quo hic finis obtineri nequit. Porro Religio, et equidem sola, nos conducit ad finem supremum qui est beatitudo. Ergo Religio est homini necessaria[2].

[1] Quam *insufficientiam scientiarum naturalium* ostendunt : M. Blondel, *L'Action*^ p. 51-86; Brunetière, *Questions actuelles* Paris, 1907, p. 3-47; A. Eymieu, *La part des croyants dans le progrès de la science*^ 2 vol., Paris, 1920; art *Science et Religion*^ in *D. A.*, col. 1241-1253; E. Boutroux *, *Science et Religion,* p. 228-26S; H. Mallock *Ls life worth living? gallice* redditum a P. J. Forbes, *La Vie vaut-elle la peine de vivre?* Paris, 1882, ch. IX. Quod adhuc magis apparebit si, cum Boutroux *, H. Poincaré, P. Duhem, valor nisi relativus scientiæ recognoscitur.

[2] J. Huby : u A qui voudra considérer de sang-froid l'ensemble des faits décrits dans ce Manuel, il apparaîtra, sans doute, clairement, que la religion étant une part essentielle, permanente, et la plus haute, de la vie supérieure de l'humanité, il faut en admettre la légitimité ou douter expressément que

III. Necessitas Religionis constat EX ARGUMENTO METAPHYSICO SEU EX STRICTIS DEI JURIBUS

158. — Hoc argumentum desumptum ex *Dei juribus,* seu ex relationibus inter hominem et Deum, magis valet quam duo priora jam exposita. Deduci potest ex parte : i. *Dei, 2. conditionis natura humana,* j. *pracipuorum Religionis actuum.*

i i) Ex parte Dei. Natura docet inferiorem subjici superiori eique honorem debere. Sed Deus est infinite perfectus : hominem sapientia, potentia, scientia et bonitate in summo gradu superat. Ergo homo subjectionem et reverentiam Deo exhibere tenetur :quod officium in Religione adimplet.

(2) Ex parte hominis. Ratione *originis* et *finish,* homo Deum colere debet.

(a) Etenim homo est a Deo creatus et ab eo totaliter pendet in essentia, in qualitatibus suis atque bonis internis et externis quibus fruitur. Sed recta ratio dictat subjectionem, honorem et amorem reddere ei a quo intime semper pendemus. Porro hæc officia Religionem efformant.

(b) Præterea ad ultimum finem nostrum, qui in beatitudine consistit, tendere debemus. Atqui in solo Deo cognito et amato invenitur talis suprema beatitudo. Oportet igitur ut per nostras actiones Deo tanquam fini nostro inhæreamus. Sed in hoc habetur Religio. — " Ex omnibus hominum officiis, illud est., maximum et sanctissimum, quo pie religioseque Deum colere homines jubemur. Idque *necessario ex eo consequitur,* quod in Dei potestate perpetuo sumus,

l'activité humaine ait un sens et un but. Qui veut échapper à cette dernière alternative, qui refuse de voir, dans un monde où tant de signes de finalité apparaissent, une énigme indéchiffrable, et dans notre race un troupeau d'errants désespérés, doit prendre parti. Quiconque entend sauvegarder, ou rétablir, dans sa vie mentale et morale, quelque chose d'entièrement ferme, de cohérent, d'incontesté, est amené insensiblement à croire en Dieu *). *Christus* p. 1301.

Hoc argumentum simile est ei quod in *Institutionibus philosophicis* ex desideriis mentis humanæ et ex consensu populorum desumitur ad existentiam Dei probandam.

1 Fénelon, *Lettres sur divers sujets de métaphysique et de religion,* ch. IV; Lahousse, n. 16-20; Wilmers, n. 24-32; Gondal, *op. dt.,* p. 48-53; Bougaud, *Le Christianisme et les Temps présents)* t. I, ch. 2.

Dei numine providentiaque gubernamur, *ab eoque profecti, ad eum reverti debemus* " x.

159. — (3) Ex parte praecipuorum Religionis actuum.

Religio individuo ethice necessaria est, si quilibet homo Deo stricte debet *adorationem, gratiarum actionem, subjectionem totalem* et *pœnitentiam*. Atqui ita est. Ergo.

Minor probatur :

(a) Deo debetur *adoratio,* qua supremum ejus dominium agnoscimus. Ipse enim homines *creavit,* id est, e nihilo produxit quoad totum esse, tum quoad substantiam, tum quoad facultates. Illos praeterea in esse *conservat* : nisi positive a Deo quolibet instanti sustentarentur, in nihilum redigerentur. Imo cum illis in agendo *concurrit :* homines enim igitur toti quanti sunt a Deo pendent et sub ejus dominio constituuntur.

Atqui supremus Dominus, a quo omnia pendent, jus habet et quidem strictum ut ejus dominium a creaturis omnibus rationalibus agnoscatur : quod quidem fit per *adorationem,* qua Deum ut primum principium et ultimum finem seu, aliis verbis, ut supremum Dominum profitemur; ergo Deus jus strictum habet ut ab hominibus adoretur.

(b) Deo debetur *gratiarum, actio.* Revera Deus est supremus omnium benefactor : gratis vitam, rationem et libertatem nobis donavit; gratis easdem servat et tuetur, gratisque nova beneficia quotidie sua Providentia nobis libera manu concedit. Atqui benefactori debentur grati animi sensus, et quidem eo ferventiores quo majora sunt beneficia collata. Ergo Deo debemus *gratiarum actiones* maximas persolvere, et qui tale officium negligit turpis ingratitudinis reus est.

(C) Deo debetur *subjectio totalis.* Dominus enim jus habet ut servus suæ voluntati fideliter obediat. Porro Deus in hominem, creaturam suam, absolutum dominium possidet. Ergo homo totaliter Deo creatori suo vitam suam subjicere tenetur.

(d) Deo debetur *poenitentia.* Etenim, Deus, posito peccato, jus strictum habet ut offensa ei irrogata, per *pœnitentiam* aliquo modo compensetur. Nam peccatum grave est

x Leo XIII, Encyc. *Libertas,* 20 jun. 1888.

vera injustitia erga Deum, cum violet jus quod Deo inest ut sit Supremus omnium Dominus et ultimus finis; est etiam injusta contra ejus legitimam auctoritatem rebellio. Atqui omnis injustitia stricto jure reparari et compensari debet, et quidem eo strictius quo jus violatum sanctius est. Ergo injustitia contra Deum per peccatum commissa, debet pro posse ab homine compensari : quod sine contritione seu pœnitentia fieri nequit.

160. — Objectionum solutio.

VU-

(1) Obsequia finita non conveniunt enti infinito. Atqui *obsequia Religionis suntfinita.* Ergo.

R. i. *Dist. major.* Obsequia *finita terminative,* i. e., directa alicui creature. *C.; entitative,* i. e., a creatura procedentia sed ad Ens infinitum destinata. AC Priora essent actus idololatrias; posteriora vero Deum honorant sicut Eum creatura honorare potest. — 2. *Contradist. minor.* Obsequia Religionis sunt finita *entitative. C. ; terminative. N.*

161. — (2) Quod est inutile non est obligatorium. Sed Religio est *Deo inutilis.* Ergo.

R. Religio est obligatoria non quia utilitatem intrinsecam Deo affert, Deus enim bonorum nostrorum non eget; sed quia homo naturaliter a Domino pendens hanc dependentiam agnoscere tenetur : quod fit per Religionem. (Cf. n. 184).

(3) Quod humanam naturam violat necessarium dici nequit. Sed Religio violat hanc naturam : nam homo natura sua est liber seu independens, *Religio autem huic libertati adversatur.*

R. Homo est liber in ordine *physico. C.;* in ordine *morali. Subdist. :* circa ea quæ legibus veris non præcipiuntur vel prohibentur. *C.;* circa omnia. *N.* Religio autem, circa res morales, homini præbet directionem et auxilia, quæ ejus nature sunt utilissima; ideoque humanæ nature maxime favet, nedum ei adversetur.

162. — (4) Ex una parte, nonnulli viri, *sine Religione viventes^ omni virtute naturali praditi videntur;* ex alia vero, *quidam Religionem profitentes, pejorem vitam agunt.* Ergo moralitas sine Religione existere potest.

R. i. Viri sine Religione honesti, non raro vel educationem religiosam acceperunt, vel inter consociatos religiosos vivunt, ita ut etiam inscii influxum Religionis accipiant. Quidquid sit, honestas eorum non provenit ex eo quod nullam Religionem profitentur '.

'Quod acute declarat A. Balfour *The Foundation ofBelief* New-York, Ixjndon, 1895, p. 82-83 : " Naturalismus, objiciunt, simul existit cum mirabili

2. Revera homines quidam religiosi sunt mali : sed eorum malitia tribuenda non est Religioni ipsi, sed eorum inobedientiæ, quæ præcepta Religionis non servat.

163. — Scholion. De Religionis origine.

Quomodo Religio inter homines apparuerit ‘? (i) Hypotheses falsæ Religionis originem in *sola creatura* reponunt. Athei rationalistic docent Religionem oriri vel a *creatura inanimata* phenomenis : unde naturismus positivista (Cf. n. 127); vel *ab homine solo :* quod diverse explicant positivismus, evolutionismus, immanentismus et sociologisinus (Cf. n. 127-146). Porro hæc systemata jam fuerunt confutata.

164. — (2) Doctrina catholica affirmat Religionem veram venire *ex rationis lumine, divina revelatione adjuto.*

(a) Ex rationis lumine. Etenim humana ratio, *per ea qua facta sunt* ad certam notitiam Dei creatoris mundi et auctoris nostri pervenit. Atqui natura docet superiori reverentiam, benefactori gratitudinem, patri amorem et obedientiam reddendam esse. Sed hæc obsequia erga Deum constituunt proprie Religionem. Ergo.

Res ita evolvi potest : r. Homo, *intellectu* præditus, e contemplatione rerum creatarum assurgit ad *primam causam* phænomenorum quæ conspicit : hanc autem causam concipit tanquam Ens *superius, vivens, personale, bonum* et *providum,* cui cultus debetur et a quo beneficia consequi valemus. Unde *dogma.*

virtutis exercitatione in personis *A, Z>, C* etc., absque ulla mercedis spe. Si in his hominibus res ita se habet, cur non in millibus? Et si in millibus, quid hoc vetat in omnibus? — Eactis quibus hoc innititur argumentum non contradico. Hæc præclara virtutum exempla, religione posthabita, nec ignorare, nec minuere mihi in animo est; at si vera sint, ratiocinatio quæ inde eruitur, subtili examine proposito, omnino excidere videtur. Narrant biologi quosdam parasitos vivere in animalium corpore, quæ perfectioribus organis præstant, ibique tantum vivere... Ita de quibusdam evenit qui suis exemplis demonstrare audent naturalismum cum sublimi virtutum imagine, quacum tamen nullam habet affinitatem, optime conciliari posse. Quoad vitam spiritualem ipsi parasiti sunt; innixi alienis opinionibus ad societatem spectantibus in qua vivunt, suam virtutem a principiis non suis accipiunt. Cum hujusmodi opiniones debilitantur, cum hæc principia evanescunt, vita mutuo accepta quam servaverant, hoc sublato fulcimento, difficile vigere poterit ”

l DD. Le Roy, *La religion des primitifs,* p. 458-484; Id., art. *A la recherche de Γorigine des religions,* in *R. P. A.*. 1-15 juillet 1921, p. 321-333. De revelatione *primeeva,* vide præsertim P. G. Schmidt, *La révélation primitive et les données actuelles de la Science, gallice* redditum a Lemonnyer, Paris, 1914; Id., art. *Recul de Γévolutionnisme dans la sociologie et dans Γhistoire des religions au cours des dix dernières années,* in *R. S. R.,* oct. 1923,

2. Simul vero ejus twZwwAw, si recte est disposita, bonum appetit et felicitatem quaerit; neutrum vero nec in seipso, nec in creaturis invenit, sed altius quaerit, nempe in Ente supremo cujus voluntati sese subjicit. Unde *ethica.*

3. Quia autem homo non solum intellectu et voluntate, sed etiam corpore et *sensibilitate* constat, variis affectibus ad Ens illud Supremum fertur eosque exterius *cultu* manifestat

165. — (b) Divina revelatione adjuto. 1. Revelationem *primitivam* protoparentibus factam fuisse constat historice ex primis *Genesis* capitibus (1-3) ; ex 5. *Paulo* hominis lapsi restaurationem per Christi merita praedicante, proinde Adami elevationem ad supernaturalem ordinem, quæ primævam revelationem supponit 2. Hujus revelationis existentia *confirmatur populorum traditionibus,* quæ Religionis (etiam falsæ) ortum tribuunt positivo commercio hominis cum divinitate 3.

§ II. — De Necessitate Religionis pro societate civili.

166. —Status quaestionis.

(a) Societas civilis est unio permanens plurium familiarum, sub eadem auctoritate, bonum commune et temporale directe prosequentium; vocatur etiam *Status.* Hic agitur de religioso civilis societatis officio.

(b) Errores. *Naturaliste* et *Latciste* docent u optimam societatis publicæ rationem civilemque progressum omnino requirere, ut

1 H. Bergson ;* *Les deux sources de la Morale cl de la Religiony* Paris, 1934, rem sub aspectu psychologico tractat : optima quidem scribit de christiano mysticismo, sed simul erronea habet de exaggerata intuitionis vi, de dialecticæ et intellectus nostri imbecillitate, necnon de catholici dogmatis valore non recte excogitato. Cf. *Civiltà cattolica,* 3 dec. 1934.

2 *Rom.y* V, 12 sq. ; *Ephes.y* IV, 23; *Coloss.y* III, 10.

3 " Tout se présente à nous comme si ГEspèce humaine, irradiant d'un point commun sur lequel elle aurait apparu, à une époque que la Science est impuissante à fixer d'une façon précise, avait été mise en possession d'un fond de Vérités religieuses et morales, avec les éléments d'un Culte, le tout prenant racine dans la nature même de l'homme, s'y conservant avec la Famille, s'y développant avec la Société, et donnant peu à peu —, suivant les mentalités particulières à chaque race, sa portée intellectuelle, les conditions spéciales de sa vie — , ces formes à surfaces variées mais fondamentalement identiques que nous appelons les Religions. Religions auxquelles, partout et dès le principe, se seraient attachés les Mythes, les Superstitions et les Magies, qui les vicient et les défigurent, en les détournant de leur objet ". DD. Le Roy, *La Religion des primitifsy* p. 484.

humana societas constituatur et gubernetur, nullo habito ad Religionem respectu, ac si ea non existeret" [1].

(C) Doctrina catholica. R. Pontifices : v. g., Pius IX, Leo XIII [2], Pius XI [3] docent societatem civilem ad Religionis professionem stricte teneri.

167. — Thesis. Societas civilis veram Religionem profiteri tenetur. Philosophice *certum.*

Probatur ex parte : i. *Dei,* 2. *societatis.*

(1) Ex parte Dei auctoris et finis ultimi.

(a) Societas non secus ac privatus homo habet *Deum auctorem,* in quantum hominem creavit ad societatem aptum et pronum, legesque cordibus civium indidit, quibus civitas subsistere valet; Ipse eam sua Providentia servat et tuetur eidemque multa confert beneficia. Ergo et societas, qua talis, Deum ut Supremum Dominum agnoscere debet, eique cultum praestare adorationis, gratitudinis et expiationis. — Quod ita egregie exponit Leo XIII : "*Natura* et *ratio,* quæ jubet singulos sancte religioseque Deum colere... *eadem lege adstringit civilem communitatem.* Homines enim, communi societate conjuncti, nihilominus sunt in Dei potestate quam singuli, neque minorem quam singuli gratiam Deo societas debet, quo auctore coaluit, cujus nutu conservatur, cujus beneficio innumerabilem bonorum quibus affluit, copiam accepit. Quapropter sicut nemini licet sua adversus Deum officia negligere..., eodem modo *civitates non possunt, citra scelus, gerere se tanquam si Deus omnino non esset*" [4].

(b) Equidem civilis societatis finis *immediatus* est temporalis prosperitas communis subditorum ; *finis* vero *ultimus* est Deus ipse ad quem temporalis prosperitas ordinari debet. Atqui finis immediatus in ultimum tendit eique subjicitur. Ergo societas Deo subjici oportet : quod fit per Religionis observantiam.

168. — (2) Ex parte societatis.

Religio necessaria est ut societas persistere valeat. Etenim ad existentiam et progressum societatis requiruntur :

[1] Pius IX, Encyc. *Quanta cura,* 8 dec. 1864.
[2] Leo XIII, Encyc. *Immortale Dei,* 1 nov. 1885.
[3] Pius XI, Encyc. *Quas primas,* 11 dec. 1925.
[4] Leo XIII, Encycl. *Immortale Dei.*

ï. auctoritatis sociatis agnitio, 2. legum observatio. \. *socialium praxis virtutum.* Porro hæc tria sine Religione deficiunt.

(a) Deest *agnitio socialis auctoritatis.* Homines enim, naturaliter propriæ independentiæ cupidi, sæpe superioribus resistunt, nisi motivo quodam superiori ad obedientiam proni efficiantur. Motivum illud præbet Religio, quæ nos edocet omnem auctoritatem legitimam esse a Deo, ideoque omnem animam sublimioribus potestatibus subditam esse oportere, ut finem suum consequi valeat ».

(b) Deest *legum observatio,* cujus sufficiens sanctio est solus Deus omnisciens et omnipotens. Sublata enim Religione, leges servantur præsertim ob pænarum metum. Hic autem sæpe est inefficax, quia multis persuasum est se posse leges violare quin a magistratibus puniantur; et ita paulatim vis legum enervatur et ordo publicus turbatur.

(c) Deest *socialium virtutum praxis.* Sine Religione *mores* diu honesti esse nequeunt. Hac de re scribit Leo XIII[2] : "Sublato Dei metu legumque divinarum verecundia, despecta principum auctoritate, permissa probataque seditionum libidine, projectis ad licentiam cupiditatibus popularibus, nullo nisi pænarum freno, necessario secutura est rerum omnium commutatio et eversio". — Et revera, evanescente Religione, mores pagani mox redeunt cum crudelitate et libidine : ita accidit in Italia, tempore Renascentiæ; in Anglia, tempore Restaurationis; in Gallia, tempore generalis perturbationis sæc. XVIII° exeunte[3].

Igitur ut societas incolumis et prospera servetur, Religio necessaria est. Hæc veritas ab ipsis *paganis* declaratur. "Omnis humanæ societatis fundamentum convellit, ait PLATO, qui religionem convellit"[4]. Et PLUTARCHUS

[2] Quam doctrinam diserte exposuit Leo XIII in Encycl. *Diuturnum,* 29 junii 1881. — [2] Encycl. *Humanum genus.*

[3] Quod vivide exponit Taine ;* *Les Origines de la France contemporaine, Le Régime moderne,* t. II, p. 118-119, ubi inter alia hæc habet : "En Italie pendant la Renai ce, en Angleterre sous la Restauration, en France sous la Convention et le Directoire» on a vu l'homme devenir païen, comme au premier siècle; du même coup, il se retrouvait au temps d'Auguste et de Tibère, c'est-à-dire voluptueux et dur : il abusait des autres et de lui-même; l'égoïsme brutal et calculateur avait repris l'ascendant, la cruauté et la sensualité s'étalaient, la société devenait un coupe-gorge et un mauvais lieu",

[4] Plato, *De legibus* 1. X.

scribit : " Facilius est urbem in aere aedificare quam rempublicam sine cultu religionis fundare " [1].

169. — (3) Consensu populorum confirmatur, quem jam exposuimus (Cf. n. 102-122). Omni aetate ac ubique terrarum, ut testantur historici, viatores et missionarn, gentes divinitatem aliquam agnoverunt et coluerunt. "Sua cuique civitati, ait ClCERO, religio est. Deum quippe natura venerari novit; nec quisquam est homo qui lege, quæ hoc præcipiat, careat " [2].

Hinc cum Leone XIII concludere licet Vetat igitur justitia, *vetat ratio atheam esse... civitatem* " [3].

170. — Corollaria.

(a) Societas civilis tenetur Religionis praxi, seu *cultu* externo *publico*.

(b) Illicitae et impiae sunt civiles leges, quæ veræ Religioni adversantur vel profitentur *absolutum* Status *laïcismum* aut *indiffereutismuvi*.

(C) Civilis falsarum religionum *tolerantia*, etsi aliquando propter societatis tranquillitatem concedi possit, est tamen in se aliquid mali et generaliter loquendo rejicienda.

ARTICULUS II

De necessitate quorumdam actuum religiosorum

171. — Conspectus.

Necessitas quorumdam actuum religiosorum.

1. *Cultus externi.*
   (a) Status quæstionis.
   (b) *Necessitas* cultus externi : Ratione *sui* et *cultus interni*. — *Corollaria*.
2. *Orationis.*
   (a) *Notio* et *species*.
   (b) *Possibilitas* ex parte Dei, hominis et objecti.
   (c) *Convenientia* ex parte Dei et hominis.
   (d) *Necessitas*.

Post probatam Religionis in genere necessitatem, statuimus, ob speciales adversariorum negationes, quorumdam religiosorum actuum, scilicet *externi cultus* et *orationis* strictam obligationem.

[1] **Plutarchus**, *Adv. Colot.* — - **Cicero**, *De Legibus*, 1. **X**.
[2] **Leo XIII**, **Encyc.** *Libertas*.

I. — De Cultus externi necessitate [1]

172. — Status quæstionis.

(1) Cultus notio et species. *Cultus religiosus* est exercitium seu praxis objectivæ Religionis. Hic cultus est *internus* vel *externus,* (a) *Internus* consistit in interioribus Religionis actibus : v. g., fidei, amoris, contritionis, (b) *Externus* autem exercetur externis actionibus : v. g., oratione vocali, sacrificio.

Externus cultus potest esse : (a) vel *privatus,* si exhibetur ab homine ut a persona privata; (b) vel *publicus,* si defertur a societate vel ejus nomine. — Cultus *publicus* est sive *domesticus,* sive *socialis,* prout procedit a familia aut a civili societate.

173. — (2) **Errores.** *Manichai* (sæc. **Ill)** et *Pauliciani* (sæc. VIII) cultum externum totaliter vel partialiter rejiciebant. .*Rationaliste* quidam et *Moderniste* illum reprobant ut inutilem Deo, sæpe ridiculum in suis ritibus, et oppositum evangelic, in quo Christus commendat adorationem in spiritu et veritate [3].

(3) Ecclesia catholica afifirmat externum Religionis cultum esse vere obligatorium.

174. — Thesis. Cultus externus Deo stricte debetur. Philosophice *certum,* theologice *dc fide.*

Ecclesiae magisterium C

Ecclesia externum cultum directe regit in sacramentorum collatione, missæ oblatione et in aliis ceremoniis, quibus fideles participare tenentur. — Jam, in *V. T.,* Deus cultum externum Israeli stricte præcipit *(Cf. Leviticum)*\ et Christus, in *N. L.,* sacrificium et sacramenta sensibilia instituit perpetuo duratura [4].

П5. — Probatur. Hic cultus est necessarius ratione *sui* et *cultus interni.*

[1] *Sum. theol.,* ia 2æ, q. 101, a. 2; q. 103. a. 3; q. 122, a. 4; 2» 2æ, q. 92, 22; Q· 93» æ 2; 3» Q· 63, a. 2, 3, 4, 6. Mazzella, n. 49 sq. ; F. Hettinger, *Théologie fondamentale,* Paris, 1913; L. Gondal, *Religion,* p. 200 sq. ; G. Bareille, *Le Catéchisme romain,* **t** VI. — ' *Joan.,* IV', 23.

' *Ecclesùo magisterium* exprimetur præsertim in variis ecclesiastici magisterii documentis. Nunc et in similibus trium priorum tractatuum locis, ea quæ de theologicis argumentis in Apologetica adhibitis dicta sunt, in memoriam revocamus. (Cf. n. 42). — ·· D. B., 478, 943, 954, 956, 1253 sq., 1573.

(i) Ratione sui.

(a) *Ex hominis compositione.* Etenim Deus auctor est non solum animæ sed etiam *corporis,* et beneficia non solum spiritualia sed etiam corporalia nobis largitus est. Hanc totalem dependentiam agnoscere tenetur integer homo, i. e., compositum ex anima et corpore : et hoc fit ex parte *animæ* per actus internos; ex parte vero *corporis,* per sensibilia signa seu cultum externum.

(b) *Ex hominis maffire.* Homo enim est irrationalis creaturæ dux, rex et velut pontifex; ideoque tenetur Deum adorare etiam nomine inferiorum entium. Hoc autem melius præstare nequit quam Ei cultum externum exhibendo ope corporis, quod est *microcosmos* seu totius naturae sensibilis compendium; vel utendo creaturis et artibus ad aedificia, utensilia sacra, etc., cum quibus cultus publicus exercetur.

176. — (2) Ratione cultus interni exprimendi et promovendi.

(a) *Ad ejus expressionem.* Nam ita a natura comparati sumus, ut animi interiores affectus præsertim vividiores, modo sensibili, oculis, vultu, gestu totiusque corporis habitu exprimantur. Si igitur homo vere et sincere Deum reveretur et amat, veluti necessario reverentiam, gratitudinem et amorem externis actibus, totoque corporis habitu manifestabit [*].

(b) *Ad ejus conservationem et augmentum.* Cum enim actibus externis *intensiores* reddantur interni actus, interna Religio cultu externo non parum augetur; dum ex adverso, decrescentibus exterioribus signis et cæremoniis, generatim minuuntur ipsi Religionis sensus, sublatisque signis hujusmodi, communiter cultus internus corrumpitur et evacuatur[2].

[*] Hoc nonnulli Rationalistic intelligunt; ita, v. g., J. Simon *op. cil.,* p, 390 sq., docet superioribus officium incumbere Deo cultum exhibendi in suis cum inferioribus relationibus; ita reges, populum alloquentes; patres, filios; heri, famulos, nomen Dei invocare ac laudare debent. Alia testimonia lege apud E. Duplessy, *Les Apologistes laïques,* Paris, 1893, p. 464 sq.

[2] *Sum. theol.,* 2a 2æ, q. 84, a. 2. — Ad rem etiam Pascal, *Pensées,* n. 250, editio *Brunschvicg,* p. 449 : " Il faut que l'extérieur soit joint à l'intérieur pour obtenir de Dieu; c'est-à-dire que l'on se mette à genoux, prie des lèvres, etc., afin que l'homme orgueilleux qui n'a voulu se soumettre à Dieu, soit maintenant soumis à la créature. Attendre de cet extérieur le secours est être superstitieux, ne vouloir pas le joindre à l'intérieur est être superbe ".

Quare, individui et nationes ubique terrarum externis cæremoniisdivinitatem coluerunt. " Si terram obeas, invenire possis urbes muris, litteris,domibus,opibus, numismatecarentes; urbem vero templis deisque destitutam, quæ precibus, oraculis, jurejurando non utatur..., nemo unquam vidit" l.

177. — Objectionum solutio.

(1) .*Ritus externi sunt ridiculi.* — R. In falsis religionibus, aliquando. *C.* In vera Religione. *Æ* Ritus probati spiritualem et altani significationem habent, quæ ex historia aut liturgia explicatur.

(2) Cultus externus *damnatur a verbis Christi* ad mulierem Samaritanam : " Veri adoratores adorabunt Patrem *in spiritu* et veritate

R. *Nego.* Præfata enim verba duo significant : (a) Cultum Dei esse *in spiritu,* i. e., primario internum. *C.;* mere internum. *N.* Et revera Christus Religionem instituit quæ externum cultum jubet in sacramentis, sacrificio missæ, etc. (b) Cultum offerendum *in veritate,* i. e., non in umbra et figura, prout fiebat in antiqua Lege; sed in realitate sacrificii ab ipso Christo oblati, quod vetera sacrificia fugavit.

178. — Corollaria.

(a) Cultus externus necessarius est pro *individuo* et *familia.*

(b) Cultus externus *publiais* stricte obligatorius pro civili societate (Cf. n. 167-170).

(c) Si cultus aliquis externus a Deo positive præscriptus est,omnes homines illum individualiter et socialiter, juxta divinum beneplacitum, servare debent.

II. — De Orationis necessitate3

179. — Status quæstionis.

(i) Orationis notio et species. *Oratio :* (a) *In sensu lato* est " mentis ad Deum affectuosa intentio " *(S. Augustinus ⁋,* vel " ascensus mentis in Deum ". *(S. Joan. Damascenus S).* Hæc elevatio potest exprimere adorationem, pæniten-tiam, etc., et in omnibus humanis actibus inveniri 6.

b) *In sensu stricto.* Oratio est petitio a Deo decentium pro vita nostra naturali aut supernatural!. — Dicitur

* Plutarchus, *Adv. Colot.* — *1Joan.,* IV, 23.

* D. B., Cf. Index, XI f; *Sum. theol.,* 2» 2®, q. 83; A. d'Alès, art. *Prière,* in *D. A.,* col. 270-301; D. Sertillanges, *La prière,* Paris, 1917.

4 S. August, *Serm.* IX, n. 3.

5 S. Joan. Damasc., *De Fide orthodoxa,* 1. Ill, c 24.

6 P. Charles, *La prière de toutes les heures,* Bruges, 1922.

mentalis vel vocalis, individua vel publica, liturgica vel privata.

180. — (2) Errores. *Rationalistæ* quidam agnoscunt mentis elevationem ad Deum in adoratione et gratitudine esse laudabilem; sed *orationeni-petitionem* omnino reprobant ut Deo injuriosam, in se inefficacem et homini inutilem. Quod jam docuerat *Eckardus*.*

(3) Catholici, contra eos, probant orationis-petitionis : I. *possibilitatem,* 2. *convenientiam,* 3. *necessitatem.*

181. — Ia Thesis. Oratio est possibilis. Philosophice *certum,* theologice *de fide.*

Possibilis est ex parte : 1. *Dei, 2. hominis,* 3. *objecti.*

(1) Ex parte Dei. Deus enim exaudire humanas preces *potest* ob suam infinitam potentiam; et *vult* ob suam summam bonitatem creatoris et benefactoris, quam verbis et factis erga nos exhibuit. — Aliunde hæc exauditio convenit suis perfectionibus.

(2) Ex parte hominis, qui, cum sit indigentissimus sub omni respectu, beneficia a Deo petere et accipere potest.

(3) Ex parte objecti. Quod oratio petit ad ordinem supernaturalem vel naturalem pertinet, (a) Bona *supernaturalia* Deus homini concedit eodem modo ac statum supernaturalem qui de facto datur, positis determinatis conditionibus : quare merito de divina liberalitate quaeruntur.

(b) Bona *naturalia,* quæ sunt vel *spiritualia* vel *corporalia,* a Deo tribui possunt sine naturalium legum mutatione aut destructione. Bona enim *spiritualia* non legi naturali subjiciuntur. Bona autem *corporalia* sunt aut *ordinaria,* aut *extraordinaria.* 1. Sed *ordinaria,* v. g., segetum abundantia, sanitas, proveniunt e concursu plurium causarum naturalium, quas Deus, per communem Providentiam, disponere potest ita ut ex earum consuetis ad invicem relationibus producatur naturalis effectus in oratione petitus.

2. Quoad *extraordinaria* seu miraculosa, videbimus infra, agentes de miraculo (Cf. n. 309-313), quod Deus, praeter ordinem naturae, sed sine ejusdem mutatione aut destructione, sapientissime ea peragit.

182. — IP Thesis. Oratio maxime convenit. Philosophice *certum.*

Ejus convenientia patet ex parte : i. *Dei, 2. hominis.*

(i) Ex parte Dei. Etenim oratio est obsequium bonitati, misericordiæ, omnipotentiæ Dei, etc., præstitum et ejus extrinsecam gloriam maxime auget [1].

Nec dicatur : (a) Oratio *divina immutabilitati adversatur,* nam a Deo petit suorum consiliorum mutationem. — Resp. *Nego.* Nam "non propter hoc oramus ut divinam dispositionem immutemus, sed ut id impetremus quod Deus disposuit per orationes esse implendum" [2].

(b) Deus *non indiget orationibus nostris,* quæ sunt saltem *inutiles.* — Resp. *Disting.* Deus enim precibus non indiget : in quantum his nullo modo perficitur. *C.;* in quantum his non honoratur.' *N.* Licet enim Deus supplicationibus nostris opus non habeat, non ex hoc ab obligationibus nostris liberamur, quæ in ipsa rerum natura fundantur. Aliunde Deus, licet sibi sufficientissimus, jura sua non abdicat, imo quædam saltem nec abdicare potest; cum sit enim Supremus Dominus, non potest non exigere ut omnes creaturæ ipsi serviant. Quoad *orationem* vero, ut recte ait S. Thomas[3] "non est necessarium nos Deo preces porrigere ut ei nostras indigentias vel desideria manifestemus, sed ut nos ipsi consideremus in his ad divinum auxilium esse recurrendum". (Cf. n. 161).

183. — (2) Ex parte hominis. Revera maxime convenit ut pauper et filius a divite et patre suo, bona petat quæ sibi necessaria sunt. Atqui mendici et filii sumus Dei ipsius in ordine naturali et supernatural!. Ergo.

184. — IIP Thesis. Oratio est necessaria. Philosophice *certum,* theologice *'de fide.*

Hæc necessitas fundatur : 1. in *jure Dei,* 2. in *humana infirmitate.*

(1) *Jus Dei.* Ab ipso Deo cuncta bona procedunt directe vel indirecte. Proinde Ipsi petere debemus res nobis necessarias aut utiles ad finem nostrum obtinendum.

(2) *Humana infirmitas,* (a) Eo major est orationis necessitas quo vividior est hominis indigentia, quæ gravior

1 " Per orationem homo Deo reverentiam exhibet, in quantum scilicet ei se subjicit» et profitetur orando se eo indigere sicut auctore suorum bonorum". *Sunt. theoL'* 2» 2«, q. 83, a. 3. — 3 *IbicL* —*1 Sum. thiol.* l. c.,* a. 2. ad I.

ex originali peccato exsurgit. Homo, propter debilitatem moralem qua laborat in hujus vitæ statu et obstacula quæ sive intra sive extra se invenit, certe auxilio indiget, quo finem suum attingere valeat; jamvero hominem qui propriam sentit infirmitatem, ad Eum qui potest auxilium præstare, prudentia et sapientia jubent recurrere, praesertim quando agitur de legitima et obligatoria ordinatione ad ultimum finem.

(b) Praeterea existentia originalis peccati est historicum factum [1], ex quo sequitur moralis corruptio nostrae naturae. Sed, posita hac misera degradatione, oratio ut absolute necessaria apparet, (e) Quare Christus saepissime orationis praeceptum omnibus imponit [2].

(3) *Consensus populorum* confirmat orationis necessitatem. Omnes enim gentes ad impetrandum Dei auxilium orationes eliciunt [3]. Sed haec unanimitas legitime significat orationem esse necessariam; est enim certus testis alicujus veritatis, quæ facile ab hominibus percipitur et exprimitur atque magnum obtinet momentum.

185. — (4) *Necessitas et Convenientia orationis* comparatione declarantur. Jure naturæ parentibus reverentiam, gratitudinem et amorem exhibere tenemur; si forte eis injuriam attulerimus, eam cito reparare necessarium ducimus, et ab eis quæ nobis necessaria sunt confidenter petimus. Jamvero plus Deo quam parentibus debemus : hi enim vitæ corporalis nostræ auctores sunt quidem, sed nonnisi instrumentaliter; dum Deus est principalis auctor vitæ tum animæ tum corporis; cui proinde major reverentia est certo manifestanda. Pariter si parentes assidua cura nos incolumes a multis periculis servarunt, atque liberali educatione ad altiora nos evexerunt; nonne majora adhuc beneficia a divina Providentia accepimus, eique proinde majores gratias reddere tenemur? Si injuria parentibus inflicta, specialem impietatis characterem præ se fert, nisi cito sincera pænitentia reparetur, nonne majori diligentia compensari debet offensa Ei irrogata, qui speciali dilectione nos prosequitur? Tandem, quia Deus infinite potentior ac benignior parentibus est, nonne cum majore fiducia ad eum confugere debemus?

[1] *Rom.y* 12 sq.

[2] *Matth.,* VI. 9; VII, 7; *Luc..* XI, *g-, Joan.,* XVI, 24; cf. *Colos.,* IV, 2; *Rom.,* XII, 12; *I Petr.,* IV, 7.

[3] F. Heiler, *Das Gebet,* München. 1922.

SECTIO III

DE REVELATIONE IN GENERE'

186,— Ojectum et divisio.

Jam probatum est veram religionem homini necessariam esse. Ecclesia autem catholica, simul cum insignissimis orbis religionibus, contendit Deum docuisse seu revelavisse religionem per quam ipse vult honorari. Estne hæc affirmatio fide digna? Præsens quæstio maximi est momenti : nam si Deus aliquam religionem necessariam revelaverit, hæc sola vera est et tenenda.

Ante demonstrationem *existentia Revelationis Christiana,* exponemus, praesertim contra Rationalistas, plura de *Revelatione in genere.*

In septem capitibus, declarabimus Revelationis 1 : i. *naturam,* 2. *possibilitatem et convenientiam,* 3. *necessitatem,* 4. *obligationem,* 5. *notas seu criteria,* 6. *pracipuum critérium* seu *miraculum,* 7. *certitudinem.*

187. — Conspectus generalis.

De Revelatione in genere

Cap. L *De natura Revelationis.*
Notio, species, origo.

1 D. B., Index, Cf. I*-Ir; *Sum. theol.,* & 2®, q. 171-174, praesertim 173; J. Ottiger, *Theolog. fundamentalis,* p. 41-49; G. Wilmers, *De Religione Revelata,* n. 57-62; R. Garrigou-Lagrange, *De Revelatione,* L I, c. IV; H. van Laak, *Instil, theol. fund.* tr. II, p. 1-29; I. Casanova, *Teoria de la Revelatio,* Barcelona, 1907; J. Baierl, *The Theory of Revelation,* Rochester, 1927; S. Tromp, *De Revelatione Christiana,* Romæ, 1933, ad usum auditorum; J. Didiot, art. *Révélation divine,* in *D. A.,* col. 1004 sq.; T. Spacil, *Doctrina Orientis separati de revelatione, fide, dogmale;* Romæ.

’ Apud S. Thomam, invenimus, in ejus variis operibus, fere integrum tractatum de Revelatione. Angelicus tractat in *Summa theologica,* de Revelationis possibilitate : 2* 2æ, q. 171-175; de ejus necessitate : 1, q. 1, a. i; 2’ 2æ, q. 2, a. 3-5; de credibilitate et credentitate fidei : 2* 2æ, q. 1, a. 4; q. 2, a. 9, 10; de motivis credibilitatis, speciatim de miraculo : 1, q. 105, no; de convenientia miraculi ad Revelationem : 2» 2æ, q. 178; 3, q. 43; de prophetia : 2* 2æ, q. 171 sq.; denique convenientiam singulorum mysteriorum cum nostris aspirationibus describit, agendo de singulis mysteriis, etc.

Cap. II. *De possibilitate* ct *convenientia* Revelationis. Immediate, mediatæ, mysteriorum.
Cap. HI. *De necessitate Revelationis.*
i. Quoad religionis naturalis veritates.
n. Quoad supernaturales veritates.
Cap· IV. *De obligatione Revelationis tenenda :* eam accipiendi et inquirendi.
Cap. V. *De notis seu crileriis* Revelationis. Natura, divisio, necessitas et valor apologeticus.
Cap- VI. *De miraculo,* præcipuo Revelationis criterio.
i. De miraculo in genere.
n. De quibusdam miraculis in specie.
Cap· VII. *De certitudine quoad Revelationis factum.* Certitudinis apologeticæ natura, necessitas, qualitates.

CAPUT I

DE NATURA REVELATIONIS

188. — Conspectus.

i. *Notio.* *Etymologica; — realis :* sensu lato et stricto.
2. *Sfecies.*
Ratione auctoris, modi, subjecti vel finis et objecti.
3. *Origo et Supernaturalitas.*

Revelationis *natura* melius cognoscetur, exponendo ejus : i. *notionem, 2. species,* 3. *originem* et *supernatnralitatem.*

L — De Notione Revelationis

189. — I. Definitio.

i° *Etymologica.* Vi *etymologice,* Revelatio est *remotio veli,* seu ablatio velaminis quod rei visionem vel intelligentiam impedit; et proinde est *manifestatio rei antea obscurce, occultce* aut *ignota.* — Revelatio græce dicitur ἀποκάλυψι vel φανϊρωσι et etiam γνώσι , quæ verba in *N. T.* promiscue sumuntur.

190. — 2° ***Realis.***

(A) Sensu lato. Revelatio est veritatis ignotae manifestatio. Dicitur *humana* vel *divina,* prout res ab *homine* vel a *Deo* manifestatur.

Deus autem suas perfectiones revelat duplici modo[1] : (a) *Naturaliter,* scilicet per creaturas ex quibus ad divina attributa assurgit humana ratio[2][3]: haec revelatio naturalis sola admittitur a Rationalises sed nunquam in theologia Revelatio simpliciter vocatur.

(b) *Supernaturaliter,* i. e., modo qui naturae vires omnino transcendit et a libera Dei voluntate pendet. Porro Deus aliquam veritatem per seipsum sic manifestat : sive in simplici mentis illustratione, ut fit in actuali gratia; sive in gloria caelesti, per claram essentiae divinæ visidhem; sive in proprie dicta et *directa ad homines locutione.* De hac ultima Revelatione divina hic tantum agitur.

191.—(B) Sensu stricto. Revelatio divina supernaturalis sumi potest : i. *active,* i. e., pro actu revelandi, 2. *passive,* i. e., pro revelata veritate.

(i) Revelatio active sumpta definitur : *Manifestatio veritatis a Deo eam attestante nobis facta per supernaturalem mentis illuminationem.*

Dicitur :

1. *Manifestatio.* Est actio proprie divina qua aliquid docetur.

2. *Veritatis.* Veritas revelata est una vel multiplex, naturaliter cognoscibilis vel non, atque ad religionem pertinens : ecce Revelationis *objectum.*

3. *A Deo eam attestante.* Hic est Revelationis *auctor.* Deus, gratiae et gloriae causa, per se vel per angelum aut hominem, testatur ipse veritatem aliquam quæ proinde propter Dei revelantis auctoritatem creditur. Igitur Revelatio est vere *Dei locutio.*

[1] Quæ distinctio apparet : I. in *Scriptura : Rom.,* II, 14 sq.; *I Cor.,* II, 10 sq.; *Ephes.,* I, 17; *Coloss.,* II, 2 sq.; 2. apud *Scholasticos : Sum. thcol.,* I, q. I, a. 1; 2a 2æ q. 2, a. 3; *Cont. Gent.,* l. I, c. 3-6.

[3] *Rom.,* I, 19-20

4. *Nobis.* Inter homines, sive unus, sive plures sive omnes sunt Revelationis *subjectum.*

5. *Per supernaturalem mentis illuminationem.* Hic indicatur Revelationis *modus,* quo convenientia inter duos conceptus in propositione præter naturales cognoscendi modos manifestatur.

192. — (2) Revelatio passive sumpta definiri potest : *Doctrina vel complexus veritatum quas supernaturaliter Deus nobis manifestavit :* v. g., Revelatio judaica, Christiana. Hæ veritates sunt : (a) vel *naturales,* quæ rationis viribus cognosci possunt : v. g., animæ spiritualitas, (b) vel *supernaturales,* quæ nonnisi ex divina Revelatione percipiuntur : v. g., dogma Incarnationis.

193. — II. Scholion. Falsæ notiones Revelationis.

(a) Rationalistæ quidam dicunt Revelationem esse tantum naturalem cognitionem de Deo et rebus religiosis \

(b) Semi-Rationalistæ (ita *Hermes, Günther)* contendunt Revelationem etiam supernaturalem nihil continere nisi quod ratione intelligi aut probari potest; sic ejus supernaturalitatem negant.

(c) Subjectivistæ originem et notionem Revelationis ab interiori homine desumunt. Inter quos : 1. *Kantius* (f 1804) rejecit omnino religionem supernaturalem, sed retinet vocabulum *Revelationis,* ad significandam *vocem conscientia* seu dictamen rationis practicæ[24] 2. Ejus discipulus *Schleiermacher* (t 1834) tenet Revelationem consistere in *conscientia* nostrarum cum Infinito relationum. 3. Idem fere docet *Ritschl* (t 1899) nempe christianam religionem a Revelatione oriri in eo sensu quod Deus christianam educavit *conscientiam* 4. *A. Sabatier* (τ 1901) idem sic explicat : Religio primario consistit in quodam commercio cum Ente universali, præcipue per orationem. *Revelatio* autem est solum progressiva cognitio Dei intra *conscientiam* se manifestantis «.

[1] Ita Jouffroy *, A. Comte*, Littré*, cer *.

[9] B. Jansen, *La philosophic religieuse de Kant,* Paris, 1934; p. 131-169.

[3] Cf. Baldensperger *, *La Théologie d'A. Ritschl,* Lausanne, 1883.

[4] A. Sabatier*, *Esquisse d'une Philosophie de la Religion,* Paris, 1897, P- 34*35- La révélation ‘‘consiste dans la création, l'épuration et la clarté progressive de la conscience de Dieu dans l'homme individuel et dans l'humanité ”. *Les Religions d'autorité et la Religion de Γesprit,* 1903. — Idem fere tenent Stapfer *, Ménégoz * aliique.

(d) Modemistæ notionem Revelationis agnosticam et subjectivistam tenent, et declarant quod " Revelatio nihil aliud esse potuit quam acquisita ab homine suæ ad Deum relationis *conscientia* ". Ita Revelatio identificatur quodammodo cum conscientia seu sensu religioso, qui ad Deum refertur; sed nulla externa Revelatio admittitur [1]

Sic iterum *Programma Modernistarum* docens Revelationem esse quoddam verbum Dei intra mentem loquentis, quo nobis praebetur solum practica directio ad Deum colendum ejusque voluntatem implendam.

Isti errores retinent *Revelationis* vocem sicut Catholici; sed ejus veram significationem adulterant, negantes sæpe Deum personalem, ordinem supernaturalem, Dei locutionem, atque docentes agnosticismum et merum naturalismum.

II. — De Revelationis Speciebus

194. — Revelatio dividitur ex parte : i. *auctoris,* 2. *modi,* 3. *subjecti* vel *finis,* 4. *objecti.*

(i) Ex parte auctoris. Revelatio est *immediata,* vel *mediata,* (a) Immediata fit quando Deus, sine legato humano, *directe alicui homini* veritatem manifestat per se vel per angelum : v. g., Revelatio Moysi, Prophetis et Apostolis facta, (b) Mediata *fit per interventum alterius hominis,* qui, nomine Dei, aliis communicat veritates ipsi divinitus revelatas et dicitur Dei legatus : qualis est Revelatio, mediantibus Christo et Apostolis, nobis prædicata.

195. — (2) Ex parte modi. Revelatio est *externa* vel *interna,* (a) Externa dicitur quando Deus verbis, imaginibus, signis externis veritatem docet : v. g., Revelatio Apostolis a Christo nuntiata. — (b) Interna fit, si Deus in facultates internas agit ad veritatem manifestandam. Interna vero dicitur *intellectualis* et *imaginaliva.* 1. *Intellectualis*

[1] Hunc errorem exponit et damnat PiusX, in encyc. *Pascendi,* D. B,, 2075; 2145-2147; Decret. *Lament.,* 2020, 2022, 2026. Cf. C. Pesch, *op. cil.,* η. 150. — Ce qu'on appelle révélation n'a pu être que la conscience acquise par l'homme de son rapport avec Dieu " Leur (des conceptions dogmatiques) forme native est une intuition surnaturelle et une expérience religieuse, non une considération abstraite, ou une définition systématique de leur objet " Loisy ;* *Autour <Tun petit livre,* p. 195, 201. Sic etiam Tyrrel ;* art. *Thiologisme-Catholicisme,* in *R. P. A.,* t. IV, 1909, p. 499-^48.

est ea qua intellectus immediate a Deo illuminatur, per species intelligibiles in ipso impressas, ad veritatis revelandæ cognitionem

2. *Imaginativa* fit per phantasiæ imagines et visiones, etc., quæ a Deo immittuntur homini et ei explicantur, ita ut veritas divinitus in eis edocenda rite percipiatur : v. g., Revelatio facta B. Joanni in Apocalypsi.

196. — (3) Ex parte subjecti et finis, Revelatio dicitur *privata* vel *publica :* (a) Privata est quando fit *primario et per se ad utilitatem alicujus hominis* vel paucorum, quamvis per accidens in bonum plurimorum cedat, (b) Publica est, si *primario et per se* editur, *ob utilitatem generis humani* vel saltem alicujus magnae societatis; proinde publica esse potest Revelatio uni homini facta, dummodo non propria, sed totius communitatis utilitas directe intendatur.

197. — (4) Ratione objecti, Revelatio est supernaturalis vel *quoad substantiam,* vel *quoad modum :* (a) Prior est veritatum omnino rationi imperviarum manifestatio.: v. g., mysteriorum Trinitatis, Incarnationis, etc. (b) Posterior veritates ratione naturaliter cognoscibiles docet : v. g., Dei existentiam, præcepta legis naturalis.

III. — De Origine et Supematuralitate Revelationis

198. — (1) De Origine Revelationis. Revelatio est *Dei locutio* seu verbum. Ait enim S. Paulus : " Olim *Deus loquens* patribus in prophetis, novissime locutus est nobis in Filio"[2]. — Sed quomodo Deus hominibus loquatur? Ad locutionem requiritur, ut quis velit alteri sua judicia manifestare eaque testari; quare locutio divina est simul Dei testificatio. Si ergo Deus homini tantum scientiam alicujus rei infundit, non interposita ipsius testificatione, deest divina locutio vel Revelatio.

Deus autem, cum sit purus spiritus, non loquitur voce corporali et sensibili : sed modo spirituali conceptus suos nobis vult manifestare.

[1] *Sum. theol.,* 2» 2æ, q. 173, a. 2; *Cont. Gent.,* I. III, c. 154. — [2] *Hebr.*. I. I, 2.

In veritate revelata distinguendum est elementum duplex, scilicet materiale et formale. *Materiale* consistit in ideis aut verbis quæ in dogmate proponuntur; *formale* vero est conceptuum et verborum nexus qui constituit tale judicium vel talem propositionem. Porro verba et conceptus in revelata veritate sunt res mere humanæ; sed unio conceptuum aut verborum est divina et supematuralis. Deus hanc unionem efficit immediate vel mediate agendo in hominis intellectum modo supradicto (Cf. n. 194).

Proinde veritates revelatae a Deo stricte proveniunt, nempe " sunt e caelo delapsæ ", licet verba quæ ea exprimunt in nostro idiomate et vocabulario inveniantur ».

199. — (2) De Supernaturalitate Revelationis. Revelatio ad ordinem vere supernaturalem pertinet, cujus existentiam, elementa et finem declarat. Est stricte supernaturalis, i. e., vires creatas superans, homini non debita et gratuito concessa a Deo : quod impugnant Semi-Rationalistæ (Cf. n. 193). *Ejus supernaturalitas constat :* (a) ratione *principii :* Revelatio auctorem habet Deum ut gratiæ causam; (b) ratione *finis :* ordinatur ad visionem beatificam; (c) ratione *modi :* nobis communicatur Dei locutione supernatural!; (d) ratione *objecti :* siquidem hominibus mysteria præbet quæ humanam intelligentiam omnino superant. — Hæc " supematuralis revelatio continetur in libris scriptis et sine scripto traditionibus ", juxta *C. Vaticanum* -,

‘ L. Billot, *De Sacra Tradiliene,* Romæ, 1904. p. 81. — Loisy * ait : " Les conceptions que l'Eglise présente comme des dogmes révélés ne sont pas des vérités tombées du ciel et gardées par la tradition religieuse dans la forme précise où elles ont paru d'abord ", *L'Evangile et TEglise,* p. 202. Quem errorem damnatur a decret. *Lament,* prop. 22 : " Dogmata quæ Ecclesia perhibet tanquam revelata, non sunt veritates e celo delapsæ, sed sunt interpretatio quædam factorum religiosorum quam humana mens laborioso conatu sibi comparavit". D. B., 2022. Cf. E. Portalié, art. *Le Dogme et Γhistoire,* in *Bulletin ecclis. de Toulouse,* 1904, p. 70-80. — 1 D. B., 1787.

CAPUT II

De possibilitate et Convenientia Revelationis[1]

200. — Conspectus.

1. *Immediata* Revelatio est possibilis; plane convenit.
2. *Mediata* Revelatio est possibilis; valde convenit.
3. *Mysteriorum* Revelatio.
   (a) Mysterii notio, species.
   (b) Ejus Revelatio possibilis est; valde expedit.

Disputabimus de *possibilitate* Revelationis : i. *immediata,* 2. *mediata,* 3. et *mysteriorum.*

I. — De Immediata Revelatione

201. — Status quæstionis.

(a) Errores. *Theistce* et *Rationaliste* non pauci qualemcumque rejiciunt Revelationem, utpote divinis perfectionibus et humanæ naturæ repugnantem.

(b) Catholici econtra affirmant immediatæ Revelationis possibilitatem intrinsecam et extrinsecam simulque convenientiam.

202. — Thesis. Revelatio immediata possibilis[2] est et plane convenit. Philosophice *certum,* theologice *defide.*

Ecclesiae magisterium.

C. Vaticanum definit : " Si quis dixerit fieri *non posse* aut *non expedire* ut per revelationem divinam homo de Deo

[1] D. B., 1785-1788; 1806-1809; S. Thom., *Cont. Genl.,* I. I, c. 3-6; Valsecchi, *De fundamentis Religionis,* I. II, c. 6; Perrone, n. 5 sq. ; Jungmann, n. 68 sq. ; Lambrecht, p. I., c. 2: Hettinger, § I4-I5? Hettinger-Bowden, *Revealed Religion,* ch. I, p. 27 sq. ; Mazzella, n. 91 sq. ; Ottiger, p. 57; Gondal, *Surnaturel,* Paris, 1804, p. 305 sq.; Garrigou-Lagrange, *De Revelatione,* 1. I, p. 56 sq.

[2] Quando loquimur de *possibilitate* et *convenientia* Revelationis vel mysterii, vel cujusque rei intrinsece supematuralis, agitur tantum de *possibilitate* et *convenientia negativa;* non autem *positiva,* quæ probari nequit ratione sola quando agitur de objecto supernatural!.

cultuque ei exhibendo edoceatur; A. S. " ». PlUS IX jam damnaverat in *Syllabo* propositionem : " Divina revelatio non solum *nihil prodest,* verum etiam *nocet hominis perfectioni* " *a.*

203. — ***P Pars.*** Possibilis est.

Possibilis est immediata Revelatio, si non repugnat ex parte : i. *Dei* revelantis, 2. *hominis* Revelationem recipientis, 3. *veritatis revelata,* 4. *finis* Revelationis. Atqui ita est Ergo.

Non repugnat : (1) Ex parte Dei revelantis. Nam Deus revelare potest *physice* et *moraliter :* (a) Potest *physice.* Etenim Deus est : 1. *omniscius* et omnes noscit veritates quæ nos latent : 2. homini *prasentissimus* 3; 3. simulque *omnipotens.* Et sic nobis suam veritatem, sive externe sive interne manifestare valet, multo facilius quam homo, ab Ipso creatus et loquela donatus, potest alium hominem edocere. An negabimus Causæ primæ perfectiones quæ in suis creaturis elucent?

(b) Potest *moraliter.* Revelatio enim attributis divinis non repugnat : 1. nec *majestati :* qui enim hominem creare dignatus est, potest illæsa dignitate eum alloqui et gubernare; 2. nec *immutabilitati :* non est enim consilii mutatio sed ætemi decreti executio; 3. nec *sapientia :* qui revera dedit homini media apta ad finem attingendum, potest alia superaddere media aptiora, et sic firmare ordinem a se sapienter institutum.

204. — (2) Ex parte hominis Revelationem accipientis. Homo eam accipere potest *physice* et *moraliter.*

(a) Potest *physice.* Est enim capax doctrinam quamlibet audire, discere, intelligere ab humano magistro fallibili ; ergo a fortiori revelatam a Deo qui nec falli nec fallere potest veritatem accipere. Aliunde adsunt certissima signa ad Dei revelationem cognoscendam (Cf. n. 264 sq.)

(b) Potest *moraliter.* Etenim Revelatio hominis naturae non repugnat : 1. Rationis *dignitatem* non lædit : nihil dignius quam audire magistrum scientia et auctoritate pol-

[*] Sess. III. *De Revelatione,* can. 2; D. B., 1807, cf. 1808.
[-] D. B., 1706. — [3] *Sum. theol.,* r, q. 8, a. 3.

lentem; nihil liberius et securius quam amplecti veritatem testimonio infallibili propositam et comprobatam.

2. *Autonomiam rationis* non violat : ratio enim in omnibus pendet et a veritate ad quam admittendam cogitur, et a Deo, veritate suprema, qui ei fidem imperare potest Sed Revelatio verum docet et a Deo ipso annuntiatur.

(3) Ex parte veritatis revelatae. Veritas omnis est intellectus objectum; aliunde veritas revelata ex se summe intelligibilis est. Igitur veri manifestatio, sive ab homine sive a Deo fiat, nostræ rationi proportionatur.

(4) Ex parte finis Revelationis. Etenim Deus religionem revelat ut homo supernaturalem finem acquirat, multas naturales veritates securius cognoscat et fidem elicere queat. Porro hæc omnia rationi consentanea sunt, ut ex dicendis patebit.

205. — ***IPPars.*** Plane convenit.

(a) Ex parte Dei. Revelatio enim melius commendat ejus attributa : v. g., omnipotentiam, prout est miraculum; sapientiam, quia ad salutem ducit; bonitatem, quia hominem elevat ad intimiorem cum Deo communicationem ; scientiam, utpote secreta divina manifestans.

(b) Ex parte hominis. Etenim multas ei præbet utilitates : ejus *intellectum* a plurimis erroribus præservat et ad veritates superiores elevat. Præterea ejus *voluntati* proponit bona supernaturalia maxime pretiosa et divina præcepta, quæ in virtutum viam trahunt et dirigunt animam.

II. — De Mediata Revelatione

206. — Status qUæstionis.

(a) Errores. Mediata Revelatio (Cf. n. 194) impugnatur a quibusdam *Rationalises* et a multis *Pseudo-mysticis,* quum non posset cum sufficienti certitudine discerni et hominum æqualitati opponeretur.

(b) Catholica doctrina. Propugnat Revelationem, quæ fit mediante legato divino, esse possibilem et congruentem.

l *C. Vatican.,* sess. **III,** cap. 3; D 1810.

207. — Thesis. Revelatio mediata possibilis est et valde convenit. Philosophice et theologice saltem *certum*.

Ecclesiae magisterium.

C. Vaticanum docet : " Si quis dixerit revelationem divinam.?.' *sola interna cujusque experientia aut inspiratione privata* homines ad fidem moveri debere; A. S. "[1].

208. — ***PPars.*** Possibilis est.

Possibilis est mediata Revelatio, quæ non repugnat ex parte *Dei* et *hominis*. Atqui hoc habetur. Ergo.

Non repugnat : (i) Ex parte Dei. Deo denegari nequit jus et potestatem quam homines' habent absentibus per legatos et litteras loqui. Revera Deus potest immediatam Revelationem suo legato facere, ex dictis (Cf. n. 203) ; postea locutionem suam a legato dictam comprobare signis divinis authenticis, i. e., miraculis; denique eamdem locutionem sine corruptione servare, sua Providentia ordinaria vel extraordinaria mediante[2].

(2) Ex parte hominis. Etenim mediata Revelatio non obstat : (a) *Necessariæ certitudini* quam Dei legatus præbere debet : nam humanum testimonium debitis vestitum qualitatibus et approbatum miraculis dat veram certitudinem de Revelationis possessione a legato qui illud profert, (b) *Æqualitati hominum*. Talis æqualitas consistit in eo quod homines singuli a Deo creati, ad eumdem finem directi, per eamdem sanctitatis viam, cælum obtinere valent; non vero in possessione earumdem qualitatum intellectualium aut physicarum, ut patet, vel eorumdem supernaturalium donorum : v. g., Revelationis. Qui vero mediatam Revelationem tantum accipiunt magnam sanctitatem non raro possident[3].

209. — ***IIa Pars.*** Valde convenit.

(i) Ex parte Dei. Revelatio mediata conformis est divinæ Providentiae, quæ leges *unitatis* et *simplicitatis* servat.

[1] *C. Vatican., De fide,* can. 2; D. B., 1812; cf. 1789.

[2] *Sum. theol., 2* 2*,* q. 2, a. 6.

[3] Ad fusiorem hujus quaestionis solutionem, videre potes *Censure* de Z'*Emile* apud Migne, *Theol. Cursus,* II, p. 1136 sq.

(a) *Unitatis.* Quæ a Deo sunt, sapienter ordinata sunt.[1] Sic *in ordine naturali* voluit vitam, scientiam et virtutem a parentibus filiis communicari, et ita cunctos in societate multiplici vinculo inter se connecti. Pariter *in ordine supernatural*^ qui naturalem imitatur, decet ut doctrina revelata non singulis immediate a Deo manifestetur, sed paucis tantum qui eamdem ceteris tuto transmittant Hoc doctrinæ vinculo spiritualis societas partim efformatur atque servatur.

(b) *Simplicitatis.* i. Non solet Deus miracula sine ratione multiplicare. Atqui, si unicuique fieret immediata Revelatio, pro unoquoque multiplicanda essent Revelationis signa; ideoque semper et ubique miracula fierent.

2. Præterea Deus gubernat inferiores homines per superiores qui sunt ipsius ministri. Ita Revelationem suam generi humano transmittit per legatos, qui ejus ministri sunt et quibus, in sua bonitate, cooperatorum suorum dignitatem communicat.

(2) Ex parte hominis. Mediata Revelatio : (a) *Respondet nostræ natura docibili.* Homo enim, cum sit naturaliter socialis et docilis, *pronus* est ad veritatem accipiendam ab aliis, quos scit doctiores aut divinitus inspiratos, ut constat ex *religionum historia,* quæ testatur Indos, Persas, Græcos, Romanos, Arabes, etc., Revelationi mediatæ libenter adhæsisse.

(b) *Securius* nos ducit juxta Dei beneplacitum. Etenim Revelatio mediata certo discerni potest per signa externa seu miracula, quæ ejus divinam originem sigillant; et proinde a doctrinis privatis non divinis sapienter distingui.

(c) Nos ab *hallucinationibus* et *fanatismo preemunit.* Nam in hypothesi immediatæ Revelationis pro singulis, via facile aperitur *hallucinationi* et actibus *fanatisnii :* multi enim, teste historia, suæ phantasiae fallacias pro divinis Revelationibus accipiunt et juxta eas agunt; nec unquam ab erroribus suis poterunt revocari, cum' proprias opiniones pro Dei voce authentica habeant : (ut accidit in sectis : v. g., Anabaptistarum, quæ privatam inspirationem

[1] *Sunt, theol.,* I, q. 22, a.' 3; *Cont. Gent.,* l. Ill, c. 155.

facilius vitantur.

III. — De Mysteriorum Revelatione [1]

Indicabitur mysteriorum : i. *notio et divisio,* 2. *possibilis Revelatio.*

i° De notione et divisione mysteriorum

210. — i° Definitio.

(A) Etymologica. i. *Mysterium,* (græce μυστήριον), significat aliquid obscurum, absconditum vel ignotum. 2. Apud *Paganos* designabat illos ritus qui coram solis initiatis perficiebantur v. g., mysteria Mithræ, Eleusis. 3. Apud *sacros auctores* V. et N. Testamenti, indicat sive secreta in genere, sive secreta Dei, sive sacramenta quorum cognitio ad salutem requiritur; præsertim vero secretas Dei vias circa hominum salutem per Christum 3. I

(B) Realis. (1) In sensu *lato* : (a) *Mysterium in genere* est *veritas excedens nostrum intellectum.* Quod fit : vel *per accidens,* v. g., ex defectu culturæ aut propositionis convenientis; vel *per se,* si objectum intrinsece vim rationis superat

(b) In *specie,* mysterium late dictum designat : I. Veritates quarum naturaliter cognoscere possumus vel existentiam tantum, vel essentiam tantum : v. g., leges scientificas, secreta cordium. ·73

2. Veritates quarum ratione essentia cognosci potest non vero existentia nisi ex divina Revelatione : v. g., Ecclesiæ infallibilitas. Hæc sunt mysteria *theologica improprie dicta.*

[1] Cf. Janssen, *Histoire du peuple allemand,* t. III-IV ; DD. Baudrillart, in Z>. *T. C.,* t. I, çpl. 1128-1134. Quam thesim expositam invenies in opere M. Barres, *La colline inspirée.*

[2] D. B., Index Ib; 1795. '79^î 1816, 1817; Hurter, n. 3 sq. ; Schouppe, n. 85 sq. ; Garrigou-Lagrange, *De Revelatione,* 1. I, c. X ; L. Gondal, *Mystère et Révélation,* Paris, 1905 ; A. Michel, art. *Mystère,* in *D. T. C.*

211. — (2) In sensu *stricto*.

(a) *C. Vaticanum* hæc docet : " Divina *mysteria* suapte natura *intellectum creatum* sic *excedunt* ", ut nisi revelata innotescere possint, quæque, " etiam revelatione tradita et fide suscepta, quadam quasi caligine obvoluta manent" l.

(b) Mysterium *theologicum proprie dictum* sic definitur : *Veritas quam intellectus creatus nequit per se invenire, nec, etiam post ejus Revelationem, comprehendere et demonstrare intrinsece :* v. g., mysterium Trinitatis.

212. — 20 Divisio.

Mysteria dividuntur præsertim in *naturalia* et *supernaturalia* seu *theologica.*

(a) *Naturalia* sunt veritates, quarum *existentia* nos latet, i. vel quia tantum non manifestantur : v. g., cogitationes internae; vel quia experientia eas attingere nequit : v. g., mirabilia in firmamento; 2. vel quarum *existentia* naturaliter cognoscitur, non vero *essentia* nisi imperfecte : v. g., natura vitæ vegetativæ aut animalis, corporum compositio, leges attractionis, etc.; item creatio ex nihilo, unio substantialis animae humanæ cum corpore, concordia libertatis humanae cum divina praescientia, etc. 2.

213. — (b) Mysteria *supernaturalia* seu *theologica* sunt duplicis ordinis : 1. Alia dicuntur *secundi ordinis* et sunt veritates quarum *existentiam* naturaliter detegere nequimus, sed quarum *essentiam* intelligere valemus, statim ac revelatae sunt : v. g., Ecclesiæ infallibilitas, suprema R. Pontificis auctoritas.

2. Alia vocantur *primi ordirtis* et sunt veritates ita intellectum creatum superantes ut mens non possit earum *existentiam* naturaliter cognoscere, neque earum *essentiam* intrinsece intelligere etiam post Revelationem : v. g., Incarnationis mysterium. Hæc *ultima tantum* sunt *mysteiia stricte* et *proprie* dicta, de quibus hic agimus.

l Sess. III, cap. 4; D. B., 1795. ı79δ·

' Pascal merito aiebat : " La dernière démarche de la raison est de reconnaître qu'il y a une foule de choses qui la dépassent H. Poincaré, in Parisiens! Academia dicebat : " Quelque loin que la science pousse ses conquêtes, son domaine sera toujours limité; c'est tout le long de ses frontières que flotte le mystère; et plus ces frontières seront éloignées, plus elles seront étendues".

214. — Scholia.

(a) Errores. De mysteriis stricte dictis in genere : (a) *Rationaliste* affirmant eorum impossibilitatem imo et repugnantiam, et sæpe ea erronee exponunt. (b) *Semi'-Rationaliste,* ut Günther, docent econtra omnia mysteria Christiana solis rationis viribus cognosci aut demonstrari posse.

(b) Doctrina catholica. Ecclesia mysteriorum supernaturalium declarat naturam, possibilitatem, existentiam, originem divinam, trans^endentiam relate ad omnem intellectum creatum, moriientum in Revelatione Christi et catholico dogmate : quæ omnia, in theologiæ decursu, fusius evolvuntur ».

2' De possibili revelatione mysteriorum

215. — Status quæstionis.

(a) Errores. *Rationaliste* omni modo impugnant religiosum mysterium, cujus existentiam ut impossibilem negant vel quod puerile, absurdum et rationi humanæ radicaliter oppositum æstimant.

(b) Doctrina catholica. Ecclesia definit mysteria stricte sumpta, declarat ea existere et a Deo revelari, atque esse hominibus intelligibilia et perutilia etiam ad morales veritates ordinis naturalis certo acquirendas, denique ad salutem necessaria

216. — Thesis. Mysteriorum Revelatio possibilis est et valde expedit. Philosophice *certum,* theologice *de fide.*

Ecclesiae magisterium.

C. Vaticanum definit : " Si quis dixerit, in Revelatione, *nulla vera et proprie dicta mysteria contineri;* A. S.3.

217. — *Ia Pars.* Possibilis est.

Possibilis est mysteriorum Revelatio quæ non repugnat ex parte : 1. *Dei,* 2. *hominis,* 3. *mysterii* revelati. Sed talis est hæc Revelatio. Ergo. **I**

Non repugnat : ■

(1) Ex parte Dei. Etenim mysteria *existunt* in Deo, atque a Deo *cognosci* et *manifestari* possunt, (a) Mysteria *existunt* in Deo. 1. In mundo finito, creato et visibili adsunt plurima mysteria. Ergo a fortiori in Deo increato et infi-

11 B., 1795, U96; 1816, 1818. —a D. B., 1671, 1673, U95. 1796, 1818.
l *C. I atican.,* Sess. III, *De Fide et Ratione,* can. 1 ; D. B., 1816: cf. 1807.

nito. 2. Præterea essentia divina, cum sit actus purus, gaudet infinita intelligibilitate, quare in infinitum excedit omnem creatum intellectum. 3. Aliunde Deum naturaliter cognoscimus nonnisi deficienti modo, scilicet per creaturas, quæ imperfecte divina attributa repraesentant et quas imperfecte novimus. Proinde in rebus divinis multa sunt quæ mentem nostram excedunt.

(b) *Cognoscit* Deus hæc mysteria, siquidem illimitatam scientiam possidet. Aliunde in ipso, intelligere est esse : proinde totaliter comprehendit suam essentiam, vitam intimam, suæ vitæ participationem et operationes, scilicet altissima religionis mysteria.

(c) Ea *manifestare* potest. Sicut doctus indocto aliquam veritatem pro captu notam facit, ita Deus a fortiori mysteria sibi nota *revelare* valet, quantum homo potest ea intelligere, videlicet modo *analogico.* (Cf. n. 195, 198).

218. — (2) Ex parte hominis. Mysteriorum Revelatio non adversatur hominis *intellectui* aut *voluntati,* (a) *Non intellectui.* Etenim huic non contradicunt mysteria : 1. *quatenus sunt veritates altioris ordinis,* nam sæpe ratio existentiam veritatum quæ suum captum superant, probat; 2. vel *quaternis recipiuntur in intellectu,* siquidem Revelationes in genere et speciatim mysteria analogicis conceptibus repræsentari possunt (Cf. n. 219); 3. vel *quatenus demonstrationem non habent,* quia, etiam in naturali ordine, plures sunt veritates indemonstrabiles. Aliunde mysterio revelato assentimus, quia Deus sciens et verax illud manifestavit. Sed talis assensus est omnino rationabilis et ideo non intellectui repugnans r.

l Juxta plures *doctrina immanentia* defensores, nulla veritas mentem nostram ingredi potest quin *postuletur* ab alia quam prius percepimus. Ita praesertim E. Le Roy *Dogmeet Critique*^ Paris, 1907, p. 9-10 : " Ainsi, *aucune vérité n'entrejamais en nous* que *postulée* par ce qui la précède à titre de complément plus ou moins *nécessaire,* comme un aliment qui, pour devenir nourriture effective, suppose chez celui qui la reçoit des dispositions et préparations préalables, à savoir l'appel de la faim et l'aptitude à digérer — Sed *graviter errant,* quia maxima latet æquivocatio sub illa voce "*postuletur".* Equidem nulla veritas nobis ab extrinseco proponi potest, nisi jam in mente ideas habeamus per quas *analogice* saltem concipere valeamus sensum veritatis revelatæ. Sed minime requiritur ut veritas revelata cum prioribus ideis stricte connectatur, seu ab eis absolute *exigatur.* Satis est, si inter has et illam nulla sic contradictio.

(b) *Nec voluntati.* Humana enim voluntas jus habet imperandi intellectui ut tale revelatum mysterium accipiat, cum ratio ostendat hanc adhæsionem esse legitimam et pro morali vita pretiosissimam.

219. — (3) Ex parte mysterii revelati, (a) Mysterium enim non est *contra rationem* scilicet aliquid absurdum, inintelligibile, oppositum evidentibus principiis rationalibus; quod calumniose asserunt Rationalistæ [2] (b) Mysterium est *tantum supra rationem* [3], juxta definitionem prædictam (Cf. n. 213) : est *indemonstrabile* per naturalia argumenta, sive ante, sive post ipsius Revelationem ; *incomprehensibile,* i. e., ejus totalis veritas intima penetrari nequit ab intellectu creato. (C) Sed mysterium est omnino *intelligibile,* sive *in se,* sive *quoad nos.* I. *In se :* siquidem est manifestatio vitæ et activitatis Dei qui summe intelligibilis est. 2. *Quoad nos:* nam in Revelatione mysterium nobis proponitur intelligibili modo. Deus revelans conceptibus et verbis nostris naturalibus utitur, ad exprimendum non directe, sed *analogice,* res divinas in mysterio contentas. Ita in Revelatione Trinitatis, Deus nostros sumit conceptus *naturæ* et *persona,* quorum sensus notus est, et nobis affirmat *tres* esse *personas* in *una natura* divina. Intelligimus aliquem nexum convenientiæ inter hujus propositionis terminos adesse. Credimus rem *sic esse,* licet minime videamus *cur* et *quomodo sit :* inter hos conceptus non percipimus quidem convenientiam intrinsecam et positivam, sed nec ullam repugnantiam ; et denique propter auctoritatem Dei revelantis convenientiam existere rationabiliter confitemur [4].

Hinc *C. Vaticanum,* antequam declaret mysteria excedere omnem creatum intellectum, affirmat quod "ratio, fide illustrata,

[1] D. B., 163459., 1649, 1706.

[2] *Falsum* est ergo, si stricte sumitur, illud effatum quod immerito Tertulliano tribuitur : " *Credo, quia absurdum* ", quasi motivum fidei esset ipsa absurditas. Sed recte dicitur, juxta Scripturam, multa esse stulta, inania, impossibilia apud homines, quæ eo magis sunt sapientia, possibilia, imo mirabilia apud Deum. — Quoad mentem Tertulliani, qui de morte Christi scripsit. *P. L.,* t. II, 761 : "Prorsus credibile est, quia ineptum", cf. Aâhémar d'Alès, *La Théologie de Tertullien,* Paris, 1905, p. 33-36; *J. V.* Bainvel, *De vera religione,* Paris, 1914, p. 163. — [3] D. B., 1671, 1795.

[4] "Nimi» stultitiæ esset homo, si ea quæ divinitus revelantur falsa esse suspicaretur, ex hoc quod ratione investigari non possunt". *Cont. Gent,,* l. I

aliquam, Deo dante, *mysteriorum intelligentiam eamque fructuosissimam* assequitur ”[x].

220. — ***IIa Pars.*** Valde convenit.

(1) Ex parte Dei. Revera evidens est Deum *omniscium* et *infinitum* cognoscere secreta, i. e., suæ essentiæ mysteria impervia omni creaturae. Aliunde convenit Deo *optimo,* ut se homini communicet inchoative in terris per Revelationem, quam complebit visio beatifica in cælo. “ Pertinet ad rationem boni, ait S. Thomas, ut se aliis communicet. Unde ad rationem Summi Boni pertinet quod summo modo se communicet ”[a].

221. — (2) Ex parte hominis, (a) Etenim rationi consentaneum est credere magistro doctiori et probo, nobis proponenti rem quam intelligere non possumus; ergo a fortiori fidem adhibere Deo myster'a edocenti '.

(b) Praeterea mysteriorum Revelatio homini affert utilitatem *intellectualem* et *moralem.* i. *Intellectualem.* Etenim cognitio etiam imperfecta rerum altissimarum et præsertim Dei elevat et perficit rationem : “ De rebus nobilissimis, inquit *Angelicus,* quantumcumque imperfecta cognitio maximam animæ perfectionem confert. Et ideo, quamvis ea quæ supra rationem sunt ratio humana plane capere non possit, tamen multum sibi perfectionis acquiritur ”[4].

Insuper *negative* ab erroribus de re morali et religiosa mentem defendit; atque *positive* cognitionem nostram et theologiam illuminat, plurima dubia solvit et plura docet ex quibus melius etiam res haturales nobis innotescunt.

2. *Moralem.* Hæc Revelatio superbiam refrenat, rationis limites revocando; nobis præbet occasionem exercendi virtutes : fidem, spem, religionem et gratitudinem; uno verbo, modo perfectiori hominem Deo conjungit [s].

222. — Objectionum solutio.

(1) Mysteria sunt *rcvelabilia et simul incomprehensibilia :* quod repugnat. — R. Mysteria revelari queunt, quia sunt inteliigibilia in se et quoad nos, ut constat ex dictis (Cf. n. 219). Possunt

[1] *C. Vatican.,* sess. III, cap. 4; D. B., 1796. — [3] *Sum. theol.,* 3, q. I, a. I.
[4] *Cont. Gent.,* l. I, c. 3. — [x] *Cont. Gent.,* l. I, c. 5.
[s] Mazzella, *De Religione et Ecclesia,* n. H2.

autem esse simul *intelligibilia,* i. e., cognoscibilia vere; et simul *incomprehensibilia,* ita ut eorum intelligibilitas nec intrinsece nec adæquate perspiciatur.

(2) Humana mens intelligit *tantum per conceptus a creaturis desumptos.* Atqui mysteria per hos conceptus percipi nequeunt. — R. *Cone, major. Dist. minor.* Conceptibus naturaliter acquisitis mysteria non possunt intelligi *cognitione propria,* i. e., per species ipsius rei cognitæ. C.; *cognitione analogica,* seu per creatarum rerum species quæ similitudinem quamdam habent cum mysterio cognoscendo. *N.* Hinc scribit S. Augustinus: "Credimus Jesum natum de virgine quæ Maria vocatur. Quid sit autem *virgo,* quid sit *nasci,* et quid sit *nomen proprium* non credimus, sed novimus"[*].

(3) Mysteria, utpote *veritates supernaturales,* ab intellectu nostro *naturali* attingi nequeunt. — R. *Nego.* Intellectus enim suum objectum apprehendere potest. Atqui Deus, etiam' in suis mysteriis, excedit quidem objectum *proprium,* non autem objectum *adeequatum* intellectus nostri. Objectum *proprium* intellectus est quidem essentia rerum sensibilium; sed ejus objectum *adeequatum* est *ens secundum totam suam latitudinem,* proindeque etiam deitas in sua intima natura, dummodo tamen vis intellectus divino lumine corroboretur'.

223. — Corollaria.

(1) Possibilis est Revelatio *ordinis supernaturalis* in genere et *veritatum supernaturalium* in specie: mysteria enim sunt præcipuum hujus ordinis elementum et primariæ veritates supernaturales.

(2) *Positivorum prezceptorum Revelatio.* Hæc præcepta positiva non e natura, sed e libera positivaque Dei voluntate pendent: v. g., præcepta ritualia, etc. (a) Eorum *Revelatio est possibilis:* cum Deus sit omnium hominum Dominus, jure eis leges imponere potest, (b) Eadem Revelatio etiam *convenit.* Deus enim supremus omnium creator, majori pollet auctoritate quam humani principes; isti autem convenienter leges positivas condunt ut societatis bonum promoveatur. Ergo *a fortiori* Deus sapientissimus positivas leges statuit, tum ad supremum suum dominium vividius manifestandum, tum ad statuta legis naturalis, præsertim in iis quæ ad divinum cultum spectant, distinctius determinanda. Quod magis patebit ex modo dicendis, ubi de *necessitate Revela-*

[*] S. August, *De Trinit.* l. VIII, c. 7.

' Cf. Garrigou-Lagrange, *op. cit.,* p. 212 sq., ubi erudite et late hanc difficultatem solvit.

tionis. (Cf. n. 232-243). (c) Imo, data elevatione ad supernaturalem ordinem, *valde utilis et moraliter necessaria* videtur Revelatio positivorum Dei præceptorum, sine quibus opera supernaturalia vix ægre adimplerentur et proinde fides ipsa deficeret

Nec dicatur : Hujusmodi præcepta *opprimunt humanam libertatem.* — Resp. Hæc libertas justis legibus non læditur, sed dirigitur et ad majora acquirenda merita eo felicius juvatur quo Deus, statuendo præceptum, simul vires opportunas ad illud implendum voluntati affert.

CAPUT II

De necessitate Revelationis

224. — Conspectus.

De necessitate Revelationis.

1. Quoad *religionis naturalis veritates.*	2. Quoad *supernaturales veritates.*
Status quæstionis.	Status quæstionis.
Revelatio est *necessaria.*	(a) Revelatio est *physice necessaria.*
(a) non *physice* : constat directe et indirecte.	(b) Revelatio est non necessaria, sed *conveniens,* extra ordinis supernaturalis hypothesim.
(b) sed *moraliter* : probatur argumento tum historico, tum psychologico.	

Revelatio divina est non tantum possibilis et conveniens, sed etiam necessaria. De hac necessitate nunc agendum est et quæritur *utrum Revelatio sit necessaria* ad cognoscendum : i. tum ipsas *religionis naturalis veritates,* 2. tum *veritates supernaturales.*

225. — Praenotiones. (i) Necessitatis notio et species. (a) Necessitas dicitur id vi cujus aliquid non potest non esse, (b) Theologi et philosophi distinguunt necessitatem : i. *Absolutam,* quæ fundatur in principiis intrinsecis rei : v. g., necesse est triangulum habere tres angulos duobus

rectis æquales. 2. *Hypotheticam,* quæ fundatur in ejus causis extrinsecis. — Hæc autem iterum *dividitur* in necessitatem *physicam* [1] seu *strictam,* in qua tale medium exigitur ut talis finis attingatur, e. g., necessitas cibi ad vivendum; et *moralem* [2] quæ consistit in maxima utilitate ad effectum producendum. — Necessitati *stricta* respondet *impotentia physica,* necessitati autem *morali* opponitur *impotentia moralis* [3].

(2) Doctrina catholica summatim sic exponitur. Revelatio divina considerata: 1. quoad *veritates* religiosas *ordinis naturalis,* dicitur *hypothetice necessaria* non physice sed moraliter; 2. quoad veritates *supernaturales,* asseritur *physice necessaria,* sensu infra explicando. Unde duplex erit articulus: I

ARTICULUS I

De necessitate divinæ Revelationis quoad religionis naturalis veritates

226. — Status quæstionis.

(A) Errores. De hac re sunt errores oppositi: 1. *per excessum,* 2. *per defectum.* (1) *Per excessum.* (a) *Rationalistæ,* v. g., *Rousseau, Cousin, Jouffroy, J. Simon, P. Janet,* necessitatem Revelationis omnino respuunt, asserentes tantam esse vim humanæ rationis ut, sine ullo auxilio extrinseco, ea omnia quæ ad religionem pertinent certo cognoscere *physice atque moraliter* valeat, (b) *Evolutionists* tenent continuo scientiæ progressu omnes veritates etiam religiosas ratione inveniri posse [4].

[1] Notetur hanc necessitatem *physicam* seu *strictam* vocari etiam *absolutam* in hypothetico ordine in quo existit (Cf. n. 232, 246).

[2] Ne confundas hanc *moralem* necessitatem cum necessitate *ethica.* i. e., in ordine morum, quæ etiam *moralis* sæpe vocatur.

[3] *Sum. theol.,* I, q. 82, a. 1.

[4] S. Thom., *Cont. Gent.,* 1. I. c. 4; *Sum. theol.,* I, q. I, a. 1; 2a 2æ, q. 2, a. 4; Garrigou-Lagrange, *De Revelat.,* 1. I c. XIII; Hooke, apud *Migne. Theol. Curs.,* t. II. p. 463 sq.; Valsecchi, *De Fundam, religionis.* 1. II, c. i sq.; Card. Dechamps, *La Question Religieuse,* t. I, c. 3; Bfugère, n. 21 sq.; Jungmann, n. 90 sq.; Mazzella, n. 114 sq.; Lambrecht, p. 246 sq.; Ottiger, p. 97; Hettinger, *op. cit.,* § 16-17; Hettinger-Bowden, *op. cit.,* ch. II, p. 44 sq.; Weiss, *Apolog. du christ.,* t. I, 8· Conf., P- 337 sq.; Gondal, *Surnaturel.* 1894, 1. III, p. 352 sq.; Abbé de Broglie^ *Les Fondements intellectuels de la Foi.* 1905, p. 83-96.

[5] D. B., 1705·

(2) Per defectum. *Traditionalistes* et *Fidsista,* ex adverso, docent Revelationem esse *absolute necessariam,* quia humana ratio physice impotens est ad has veritates cognoscendas. Ita *D. Huet,* (t 1721), *de Bonald* (+ 1840), *Bautain* (t 1867), *Ubaghs* (t 1875), *Ventura* (t 1861), *Bonnetty* (t 1879) paucique alii.

(B) Catholici hos excessus vitant, sequentes, juxta *C. Vaticanum,* doctrinam Ecclesiae traditionalem quam statim probamus.

227. — Thesis. Generi humano, in præsenti conditione, ad cognoscendam expedite, firmiter et nullo admixto errore, summam veritatum rationalium religionem naturalem spectantium, Revelatio necessaria est non physice sed moraliter. Theologice *certum.*

Explicatur.

(a) *Generi humano.* Hæc necessitas affirmatur non de uno vel altero homine sapientissime in determinatis circumstantiis; sed de humana collectivitate, incapaci has veritates per seipsam omnibus docendi.

(b) *In præsenti conditione,* i. e., quale nunc genus humanum existit, in statu naturæ lapsae et reparatae, cum infirmitate et passionibus, in quo Deus indigentiae nostrae occurrens naturalia auxilia non præbet.

(c) *Ad cognoscendum cum firma certitudine.* Nunc agimus non de quacumque cognitione implicita, obscura vel conjecturali; sed de scientia certa, clara et omnibus obvia, qua indiget genus humanum ad vitam moralem incessanter regendam.

228. — (d) *Summam veritatum.* Sic designatur non una vel altera veritas religiosa, sed complexus illarum veritatum quibus religio et virtutum exercitium reguntur. Praecipuae sunt : cognitio Dei unius et providi, primi omnium rerum principii atque ultimi finis; immortalitas animae; summaque officiorum quæ homo implere debet erga Deum, proximum et seipsum.

Religionem naturalem spectantium. Loquimur non de omni veritate naturali profana, vulgari aut scientifica; sed tantum de veritatibus ad vitam moralem naturalem necessariis.

(e) *Revelatio.* Ad sublevandam hominis impotentiam relate ad harum veritatum cognitionem, Deus potuisset

auxilium naturale speciale adhibere; sed, de facto, generi humano suam Revelationem dedit.

(f) *Necessaria est non physice sed moraliter.* Revelatio est necessaria in ordine praesenti modo hypothetico. Sine illa enim genus humanum potuisset physice sed non moraliter summam religiosarum veritatum naturalium acquirere. Quare Revelatio ad hunc finem obtinendum est necessaria : i. *non physice,* nam facultates nostræ non sunt intrinsece impares ad naturales cognitiones; 2. *sed inoraliter,* quia ratione difficultatum et obstaculorum externorum vel internorum, hæc cognitio religiosa propriis viribus acquirenda de facto plerisque impossibilis evadit '.

229. — *P Pars.* Revelatio divina non est physice necessaria. Contra *Traditionalistas* et *Fideistas.*

Ecclesiæ magisterium.

C. Vaticanum (Cf. n. 232) declarat has veritates *rationi humana per se non impervias,* et definit quod Dei existentia *naturali rationis lumine certo cognosci potest*[2].

Probatur : I. *directe,* 2. *indirecte.*

230. — (1) Directe, (a) Revera omnes veritates ad religionem naturalem spectantes intellectui nostro proportionantur : virtualiter enim continentur omnes in iis quæ recta ratio cognoscere potest de Deo et homine per creaturas, (b) Aliunde si Revelatio esset physice necessaria ad religionem naturalem servandam, esset debita humanæ naturæ titulo creationis, et proinde non esset vere supernaturalis.

231. — (2) Indirecte. *Fideismus et Traditionalismus sunt rejiciendi.* Etenim : (a) *Sihi contradicunt,* nam ponunt Revelationem homini physice necessariam seu exigitive debitam ad religionis naturalis cognitionem et simul docent eamdem esse supernaturalem seu stricte ei indebitam.

(b) *Adversantur experientia.* Revera de facto, quidam philosophi gentiles de Deo et vita morali veritates separatim docuerunt, quas non acceperunt a Revelatione, sed solo lumine rationis invenerunt.

[*] P. Synave, *La radiation des vérités naturelles d'après S. Thomas,* Paris, 1930. — *3 Sens. Ill,* cag..*, *De Revelat.;* D. B., 1786, 1806.

C) *Falsa habent consectaria.* His opinionibus positis, dicenclum est Deum insipienter hominem creasse carentem sufficientibus mediis ad ejus finem; Apologeticam esse omnino impossibilem, fidemque christianam carere præambulis ratione cognitis et probatis seu esse irrationabilem.

232. — *Pars.* Revelatio divina est moraliter necessaria. Contra *Rationalistas.*

Ecclesiæ magisterium.

C. Vaticanum expresse declarat : " *Divince revelationi tribuendum* ç7, ut ea quæ in rebus divinis humanæ rationi *per se impervia non sunt,* in præsenti quoque generis humani conditione ab omnibus *expedite, firma certitudine* et *nullo admixto errore* cognosci possint. *Non* hac tamen de causa revelatio *absolute necessaria* dicenda est " '. Præterea damnavit Ecclesia errorem de rationis capacitate ad omnes veritates assequendas : prop. 4a *Syllabi : " Omnes religionis veritates ex nativa humante rationis vi derivant "* 2.

233. — Argumentum generale.

Illud est *moraliter necessarium,* sine quo obstacula in ordinariis conditionibus de facto superari non possunt ad finem obtinendum. Atqui sine Revelatione, genus humanum modo certo, facili et omnibus obvio, complexum veritatum religiosarum naturalium cognoscere nequit. Ergo. — *Minor* affirmat *moralem impotentiam* generis humani relate ad summam religiosæ veritatis acquirendam. Et probatur testimonio *historice* et *psychologice ;* nempe argumento : i. *historico, 2. psychologico.*

i° Historicum argumentum

234. — Populi et philosophi, absque Revelatione, turpiter erraverunt circa religionem naturalem. Homini est moraliter impossibilis acquisitio veritatis quæ nunquam obtenta fuit. Porro omnes *populi,* imo et *philosophi* antiqui et moderni, Revelatione destituti, cognoscere vel servare non potuerunt veritates religionis naturalis. Quod historicis factis demonstratur.

1 *('. Vatican.,* sess. III, cap. 2; D. B., 1785, 1808.
2 D. B., 1704.

235. —(A *Populi* etiam excultissimi in multos et *pessimos errores* speculativos et practices *cirea naturalem religionem* lapsi sunt.

Historice constatl apud paganos, etiam Graecos Romanosque, qui aliunde scientiis et artibus floruerunt, gravissimos viguisse errores de religione et speciatim de Deo, homine et moralitate.

(a) Imprimis *notio divinitatis* apud multos turpiter deformata fuit; *polytheismus,* vel *dualismiis* (seu doctrina de duobus principiis), aut *idololatria* per universum fere orbem grassata est : astra, plantæ, bruta et varia simulacra tamquam numina adorata sunt, et hodie etiam apud barbaras Africæ et Oceaniæ tribus adorantur '. *Notandum est* insuper eo magis divinitatis notionem depravatam fuisse, quo populi a primæva religione remotiores erant. Præterea diis multa vitia et cupiditates tribuebantur, ita ut patroni viderentur esse turpissimorum criminum, videlicet ebrietatis, raptus, adulterii, incestus, crudelitatis, invidiae, furti, mendacii etc. 3.

236. — (b) *Cultus diis redditus* in crudelitatem et licentiam sæpe abiit : interdum humana sacrificia offerebantur ad eos placandos, sæpe obscenæ effigies in ipsis templis exponebantur, et in quibusdam festis *(Saturnalibus, Lupercalibus,* etc.) pudoris leges publice violabantur :* De cultu autem *interiore* persolvendo pauci admodum cogitabant; nam, ut ait Cotta apud *Ciceronem* 5, "quis, quod bonus vir esset, gratias diis egit unquam? "

237. — (C) *Dignitas hominis* non satis agnita fuit : imperfecta quædam caritas quoad proximos quidem colebatur; sed ut proximi habebantur ii solum qui communis patriæ juribus consociabantur; ceteri ut hostes vel servi habebantur. *Immortalitatem animez*

[1] Abbé de Broglie, *Les fondements intellectuels de la foi chrétienne,* p. 83-90.

[2] Hinc lepide Horatius, I. I, *Sat.* 8 :

" Olim truncus erain hculnus. inutile lignum ;
Cum falier, incertus scammum faceretne Priapum,
Maluit esse deum. Deus inde ego

[3] ILvc apud Homerum et Virgilium passim referuntur. Cf. Terent, *Eun.,* act. III; Cicero, *De Nat. dear.,* 1. II, 24 sq. ; S. August, *De Civit. Dei,* 1. VI, c. 9; *P. L.,* XLI. 187; Arnobius, *Adversus Gentes,* 1. IV, c. 18 sq.; /*. V, 1037 sq. Hinc Ovidius, *Trist.,* 1. II, vetabat ne puellæ templa Jovis ingrederentur, ne forte discerent "quam multas matres fecerit ille deus'?.

[4] Dionysius Halicam., 1. I; Macrobius, *Satunial.,* 1. I, c. 7 sq. ; Lucianus, *Dialog, de sacrificiis;* S. August., *of>. cit.,* 1. VII, c. 21; *P. L.,* XLI, 210; Lactantius, *Divin. Institut.,* 1. I, c. 21; *P. L.,* VI. p. 230 sq.

• *De Natur. deor.** I. III, c. 36.

pleriqiie vel negabant vel in dubium revocabant; *Plato* ipse, qui tam præclara scripsit, de immortalitate animæ ‡dubitabat Qui autem animas immortales esse putabant, futuram vitam etiam bonis satis injucundam esse tenebant

238. — (d) Ex his falsis principiis circa Deum et hominem prava consectaria circa *mores* logice sequebantur. Plato ipse uxorum communitatem commendabat, vagosque concubitus permittebat, imo et infantium expositionem 3· ebrietatem quidem damnat, sed non in festis Bacchi. Aristoteles turpes et lascivas deorum imagines in templis depictas excusat; fornicatio inter vitia non recensebatur, et peccata contra naturam sat communia erant, ita ut testimonio paganorum scriptorum comprobari possint quæ Apostolus scribit : " Nam feminæ eorum immutaverunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam; similiter autem et masculi, relicto naturali usu feminæ, exarserunt in desideriis suis in invicem, masculi in masculos turpitudinem operantes... repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, nequitia, plenos invidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones. .. ‹ ".

239. — (B) ***Illustrissimi philosophi*** tum ***antiqui,*** tum ***moderni,*** absque Revelatione, his populorum erroribus mederi non potuerunt.

1 Plato, *Apolog Socrat.,* n. 37; *Phedo.*

= Cf. J. Girard, *Le sentiment religieux en Grèce.* Paris, 1879, l. II, c. 5, . 247 sq. ; Fustel de Coulanges, *La Cité Antique,* l. I, c. 1; A.-J. Festugière, *L'idéal religieux des Grecs et ΓEvangile,* Paris, 1932.

3 Quæ omnia et nostris temporibus in regionibus non Christianis inveniuntur. Sic scribebat missionarius tempore famis quæ anno 1920 Sinam depopulabatur : " On meurt de faim, on s'empoisonne, on se pend, on vend les femmes et les filles, on jette les enfants. C'est triste, un pays non chrétien *Etudes,* 20 avril 1921, p. 216.

4 *Ronï.,* I, 26, sq. — Revera legitur apud Ciceronem, *I)e Nat. deor.,* l. I, . 28 : " Deinde nobis, qui concedentibus philosophis antiquis, *adolescentulis delectamur,* etiam vitia sæpe jucunda sunt". Cf. Aul. Geli., l. XVIII, c. 2; XIX, c. 2; Plutarch., *De liberis educandis,* circa finem opusculi. Circa inores Romanorum scribit Sallustius, *Bell, catilin.,* c. 12-13 : ""Ex divitiis juventutem luxuria atque avaritia cum superbia invasere : rapere, consumere, sua parvi pendere, aliena cupere, pudorem, pudicitiam, divina atque humana promiscua, nil pensi neque moderati habere... sed libido stupri, ganeæ, ceterique cultus non minor incesserat. Viri pati muliebria, mulieres pudicitiam in propatulo habere... " Cf. Epictetus, *Enchirid.,* c. 47; Tertull., *Apologet.,* c. 15; *P. L.,* i, 357-363; Lactant., *op. cit.,* l. V, occ. 6, 18 etc. ; Dollinger, *Heidentum und Judentum,* 1857, *anglice* et *gallice* redditum; G. Boissier, *Cicéron et ses amis,* Paris, 1874, p. 167 sq. ; Abbé de Broglie, *La Morale sans Dieu,* Paris, 1886, p. 13 sq.

(1) Antiqui philosophi. Licet, apud paganos, philosophi sapientiæ studuerint, sectasque eflbrmaverint, populis ad verum Dei cultum adducendis impares fuerunt. Revera nec *potuerunt,* nec *voluerunt* plebem edocere naturalem religionem.

(a) Non potuerunt, tum propter defectum *scientia,* tum propter defectum *auctoritatis.*

1. Deerat *scientia.* Nullus est enim philosophus qui summam veritatum necessariam ad rectam vitæ institutionem absque erroris admixtione collegerit; siquidem omnes materiæ æternitatem tenuerunt, nec ullus clare mundi creationem docuit. De multis etiam valde necessariis, v. g., de natura Dei et animæ immortalitate, dubitarunt Præterea etiam illustrissimi inter eos in turpissimos errores practicos lapsi sunt, ut jam supra de Platone, Aristotele aliisque notavimus. Et jure Cicero aiebat : " Nihil tam absurde dici potest, quod non dicitur ab aliquo philosophorum "

2. Deerat *auctoritas* ad veritatem suadendam. Id enim præstare non potuerunt : *argumentorum vi,* cum via hujusmodi nimis longa et difficilis sit; neque *propria auctoritate,* nam quæ philosophorum apud plebem auctoritas religiosa vel profana esse potuit? Inter se perpetuo divisi, de omni re litigabant : alii asserebant unum, alii innumerabiles esse mundos; alii immortales esse animas, alii mortales, alii hominum animas revolvi in bestias [3]. Sed etiamsi consensissent, auctoritate tamen caruissent, quia eorum exempla cum doctrina consona minime erant, teste ipso Cicerone[4]. Jamvero qui docent tantum nec faciunt, parvipenduntur; nam verba movent, exempla trahunt. *j*

3. Tandem præcepta vim fere nullam habent nisi sufficienti *sanctione* muniantur : porro cum ipsi philosophi de divinitate ipsa et immortalitate animæ dubitarent, qua sanctione leges firmare potuissent?

\Ad rem Tullius, *De Nat. deor.,* l. I, c. 1 : " Plerique deos esse dixerunt; dubitare se Protagoras; nullos esse omnino· Diagoras Melius et Theodorus Cyrenaicus putaverunt. Qui vero deos esse dixerunt, tanta sunt in varietate ac dissensione, ut eorum molestum sit dinumerare sententias. Nam et de figuris deorum, et de locis atque sedibus et actione vitæ multa dicuntur; deque his summa philosophorum dissensione certatur; quod vero maxime rem causamque continet, utrum nihil agant, nihil moliantur, omni hyatione et administratione rerum vacent, an contra ab his et a principio omnia facta et constituta sint, et ad infinitum tempus regantur atque moveantur, imprimisque magna dissensio est". — Cf. August, *De Civit. Dei,* l. XVIII, c. 41 ; *P. L.,* XLI, 601 ; Lactant, *op. cit.,* l. VII, c. 7.

[3] Cicero, *De divinat.,* l. II, c. 58.

[3] Cf. S. August, *op. dt.,* l. XVIII, C. 41; *P.,L.,* XLI, 601.

240. — (b) **Noluerunt** efficaciter omnes religiosas veritates docere. Sacerdotes gentiles ubique fere terrarum secretas doctrinas tenebant, quas, vix initiatis, nullomodo autem profanis manifestabant. Plerique autem philosophi profanum vulgus despiciebant [1]; ac paucissimis contenti discipulis, opera sua stilo ad popularem mentem minime accommodato scribebant; immo uno ore clamabant multa esse vera quæ a plebe ignorari expediat, et in iis quæ ad religionem spectant nihil es^e immutandum.

Hinc sapientissimi, ut Socrates [2], Plato, Cicero, Seneca, licet privatim deos irriderent, publice tamen colebant. Ita Socrates morti proximus amicos rogavit ut Esculapio gallum, quem voverat, pro se immolarent; pariter Plato falsam patriæ religionem retinendam esse docebat [3]; nec aliter censebat Cicero, qui, licet jiictum Catonis approbaret, videlicet mirari se quod non rideret âruspe^aruspicem cum videret [4], scribebat tamen [5] : "A Patribus acceptos deos placuit coli... illud ex institutis pontificum et aruspicum non mutandum est, quibus hostiis immolandum cuique deo".

241. — (2) Moderni philosophi increduli majori auctoritate quam antiqui non gaudent, (a) *Scientiam sufficientem* non habent. Ipsi enim turpissimos errores profitentur : scepticismum renovarunt *D. Hume* et *Bayle;* pantheismum, *Spinoza, Fichte, Schelling, Hegel, Vacherot;* subjectivismum docuit *Kant;* materialismum et positivismum vel agnosticismum propugnant philosophi non pauci, quales sunt *Büchner, Huxley, H. Spencer, A. Fouillée, M. Guyau.* Hinc ethicæ fundamenta evertuntur [6] imo a quibusdam negatur ipsa *notio officii* [7]. — Neque naturales disciplinae, quæ

[2] Ita inter alios scribebat Cicero, *Tuscul.,* l. II, c. 1 : "Est enim philosophia paucis contenta judicibus, multitudinem consulto ipsa fugiens, eique ipsi et suspecta et invisa". Horatius autem, *Od.,* III, 1 : ""Odi profanum vulgus et arceo". Cf. Hooke, *Religionis naturalis et revelata principia,* ed. *Aligne,* p. 482.

[3] " La plus émouvante leçon de la sagesse antique, c'est qu'elle aboutit à l'échec". A. J. Festugière, *Socrate,* Paris, 1935, p. 180.

[4] Plato, *De Republica,* l. IV.

[5] Cicero, *De Divin.,* l. II, c. 24. — [6] Id., *De Leg.,* l. II.

[6] Cf. Spencer *, *The Principles of Ethics, The Principles of Sociology',* A. Fouillée*, *Critique des Systèmes de Morale contemporains,* 3a ed., Paris, 1893; Guyau *, L'*Irréligion de l'Avenir,* 4a ed., Paris, 1896; *La morale Anglaise contemporaine,* 3' ed., Paris, 1895; *Esquisse d'une morale sans obligation ni sanction,* 4a ed., Paris, 1896.

[7] Sic Lévy Brühl *, *La Science des Moeurs,* Paris, 1904, ubi contendit inorum scientiam non consistere in exponendis et inculcandis officiis, sed solum in describendo mores quales existunt. Ita Durkheim *, in variis libris (Cf. n. 14').

nomine *scientia simpliciter* decorantur, hominem moralem beatumque efficere valent, ut jam dictum est (Cf. n. 152, 155). Hinc multi eorum, qui in scientiis animi pacem et satisfactionem quæsierant, mox agnoverunt se deceptos fuisse ». Ergo neque scientia humani ingenii erroribus, in re ad mores vel religionem spectante, mederi potest [1][3]

(b) *Incapaces sunt* etiamsi eam noverint, efficaciter veram doctrinam prædicare inter populos, ex defectu consensionis, conformitatis actionum cum doctrina, persuasionis, zeli et etiam auctoritatis.

Constat igitur ex innumeris factis, humanum genus sine Revelatione, nunquam moraliter potuisse cognoscere summam veritatum ad rectam vitæ ordinationem.

2° Psychologicum argumentum.

242. — Genus humanum, spectatis psychologicis ejus conditionibus, moraliter non potest cognoscere summam veritatum religiosarum naturalium.

Illud est moraliter impossibile quod, licet in se fieri queat, tamen ratione circumstantiarum et obstaculorum, non attingitur. Atqui, juxta psychologicam experientiam, humanum genus versatur in hac impossibilitate quoad notitiam religiosarum veritatum. Ergo.

Etenim ut illas veritates homo moraliter posset comparare, necesse esset ut : (a) ea fulgerent evidentia quæ *omnium* etiam *rudium* captui sit accommodata : nam et ipsi finem suum consequi debent; (b) hæc evidentia *expedite, sine mora* percipi possit : vita enim brevis est, nec tota

[1] Ipsi Rationalistæ fatentor rationem, etiam rite excultam, veritatem sine erroris admixtione attingere non posse : V. Cousin, *Histoire générale de la Philosophiey* Paris, 1863, p. 21. — Revera moderni philosophi fatentur se solvere non posse problemata maximi momenti, v. g., originem mundi, cum, inquiunt, mundus possit esse vel a se existens, vel a se productus, vel ab alio creatus. H. Spencer *, *First Principies.* p. 30. Merito igitur concludit Balfour *, *op. cit.*. p. 165, humanum genus, etiam in statu hodiernae civilisationis, a philosophis modernis recte vivendum non posse instrui, proindeque ad altiora principia, seu ad religionem supra-humanam esse recurrendum.

[3] Multos hodie esse, etiam inter acatholicos, qui ita sentiunt, constat ex testimoniis quæ collegit DD. Baunard, *Espérance.* Paris, 1891. Cf. Brunetière, *Questions actuelles.* Paris, 1907, p. 3-47; E. Boutroux ·, *Science et Religion.* Paris, 1908, p. 228-268; G. J. Romanes·, *Thoughts on Religion,*

in speculativa veritatis inquisitione consumi debet ; (c) facile *graves saltem errores excluderentur :* nam si graves hac de re admittantur errores, via ad finem tuta non erit.

243. — Atqui præfatæ religiosæ veritates his qualitatibus carent.

(1) *Non fulgent evidentia omnibus* accommodata. Nam, ut arguit S. THOMAS[1], multi ab earum notitia impediuntur *tribus* de *causis :* (a) propter *defectum ingenii ;* quidam enim, propter *complexionis indispositionem,* seu propter corporis et cerebri infirmitatem, ex qua multi naturaliter sunt indispositi ad sciendum, nec possunt summum gradum humanæ cognitionis attingere, qui in cognoscendo Deum consistit; (b) propter *defectum temporis;* quidam videlicet impediuntur *necessitate rei familiaris,* quatenus oportet plerosque homines temporalibus administrandis insistere, nec studio vacare posse necessario ad Dei cognitionem adipiscendam; (c) propter *defectum industria*nam quidam impediuntur *pigritia;* ad cognitionem enim eorum quæ de Deo ratio investigare potest, multa praecognoscere oportet quæ ad metaphysicam pertinent; sic ergo nonnisi cum magno labore ad prædictæ veritatis possessionem perveniri potest; quem quidem laborem pauci subire volunt.

(2) *Evidentia earum sine mora percipi nequit.* Etenim ratio individua sibi relicta nonnisi post *longum tempus* hanc evidentiam obtinebit : (a) tum propter hujusmodi veritatum *profunditatem, complexitatem* et *multiplicitatem,* ad quas capiendas, per viam rationis, *nonnisi post longum exercitium* intellectus humanus idoneus invenitur; (b) tum propter hoc quod, tempore *juventutis*^ dum diversis motibus passionum anima fluctuat, non est apta ad tam altae veritatis cognitionem, sed in quiescendo fit prudens et sciens. Remaneret igitur genus humanum, sine Revelatione, in maximis ignorantiae tenebris, cum Dei cognitio nonnisi paucis, et quidem post longum tempus proveniret.

[1] S. Thom. *Coni. Gent.,* l. I, c. 4, cujus verba fere ad litteram retulimus; *Sum. theol.,* I., q. I. a. i; 2» 2æ, q. 2, a. 4. Cf. Zigliara, *Propoedeut.*. ed. 3·, 1890, p. 168; Monsabré, *Introd. au Dogme Cathol.,* 6· Confér., vol. I, ρ. 169 sq. Idem fere argumentum exponit A. de Tocqueville, *De la Démocratie en Amérique,* t. III, p. I, c. c.

(3) *Evidentia earum graves errores non excluderet.* Ratio enim sola vix veritates hujusmodi attingere potest sine *gravium errorum admixtione* aut saltem *formidine;* nam investigationi rationis humanæ plerumque falsitas admiscetur propter *debilitatem intellectus* nostri in judicando, et *phantasmatum* aut *prajudiciorum permixtionem.* Et ideo multi in dubitatione remanerent circa ea quæ sunt verissime etiam demonstrata, propterea quod vim demonstrationis ignorarent, et præcipue viderent a diversis, qui sapientes dicuntur, diversa doceri. Inter multa etiam vera, quæ demonstrantur, immiscetur aliquando aliquid falsum, quod non demonstratur, sed aliqua probabili vel sophistica ratione suadetur. Jamvero multi, inter eos præsertim qui dialecticæ non studuerunt, vix possunt expedite argumentum a sophismate distinguere.

244. — Conclusio generalis.

(1) Certo genus humanum, in præsenti statu, *moraliter incapax est* ita summam veritatum naturalium acquirendi et servandi, ut vita honesta dirigatur secure ad ultimum finem; et nullum subsidium humanum huic infirmitati præbuit unquam sufficiens remedium.

(2) Ex præcedenti facto *concludere* licet : (a) Deus ad hanc impotentiam sublevandam, hominibus dedit *aliquod speciale auxilium;* siquidem ejus Providentia in necessariis non deficit, (b) *Revelatio divina* est *valde probabiliter* illud auxilium. Nam, in conditione præsenti, homo a Deo auxilia naturalia specialia non accepit. Insuper vix alius modus, (aliunde historice exclusus), nostræ infirmitati succurrendi (utputa virium intellectus et voluntatis incrementum) possibilis est; nam pro quocumque homine interventionem Dei specialem postularet. Jamvero Deus inutilia facere non solet. — *De facto,* Deus suam Revelationem solam revera humano generi præbuit, ut infra statuetur (Cf. n. 409). Ergo, positis his omnibus circumstantiis, *Revelatio divina* merito dicitur *moraliter necessaria.*

ARTICULUS II

De necessitate divinæ Revelationis quoad supernaturales veritates.

Cum apologeta ad religionem christiano-catholicam nos perducere intendat, agere etiam oportet de necessitate Revelationis quoad *supernaturales veritates,* qtfæ continent facta historica, dogmata, institutiones positivas et præsertim mysteria. Quæritur utrum *Revelatio* sit necessaria ad hæc cognoscenda : 1. sive *in hypothesi elevationis nostrce ad ordinem supernaturalem,* 2. sive *extra hanc hypothesim.*

245. — Status quæstionis.

(1) Errores. In *duas classes* dividi possunt : (a) Alii ut : i. *Rationalistic* omne supernaturale strictum negantes, consequenter Revelationis necessitatem impugnant. 2. *Semi-Rationalista* docent hominem " ex se ad omnis veri et boni possessionem jugi profectu pertingere posse et debere ", etiamsi agatur de cognitione et perfectione, quæ naturalem potentiam superentx.

i K (b) *Baianista* et *JansenÎstce* affirmant econtra Revelationem veritatum supernaturalium esse, in ordine præsenti, stricte vel saltem moraliter necessariam.

(2) Doctrina catholica. In hypothesi elevationis hominum ad ordinem supernaturalem, Revelatio est universaliter, absolute et physice necessaria; extra hanc hypothesim, non est necessaria, sed conveniens tantum. Unde duplex erit propositio.

246. — *Thesis Ia.* Revelatio divina est physice necessaria ad supernaturales veritates cognoscendas. Philosophice *certum,* theologice de *fide.*

Ecclesiae magisterium.

C. Vaticanum docet : " *Revelatio absolute necessaria* dicenda est quia Deus ex infinita bonitate sua ordinavit *hominem adfinem supernaturalem* "2

' *C. Vatican.*. Sess. III, *De Revelat.,* can. 3; D. B., 1808.
a *C. Vatican.,* Sess. III, cap. 2; D. B., 1786, 1816.

s;

247. — Probatur ex parte : i. *hominis, 2. Dei.*

ka) Ex parte hominis. Revelatio est physice necessaria, si homo est physice incapax supernaturales veritates acquirendi. Atqui res ita se habet. Etenim ratio humana physice assequi potest tantum veritates suæ naturæ intrinsece proportionatas, sicut oculus videre potest solummodo coloratum objectum. Porro veritates supernaturales ut tales superant essentiam et facultates naturæ creatæ. Proinde ad harum veritatum cognitionem in homine absolute requiritur Revelatio divina [1]. — Aliunde fides supernaturalis omnibus est absolute necessaria ad salutem. Porro fides necessario supponit divinam Revelationem in qua fundatur.

(b) Ex parte Dei. Res quæ pendent a libera Dei voluntate et alia quæ vitam ipsius spectant, sine divina manifestatione a creatura cognosci nequeunt. Sed elevatio hominis ad ordinem supernaturalem continet multa a libero Dei decreto procedentia : v. g., sacramenta, et alia quæ referuntur ad divinitatem tum in seipsam; v. g., Trinitatem, tum in ipsius relationes ad hominem, v. g., sanctificationem per gratiam. Ergo hæc omnia, absque divina Revelatione, cognosci non possunt.

248. — ***Thesis 11*** Revelatio divina dici potest non necessaria, sed tantum conveniens, extra hypothesim ordinis supernaturalis.

(1) Non est necessaria *physice* et *moraliter :*

(2l) Non physice : Nam Revelationis stricta necessitas deducitur tantum ex supematuralitate ordinis ad quem homo elevatur et quem propriis viribus attingere nequit. Sed in assertione agitur de homine extra hanc hypothesim posito, (b) *Non moraliter :* Quia, in ordine mere naturali, Deus naturalia auxilia sufficientia generi humano daret.

249. (2) Sed est conveniens. Revelatio fruitur negativa convenientia, ejusdem generis ac elevatio ad ordinem supernaturalem, cujus est pars præcipua [2]. Porro *hæc mirabilis elevatio* convenit ex parte : I. *Dei,* 2. *hominis.*

(a) Ex parte *Dei.* Summo bono, scilicet Deo, convenit quod sese communicet creaturis secundum id quod est sibi

[1] *Sum. theol.f* I, q. I» a. I.

[2] Cf. dicta de mysteriorum revelandorum *convenientia* (Cf. n, 220-222).

magis intimum. Atqui quod est Deo magis intimum est sua natura divina. Ergo convenit Deo ut nobis communicet participationem suæ naturæ divinae, seu suæ vitæ intimæ supernaturalis.

(b) Ex parte *hominis*. Elevatio sine qua satiari nequit nostrum desiderium naturale, etsi conditionatum et inefficax, est nobis conveniens simul et gratuita. Atqui sine elevatione ad finem supernaturalem satiari nequit nostrum desiderium naturale, conditionale et inefficax videndiJDeum ut in se est. Ergo elevatio hominis ad finem supernaturalem est conveniens et simul gratuita. — Quod melius patebit ex dicendis *de hominis desiderio videndi Deum*. (Cf. n. 251).

250. — Conclusio generalis. Revelatio vere nobis moraliter necessaria dici potest ad veritates religionis naturalis certo ac tuto cognoscendas. Quoad autem veritates supernaturales et praecepta Dei positiva, est absolute necessaria; aliunde quamdam ipsius convenientiam novimus. Et sic ducitur mens nostra ad Revelationem quaerendam et amplectendam et via paratur ejus *historiae* demonstrationi.

251. — Scholion. De hominis desiderio videndi Deum ut in se est.

(a) *Existentia* ejus a S. THOMA pluries affirmatur [1]. De mente Angelici Doctoris multum disputatur, plerique Thomistæ eam sic declarant, (b) *Possibilitas* et actualis *origo* hujus desiderii desumitur ex naturali desiderio quod habemus videndi causam, visis effectibus. " Inest, inquit *Angelicus,* homini *naturale desiderium cognoscendi causam* cum intuetur effectum... Et ideo remanet *naturaliter* homini desiderium, cum cognoscit effectum, et scit eum habere causam, ut etiam sciat de causa quid est; et illud desiderium est admirationis et causât inquisitionem "[2]. (c) Tale autem desiderium videndi Deum pro *objecto* habet non Trinitatem personarum, sed tantum unam Dei naturam, cum sequatur cognitionem naturalem de Deo.

(d) *Dotibus* gaudet sequentibus. Est : 1. *elicitum,* non innatum, quia ex cognitione effectuum primæ causæ oritur;

1 S. Thom., *Sum* theoL,* i, q. 12, a. i; la2æ, q. 3, a. 8; *Cont. Gent.,* HI, c. 50; *Quodl.,* VIL a. 2; *De Ierit.,* q. S, a. I, etc. L. Billot, *De Deo uno et trino,* Romæ, 1902, p. 138 sq. ; Garrigou-Lagrange, *op. cit* p. 3S4-39S. — 2 *Sum. theol*

2. *conditionale* sen hypotheticum : sic exprimi potest : vellem Deum videre si possibile esset; desiderium enim elicitum potest ferri in aliquid quod reputatur possibile, quamvis possibile non sit; 3. *inefficax* ex se : quia visio essentiae divinae superat omnes vires naturae creatae.

(e) *Apologetico* igitur hoc desiderio uti possumus non quidem ad statuendam exigentiam visionis beatificae, Revelationis seu ordinis supernaturalis; sed tantum ut ostendatur Revelatio divina de rebus divinis, licet modo non debito et supernatural!, optime convenire hominis aspirationi ad Deum videndum.

CAPUT IV

De Obligatione Revelationis tenendæ

252. — Conspectus.

De obligatione

1. Revelationis *accipienda.*
   Hujus existentia et conditiones.
2. Revelationis *inquirenda.*
   Hujus existentia et conditiones.
   Scholion. De indifferentismo.
   Notio et refutatio.

Posita Revelationis necessitate, de hujus obligatoria acceptatione inquirimus : an scilicet homo teneatur : I. eam *amplecti, 2.* et ideo eam *inquirere?* Unde *duplex quæstio* tractanda manet.

253. — Status quæstionis.

(i) Errores, (a) *Rationalista* Revelationem inquirendi et amplectendi officium negant : cum enim Revelatio sit donum gratuitum, quisque liber manet eam amplectendi aut rejiciendi,

---

Pascal, *Pensées,* sect. Ill, ed. *Brunschvicg;* Lamennais, *Essai sur Indifférence,* t. I: Mazzella, *op. cil.,* n. 53-74; Lambrecht, *op. cit.,* µ. 99 sq.; DD. Pie, *insti. synodale* du 7 juillet 1855, 2e part.; Wilmers, *op. cit.,* n. 108-112; L. Gondal, *Religion,* 1904, p. 185-218.

dummodo naturalem religionem in corde suo colat, (b) Item *Indifferentiata absoluti,* qui asserunt omnes religiones esse æqualiter bonas, et cuique licere illi adhærere in qua natus est, vel aliam magis sibi accommodatam amplecti[1]. (Cf. 261). (c) Item *Modernista,* qui religionem in *sensu religioso &\s\. interna experientia* reponentes, eo ipso plus minusve explicite asserunt omnes religiones esse veras; nam, juxta illos, sensus religiosus unussemperque idem est, saltem substantialiter, experientia autem religiosa pariter eadem fere est in omnibus. Unde nonnulli affirmant mox omnes religiones in unam coalituras esse, nempe *religionem spiritus**.

(2) Doctrina catholica affirmat strictam obligationem Revelationem veram profitendi et inquirendi atque hoc officium sapienter explicat.

i° De Obligatione Revelationis[3] accipiend.-e

Hujus obligationis : I. *existentia,* 2. *conditiones.*

254. — (A) Ejus existentia. Thesis. Unusquisque graviter tenetur revelatam religionem, si existât, amplecti. Philosophice *certum,* theologice *de fide.*

Ecclesiæ magisterium.

C. Vaticanum ait : "Quum homo a Deo tanquam Creatore et Domino suo totus dependeat et ratio creata increatæ Veritati penitus subjecta sit, *plenum revelanti Deo intellectus et voluntatis obsequium fide præstare tenemur"*[4].

Hæc obligatio constat ex parte : i. *Dei,* 2. *hominis.*

(i) Ex parte Dei. Ex ejus *dominio supremo.* Cum Deus sit optimus et omnium Dominus, potest hominem erigere ad finem supernaturalem eique religionem huic fini convenientem revelare. Atqui homo, qui est creatura, tenetur semper divinæ voluntati se subjicere. Ergo, si constat Deum religionem revelavisse, homo stricte debet eam accipere.

255. — (2) Ex parte hominis, (a) Homo tenetur graviter veram religionem profitendi, ex dictis (Cf. n. 158-170). Sed, si existit religio a Deo revelata, est infallibiliter vera.

* Ita **Rousseau** ; *Entile,* Profession de foi du Vicaire Savoyard, multique moderni.

' Ita, inter alios, **A. Sabatier** ; *Esquisse d'une philos, de la religion,* Paris, 1897 ; *Les religions d'autorité et la religion de l'esprit,* Paris, 1903 ; p. 408-410.

3 Hic vox "Revelatio" significat complexum veritatum revelatarum seu *religionem revelatam.* — 4 *C. Vatican.,* Sess. III, De fide, cap. 3; D. B., 1789.

Ergo, (b' Praeterea habemus obligationem finem nostrum assequendi et proinde utendi mediis sine quibus hic finis fit impossibilis. Atqui religio revelata, si adsit, est necessarium medium a Deo positum ad finem nostrum obtinendum. (C) Quod confirmant testimonia citanda de necessitate çhristianæ religionis pro salute ’.

Constat etiam *indirecte* ex confutatione *Indifferentismi* religiosi (Cf. n. 262, 203).

25 6\ — Nec dicatur : Revelatio, utpote supernaturalis, est *donum omnino gratuitum.* Atqui nulla est obligatio doni acceptandi. — Resp. *Cone, major. — Diet. minor.* Nulla est obligatio..., si qui donum dat, jus non habet illud imponendi. *C.;* si jus illud possidet. A". Revera Deus, supremus omnium Dominus, potest ereatune ita dona largiri ut homo ea acceptare obligetur, sive in ordine naturali : v. g., facultates, vitam corporalem; sive in ordine supernatural! : v. g., Revelationem 2. Religio ergo levelata est simul gratuita ex parte Dei et stricte obligatoria ex parte hominis.

257. (B) Ejus conditiones, (a) *Subjectum* hujus obligationis est omnis adultus rationis usum habens : nam omnis adultus debet propriis actibus, finem suum ultimum prosequi.

(b) *Gravitas.* Hæc obligatio est gravissima, semper urgens et usque ad mortem perdurans : omni enim tempore recte servire Deo tenemur. *Jure* tum naturali tum positivo divino præscribitur illud ofificium 3.

20 De Obligatione Revelationis inquirendæ

Hujus obligationis : 1. *existentia,* 2. *conditiones.*

258. — A) Ejus Existentia. Thesis. Qui revelatam religionem non possident, eam inquirere tenentur. Philosophice *certum,* theologice *de fide.*

Probatur, (a) Hæc veritas est corollarium thesis præcedentis. Homo enim stricte obligatur ad religionem revelatam suscipiendam. Proinde, si aliquis eam non cognoscit, inquirere debet ubinam inveniatur; et, si quædam religio tanquam revelata proponitur, serio investigare ut certo appareat an sit vere a Deo revelata. — Notetur quod Revelatio, si existât, est certo cognoscibilis, sed non intrinsece evidens.

* *Marc.,* XVI. 16; *Act.,* IV, 12; *Hebr.,* XI, 6.
- Quod eloquenter urget DD. Pie, *Alloeut. synod.,* 7 juill. 1855, η. II.
’ C. Pesch., *of. at.,* n. 179.

(b) Deus, supremus Creator et Dominus, colendus est in religione quam elegit et praecepit. Atqui generi humano religionem revelatam docere potuit et probabiliter de facto docuit, consideratis tum populorum de hac re attestationibus, tum infirmitate naturæ humanæ. Quare homo tenetur quærere utrum religio revelata existât et quænam sit

259. — Ncc dicatur : (a) *Nimis incerta* est Revelatio, hodie nobis proposita, quare non est inquirenda. — Re$p. *Nego antecedens.* Nam sicut facta præterita ad nos transmissa, per criteria nobis certo constare possunt; ita etiam Revelationis existentia et incorrupta usque ad nos transmissio per criteria, quæ dicuntur motiva credibilitatis, cum certitudine cognosci queunt. — Præterea prudentia suggerit, præsertim quando de ætema salute agitur, ut omne dubium prudens excutiamus et tutiorem partem sequamur. Et sane, etiamsi nulla esset religio revelata, non multum sane amittimus dum diligenter eam inquirimus; sed potius opus Deo gratum facimus facultatibus nostris utendo ad ejus gloriam meliori quo possumus modo promovendam; si vero existit religio revelata, eamque investigare culpabiliter recusamus, omnia bona amittimus quæ nobis parabantur, et in periculum æternæ damnationis incidimus.[*] Ergo temeritatis, imo dementiæ reus est qui, dum novit revelationem valde probabilem esse, eam diligenter inquirere negligit.

(b) Variarum religionum *sectatores in bona fide* Deum colunt; proinde Deo sunt grati : quod ad salutem sufficit. — Resp. Si revera sint bonæ fidei, excusari quidem possunt coram Domino, qui intuetur cor, propter rectam intentionem. Sed falsa religio quam observant, *objective* sumpta, in iis quæ veritati opponuntur,

[*] Quod argumentum, vulgo dictum *argument du pari,* et ab ipso Pascal : *règle des partis,* urget Pascal, *Pensées,* n. 233, éd. *Brunschvicg,* ubi ait : " Mais il y a une éternité de vie et de bonheur. Et cela étant, quand il y aurait une infinité de hasards dont un seul serait pour vous, vous auriez encore raison de gager un pour avoir deux, et vous agiriez de mauvais sens, étant obligé à jouer, de refuser de jouer une vie contre trois à un jeu où d'une infinité de hasards, il y en a un pour vous, s'il y avait une infinité de vie infiniment heureuse à gagner... A la vérité, vous ne serez point dans les plaisirs empestés, dans la gloire, dans les délices; mais n'en aurez-vous point d'autres? Je vous dis que vous y gagnerez en cette vie; et qu'à chaque pas que vous ferez dans ce chemin, vous verrez tant de certitude du gain, et tant de néant de ce que vous hasardez, que vous reconnaîtrez à la fin que vous avez parié pour une chose certaine, infinie, pour laquelle vous n'avez rien donné ". *Totus* locus *attente* legendus est. Aug. Valensin, art. *Pascal (le Paride),* inZ>. .4., col. 1582-1587; F. Mauriac, *Biaise Pascal et sa sœurJacqueline,* Paris; G. Desgrippes, *Etudes sur Pascal, P>e Γautomatisme à lafoi,* Paris, 1935.

certo ipsi displicet. Proinde si quis de veritate sure religionis serio dubitat, sub gravi inquirere tenetur quisnam sit legitimus cultus a Deo probatus : secus ipsi injuriam facit.

260. — (B) Ejus conditiones, (a) *Subjectum.* Hoc officium obligat : i. *non* eos qui revelatam religionem jam tenent, vel qui prudenter putant suam religionem solam esse revelatam et veram ; 2. *sed* alios qui suspicantur vel sciunt Deum revelavisse, aut qui, ob signa quædam impietatis, erroris vel ridiculi, rationabiliter dubitant de veritate religionis in qua vivunt [1]. Inquisitio hæc fieri debet modo convenienti unicuique sive docto, sive inculto.

(b) *Objectum.* Homo, ex jure naturali, examinare debet utrum Deus aliquam religionem revelavit et quænam sit in concreto hæc religio revelata.

(C) *Gravitas* hujus obligationis evidenter defluit ex ejus objecto et fine quæ sunt summi momenti relate ad externam Dei gloriam et hominis ætemam salutem.

Scholion. De Indifferentismo [2].

Indifferentismi : I. *natura,* 2. *refutatio.*

261. — I. Natura indifferentismi.

(1) Notio. *In genere,* indifferentismus *religiosus* indifferentiam in re religiosa esse legitimam, ut axioma tenet.

(2) Divisio. *Distinguitur* indifferentismus tum *speculativus,* tum *practicus,* prout versatur circa ordinem sive speculativum, sive practicum.

(a) *Speculativus* vero est vel *absolutus,* vel *relativus.* i. *Absolutus* rejicit omnem religionem ut rem indifferentem aut inutilem; contra quem statuimus *religionis necessitatem* (Cf. n. 98-165). 2. *Relativus* autem admittit quamdam religionem esse necessariam. Est *universalis* aut *particularis : prior* docet indifferens esse colere talem vel talem religionem, cum omnes religiones sint æqualiter bonæ et legitimae *{Syllabus :* prop. 15, 16); *posterior* autem declarat omnes religiones alicujus coetus esse bonas : v. g., religiones islamicas, Christianas [3], etc.

[1] *C. Vatican.,* Sess. III, De fide, can. 6; D. B., 1815.

[2] D. B., 1613; 1715-1718; 1868, 2082; Mazzeila, *De religione et Ecclesia,* Romæ, 1880, p. 29 sq. ; Schouppe, *De religione Christiana,* η. 56-60: L. Gondal, *[.a Religion,* p. 262 sq.

[3] D. B., 1686.

(b) *Practictis* indifferentismus bas theorias applicat in individuos et societates. *Politicus* vocatur is juxta quem Status leges suas disponit, ita ut aequalis permissio vel protectio externæ professioni cujuscumque religionis concedatur (Cf. n. 166).

262. — II. Refutatio indifferentismi.

Hic agitur exclusive de indifferentismo *relativo universali.* Indifferentismus autem *particularis* impugnatur apologetica argumentatione de divinitate religionis christiano-catholicae.

Thesis : Indifferentismus est rejiciendus. *Defide.*

Ecclesiae magisterium.

Indifferentismus damnatus fuit tum a Pio IX, in *Syllabo* (propos. 15 et 16) et in variis allocutionibus seu litteris; tum a Pio X, in encycl. *Pascendi*[1].

263. — Probatur.

Indifferentismus repugnat ex parte : I. *Dei,* 2. *hominis.*

(1) Ex parte Dei. Etenim ejus attributis contradicit; revera negat : (a) ejus *voluntatem* : qui enim a priori religionem revelatam non accipit ipsum Dei beneplacitum contemnit; (b) ejus *veritatem* et *sanctitatem* : declarando sectas Revelationi contrarias esse aeque bonas, blasphematorie supponit Deo aeque placere verum et falsum, bonum et malum.

(2) Ex parte hominis. Etenim ejus *ratio* et *summa utilitas* despiciuntur in indifferentismo. (a) *Recta ratio* declarat, ex una parte, omnes religiones, cum saepe res contradictorias affirment, non posse simul veras et bonas esse; ex altera vero parte, religionem revelatam esse possibilem, cognoscibilem et ab homine profitendam. Sed has omnes veritates respuunt indifferentistæ. (b) *Utilitas suprema* hominis est certa sui finis ultimi assecutio, totis viribus et mediis probabilibus et a fortiori certis prosequenda. Atqui naturaliter demonstratur revelatam religionem, si existât, esse pro humano genere, certam viam ad ultimum finem obtinendum. Sed indifferentismus contrariam sententiam ubique profitetur.

[1] D. B., 1715-1718; 2082.

CAPUT V

De Notis seu Criteriis REVELATIONIS [1]

264. — Conspectus.

De criteriis Revelationis

1° De *Notis* seu *Criteriis* in genere.
  (a) Natura, divisio, necessitas, modus ea cognoscendi.
  (b) *Valor apologeiieus.*
    1. Criteria *insufficientia* : in genere, in specie.
    2. Criteria *plus minusve efficacia.*
      Quid de criteriis vel internis, vel externis?

2° De Usu criteriorum seu *Methodo apologetica.*
  (a) Notio, species, valor methodi *interna, doctrinalis, historiae.*
  (b) Methodus *integra.*

Scholion. De *immanentia methodo.*
  1. *Expositio.* Nomina, fautores, occasio, principia, processus.
  2. *Critica. Methodus rejicienda. Forma* quædam *retinenda.*

265. — Religio revelata (a) non est *immediate evidens,* ut constat ex dictis de religioso facto (Cf. n. 102-122), et ex multiplicitate religionum suam divinam originem affirmantium; (b) quod sit *cognoscibilis* omnino necesse est : secus enim lex stricta eam inquirendi et amplectendi non nobis a Deo imponeretur; (c) *certissimis signis* cognosci debet, ita ut homo possit eam a sectis falsis discernere, et modo securo adimplere ejus officium veram religionem profitendi.

Itaque Revelationis criteria generatim sumpta considerabimus, in duplici articulo : 1. *de criteriis in genere,* 2. *de eorum usu* seu *methodo apologetica.*

[1] D. B., 1624, 1790, 1793, 1812 ; Brugere, n. 29-44; Mazzella, n. 158-170; Ottiger, p. 149-169; Hettinger, § 18-20 ;Lahousse, n. 8493 ; Wilmers, n. 122-139; Garrigou-Lagrange, *De Revelatione,* l. I, c. XVI-XVIII; Van Noort, *De fide,* n. 32 sq. ; A. Gardeil, *La crédibilité et l'Apologétique,* Paris, 1908; DD. G. Brunhes, *La foi et sa justification rationnelle,* Paris, 1927.

ARTICULUS I

De criteriis in genere

Successive tractabimus de eorum : I. *natura, divisione, necessitate, modo ea cognoscendi,* 2. *valore apologetico.*

I. — Natura, Divisio, Necessitas et Modus ea cognoscendi

1° Natura.

266. — Notio et nomina. (a) Notæ (a *notum* seu *cognitum)* sunt media vel *signa ad Revelationem ab homine cognoscendam.* Revera per ea " Deus suam revelationem velut sigillis divinis cognoscibilem reddidit."

(b) Nomina : Vocantur etiam : i. *Signa,* quatenus indicant ubi sit vere doctrina revelata; 2. *Criteria :* (e graeco : κρίνω, judico, κριτήρια, signa ad judicandum), nam ex eis vera Revelatio secernitur et distinguitur ab eo quod non est Revelatio. Hoc nomine notissimo praecipue utemur infra. 3. *Motiva credibilitatis,* quia Revelationis factum ostendunt fide divina credibile.

267. 2° Divisio. Criteria dividuntur ratione : i. *originis,* 2. *efficacia,* 3. *excellentia.*

(A) Ratione originis, sunt vel *interna,* vel *externa.* (1) *Interna* sunt *intra* hominem ea cognoscentem, et defluunt ex mirabili satisfactione legitimarum naturæ humanæ tendentiarum, sive in tali *individuo* spectatae (= criteria *individualia},* sive *universim* apud omnes consideratae (= criteria *universalia).*

(2) *Externa* criteria existunt *extra* hominis conscientiam, et sunt vel *intrinseca* vel *extrinseca* religioni revelatae, (a) *Intrinseca* desumuntur ex ipsa doctrina revelata, vel ex rebus ipsi inhaerentibus : v. g., ejus veritas, sublimitas, sanctitas, unitas, stabilitas, universalitas, etc. Intellectualia aut moralia esse possunt, (b) *Extrinseca* comitantur doctrinam ab extrinseco et sunt facta mirabilia, praesertim miracula et prophetiae, cum Revelatione ita connexa, ut ejus divinitatem demonstrent.

268. — (B^ Ratione efficacias. Criteria distinguuntur *negativa* et *positiva,* (a) *Xegativa* dicuntur ea, quorum absentia falsitatem religionis certo vel probabiliter statuit; et quorum præsentia indicat tantum talem doctrinam ex Revelatione oriri posse. Permulta sunt et inter præcipua citatur immunitas ab errore, contradictione et fraude, (b) *Positiva* criteria aliquam religionem esse divinitus revelatam vere demonstrant : v. g., Christi miracula et resurrectio.

(C) Ratione excellentias, criteria sunt *primaria* aut *secundaria,* secundum quod aliud non supponunt, vel econtra.

269. — 30 Necessitas t. Hæc deducitur ex parte : i. *revelationis,* 2. *hominis.*

(1) Ex parte Revelationis, quæ est obscura. " Ea quæ sunt fidei, inquit D. THOMAS, sunt humanæ rationi immanifesta; necessarium (ergo) fuit aliquid adhiberi quo confirmaretur sermo prædicantium fidem. Non autem confirmari poterat per aliqua principia rationis..., cum ea, quæ sunt fidei, rationem excedant. Oportuit igitur aliquibus *indiciis* confirmari prædicantium sermonem, quibus manifeste ostenderetur hujusmodi sermonem processisse a Deo"2. Sed hæc indicia vocantur notæ seu criteria Revelationis.

(2) Ex parte hominis, officia habentis relate ad Revelationem. (a) Infidelis veram Revelationem tenetur inquirere et amplecti (cf. n. 254-260). Atqui hoc est impossibile, si Revelatio non possidet notas quibus certo et facile agnosci et ab omni falsa doctrina discerni possit, (b) Præterea credens, sub rationabili conditione, debet Revelationem acceptare et suam fidem vivere. Porro hæc supponunt existentiam signorum quæ comprobant divinam Revelationis originem, cui mens et mores perpetuo sunt conformandi. — Hinc PlUS IX docet : "Humana ratio ne in tanti momenti negotio decipiatur et erret, divinæ Revelationis factum diligenter inquirat oportet, ut certo sibi constet Deum esse locutum, ac eidem... rationabile obsequium exhibeat " '.

1 A. Weddingen, *De Miraculo,* Lovanii, 1S69, p. 38, 100 sq.
3 S. Thom., *Cont. Gent.,* 1. Ill, c. 154.
1 Pius IX, Eucyc. *Qni pluribus,* 9 nov. 1846.

270. — 40 Modus ea cognoscendi.

Prædicta Revelationis criteria cognosci possunt : 1. *supernaturaliter,* 2. *naturaliter.*

(A) Supernaturaliter. (1) Modo supernatural! criteria sæpius percipiuntur ab hominibus jam fide praeditis vel ad fidem progredientibus. Gratia enim est absolute necessaria ad fidei actum, ad initium fidei, imo ad salutarem notitiam rnotivorum credibilitatis De facto, generatim datur gratia interna aliqua voluntatem et intellectum disponens ad credibilitatem et credentitatem christianæ religionis accipiendam speculative et practice. "Qui credit, inquit S. THOMAS, inducitur auctoritate divinæ doctrinæ miraculis confirmatæ, ct, quod plus est, interiori instinctu Dei invitantis

(2) Utrum vero *gratia motivis credibilitatis aliquando suppleat?* (a) Omnes concedunt *extraordinarie* gratiam supplere aliquando cognitionem rnotivorum credibilitatis, v. g., vel in Revelatione immediata, (ubi origo divinæ doctrinæ agnoscitur ex ipso lumine prophetico, vel in conversionibus *miraculqsis* quæ Revelationi privatæ æquiparantur, ita in conversione S. Pauli)[3].

(b) Sed quid fit *ordinarie?* — 1. Alii dicunt : gratia non supplet insufficientiæ objectivæ rnotivorum credibilitatis, sed vigorem novum, supernaturalem, menti præbet, ut reale motivum agnoscatur, quod soli rationi non apparuisset. " Ad (critcriorum^ persuasibilem considerationem, inquit *L. Isillot.* interior gratia hominem movet et adjuvat, *qtttn absolute eam suppleat, loquendo saltem de lege ordinaria* " [4].

2. Alii vero, ita *Gardeil,* contrariam sententiam tenent, saltem pro quibusdam casibus, ubi insufficientia valoris

[1] L. Billot, *De virtutibus infusis,* Romæ, 1905; p. 300 sq.

[3] *Sum. them'., ?'* 2", q. 2. a. 9, ad 3.

[*] Salmanticenses, *Defuie,* tr. 17, disp. 1, dub. 4, n. 19S ; Vacant, *Etudes tliêet. \ur ie ,eu< île ilu l'atiiau,* t. 1. p. 592.

[4] L. Billot, <>/. *cit.,* p. 300. Huby comparat perceptionem credibilitatis inventionibus scientiticis. Sicut Newton, v. g., e lapsu unius mali concludit, vi sui ingenii, ad doctrinam attractionis universalis quæ hunc lapsum explicat, (cum tamen mille Normanni mille malos cadentes aspexissent quin leges attractionis sup|x>suissenl) : sic lumine fidei mens illustrata divinam actionem percipit, quæ lumini pura rationis impervia est. **Cf. De Poulpiquet,** *Le miracle et ses*

criteriorum suppletur subjectivis dispositionibus aut supernatural! influxu ».

271. — (B) Naturaliter. Theologi permulti declarant quod criteria naturali rationis lumine *per se* sunt cognoscibilia et ex iis concludi potest ad credibilitatem religionis; quare gratia non est physice necessaria ad has notiones assequendas. Revera infra demonstratur rationem posse acquirere certitudinem historicam, philosophicam et relativam miraculorum, quæ sunt criteria præcipua[2].

II. — De Valore Apologetico Criteriorum.

Hic valor determinatur tantum in ordine ad Revelationis existentiam recte probandam. Porro ex Revelationis criteriis, I. quædam sunt *insuffiàentia* et *falsa; 2.* alia autem *diversum* habent valorem.

272. — 1° Criteria insufficientia.

(A) *In genere.* Critérium *negativum* (cf. n. 268) non est proprie argumentum apologeticum. Nam ejus præsentia in aliqua religione denotat solum possibilitatem Revelationis in ea, non autem factum reale et authenticum ipsius Revelationis : illud enim critérium aequaliter convenire et applicari potest veritatibus naturalibus et supernaturalibus.

273. — (B) *In specie.* Multi acatholici Revelationis critérium in humana mente', et non in externo facto, reponere volunt. Hinc *varice opiniones.*

(1) Protestantes asserunt revelatum Dei verbum scriptum *interno tantum spiritu* discerni. — Sed notetur hanc opinionem contradicere experientiæ, hominem deceptionibus multis et gravissimis exponere et schismata fovere : quod historia Reformatorum abundantius illustratur.

(2) Rationalists contendunt unicum Revelationis critenum esse ejus *conformitatem cum princpiis rationis.* — Sed falso, (a) Nam conformitas alicujus doctrinæ cum

' Ami du Clergé, 1914, p. 240 sq.
' S. Tromp, *op. at.,* p. 123-133.
' DD. Plantier, *christianisme de sentiment,* Confer. 2«, 1840-1841 ; *H.* Moisant, *Dieu et l'expérience en métaphysique,* Paris, 1907.

ratione probat quidem eam esse veram, non autem eam fuisse certo revelatam, (b) Insuper præfatum critérium usurpari non potest quoad mysteria veritatesque ordinis supernaturalis, quæ captum hominis superant : ratio enim valet non positivam eorum convenientiam invenire, sed solum ostendere horum repugnantiam non demonstrari. (C) Aliunde Revelatio est *factum historicum* quod, sicut cetera facta, probandum est positivis documentis.

(3) Modernistæ reponunt critérium Revelationis in *sola religiosa experientia.* — Quod admitti nequit. Etenim tale critérium omnem religionem ut optimam indicare potest : quod evidenter repugnat; præterea non ducit ad Revelationem sed ad mere naturalem religionem, imo ad religionem hypotheticam. (Cf. *De Immanentia methodo,*

274.— 20 Criteria plus minusve efficacia.

Singulas species criteriorum *internorum* et *externorum,* quoad eorum valorem apologeticum inspicimus.

(A) De *Criteriis internis.*

Utrum criteria interna sive *individualia* sive *universalia* (cf. n. 267) factum divinæ revelationis valide comprobent?

(1) Individualia.

(a) *Per se* et *ordinarie afferre possunt* aliquam *suspicionem, imo probabilitatem* de divina alicujus doctrinae origine, deductam ex tam profunda expletione nobilissimarum aspirationum nostrarum per doctrinam tam gratuite oblatam ut a solo Deo posse provenire videatur.

(b) Sed hæc criteria *ordinarie non dant certitudinem* : in his enim, homo non experitur religionis *supematuralitatem,* quæ extra objectum internæ vel externæ experientiæ versatur. Præterea talis via illusionibus favet et inepta est ad Revelationem saltem mediatam discernendam.

(C) *Per accidens* tamen et *extraordinarie* certitudinem de Revelationis facto aliquando præbent. Deus enim, in aliquo subjecto, per gratiam omnino extraordinariam : v. g., in Revelatione privata, vel in miraculosa conversione aut vocatione, stricte probare potest suam præsentiam vel locutionem supernaturalem, et sic valorem et effectum

externorum criteriorum supplere. Hæc criteria individualia valent tantum pro subjecto ea recipiente [*].

275. — (2) Universalia.

(a) Hæc criteria *simul sumpta* probabile testimonium in Christianismi favorem proferunt : etenim, attenta præsertim nostra impotentia circa religiosas veritates cognoscibiles, homines videntur incapaces tantam conformitatem doctrinalem cum omnibus tendentiis nostris legitimis etiam inter se oppositis inveniendi.

(b) Attamen *non constituunt apodicticum argumentum,* cum Revelationis factum non stabiliant. Si enim aliquid supematurale in eximia aspirationum satisfactione continetur, hoc ab homine cognosci nequit tanquam supematurale; proindeque eadem intima satisfactio talem doctrinam fuisse divinitus prædicatam non manifestat. — Quare criteria interna uniri debent signis externis, ut obtineatur valida argumentatio apologetica.

276. — (B) ***De criteriis externis.***

(i) Externa-intrinseca criteria sunt *negativa* vel *positiva* (Cf. n. 267, 268).

(a) *Negativa,* v. g., immunitas ab errore, a fraude, optime valent ad falsitatem discernendam alicujus doctrinæ quæ mendaciter declarat se fuisse revelatam.: unde si desint, allegata Revelatio est aperte falsa.

(b) *Positiva* sumuntur vel *simul,* vel *singillatim.* 1. *Simul sumpta,* ex se validum efformant argumentum : nam talis mirabilium qualitatum complexus in eadem Christiana doctrina, sine speciali Dei interventu, *inexplicabilis* videtur. Et sic hæc doctrina universaliter inspecta apologetice accipitur instar moralis facti, de quo demonstratur quod in nature viribus non habet rationem sui sufficientem possibilemque explicationem.

[*] Motio divina supematuralis sic potest explicari. Deus in intellectum pervadit et veritates in eo producit. Intellectus vero, supernaturaliter illuminatus, conscientiam habet hujus internæ locutionis cujus percipit immediate divinam originem. Tunc dat assensum in revelatam veritatem ob Dei locutionem ipsam; quod, auxiliante gratia, est fides ipsa.

2. *Siuçillatim* vero considerata, nonnisi ad maximam probabilitatem ducunt. Etenim non perfecte probatur humanas vires esse absolute impares ad hunc effectum particularem, v. «*. veritatem, sublimitatem, in doctrina determinata producendum.

27 7. — (2) Externa-extrinseca criteria, imprimis miracula et prophetiæ, certo primum locum tenent inter Revelationis notas. Etenim sunt criteria : (a) *Certissima.* Deus nequit falsum testari. Sed hæc criteria sunt mirabilia facta in gratiam alicujus doctrinæ a Deo peracta, (b) *Cognitu faciliima,* quoad eorum veritatem historicam et valorem demonstrativum, utpote facta sensibilia, v. g., mortui resurrectio. (C) *Accommodata* omnium mentibus sive doctorum, sive rudium. De facto, populi propter miracula Christo crediderunt, ^d) *Primaria,* i. e., alia nullo modo supponunt. — Quapropter juxta *C. Vaticanum,* "externa Revelationis argumenta ", " imprimis miracula et prophetiæ... divinæ Revelationis signa sunt *certissima* et *omnium intelligentice accommodata " l.*

ARTICULUS II

De Usu criteriorum seu Methodo Apologetica2

Proponemus hujus methodi : i. *notionem,* 2. *species,* 3. *valorem.*

27 8. — (A) Notio, (a) Methodus *in genere,* (ρ,ετὰ οδὸ , via ad terminum), est mediorum ordinata dispositio ad finem intentum, (b) *Apologetica methodus* est systematica ordinatio criteriorum ad probandam credibilitatem et credentitatem Revelationis christianæ. (Cf. n. 37, 8).

279. — (B) Species. Methodi apologeticæ distinguuntur secundum varia criteria quibus exclusive utuntur. Tres sunt præcipuæ : I. *historica,* 2. *doctrinalis,* 3. *interna* seu *subjectiva.*

l D. B., 1790.

- Vacant, *Etudes thêolog. sur le C. du I'aiicau,* t. II. n. 569; Garrigou-Lagrange, *De Revelatione,* t. I. p. 83, 555 sq.;cf. Indices; J. M. Hervé, *Manuale theol. dogin.,* t. I, n. 101 sq.

(a) Methodus *historica* adhibet criteria *extrinseca* sive homini sive Revelationi : v. g., miracula; ideo vocatur etiam *extrinseca.* (b) Methodus *doctrinalis* criteria doctrinæ revelatæ intrinseca systematice exponit, (c) Methodus *interna* seu *subjectiva* desumit argumenta in ipsa hominis conscientia religiosa, præsertim ex ejus aspirationibus moralis ordinis, quæ sunt objectum experientiæ sive *individualis* sive *universalis,* nempe in singulis vel in omnibus hominibus.

280. — (C) Valor. Hic valor respondet propositorum valori criteriorum. Hinc :

(!) Interna methodus stricte sumpta *non est per se et ordinarie efficax.* Nam directe tantum amabilitatem et appetibilitatem revelatæ religionis investigat ; sed minime probat ipsam esse veram et historice a Deo prædicatam 1 : quare non pertinet ad objectivam Apologeticam 2. — Attamen non est spernenda ut homines ad fidem suaviter et fortiter alliciantur, in eis praejudicia removeantur, attentiusque inquirant argumenta historica, et ut fideles in sua religione colenda confirmentur. Naturaliter enim homo exoptat veram esse religionem suis tendentiis tam mirabiliter conformem.

281. — (2) *Doctrinalis methodus,* (a) Vi et utilitate non caret hæc methodus, quod logice defluit ex criteriôrum *intrinsecorum* magno valore. *Variasformas,* successu temporum, exhibuit; venerunt enim ad Christianismum : alii ex consideratione ejus doctrinæ socialis eximiæ : ita *Bourget;* alii, ex ejus harmonia cum artibus humanis : ita *Chateaubriand, Huysmans;* alii, ex ejus solatio in doloribus : ita *Coppée,* etc. i. *Maxime prodest* ut homines sinceri præparentur inteïlectualiter et moraliter ad notitiam et acceptationem externorum criteriorum. 2. *Accommodata* videtur iis qui jam plura philosophorum systemata variasque religiones scrutati sunt, quin in eis invenerint

‘ “ L’apologétique interne n’aboutit pas par elle-même, sans les critères externes, à établir objectivement l’existence de la révélation... Les témoignages d’âmes ne suffisent point par eux-mêmes à établir la vérité du Christianisme De Poulpiquet, *L'objet intégral de l'Apologétique* p. 330, 424.

Ad eam referri potest *Immanentia methodus.* (Cf. n. 285-294).

summam veritatum ad complenda legitima eorum desideria. 3. Imo aliquando *necessaria* est ad removenda præjudicia, quæ historicam inquisitionem inutilem redderent : qui enim putant dogmata Christiana absurda esse, sæpe historicis argumentis aures præbere nolunt; dum ex adverso, si primum intellexerint Christianam doctrinam aptissime legitimis cordis aspirationibus respondere, jam in votis habebunt agnoscere hujus religionis veritatem, meliusque vim historicae demonstrationis percipient. 4. Hæc methodus *non est nova,* sed, ut jam dictum est (cf. n. 52 sq.), sæpe a Patribus adversus paganos fuit applicata.

(b) Non est optima, ut falso asserunt psychologists, immanentistæ vel modernistæ. Criteria enim intrinseca sunt : i. *Miniis evidentia et certa,* quia innituntur humani intellectus limitibus, qui non facile delineantur. Quis determinabit, v. g., sublimitatis gradum requisitum ut talis doctrina dici possit non naturaliter inventa, sed tantum a divina Revelatione prædicata? 2. *Non universalia :* nam a solis doctis percipiuntur, cum notiones plurimas philosophiæ, historiæ et psychologiæ atque longa studia supponant. 3. *Subjectiva* ideoque satis *arbitraria,* quia pendent partialiter a dispositionibus ea examinantium, inter quos, alii rem ut claram, alii vero ut incertam et obscuram æstimant.

282. — (3) ***Historica methodus.***

(a) Errores. *Adversarii multi,* præsertim hodie, divinam Christianismi credibilitatem solum ex criteriis internis probare volunt : ita *Protestantes,* ex *privato spiritu* religioso singulorum hominum; *Subjectivista* et *Semi-Rationalisiez,* ex ejus conformitate cum principiis et regulis practicæ rationis; *Modernistce,* ex ejus harmonia cum aspirationibus et exigentiis religiosæ experientiae. *Immanentistce* quidam recentes, ex ejus completa conformitate cum moralibus exigentiis humanæ naturæ.

(b) Doctrina catholica a *C. Vaticano* et Pio X proposita clare affirmat *preeeminentiam* externorum signorum, i. e., miraculorum, seu methodi historicæ, ad probandum religionis Christianæ ortum divinum.

D. B., 1790-1794; 1812, 1813; 2145

(c) Hæc methodus aliis prævalet. Ejus præstantia constat ex eo quod est *brevior, facilior* et *tutior.*

1. *Brevior ;* Nam in ea non prærequiritur longum doctrinæ aut singulorum dogmatum examen, sed revelatæ religionis divinitas probatur aliquot miraculis satis evidentibus, v. g., miraculis et resurrectione Christi.

2. *Facilior :* Facta enim Revelationem probantia sunt generatim obvia, splendida, multorum testimonio firmata, taciliusque expenduntur aut simplicibus exponuntur quam characteres quibus excellentia religionis dignoscitur.

3. *Tutior* tandem, quia in factorum investigatione, minus errandi periculum invenitur quam in scrutanda alicujus doctrinæ sublimitate. Præterea miracula divinum manifestant testimonium, quod est omnino irrefragabile.

283. — (4) ***Methodus integra.***

Hæc spectari potest in ordine 1. *objective,* 2. *practice.*

(1) Objective loquendo, melior methodus ea est quæ omnia prædicta criteria narmonice consociat, ut mutuam opem sibi ferant, ideoque unit methodum internam, doctrinalem et historicam. — Duæ priores viam parant historicæ demonstrationi, (a) Methodus *interna,* prudenter adhibita, Revelationis bonitatem et amabilitatem subjectivam ostendit et mentes ad religionis revelatæ considerationem et acceptationem fortiter inclinat, (b) Methodus *doctrinalis* ad contemplationem revelatæ religionis et ejus qualitatum ulterius ducit, et sic probat eam esse desiderabilem, mirabilem aut divinam, (c) Methodus *historica* denique investigat notas externas quibus certo constat religionem christianam fuisse divinitus manifestatam. Ultimo, hæc demonstratio *confirmatur comparatione* instituta, sub respectu doctrinali et historico, inter varias religiones quæ sese declarant revelatas. — Hunc servamus ordinem in sequenti tractatu apologetico.

284. — (2) Practice, si agitur de aliquo *incredulo* ad fidem convertendo, sapiens apologeta : (a) prius sollicitus erit de ejus *præparatione :* 1. *intellectuali :* per præjudiciorum remotionem et cognitionem veritatum quæ a tali incredulo negantur vel admittuntur; 2. *morali,* quæ bonam volun-

tatem supponit in divina gratia ac proinde in oratione fundatam

(b) Postea vero proponet credibilîtatis motiva quæ cujusque ingenio aptiora videntur. Quidam enim *argumentis internis,* alii *externis* efficacius trahuntur. 1. Inter motiva interna, nonnullis placent argumenta *inductiva* et *psychologica,* quibus e contemplatione humanæ infirmitatis necessitas alicujus divini auxilii infertur ad plenam facultatum evolutionem; aliis magis arridet simplex *doctrinæ Christiana expositio,* quatenus nobilissimis hominum aspirationibus optime respondet. 2. Pariter inter argumenta *historica,* nonnullis majorem persuasionem praebent prophetiae; aliis, miracula physica; aliis vero, miracula moralia, v. g., mirabilis Christianismi propagatio, necnon socialis immutatio quam ubique olim et hodie diffundit religio catholica 2. 3. Notandum est etiam multo majorem vim inesse *synthesi* omnium argumentorum quam argumentis *singulatim* sumptis 3.

Scholion. De Immanentiæ methodo

Opportuna videtur haec tractatio, praecipue ratione momenti quod praesens methodus apud permultos modernos obtinuit. In ea datur ejusdem methodi : 1. *expositio,* 2. *critica.*

1 Ad rem Pascal, *op. cit.,* p. 442 r " Si ce discours vous plaît et vous semble fort, sachez qu'il est fait par un homme qui s'est mis à genoux auparavant et après, pour prier cet Etre infini et sans parties, auquel il soumet tout le sien, de se soumettre aussi le vôtre pour votre bien et pour sa gloire ; et qu'ainsi la force s accorde avec cette bassesse

3 Cf. Newman, *Two Essays on biblical and ecclesiastical miracles,* 1S90, p. 8 : " Philosophus vehementius fortasse commovebitur populi judaici constitutione vel mira mutatione a christianismo peracta. Ex adverso, praeclara Novi Testamenti moralia praecepta, eorumque luculenta ingenuitas indoctis ac spiritu simplicibus quam maximam persuasionem ingerunt. Opera pretium est statuere Revelationis argumenta vim *cumula/ivam* pra se ferre et mutuam vim sibi invicem præstare ; quapropter argumentum e miraculis depromptum multo validius est, si una cum aliis perpendatur quam si solum consideretur".

3 Cf. de Poulpiquet, *L'objet integral de ΓApologétique,* p. 316, 447 sq. ; art. *La solidarité apologétique des motifs de crédibilité,* in *R. P. A.,* 1912, p. 81-

I. EXPOSITIO METHODI IMMANENTIÆ

Ad hunc finem obtinendum breviter indicantur ejus : I. *nomina, 2. fautores,* 3. *occasio,* 4. *principia, 5. processus.*

285. — (1) Nomina. Hæc apologetica varia accepit nomina. Dicitur *immanentia* methodus, quia demonstrationis suae principia sumit ex factis, legibus, exigentiis relate ad supematurale, quæ *manent in* hominis conscientia. Vocatur etiam : *voluntarismus,* nam voluntati primatum tribuit in religiosæ veritatis inquisitione; *fragmatismus,* aut *moralis dynamismus,* siquidem nititur in actione (πρϊγμα), vel in exigentiis et viribus (δύναμι) hominis religiosi.

286. — (2) Fautores. Hæc nova methodus propugnata fuit, aliter tamen et aliter, a subjectivistis permultis : sive ab Ecclesia damnatis, v. g., *Modernises, Tyrrel* * 2, *Laberthonni'ere* 3, etc.; sive a catholicis, praesertim *Blondel.** Isti persuasi fuerunt hodiernos incredulos ad Christi fidem adducendos immanentiæ via facilius quam apoldgetica traditional!.

287. — (3) Actualis occasio. Apologetica efficax, aiunt *Immanentistæ,* mentalitati et philosophiae uniuscujusque aetatis coaptari debet. Sed hodierni philosophi extrinsecismum respuunt et christianæ religioni valde infensi sunt, quando hæc ab apologetis proponitur ut aliquid supematurale *ab extrinseco* impositum sub

' Cf. Origo religionis, juxta Modernistas, n. 138-140.

' Tyrrell ;* *Faith of the millions,* de quo *Dimnet* scripsit in *R. C. F.,* 15 juin 1902.

3 Laberthonnière ;* *Le dogmatisme moral,* 1898 ; *Pour le dogmatisme moi-al,* 1900; *Sur le chemin du catholicisme.*

* Blondel, *L'Action,* Paris, 1893 ; *Lettre sur les exigences de la pensée contemporaine en matière <ïApologétique,* in *Annales de Philos, chrét.* ♦, Janv.-Juil. 1896; *Histoire et dogme,* in *Quinzaine,* Janv. 1904; *La Pensée,* Paris, 1935. Hujus auctoris methodus propugnata fuit a *Ch. Denis, A. Lamy, Laberthonnière, Mano, Fonsegrive, Tyrrell,* etc., et impugnata a *Schwalm, Gayraud, Le Bachelet, Lahousse,* etc. Duæ sunt systematis Blondelliani recentes expositiones : prior ab Aug. Valensin, in *D. A.,* art. *Immanence (Méthode (F),* qui declarat hanc methodum liminarem posse esse utilem, imo quandoque necessariam ; posterior a J. de Tonquédec in libro : *Immanence,* Paris, 1913, tenet eamdem methodum in multis non recte sonare. — Nuper prodierunt : A. Valensin et Y. de Montcheuil, *Maurice Blondel,* Coll. *Les moralistes chrétiens,* Paris, 1934; *Cahiers de la NtUt Journée : M. Blondel, Le problème de la philos, cathol.,* Paris, 1928; *Uœuvre philosoph. de M. Blondel,* Paris, in quibus Blondel doctrina sæpe approbatur. Cf. art. *Fidélité constante par la croissance même de la Tradition,* in *Rev. thomiste,* déc. 1935, p. 611-628, ubi *Blondel* declarat suam doctrinam Traditioni consonam.

æternæ damnationis poena. Econtra immanentiæ legem amplectuntur, vi cujus rationis *autonomiam* et *autochtoniam* ita proclamant, ut nihil *ab extrinseco* accipere velint, nisi quod requiritur ad perfectam et quidem connaturalem suarum facultatum evolutionem [1]. Quid igitur cum iis agendum? Traditionalis apologetica quæ arguit praesertim ex extrinsecis criteriis relinquatur, et adhibeatur immanentiæ methodus, quæ ex solis subjectivis motivis argumentatur. Ita arguunt *Immanentista.*

288. — (4) Principia. Hæc methodus, qualis a Modernistis exposita fuit, principia negativa et positiva affirmat, (a) *Negativa :* Juxta ipsam, admitti debet : rationèm theoreticam esse incapacem objectivæ veritatis cognoscendae, et extrinseca revelationis criteria, quæ a traditional! apologetica proponuntur, nullo vel minimo valore gaudere '.

(b) *Positiva :* i. Religionis christianæ *historia* accipi potest sed tantum in modernistico sensu qui excludit omne supematurale factum. 2. *Vera* hominis *perfectio* exigit quod sit tum *autochtona,* nempe quod ex subjecto procedat et ad ejus evolutionem vitalem requiratur; tum *autonoma,* i. e., regulata non externe sed ab intrinseco, ex ejus conformitate cum vitæ exigentiis. Deinde hæc omnia religioni applicantur. 3. Veritas est non adæquatio intellectus et rei, ut olim dicebat Schola; sed *adæquatio*

1 " La pensée moderne avec une susceptibilité jalouse considère la notion *(Γimmanence* comme la condition même de la philosophie ; c'est-à-dire que, si parmi les idées régnantes il y a un résultat auquel elle s'attache comme à un progrès certain, c'est l'idée très juste en son fond, que rien ne peut entrer en l'homme qui ne sorte de lui et ne corresponde en quelque façon à un besoin d'expansion, et que ni comme fait historique, ni comme enseignement traditionnel, ni comme obligation surajoutée du dehors, il n'y a pour lui vérité qui compte et précepte admissible sans être, de quelque manière, autonome et autochtone **Blondel,** art. *Lettre sur les exigences de la Pensée contemporaine en matière d'Apologétique* in *Annales de Philos, chrétienne* Janv.-Juillet 1896, p. 6co.

3 Dolendum est tamen quod *Laberthonnière* ;* pluresque alii propugnatores *immanentiæ methodi* tam acriter impugnaverint veterem theologorum methodum, et scholasticæ philosophiæ bellum indixerint Nonne satius est dextras jungere contra communem hostem, et omnibus legitimis methodis uti ad convertendos eos qui a vera fide alienati sunt? De philosophia scholastica, quatenus hodiernis moribus accommodari potest, melius sentiebat **d'Hulst,** ut constat ex ejus operibus, præsertim *Mélanges Philosophiques.* **Cf. Card. Baudrillart,** *Il Apologétique philosophique de Mgr d'Hulst* in *R. P. A.* **t III,** 1906, pp. 13 73, 387, 470, 5> 577, 641.

mentis et vita : vita autem indicat et explicat intellectus veritatem

289. — (5) **Processus**[*]. Sic exponitur, secundum Modernistas, in encyc. *Pascendi.* " Modernistæ apologetæ ad *immanentiæ* doctrinam (veniunt). Elaborant nempe ut homini persuadeant, in ipso atque in intimis ejus naturæ ac vitæ recessibus celari cujuspiam religionis desiderium et exigentiam, nec religionis cujuscumque sed talis omnino qualis catholica est : hanc enim *postulari* prorsus inquiunt ab explicatione vitæ perfecta "[»].

Quidam vero catholici sic suam Apologeticam evolvunt. Homo agit ipsique incumbit agendi officium. Sed ejus actiones profundissimis aspirationibus tum mentis tum voluntatis non adæquate respondent. Quare semper remanet naturæ humanæ indigentia per actionem implenda, ut ejus finis obtineatur. Ex hac indigentia immanenti et subjectiva homo assurget infallibiliter ad aliquod ens transcendens et objectivum, nempe Deum; et obligationem percipiet illud amplectendi, nisi velit intirhis suis aspirationibus contradicere, finemque suum ultimum abdicare. — Imo ad Deum supernaturalis ordinis auctorem ascendet, quia humana natura, de facto in actuali ordine, elevatur et ordinatur ad finem supernaturalem quo indiget. Porro Deus ille non est alius nisi Deus in Christianismo adoratus. Quare ipse Christianismus ab intrinseco postulatur, et, gratia Dei coopérante, accipietur ut exigentiis internis respondens, si tunc ab extrinseco proponitur homini. Denique fides plena ex praxi erumpet et novæ plenitudinem vitæ producet.

II. CRITICA METHODI IMMANENTIÆ

Distinguere licet : 1. Immanentiam prædictam quæ *rejici debet,* 2. aliam formam quæ *retineri potest.*

[*] Pius X, Encyd. *Pascendi;* D. B., 2101 sq. ; De Tonquédec, *La notion de virili dans la " Philosophie nouvelle"* p. 34 sq.

[»] D. B., 2103; J. M. Hervé, *op. cit.,* n. in.

[’] In expositione et judicio hujus methodi præ oculis habemus principia et processum præsertim Modernistarum, et etiam Catholicorum, " qui quamvis immanentiæ doctrinam ut doctrinam rejiciunt, ea tamen pro apologesi utuntur" (D. B., 2103), juxta gradum quo Modernistis objective assimilantur : de horum Catholicorum intentione evidenter non est quæstio.^^^^

290. — ***Thesis Ia.*** Methodus Immanentiæ prædietæ est rejicienda.

(i) Falsis principiis philosophicis innititur, (a) Revera hæc methodus supponit agnosticismum subjectivistam et immanentismum, et speciatim impotentiam intellectus ad verum docetque falsam veritatis notionem. (Cf. n. 218, not. i ; 288). Sed hæc omnia in recta philosophia confutantur. (b) Aliunde, his principiis admissis, impossibilis evadit philosophica cognoscibilitas existentiæ Dei, miraculi proprie dicti, etc. ideoque destruitur omnis Apologetica, (c) Insuper si norma *theoreticæ rationis* non demonstratur objectiva, consequenter nec norma *practicæ rationis* ut objectiva probari poterit : proinde hujus *postulata* non religionis alicujus veritatem objectivam, sed tantum cum subjecto convenientiam ostendent.

291. — (2) Inefficax est in Apologetica. Etenim demonstrare nequit *factum Revelationis supernaturalis christianæ*.

(a) *Non Revelationis factum.* Nam hoc factum est historicum, praeteritum, publicum et liberum. Sed hujusmodi eventus solis documentis externis et historicis certe demonstratur.

(b) Nec *Revelationem supernaturalem.* Etenim objectum facultatum exigentiis seu aspirationibus necessario proportionatur. Sed aspirationes nostrae sunt naturales. Manifestum est ergo quod si natura nostra continet germen aut exigentiam religionis catholicae, hæc religio non est vere supernaturalis, sed tantum forma quædam naturalis evolutionis religiosae inter homines.

Nec dicatur : Hæc methodus argumentatur ex exigentiis hominis non in abstracto, sed in concreto, i. e., ut elevati ad supernaturalem ordinem, ideoque habentis exigentiam finis supernaturalis. — Resp. (a) Sed tunc adest principii petitio : supponitur enim existere supernaturalem ordinem ad ipsius existentiam probandam, (b) Præterea supernaturale ut tale non cadit sub interna experientia. Ergo ab ipsa exigentia relate ad finem supernaturalem demonstrari nequit.

(c; Nec *Revelationem christianam.* Nam si Christiana Revelatio declaratur divina quia aspirationibus nostris respondet. simile judicium de sua religione a judæo vel a pagano et

aliis enuntiari poterit. Hinc multæ religiones, et non sola Revelatio Christiana, æquo jure ut divinæ declarabuntur. Quæ conclusio opponitur veræ Apologeticæ fini.*

292. — (3) Ducit ad consectaria falsa. Multi immanentiæ methodum impugnant tanquam faventem : (a) *baianismo,* quia saepe asserit naturam postulare supernaturale; (b) *fideismo,* quia vim rationis nimis deprimit, miraculorum efficaciam ad revelationem probandam enervat, et fidem ex praxi, ex *actione* præsertim stabilire contendit; (c) *semirationahsmo,* quia praecipua dogmata ratione demonstrare conatur.

293. — (4) Damnatur a fide et theologia, (a) *Reprobatur ab Ecclesia :* v. g., a C *l'aticano* et a *Pio X.* — I. *C. Vaticanum* definit : "Si quis dixerit... sola *interna* cujusque *experientia* aut inspiratione privata homines ad fidem moveri debere, A. S." 2. Praeterea clare docet Revelationem Dei fieri credibilem signis præsertim externis i. e., miraculis et prophetiis. 2. Plus X, in encycl. *Pascendi,* sæpius hujus methodi falsitatem declarat 3; et inter alia scribit : " *Queri vehementer nos* iterum oportet non desiderari e catholicis hominibus, qui *quamvis immanentia doctrinam ut doctrinam rejiciunt, ea tamen pro apologesi utuntur;* idque *adeo incauti* faciunt, ut in natura humana non capacitatem solum et convenientiam videantur admittere ad ordinem supernaturalem, quod quidem apologetæ catholici, opportunis adhibitis temperationibus demonstrarunt semper, sed germanam *verique nominis exigentiam* 4

(b) *Evertit theologicas quasdam notiones maximi momenti.* Juxta immanentiæ methodum, *Revelatio* divina est tantum " acquisita ab homine suæ ad Deum relationis conscientia "5; loco supernaturalis *actus fidei* ponitur naturalis experientia

* D. B., 2081, 2082.

' D. B., 1812; cf. 1790.

3 D. B., 2103-2105.

4 Postea Pius X addit : " Apologeticam Modernistarum methodum... agnoscimus : methodum, uti etiam doctrinas, errorum plenas, non ad ædificandum *aptas* sed *ad destruendum,* non ad catholicos efficiendos sed *ad catholicos ipsos ad hctresim trahendos,* immo etiam *ad religionis cujuscumque omnimodam eversionem ".*

5 D. B., 2020.

religiosa; *motivum fidei formale* non est auctoritas Dei revelantis sed conformitas doctrinae christianæ cum exigentiis ejusdem experientiae religiosae.

294. — ***Thesis II".*** Forma quædam Immanentiæ retinenda.

Methodus immanentiæ, ab omnibus subjectivism! erroribus plene expurgata et docens "in natura humana capacitatem solum et convenientiam ad ordinem supernaturalem" potest utiliter adhiberi ut praeparatio subjectiva sive ad historicam Revelationis demonstrationem criteriis externis, sive ad actum fidei eliciendum. — De ejus *valore* aut *dignitate* fere eadem sunt dicenda ac de criteriis religionis christianæ desumptis ex aspirationibus hominis vel qualitatibus doctrinae catholicæ (cf. n. 281).[1] — Sed jam a prioribus saeculis, apologetae catholici interna religionis catholicæ criteria exponentes huic legitimae methodo viam paraverant.

1 Recte Aug. Valensin hanc Apologeticam, sic spectatam, *apologétique du seuil vocat, op. cit.,* col. 584. — Eamdem methodum tanquam *prceparaiionem subjectivam et moralem* ad demonstrationem historicam et ad actum fidei, admittit **Le Bachelet,** *De l'apologétique tradit, et de l'apologétique moderne,* Paris, 1897, p. 140-141. "Voici finalement comment la chose est concevable. Même dans l'ordre naturel, nous sentons le besoin d'un surcroît pour le développement de nos aspirations légitimes et la perfection intégrale de notre action humaine. Il faut donc se tourner vers Celui d'où le secours peut venir, et cela suffit pour expliquer un mouvement initial de Pâme vers Dieu. Mais si l'ordre surnaturel existe réellement, nous ne pourrons de fait trouver en dehors de cet ordre le surcroît tel qu'il nous le faut. Si donc nous cherchons le secours divin avec l'humble sentiment de notre insuffisance, si nous le poursuivons d'après toutes les lois de la sincérité intérieure, la grâce interviendra certainement pour nous aider et pour orienter nos aspirations vers l'unique terme, Dieu notre fin surnaturelle... De la sorte il peut arriver que le besoin du surcroît, vague et indéterminé au début, se précise dans la suite sous l'influence de la grâce, et devienne besoin du surnaturel proprement dit". Cf. Pinard, art. *Expérience religieuse,* in *D. A.,* col. 1846-1864.

CAPUT VI

de Miraculo, præcipuo Revelationis Criterio

295. — Conspectus.

De Miraculo

1. De miraculo *in genere.*
   (a) *Natura* et *species.*
   (b) *Cognoscibilitas.* Aliquando cognosci potest ut factum : sensibile, supematurale, divinum.
   (c) *Possibilitas* et *convenientia.*
   (d) *Valor apologeticus :* existentia, objectum, conditiones.
2. De miraculis *in specie.*
   (a) *De prophetia :* notio, possibilitas, discemibilitas, valor apologeticus.
   (b) *De miraculis ordinis moralis :* notio, possibilitas, cognoscibilitas» valor apologeticus.

Ex una parte, miraculum maximum Revelationis critérium; ex altera vero, multi adversarii miraculum impugnant; quapropter fusius tractandum est : I. *de miraculo in genere, 2. de quibusdam miraculis in specie.*

ARTICULUS I

De Miraculo in genere

De miraculo[1] *quatuor* expendere juvat : I. *naturam* et *species, 2. possibilitatem,* 3. *cognoscibilitatem,* 4. *valorem apologeticum.*

[1] D. B., 121, 1624, 1707, 1790, 1813; S. Thom., *Sum. theol.*. 1, q. 105, a. 6-8; q. no, a. 4; *Cont. Gent.,* I. III, c. 101, 102, 109; *De Potent.,* q. 6; *De miraculis;* Hooke, apud *Aligne, Theol. Curs.,* II, p. 507 sq. ; Perrone, n. 109 sq. ; Brugère, n. 4 sq. ; n. 34 sq. ; Mazzella, n. 171 sq. ; Lambrecht, p. 152 sq. ; Spagni, *De .Miraculis,* Romæ, 1777; Van Weddingen, *De miraculo,* Lovanii, 1869; Newman, *Essays on miracles;* L. Gondal, *Surnaturel,* 1. II, p. IOI sq.; *Afiracles,* 1905; De Bonniot, *Le Miracle ei ses contrefaçons; Le Miracle et les sciences médicales;* J. Didiot, *Logique surnaturelle objective,* Paris, Lille, 1892, th. 26; Ottiger, p. 170; G. Sortais, *La Providence et le miracle,* Paris, 1905; Michel, art. *Miracle,* in *D. T. C.,* col. 1798-1895; Mercier, art. *Le Miracle,* in *Revue thomiste,* sept.-oct., 1907 sq.; P. de Poulpiquet, *Le miracle et ses suppléances,* 1913; Id., *Dobjet intégral de TApologétique,*

I. — De Natura et Speciebus Miraculi

I. De Natura Miraculi

Dantur ejus : i. *nomina,* 2. *definitio.*

296. — r° Nomina. Miracula in S. *Scriptura* dicuntur : 1. *prodigia,* τέρατα; seu *mira, mirabilia,* θαυμάσια, quia videlicet attentionem excitant; 2. *signa,* σημεία, quia significant potestatem facientis vel divinam ejus missionem; 3. *gloriosa,* ἔνδοξα, quia gloriam Dei manifestant; 4. *virtutes,* δυνάμει , quia exercitium sunt divinæ virtutis seu potentiæ; 5. *opera, ἔργα,* utpote opera Deo propria[1].

297. — 20 Definitio.

(A) *Etymologica.* "Miraculi nomen, inquit S. Thomas, a *mirando* est sumptum. Ad admirationem autem duo concurrunt" : ut causa operis efficiens sit occulta et aliquid operetur præter consuetum ordinem 2*

298. — (B) *Realis.*

Miraculum definitur in sensu : 1. *lato,* 2. *stricto :* (1) Lato sensu 3, miraculum est *factum sensibile, quod extra consuetum natura cursum fit, ab agente suprahumano.* Cum vero *duplex* esse possit agens *suprahumanum,* nempe vel creatura homine naturaliter excellentior, (angelus aut diabolus), vel Deus ipse, *duplex* erit *miraculum :* 1. miraculum *relativum,* seu quoad nos, quod ab angelis aut a diabolo fieri potest; 2. miraculum *simpliciter et absolute divinum,* quod soli Deo tribui debet4.

299. — (2) Stricto sensu, definitur : *Factum sensibile, extraordinarium* et *divinum* s. Quæ verba sunt singulatim explicanda.

p. 87-121; J. V· Bainvel. *De Vera Religione,* Paris, 1914, n. 80 sq.; J. de Tonquédec, *Introduction à Γélude du merveilleux et du miracle,* 1916; Id., art. *Miracle,* in *D. A.,* roL 548 sq. ; Dr. Le Bec, *Preuves médicales du miracle,* 1918; Id., *Critique et contrôle medical des guérisons surnaturelles,* 1920; P. M. Périer, art. *Le miracle est-il une violation des lois de la nature,* in Λ'. *P. A.,* (-15 avril 1920; Hugneny, *Crit. et calh.,* t. I., ch. XII. L'Eglise et le miracle; de Grandmaison, *ait. Jésus-Christ,* in *D. A.,* col. 1405-1409, 1412-1417; Garrigou-Lagrange, *De Revelatione,* 1. L, c. XIX.

1 *Sum. theol.,* 2* 2æ, q. 178, a. 1. — 2 S. Thom., *De Potent.,* q. 6, a. 2.

3 *Sum. theol.,* I, q. 114, a. 4. — 1 *Sum. theol.,* I, q. 114, a. 4.

1 Quæ notio æquivalet definitioni S. Thomæ, 1, q. no, a. 4 : miraculum est "quod fit *prater ordinem totius natum creata";* aliunde concordat cum descriptione *C. Vaticani,* juxta quod, miracula sunt facta *externa* et *divina* quæ Dei omnipotentiam et infinitam scientiam commendant : sess. III,cap._3; D. B., 1790.

Dicitur :

(a) *Factum,* i. e., aliquis effectus : sive substantia : v. g., conversio aquæ in vinum ; sive accidens, v. g., illuminatio caeci nati.

(b) *Sensibile,* scilicet a sensibus cognoscibile. Revera datur in *notam* seu signum Revelationis; sed omne signum sub sensu cadit. — Potest autem fieri sensibile i. sive *per se :* v. g·, ignis non comburens; 2. sive *per aliud :* v. g., scientia infusa vel sanctitas quæ per actus externos manifestantur. — Hinc mira opera, quæ Deus *occulte* in anima vel in sacramento Eucharistiæ operatur, *proprie* miracula non dicuntur. Ratione hujus notæ, miraculum poterit sensu percipi historiaque testificari.

300. — (c) *Extraordinarium,* i. e., *prceter ordinem totius naturce creatce.*

Natura est immensus creaturarum complexus. *Ordo naturce* hic significat determinationem creaturarum ad *certos* effectus modo constanti producendos; *lex* vero *naturalis* est relatio uniformis inter talem causam et effectum proportionatum. (Cf. n. 44).

Porro ordo naturæ est *particularis, universalis* et *universalissimus.* i. *Particularis* viget inter naturam singularem et suos effectus : ita lapis cadit. 2. *Universalis* regulat operationes omnium entium creatorum sive corporum sive spirituum, eorum ordinationem ad invicem et directionem in finem ultimum. 3. *Universalissimus* autem est Providentia qua omnia diriguntur sive ordinario sive extraordinario modo.

Miraculum autem *non est tantummodo prceter ordinem particularem,* "quia, ut ait S. THOMAS, sic cum aliquis projicit lapidem sursum, miraculum faceret, cum hoc sit præter naturam lapidis" [1]; sed ***fit prceter ordinem universalem*** causarum et legum creatarum. Remanet vero *sub ordine universalissimo* divinæ Providentiae. "Nihil Deus facere potest, quin sub ordine suae Providentiae cadat, sicut non potest aliquid facere quod ejus operationi non subdatur" [2].

Quare miraculum non est *destructio, violatio* aut *suspensio* ordinis vel legum naturæ, sed mera derogatio aut exceptio

[1] *Sum. theol.*. **I, q. IIO, a. 4.**
[2] *Cont. Cent.*. 1. **III, c. 98.**

quædam particularis legibus naturæ, per specialem Dei interventum producta.

A ratione miraculi excluduntur ergo creatio, sanctificatio, concursus Dei, quæ non sunt præter naturæ cursum.

301. — (d) *Divinum,* i. e., a Deo patratum. Sic indicatur *auctor miraculi.* i. Miraculum *a Deo solo est* operabile. Etenim nulla finita virtus potest agere aliquid præter ordinem totius naturæ creatæ [1].

2. Miraculum producitur a Deo sive *immediate* per seipsum, sive *mediate* per creaturam.

1) Causa *principalis* omnium miraculorum est solus Deus : solus enim Deus propria virtute præter ordinem universalem naturæ operari potest, seu per se facere vera miracula [2].

2) Causa *ministerialis* aut *instrumentalis* miraculi est aliquando libera creatura, sive angeli, sive homines. *Angeli boni* et homines *sancti* interveniunt vel moraliter influendo per orationes suas, vel potestative agendo nomine Dei [3].

302. **3)** *Angeli mali, saltem de lege ordinaria.* nequeunt etiam instrumentaliter miracula agere. "Cum enim operatio miraculosa sit quoddam divinum testimonium indicativum divinæ virtutis et veritatis, si dæmonibus, quorum voluntas tota est ad malum, aliqua potestas daretur faciendi miracula, Deus falsitatis eorum testis existeret : quod divinam bonitatem non decet"[4]. — Idem dicendum, servatis servandis, de hominibus *peccatoribus.*

4) Attamen, *in casu particulari, dæmones* aliquando operari miracula possunt, dummodo constet cum certitudine eos agere, ex Dei virtute, in testimonium veritatis aut sane-

1 Etenim "quod est sub ordine totaliter constitutum, non potest præter ordinem illum operari. Omnis autem creatura constituta est sub ordine quem Deus in rebus statuit. Nulla ergo creatura potest supra hunc ordinem operari, quod est miracula facere". *Cont. Gent.,* l. III, c. 109.

a Quod sæpe a S. Thoma docetur : *Sum. theol.,* 1, q. no, a. 4; q. 113,

3 "*Angeli* ad miracula facienda *tripliciter* operantur : Uno modo *precibus impetrando...* Alius modus est quod Angeli *materiam disponunt sua naturali viriute* ad hoc quod miraculum fiaL.. Tertius modus est quod operentur etiam aliquid *coagendo* S. Thom., *De Potent.,* a. 4.

4 S. Thom., *De Potent.* a. 5; *Quodl.* II, 6, ad 4.

titatis, non vero in favorem mendacii aut pravitatis. (Cf. n. 324). Idem affirmare licet de *peccatoribus l.*

(5) Miraculum ergo *secernitur :* 1. a facto naturali, tum ordinario, tum extraordinario aut fortuito; 2. a prodigiis diabolicis; 3. ab omnibus effectibus etiam miris ordinis supernaturalis gratiie et gloriæ.

II. De Speciebus Miraculi

303. — Miraculum *dividitur* ratione : I. *legum quibus derogatur,* 2. *natura quam excedit,* 3. *modi quo naturam excedit.*

(1) Ratione legum quibus derogatur, miraculum est *physicum, intellectuale* aut *morale* : (a) *Physicum,* quando fit extra consuetum ordinem naturæ physicae, v. g., multiplicatio panum, curatio leprosi, etc. (b) *Intellectuale,* quando cognitio quaedam exhibetur extra consuetum ordinem naturæ intellectualis, v. g., prophetia, secretorum cordis cognitio, etc. (c) *Morale,* cum fit actio vel actionum series extra leges consuetas ordinis moralis, ita ut divino auxilio speciali tribui debeat, v. g., mirabilis sanctitas Christi, conversio Pauli, etc.

304. — (2) Ratione naturæ quam excedit, datur miraculum quoad *substantiam, subjectum* et *modum* 2. (a) Quoad *substantiam,* seu *id quod fit,* quando effectus nullis unquam naturæ viribus sed soli Deo est possibilis : v. g., glorificatio corporis humani, (b) Quoad *subjectum,* seu *id in quo fit,* quando effectus a natura produci potest, sed non in tali subjecto : v. g., visio in cæco nato, (c) Quoad *modum,* quo fit, quando effectus est naturæ possibilis, sed non quoad modum quo producitur : v. g., subita morbi gravissimi sanatio.

305. — (3) Ratione modi quo excedit naturam, distinguitur miraculum *supra, prœter* et *contra* naturam 3.

(a) *Supra naturam,* quando superat absolute omnes naturæ vires : v. g., mortui resurrectio, (b) *Prater naturam,*

' *Sum. theol.,* q. 114, a. 4; 2' 2®, q. 178, a. 2; *De Potent.,* VI, a. 5.
9 *Sum. theol.,* I, q. 105, a. 8; *Cont. Gent.,* 1. III, c. 101.
3 *Sum. theol.,* 1, q. 105, a. 6-8; *Cont. Gent.,* 1. III, c. 100-102; *De Potent.*

si producitur effectus quem natura operari potest, illo tamen modo quo natura producere nequit : v. g,, sanatio febris sine medicamento, (c) *Contra naturam,* quando fit, remanente contraria dispositione in natura : v. g., tres pueri in igne illæsi manentes.

Scholia.

306. — (i) Doctrina catholica de miraculis.

C. Vaticanum 1 definit aut declarat miracula esse possibilia, certo cognoscibilia, Dei omnipotentiam et scientiam manifestantia, signa certissima et omnium intelligentiæ accommodata quibus probatur divina Christianismi origo; speciatimque narrationes miraculorum in Scriptura contentas non esse fabulas 2.

307. — (2) Heterodoxæ miraculi notiones.

Plurimæ sunt, utpote rejicientes unum vel alterum elementum essentiale miraculi et negant illud esse vel sensibile; vel supernaturale, vel divinitus patratum.

(a) Juxta quosdam, miraculum est sæpius effectus imaginationis aut sensus religiosi, sine realitate objectiva.

(b) Alii docent miracula provenire a viribus naturalibus ignotis : ita *Positiviste* et *Matérialiste;* vel a serie causarum quæ effectus insuetos producunt : ita *Bonnel, Houteville;* vel a Deo per consuetum suæ Providentiæ exercitium nobis impervium.

(C) *Protestantes liberales* contendunt miracula esse extraordinarios eventus naturales, quos tanquam divinæ benevolentiæ testes, aut tanquam precum exauditionem, fides considerat λ

308. — (d) *Moderniste* affirmant derogationem legibus naturæ a Deo fieri non posse. Miraculum autem provenit a *fide* credentis, cujus influxu spiritus operatur in materiam effectus hucusque ignotos, et cujus vi creatrice non raro vita hominum sanctissimorum fuit decorata nimbo miraculorum. — Cui theoriæ accedit sententia ab *E. Le Roy* excogitata, juxta quam miraculum est manifestatio legis superioris, vi cujus materia spiritui subordinatur : siquidem nihil est aliud nisi actus quo spiritus hominis, modo

' D. B., 1790, 1812, 1813. —a Cf. D. B., 1707.

3 E. Müller, *Natur und Wunder,* Wurtzbourg, 1892; G. Marcquardt, *Das Wunderproblem,* Munschen, 1934, exponit varias miraculi definitiones apud Protestantes recentes in Germania et ostendit eas a *Schleiermaeher* et *Kant* derivare. Cf. B. Jansen, Λα *philosophie religieuse de Nant,* Paris, ’934. P· 15’ sq.

intensissimo agens, suam supra materiam potestatem recuperat ’. Hæc autem activitas fit intensior sub influxu *fidei,* quæ facultatibus nostris majorem vim impertitur; ideoque Christus sæpe fidem requirit ab iis quos sanaturus est. Cumque hæc non excitetur nisi Dei gratia, hinc sequitur ultimo miraculum Deo legitime tribui ’. — Ita miraculum, cum aliqua veritate religiosa connexum, eam esse veram ostendit, cum verum sit quidquid bonos fructus profert. Attamen aliquod fidei initium, seu bona voluntas, requiritur ut miraculum tanquam aliquid supematurale appareat.

Qua notio rejiàenda est. Nam : (a) innititur singulari et falso conceptui materiae; nam, juxta *E. Le Roy,* materia non existit nisi *in mente* et *per mentem,* ideoque omnino pendet *a nante* nostra ·; quod quidem nihil aliud est nisi *idealismus* in Praelectionibus philosophicis confutatus, (b) Neque conciliari potest cum fide catholica, quæ tenet miracula esse *externa revelationis argumenta* et *fcxta divina,* Dei *omnipotentiam* commonstrantia; non sum. igitur directe et proprie *opus fidei,* ut vult *E. Le Roy;* sed *opus divinum,* ex se aptum, simul cum gratia, ad fidem gignendam [4]. (c) Impar est ad explicanda omnia miracula in Evangeliis narrata, qualia sunt resurrectio Lazari vel Christi.

IL — De Possibilitate[5] et Convenientia Miraculi

309. — Status quæstionis.

(i) Errores, (a) Miraculi possibilitatem logice negant ii omnes qui Dei personalis existentiam rejiciunt, ut athei, panfheistae,

[1] u Un miracle, c’est l'acte d’un esprit individuel (ou d’un groupe d’esprits individuels) agissant comme esprit à un degré plus haut que d’habitude, retrouvant en fait, et, comme dans un éclair, sa puissance de droit ”... “ Un miracle, c’est l’acte d’un esprit qui retrouve plus complètement que d’habitude, qui reconquiert momentanément une part de ses richesses et de ses ressources profondes”. E. Le Roy, *Annal, de philos, chrét.* ;* déc. 1906, p. 242, 247.

[2] “ Oui certes, il n’y a de miracle que par la foi. N’en concluez point que le miracle soit une simple illusion mystique. La vérité, c’est qu’il manifeste le pouvoir causal de la foi. Par lui, la foi montre qu’elle est une force efficace et réelle, capable de vaincre les forces physiques... On voit aussi comment le miracle est., *surnaturel.* C’est que la foi l’est elle-même... ” *op. cit.,* p. 249. Idem invenies apud Fogazzaro ;* *Le Saint* (Il Santo), Paris, 1906, p. 175. Quam theoriam confutat Bernard de Sailly, art. *La notion et U rôle du miracle,* in *Ann. de Phil, chrlt.* ·, t 134, 1907, p. 337-361.

[3] “ Selon cette conception, la matière existe sans doute, mais elle n’existe que dans et par l’esprit intérieurement et relativement à l’esprit.. En tant que *matière actuelle,* elle a une réalité explicite et concrète, mais est l’œuvre de l’esprit : c’est le groupe des mécanismes qu’il a montés pour agir, le système des habitudes qu’il a contractées”. Le Roy, *Dogme et Critique* ;* p. 237. —[4] Ami du Clergé, 1913, p. 353-362.

[5] S. Thom., *Cont. Gent.,* l. II, c. 22-30; l. III, c. 98, 99; *De Potent.,* VI; **Van Hove,** *La doctrine du miracle chez S. Thomas,* Paris, 1927.

inaterialistæ; si enim nullus sit Deus a mundo distinctus, nullus specialis ejus interventus per miraculum in mundo admitti test.

(b) *Rationalista* quidam Deum agnoscentes, eidem potestatem denegant miraculose in mundo quem creavit interveniendi, quoniam hoc repugnaret divinis attributis

(c) Præterea *Positiviste* et *Déterministe* putant miraculum esse impossibile, quoniam adversaretur *determinismo,* qui hodie tanquam dogma inconcussum a multis agnoscitur, et redderet scientiam inanem evertendo naturæ ordinem

(2) Catholici unanimiter docent miraculi possibilitatem tum intrinsecam tum extrinsecam ejusque convenientiam.

310. — Thesis. Miraculum est possibile et conveniens.

la Pars. Est possibile. Philosophice *certum,* theologice *de fide.*

Ecclesiae magisterium.

C. Vaticanum docet : " S. q. d. *miracula nulla fieri posse,* proindeque omnes de iis narrationes,etiam in Sacra Scriptura contentas, inter fabulas et mythos ablegandas esse..., A. S. " '

Probatur : Miraculum est possibile, cum non repugnet ex parte : 1. *ordinis naturæ,* 2. *Dei.*

i° Ex parte ordinis naturæ. Res *philosophice* et *scientifice* considerari potest.

(A) *Philosophice.* (1) Etenim vis inferior subjicitur superiori. Proinde ordo naturalis finitus et creamus, Deo creatori et infinito submittitur. Et ideo Deus in mundo intervenire potest praeter ordinem a se constitutum 4. —

1 ha G. Séailles *, *Les affirmations de la Conscience moderne,* Paris, 1903, P· 33'34 : " Aussi bien nous ne rejetons pas seulement le miracle parce que nous ne voyons pas qu'on ait jamais constaté dans la suite des faits l'intervention d'une puissance surnaturelle ; son idée ne trouve plus place dans notre esprit, elle est exclue par l'ensemble de tout ce que nous pensons... Il nous apparaît aujourd'hui comme un procédé puéril, enfantin, indigne d'une haute intelligence, à laquelle il ne saurait convenir de troubler le règne des lois qu'elle a établies... Si nous n'admettons plus le miracle, ce n'est pas seulement qu'il ne s'en produit que quand on y croit, c'est qu'il est rejeté par la conscience plus encore qu'il est nié par la science. Loin de faire preuve, le miracle désormais est une raison de mettre en doute et de soumettre à l'examen les vérités qu'on prétend appuyer de cette singulière autorité ".

3 Saintyves *, *Le discernement du miracle;* Guignebert *, in *Grande Revue,* mai 1910. — * *C. Vatican.,* sess. III, cap. 3, can. 4; D. B., 1813.

* *Sum. theol.,* I, q. 105, a. 6.

Contradictorium esset actionem divinam cohiberi legibus naturæ, quasi vires creatæ possent sine Creatore esse, indel>endenter a Causa divina exerceri aut voluntati Creatoris obstare.

(2) Ordo naturæ est necessarius non absolute vel *metaphysice,* sed *physice* tantum.

(a) Deus enim liberrime mundum creavit et naturales leges ei adscripsitl : quare hæ leges non sunt absolute necessariæ.

(b) Posita creatione, res equidem gaudent essentia immutabili, i. e., quæ non potest concipi aliter ac est, ideoque semper naturaliter tendunt ad determinatum operandi modum; v. g., homo necessario constat anima et corpore et producit actus sensibiles et intellectuales.

(C) Exercitium vero hujus intimæ rerum tendentiæ seu *applicatio physicarum legum* est *physice tantum necessaria,* quia j>endet a conditionibus et circumstantiis, quæ mutari possunt ob interventum : 1. sive *naturæ ipsius* : v. g, quando magnetismus legi gravitatis subtrahit corpora quaedam ; 2. sive *hominis* voluntarie intervenientis ad effectum impediendum aut obtinendum : v. g., in volatu aeroplani aere gravioris. Ergo res, causae et leges naturales, in aliquo casu, modificari aut cohiberi possunt a superiori causa. Proinde ordo naturæ non intrinsece excludit divinum interventum, quo naturalis effectus vel non producitur, vel diversus producitur; scilicet quo miraculum habetur2.

(B) *Scientifice.* Scientia miraculi impossibilitatem demonstrare nequit, quia de causis praeternaturalibus non curat. Aliunde scientia necessitatem tantum relativam legum physicarum probat : quod fatentur haud pauci philosophice et scientiarum cultores doctissimi : v. g., *Poincaré,*

l *SuHt. theol*L, I, q. 19, a. 3, 4.

3 Leges naturæ non sunt ergo nisi *hypothetice necessaria.* Cf. quod egregie declarat S. Thom., 1, q. 105, a. 6 : ‘‘Sic Deus potest facere præter ordinem rerum, quia ordini secundarum causarum ipse non est subjectus; sed talis ordo ei subjicitur, qua^i ab eo procedens, non per necessitatem naturæ, sed per arbitrium voluntatis- Votuisset enim et alium ordinem rerum instituere. Unde et potest præter hunc ordinem institutum agere, cum voluerit; puta, agendo effectus secundarum causarum sine ipsis, vel producendo aliquos effectus, ad quos causæ secundæ non se extendunt ”. Cf. De Tonquédec, art. *Miracle*^ in *D.* ✓col. 543.

Duhem, Boutroux, etc.'. Proinde miraculo locus esse potest etiam juxta positivarum scientiarum assertiones. (Cf. n. 312).

311. — Nec dicatur : (a) Miraculum *evertit natura ordinem.* Ergo est impossibile. — Resp. *Nego antecedens.* Miraculum enim est derogatio ordinis in casu particulari propter superioris ordinis bonum. " Deus faciendo praeter cursum naturae non removet totum ordinem universi..., sed ordinem alicujus particularis causae ad suum effectum

(b) Miraculum *destruit scientiam.* Ergo admitti nequit. — Resp. *Nego antecedens.* Nam ex miraculo quod fit raro et ordini causae particularis derogat, et in quo specialis Dei interventus manifestatur, nullum adest periculum pro scientia. De facto, docti miraculum agnoscentes non sunt scientia inferiores iis qui miraculi possibilitatem negant.

312. — 20 Ex parte Dei. Deus enim miraculum facere potest : **i.***physice,* 2. *moraliter.*

(a) *Physice.* Deus, cum infinita gaudeat virtute multa operari potest ad quae finita virtus creaturæ non pertingit. Omnipotentia enim sua efficere valet quidquid intrinsece non repugnat : porro opus miraculosum in se non est contradictorium. — Aliunde omnino liber est in creaturarum gubernatione, contra *Fatalistas.*

(b) *Moraliter.* Etenim miraculum non adversatur divinis attributis : i. *Scientiæ* et *immutabilitati :* nam eodem actu

l Ita E. Rabier, *de Philosophie,* Paris, 1884, L I, ch. 39, § 4, p. 546 : "Pour s'en convaincre, il suffit de remarquer que toutes les lois scientifiques sont, comme le principe de causalité; *hypothétiques* et non *catégoriques.* science ne dit jamais : A sera donné, donc B sera donné. Mais elle dit : *si* A est donné, B sera donné". — Pariter E. Boutroux, *De la Contingence des lois de la nature*^ 2® éd., 1895, p. 149, ait : " Telles ne sont pas les suites de la doctrine de la contingence. Elle ne se borne pas à ouvrir devant la liberté, en dehors du monde, un champ infini, mais vide d'objets où elle puisse se prendre. Elle ébranle le postulat qui rend inconcevable l'intervention de la liberté dans le cours des phénomènes, la maxime suivant laquelle rien ne se perd et rien ne se crée. Elle montre que ce postulat, s'il était admis d'une façon absolue, engendrerait une science.purement abstraite. Elle découvre, dans les détails mêmes du monde des marques de création et de changement. Elle se prête donc à la conception d'une liberté qui descendrait des régions suprasensibles pour venir se mêler aux phénomènes et les diriger dans des sens imprévus". Cf. P. M. Périer, art. *Le miracle est-il une violation des lois de la nature,* in *R. P. A.,* 1, 15 avril 1920, p. 18-29. Ne fallaris eo quod leges phvsicæ mathematice exprimi queant : hoc earum necessitatem metaphysicam non probat, sed solum earum regularitatem. — * *De Potent.,* VI, a. I, ad 7.

Deus ab æterno praevidit et voluit naturæ ordinem consuetum et derogationem in tali miraculo. " Aliud est mutare voluntatem et aliud est velle aliquarum rerum mutationem; potest enim aliquis, eadem voluntate immobiliter permanente, velle quod nunc fiat hoc et postea contrarium fiat " ». 2. *Transcendentia :* quia Deus in miraculo superat mundum eodem modo ac in gubernatione rerum communi. 3. *Majestati* et *sapientia :* non enim dedecet Deum res creatas supreme et paterne dirigere. Præterea sapientia quæ jubet leges communiter servari, non excludit interventum extraordinarium, modo fiat propter rationem sufficientem, non arbitraria voluntate aut desiderio defectus mundi emendandi 2. Quod sequentibus amplissime demonstrabitur.

313. — ***IIa Pars.*** Est conveniens.

Miraculum enim manifestat Dei existentiam ejusque attributa, præsertim : (a) *Omnipotentiam :* solus potentissimus valet præter ordinem creatum agere; aliunde quædam miracula, ut resurrectio, vim infinitam requirunt. " Ex miraculo enim apparet quod ordo rerum processit ab eo, et non per necessitatem naturæ, sed per liberam voluntatem " ⁝ (b) *Bonitatem :* nam multa miracula fiunt, ut mala physica vel moralia avertantur et homo ad bonum altius et æternum perveniat : quod in evangeliis perspicitur.

(c) *Veracitatem :* præcipue miraculum ad religionis revelatæ confirmationem patratur. Posito enim quod Deus veritatem nobis revelavit, nullum signum efficacius erit ad probandum Revelationis factum quam miraculum cum eo indivulse connexum : hoc erit veluti sigillum, quo epistola ab eo scripta redditur authentica. — De hac re optime notat S. Thomas, in ordine supernatural!, miracula simile munus habere ac res creatas in ordine naturali 4.

l *Sum. theol.,* I, q. 19, a. 7.

' *Sum. theol.,* I, q. 19, a. 7; q. 105, a. 6.

' *Cont. Gent.,* L III, c. 99; *De Potent.*, q. 6, a. 1, ad 4.

4 44 Naturale enim est homini ut veritatem intelligibilem per sensibiles effectus deprehendat. Unde sicut ductu naturalis rationis homo pervenire potest ad aliquam Dei notitiam per effectus naturales, ita *per aliquos supernaturales effectus,* qui *miracula* dicuntur, *in aliquam supernaturalem cognitionem tc/edendorum homo inducitur.* " *Sum. theol.,* 2 2«, q. 178, a. 1.

(d) *Sapientiam :* etenim miraculum non fit necessario nec sine sufficienti ratione; sed est optimum medium ad Revelationis existentiam et permanentiam hominibus etiam rudibus certo probandam; et ad demonstrationem sanctitatis alicujus, quam Deus in exemplum virtutis vult proponere ».

III. — De Cognoscibilitate Miraculi [1]

314. — STATUS QUÆSTIONIS.

Errores. (a) Quidam *Positivista,* quæstionem de miraculi possibilitate praetermittentes, tantummodo affirmant non posse ejus existentiam certo constare nec ejus essentiam secerni a factis non miraculosis sive naturalibus sive diabolicis', (b) Inter eos, quidam *Contingentista* declarant mundum esse complexum phenomenorum contingentium, sine ulla physica lege, et proinde miraculum esse indiscernibile ♦

(b) Doctrina catholica. Ecclesia docet aliqua saltem miracula, præsertim ea quæ fiunt in Revelationis confirmationem, nobis certo innotescere posse; licet de multis, in casu concreto, dubium sit legitimum.

315. — Thesis.

Aliqua miracula ut miracula certo cognosci possunt. Philosophice *certum.* theologice *de fide.*

Ecclesiae magisterium. *C. Vaticanum* definit : "S. q.d.... *miracula certo cognosci nunquam posse,* A. S." [5].

1 *Sum. theol,.* 2a 2æ, q. 178, a. I, ad 3; a. 2.

2 J. de Bonniot, *Le miracle et ses contrefaçons.* Paris, 1895 » A. de la Barre, *Eordre de la nature et le miracle.* Paris, 1899; A. de Poulpiquet, *Le miracle et ses suppléances.* Paris, 1913; J. de Tonquédec, *Introduction à Γétude du merveilleux et du miracle.* Paris, 1916; Van der Elst, *Vraies et fausses guérisons miraculeuses.* Paris, 1925; J. Mouroux, art. *Discernement et discernibilité du miracle,* in *R. A.*. mai 1935, p. 538-562.

3 Inter quos E. Littré ;* in *Philosophiepositive,* juillet-août 1869. " *A priori.* la science ne nie pas le miracle ou interversion du cours de la nature; mais *a posteriori,* elle a reconnu que devant elle, sous ses yeux, entre ses mains, aucun miracle n'arrive ". Eodem sensu scribebat E. Renan ;* *Vie de Jésus.* Introd., p. 51 : " Nous ne disons pas : Le miracle est impossible ; nous disons : il n'y a pas eu jusqu'ici de miracle constaté". Mox tamen sibi contradicens, ipsam possibilitatem miraculi rejicit : ""La négation du surnaturel est devenue un dogme absolu pour tout esprit cultivé ". Cf. Opus anonymum *Supernatural Religion.* London, 1879, t. I, c. 2.

4 " L'idée de lois fixes dans la nature n'est qu'une idole, chaque phénomène est un cas singulier et une solution unique ". *EAction,* cf. de Tonquédec, *Immanence.* 3 p., sect. 2, p. 200 sq.

5 *C, Vatican,,* sess. III, cap. 3, can. 4; D. B., 1813, 1790.

Probatur.

Miraculum ut miraculum innotescit, si cognoscitur : i. ut factum *sensibile* (= veritas historica), 2. *supernaturale* [1] (= veritas philosophica), 3. *divinum* (= veritas theologica). Porro hæc tria aliquando sunt demonstrabilia. Ergo.

316. — (A) Miraculum ut factum sensibile certo cognosci potest : sive *immediate,* sive *mediate.*

(a) *Immediate* seu *propria experientia :* nam miracula sunt sensibus obvia, coram multis et sub debita luce patrata, attente considerata a testibus. Proinde de facto sensibili miraculoso non est minor certitudo quam de facto mere naturali : v. g., tam certo videri potest homo super mare ambulans quam super terram gradiens.

(b) *Mediate* seu *testimonio historico* ; dummodo constent scientia et veracitas testium, qui miraculosa facta referunt. Sed hæc probari possunt, sicut fit quando agitur de historiæ testibus.

317. — Nec dicatur : (r) Miraculum est *supernaturale.* Atqui supernaturale cognitionem nostram sensibilem et naturalem superat. — Resp. *Dist. major.* Miraculum est supernaturale in *causa* et *modo* quo fit. *C.·,* intrinsece. *N.* Equidem ab agente suprahumano procedit; sed in se remanet factum sensibile quoad substantiam; proinde naturaliter cognoscibile est : v. g., sanatio instantanea morbi sensibiliter percipitur quoad morbum, sanationem et instantaneitatem. Vis sola hunc effectum producens remanet occulta. Immo miracula, quia mira sunt et extra consuetum ordinem peracta, majorem attentionem excitant, diligentius explorantur, proptereaque certius cognoscuntur [a].

(2) Miraculum *non scientifice investigatur.* Ergo cum certitudine vera non cognoscitur. — Resp. Miraculum non scientifice investigatur semper. *N.* ; aliquando. *C.* et tunc talis investigatio est necessaria in casibus non evidentibus. *C. ;* evidentibus. *N.* Plura sunt miracula a doctis examinata : v. g., sanatio cæci nati quædam Lapurdi patrata vel in canonizationis causis oblata; sed etiam rudes sensibilia facta cognoscere et narrare possunt Nec sane Academiæ judicium requiritur ut subita curatio cæci nati ' vel Lazari resurrectio agnoscantur. Notetur præterea quod miracula, utpote Revelationis notæ, omnibus etiam simplicibus patere

1 Cf. n. 46, 47, de *supernatural :* notio et species.

2 Gondal, *Surnaturel,* Paris I9°4; P· 182 — 3 *Joan.,* IX. 25, 31-34.

debent, secus non essent divinæ religionis argumentum efficax et sufficiens.

(3) *Facilins est mille testes errare aut decipere quam factum legibus naturic repugnans existere :* primum *moraliter* tantum impossibile esi; secundum vero *physice* impossibile, et experience contrarium est. In omni autem miraculo contra unum testem mille insurgunt; sic, v. g., si unus testetur mortuum resuscitatum esse, milleni testes affirmant mortuos ad vitam haud redire.* — Resp. (a) Falso supponitur miraculum esse violationem naturalium legum; cum sit tantum derogatio in particulari alicujus legis applicatione per specialem Dei interventum. (Cf. n. 300, 310). (b) Miraculum *non adversatur experientia,* quæ spectat singularia facta eaque observat prout contingunt, absque ullo præjudicio, sive hæc naturalia appareant, sive supernaturalia (c) Falsum est pariter contra unum testem, factum miraculosum asserentem, millenos assurgere : *non enim de uno eodemque objecto* testantur : hi de lege generali, ille de exceptione huic regulæ λ

318. — (B) Miraculum ut factum supernaturale certo dignosci potest.

Ad hoc enim sufficit cognoscere causas adhibitas, productos effectus et naturalem disproportionem inter causas et effectus, excluso fraudis vel erroris periculo. Atqui de his omnibus inquisitio est possibilis. Ergo.

Ut quis nullam esse intimam proportionem inter causas seu· media effectusque productos clare percipiat, ita ut hi effectus nonnisi agenti suprahumano tribui possint, attendere debet ad facti miraculosi *naturam* et *circumstantias.*

(a) Quoad *naturam facti,* certe supernaturalis est resurrectio mortui, transmutatio subita substantias, sanatio quæ

* Ita Hume *Humis Works,* ed. 1770, vol. III, p. 178. Idem argumentum legi potest in opere *Supernatural Religion,* t. I, p. 77 sq. : et optime confutatur a G. Campbell, *A dissertation on Miracles.* Sic fere etiam Langlois et Seignobos, *Introduction aux études historiques,* Paris, 1898, p. 176-179, contra miracula argumentantur, quatenus scientiæ physicæ majorem certitudinem præbent quam historicæ. Miraculum, quod documentis historicis tantum transmittitur, scientiæ physicæ, quæ miraculum excludit, locum det.

- H. Poincaré aiebat in oratione quadam (1910) : ‘‘Non seulement vous n’avez pas le droit de déclarer d’avance que ces phénomènes n’existent pas : vous n'avez même pas celui de nier leur caractère surnaturel. Regardez d'abord, vous parlerez ensuite

3 J. H. Newman. *Grammar of Assent,* London, 1874, p. 306-307.

quasi creationi vel destructioni materiæ æquivalet '. Generatim miracula supra et contra naturam dicta (cf. n. 305) arguunt virtutem toti naturæ superiorem.

(b) Quoad *circumstantias,* tria præsertim consideranda sunt, *regularitas, proportio* et *tempus.* 1. ***Regularitas*** in phænomenis naturalibus semper existit, ita ut eædem causæ, in iisdem circumstantiis, eosdem substantialiter effectus producant; 2. *proportio* inter causam et effectum ubique in natura invenitur; 3. *tempus* aliquod denique requiritur. Atqui hæc tria in miraculis desunt. 1. *Nulla proportio,* e. g., inter Christi tactum et curationem lepræ, ejus verbum et sanationem cæci; 2. *nulla regularitas,* nam in iisdem circumstantiis diversi effectus producuntur, vel diversas circumstantias iidem effectus sequuntur : cf., v. g., curationem cæci nati, *Joan.,* IX, 1-7, et cæci apud Jericho, *Marc.,* X, 46-52); 3. sanationes miraculosæ tandem *tempore naturaliter insufficienti* peraguntur. — Præsertim vero absentia regularitatis in miraculo mentem ad *causam liberam* (non necessariam) deducit.

31-9. — Nec dicatur : (1) Ad dignoscendum miraculum ut supematurale, *omnes natura vires notas* habere oporteret. Atqui non omnes cognoscimus, ut patet. — Resp. (a) Fatemur equidem multas naturales vires nobis ignotas esse. Sed ex hac ignorantia non sequitur miracula ut talia numquam esse discernenda. Nam ad hoc sufficit ut aliquot causarum vires et leges in aliquo casu particulari notas habeamus, ut limes ultra quem natura evidenter operari nequit nobis sit notus. Ita, v. g., quamvis ignoremus quousque se extendere possit ars medicinae, certo tamen novimus non posse mortuum fœtidum, subito et solo vocis imperio, e mortuis suscitari; vel cæcum a nativitate, luto adhibito, illico illuminari : hæc enim et alia supra vires naturæ esse merito judicantur ab omnibus qui *communi sensui* valedicere nolunt, (b) Si vires incognitae, naturales tamen, in miraculo agerent, certe, ut supra notatum est, servaretur regularitas aliqua et proportio inter causam et effectum; quod minime invenitur.

[1] Dr Le Bec, *Freintes médicales du miracle,* p. 27-37, n. 49, ostendit, exemplis historice certis, sanationem subitam fractionis femoris quasi-creationem materiæ postulare, quia materia chimica necessaria ad fractionem reparandam, nèc per tam breve tempus per arteriola transire potest, nec quidem tam abundans in sanguine existit; in sanatione cancri e contra invenitur quasi-destructio materiæ, quia cellulæ vulneris evanescunt, quin tamen earum veneno corpus inficiatur.

(c) Tandem, ut optime scripsit *Dr Le Bec* [1] vires incognitæ quæ miraculum operarentur, legum naturæ destructivæ essent cum ejus certissimis legibus contradicant; natura se ipsam destrueret : quod absurdum est. — Ergo aliquando possumus certo scire quædam facta naturæ viribus produci non posse.

320. — (2) Multa phœnomena tanquam miracula habentur quæ *imaginationi* aut *hypnotismo* tribui possunt. — Resp. (a) *Imaginatio* altam vim habet, præsertim in mulieribus, atque morbos quosdam naturaliter producit vel curat; quod doctores catholici libenter admittunt. Sed omnino incapax est morbos ex læsione organica provenientes sanandi, præsertim modo permanenti vel subito et contra fiduciam ægroti; suscitandi mortuos, agendi in corpora externa, et alia hujusmodi[2].

(b) *Hypnotismi facta* non sunt miracula. 1. Revera juxta naturæ leges fiunt et ad ea producenda adhibentur media proportionata, quæ sunt diversa secundum diversos effectus obtinendos et eodem modo semper operantur. Porro hæc omnia desunt in miraculis, ubi vel nulla usurpantur media, vel nulla apparet proportio inter causam et effectus; aliunde eadem causa in eisdem etiam circumstantiis diversos omnino producit effectus, ad nutum illius qui miracula operatur[3]. 2. Tandem, quidquid de illis factis dici potest, nullus est medicus qui hypnotismo mortuos suscitarit, cæcis visum restituerit, surdos audire fecerit, etc. Quotiescumque igitur facta hujusmodi historice constabunt, ut supernaturalia haberi poterunt, *præsertim si non semel, sed iterum atque iterum occurrunt.*

321. — (C) **Miraculum ut divinum certo discerni potest.**

Deo tribuendum est factum quod Deus solus physice aut moraliter agere potest. Atqui Deum solum potuisse effectum extraordinarium operari, aliquando constat vel ex *natura* vel ex *circumstantiis* ejusdem facti. Ergo.

[1] " Les explications qui ont été fournies par les négateurs du miracle ne nous apportent aucune preuve de l'action des forces naturelles dans le miracle. S'ils font appel à des forces connues, ils se heurtent à des impossibilités. S'ils invoquent des forces naturelles inconnues, ils sont obligés d'en arriver à admettre la destruction de la matière par elle-même, et... c'est illogique". Le Bec, art. *Les preuves médicales des guérisons miraculeuses,* in *Revue de philosophie,* janv.-février, 1922, p. 28.

[2] G. Bertrin, *Histoire critique des événements de Lourdes,* p. 173-215; P. Quercy, *L'hallucination,* Paris, 1930.

[3] Cf. Méric, *Le Merveilleux et la science,* t. III, c. 2, p. 393 sq. ; J. Guibert, art. *L'Hypnotisme,* in *Les Questions actuelles,* 16 sept. 1893, p. 248 sq. ; De la Barre, *L'Ordre de la Nature et le Miracle,* Paris, 1899.

(i) *Ex ipsa natura operis.* Revera sunt quidam effectus, qui, ex philosophicis principiis et sensu communi, ita naturae ordinem superant, ut nonnisi *soli Deo physice* tribui possint. (a) Ita sunt *generation* facta quibus ens inquantum ens immutatur[1] : v. g. effectus quibus attingitur materia prima aut substantia materialis sine mediantibus accidentibus, vel quibus immediate fit influxus in intellectu et voluntate. (b) Hujusmodi sunt *speciatim : mortui resurrectio,* quæ perfici nequit nisi ab Eo qui potestatem habet in corpus et animam, et utrumque ita unire potest ut anima vim habeat vivificandi corpus *pradietiofuturorum *contingentium,* necnon perfecta cognitio et *manifestatio secretorum cordis,* quia utraque supremum dominium requirit in substantias spirituales et liberas ; *creatio* et *destructio materia; subita substantia in aliam mutatio,* quæ in res requirunt potentiam absolutam soli Deo competentem. In his omnibus casibus Dei miraculosum interventum cum *certitudine proprie dicta* affirmare possumus a.

322. — (2) *Ex circumstantiis operis.* Sunt autem alia facta vel opera quæ, licet creaturæ physice possibilia sint, tamen ratione crcumstantiarum, soli Deo *moraliter* sunt tribuenda. Hae circumstantiae sunt vel *physica* vel *morales,* et versantur circa thaumaturgum vel factum ipsum. (a) Quasdam *physicas* sanationum circumstantias sic exponit BENEDICTUS XIV : " Opus est, 1. ut morbus sit gravis et curatu vel impossibilis, vel difficilis, 2. non sit in ultima parte status, ita ut paulo post declinare debeat, 3. non fuerint adhibita medicamenta..., 4. ut sanatio sit subita, 5. ut sit perfecta, 6. ut nulla notabilis evacuatio aut crisis praecedat, 7. ut morbus sublatus non redeat[3] ",

323. — (b) Circumstantiae *morales* et *religiosa* maximi sunt momenti ut miraculum a miro diabolico secernatur. Sedulo attendatur : 1. Ad *thaumaturgum* ejusque mores : i) Si sit amens, improbus, levis, inconstans, inquietus, impatiens, superbus, de propriis defectibus glorians, prodigia

[1] Garrigou-Lagrange, *De Revelatione,* t. II, p. 68 sq.

[2] S. Thorn., *II Sent.,* D. 7, q. 3, a. I, ad 2; *Sum. theol.,* 1, q. no, a. 4, ad 2; q. 114, a. 4, ad 3; 2J 2«, q. 178, a. 2, ad 3 ; *Cont. Gent.,* 1. III, c. 106.

[3] Bened. XIV, *De Beat. Servorum Dei,* 1. IV, p. 1, *c.* 8.

quæ facit divina non sunt, cum tali legato Deus uti non soleat ad veritatem et virtutem hominibus commendandam. 2) Si vero thaumaturgus vitæ sanctitate, zelo gloriæ Dei, modestia, humilitate et caritate polleat, Dei minister censeri potest.

2. Ad *modum* quo fiunt miracula. 1) Si in eis aliquid inhonesti, crudelis, vel incongrui deprehendatur; si media adhibita videantur blasphema, turpia, absolute ridicula, non Auctori justitiæ et sanctitatis ascribi debent[1]. 2) Si vero patrantur opera sub invocatione Dei, si media adhibita sunt sancta, si opus miraculosum bonitate fulget, certe Deus ipse ut auctor indicatur.

3. Ad *effectus* præsertim operis : 1) Si mira hujusmodi moraliter malam aut sanæ rationi oppositam doctrinam commendant, si ad turpia vel scurrilia provocant, superbiæ et inobedientiæ favent, a Deo oriri nequeunt cujus opera virtutum praxim, puritatem et caritatem maxime fovent[3]. 2) Si autem miracula peraguntur in favorem doctrinæ optimæ, imo naturæ vires et aspirationes superantis[3], si sanctitatem eximiam producunt, certe a Deo sancto proveniunt.

Unica ergo ex circumstantiis *negativis* Dei interventum excludit; omnes vero *positiva* simul sumptæ Deum ut facti miraculosi causam designant[4]. Ex priorum absentia et posteriorum præsentia recte concludatur factum extraordinarium esse divinitus patratum[5].

1 Cf. S. Agobardus, *Epist. ad BarthoL,* n. 1; *P. L.,* CIV, p. 179; Ribet, *La mystique divine,* t. III., p. 159 sq.

aCf. *Bible de Vence.* Exod., Diss. sur les vrais et les faux miracles, t. II, p. 40; Ribet, *op. cit.*. p. 163 sq. ; J. H. Newman, *Essays on Miracle.* I, sect, 3 ; Gondal, *Surnaturel,* p. 232 sq.

3 Cf. Pascal, *Pensées,* éd. *Brunschvicg.* n. 803 : ‘‘Les miracles discernent la doctrine et la doctrine discerne les miracles”. Eo sensu quod vera miracula originem divinam doctrinæ moraliter bonæ commonstrant ; doctrina autem naturaliter bona aut falsa suadet (vel prohibet) ut miraculum, ad ejus originem divinam probandam patratum, Deo attribuatur. Sic circulus vitiosus vitatur·

4 " C’est ici le cas ou jamais d’appliquer le principe : *bonum ex integra causa.* malum *ex quocumque* defectu De Poulpiquet, *LLobjet intégral deΓApoL.p.* 16.

5 “ Pourquoi préférer Dieu à l’inconnu? Parce que toutes les raisons *positives* sont pour Dieu, tandis qu’il n’y en a aucune en faveur de l inconnu. J ai par devers moi une explication pleinement satisfaisante... Pourquoi lui donner l’exclusive et me réfugier dans l’inconnu?” De Tonquédec, art. *Miracle,* in *D. A.*. col. 552.

---

324. — Scholion. Prodigia diabolica non sunt proprie miracula.

(a) Miracula *distinguuntur a diabolicis prodigiis* '. Equidem dæmones prodigia et miracula late sumpta operari possunt. Sed semper remanent sub ordine Providentiæ quæ ita eos reprimit ut minus possunt quam secundum virtutem suam naturalem, juxta S. Thomam 2. Vera Dei miracula secernuntur sive ex *natura operis* sive ex ejus *circumstantiis,* ut dictum est (Cf. n. 321-323). Cavendum ne nimis creduli inveniamur, in inquisitione de facti supematuralitate.

(b) *Miraculo a diabolo fuisse patrata* non raro ab auctoribus sacris affirmatur. Licet Deus, teste Scriptura, aliquoties permittat prodigia a dæmone perfici ad bonorum probationem, malorum punitionem et ad majorem suæ potestatis manifestationem ; ejus tamen bonitas et veritas semper suppeditant efficacia media ad auctorem horum factorum detegendum '. Ita, v. g., magi Pharaonis qui mira patraverant, non potuerunt tamen sciniphes e pulvere educere, et coram miraculo Moysis, exclamare coacti sunt : Digitus Dei est hic sic falsis prophetis Baalis non permissum fuit miraculo decipere filios Israel s.

IV. — De Valore Apologetico Miraculi®

Miraculum ut miraculum aliquoties certo dignoscitur. Sed quid probare potest. Ejus valoris apologetici nunc breviter exponemus : 1. *existentiam,* 2. *objectum* et *conditiones.*

325. — (A) Existentia.

Thesis. Miracula vera divinam Revelationis originem certissime probant. Philosophice *certum,* theologice *de fide.*

Ecclesiæ magisterium.

C. Vaticanian definit : " S. q. d., miracula certo cognosci nunquam posse, nec *iis divinam religionis christianæ originem nte proban,* A. S." Idem affirmat *Jusjurandum* contra modernistarum errores 7.

' Idem judicium feratur quoad extraordinaria facta *magia nigra* et *spirilismi.*

* S. Thom., *De Potent,* VI, a. 5.

3 Juxta S. Thomam, miracula differunt a prodigiis *quiniuphciter :* in efficacia, ducatione, utilitate, fine et modo. *Sum. theol.* 1, q. 114, a. 4.

Exod,, VIII, 19. — s*fag.'* XVIII, 2040. — 6 Van Hove, *op. cit.* c. IV.

7 *C. Vatican.,* Sess. III, cap. 3, can. 4; D. B 1812, 1790; cf. 2145.

326. — Probatur, (a) *Ex absoluta Dei veritate.* Metaphysice repugnat, Deum, essentialiter veritatem, ut verum confirmare quod est erroneum. Porro, si religio in cujus favorem miraculum patratur esset falsa, Deus ipse hanc religionem tanquam veram approbaret; quia miraculum, cum a solo Deo efifici queat, est sicut divinum sigillum testificans divinam religionis originem. " Est autem attendendum, inquit S. THOMAS, quod nullum verum miraculum fit nisi virtute divina; et quod nunquam Deus est testis mendacii. Dico ergo quod, quandocumque miraculum fit in testimonium doctrinæ praedicatae, necessarium est doctrinam illam esse veram " x.

(b) De facto, *Scriptura S.* exhibet miracula ut certissimum argumentum de divinitate alicujus missionis vel doctrinæ. Ita Moyses2, Jesus Christus3, S. Paulus4, ad miracula provocant in divinam suae praedicationis confirmationem.

COROLLARIA, (a) Deus miraculum facere nequit pro doctrina falsa ut simpliciter falsa, vel ut minore malo, (b) Sed illud operari potest pro aliqua doctrina vera quæ in falsa religione docetur, et a fortiori pro tota religione vere revelata, (c) Doctrina unico miraculo comprobata certe est vera et divina; ideoque alia doctrina huic opposita necessario ut falsa habenda est.

327. — (B) Objectum et conditiones.

(1) Miraculum ad moralem hominum utilitatem præsertim *dupliciter* Deus operatur : (a) ad demonstrationem sanctitatis alicujus hominis, (b) vel *ad veritatis prædicatæ confirmationem* 5.

De posteriori tantum hic agitur. Miraculum religionis veritatem demonstrat non intrinsece per scientifica argumenta, sed extrinsece probando ejus divinam originem : si enim religio quædam a Deo praedicatur, est necessario vera. Et sic intelliges quomodo factum contingens confirmat et probat immutabilem doctrinæ alicujus veritatem.

(2) Ut miraculum hoc valore gaudeat, *requiritur absolute* ut *fiat in religionis confirmationem :* deficiente enim omni

1 **S. Thom.**, *In Joan.*, **c. IX, lec. 3, 8.**

4 *// Cor.*, **XII, 12.** — 5 *Sum. theol.*, **2ª 2æ, q. 178, a. 2.**

vinculo inter miraculum et doctrinam, miraculum non esset quasi sigillum Dei doctrinæ appositum. — Miraculum cum religione habere potest nexum vel *intrinsecum,* vel *extrinsecum.* (a) *Intrinsecus* nexus adest, si vita legati divini, v. g., Christi, vel existentia ipsius religionis, v. g., Ecclesiæ catholicæ, morale miraculum efformant. (b) *Extrinsecus* vero apparet : i. tum *directe,* si quis explicite aut æquivalenter asserit aliquod miraculum secuturum esse ad manifestandam veritatem talis doctrinæ; 2. tum *indirecte,* si quis, legatum divinum sese declarans, ad miracula a se antea patrata provocat.

328. — Nec dicatur : Probatio Revelationis per miracula est *Deo indigna.* Ita *E. Le Roy*[1] qui hunc processum comparat agendi modo magistri, qui, ut discipulis veritatem propositionis geometricæ demonstret, coram eis jocaretur. — Resp. Hæc descriptio vere miraculi *deformatio* vocari potest. In exemplo enim allato, nulla proportio existit inter jocum magistri et veritatem intrinsecam propositionis demonstrandæ; adest autem vera proponio inter miraculum, quod Dei omnipotentiam manifestat, et veritatem doctrinæ a Deo per miraculum approbatæ.

329. — Scholion. De miraculis in falsis religionibus.

Nec dicatur : Religio quælibet præbet miracula in sui confirmationem. Et narrantur omnia quæ inveniri possunt miracula, quæ sive in antiquitate, sive præsenti tempore peracta perhibentur[2]. Ita narratur apud Græcos Asclepium morbos sanasse[3]; Vespasianum et Hadrianum ægrotos subito curasse· Apollonium Tyanensem vere thaumaturgum fuisse; apud Jansenistas vera miracula patrata fuisse : miraculum de Sacra Spina, vel ad tumulum diaconi Paris in Ecclesiis schismaticis et hære-

1 E. Le Roy, in *Annales de philos, chrét.* *, oct.-déc. 1906, p. 184 sq.

2 Sic S. Reinach *, *Orpheus,* p. 566. A Lourdes " un grand nombre de guérisons miraculeuses furent constatées au sortir de la piscine. On en constatait aussi, il y a vingt siècles, au sortir des dortoirs d'Esculape à Epidaure et à Cos

3 Cf. Mangenot, art. *Les miracles d'Esculape,* in *R. C. F,* 15 août-1-15 sept; 1917« Daremberg et Saglio, *Dtctionn. des antiquités gréco-romaines,* art. *Æsculapius, Medicus, Incubation;* art. *Asklepios,* in Encyclopédies Hauck et Pauli-Wissowa.

4 Tacit., *Histor.* l. IV, n. 81; Sueton., in *Vespas.,* n. 7; Spartian , *Hist. August.,* in Hadriano, n. 25.

5 Cf. Petitot, *Pascal, sa vie religieuse et son apologie du christianisme* Paris, 1911; DD. Waffelaert, art. *Convulsionnaires,* in *D. A.,* col. 705-713/

ticis vere thaumaturges inveniri'; tandem in India etiam nostris temporibus multa perfici prodigia.

Ergo, miraculorum ope, vera et divina religio sufficienter a falsis secerni nequit.

330. — Resp. Hic exponemus non singula facta objecta, sed unice *methodum* ad omnium falsitatem aut veritatem detegendam.

(a) *Certum* est metaphysice *Deum miraculo errorem confirmare non posse :* quare si constat prodigia quædam in erroris gratiam certe patrata, adscribi debent daemonibus, qui aliqua potentia præternaturali gaudent et ea libenter utuntur ad animarum perditionem.

(b) Prius inquiratur num facta allegata sint *historice* vera : multa enim tali inquisitione eliminantur. Sic miracula *Apollonii,* nisi longe postea et praeter methodum historicam relata sunt. Ita etiam quæ de *Asclepii* miraculis narrantur, difficile determinari possunt, cum documenta in multis casibus valore historico destituantur. Ita etiam in casu *Vespasiani,* Tacitus ipse non affirmat curationem cæci miraculosam esse; imo refert imperatorem, a quo miraculum petebatur, " primo irridere, adspemari ", sed " vocibus adulantium in spem induci ", cuncta suæ fortunæ patere ratum. Ex ipsa igitur narratione de veritate hujus facti merito dubitatur.

(c) Si facta sint vera, expendatur utrum sint *supernaturalia* et *divina* annon. Multa enim explicantur fraude, suggestione, viribus extraordinariis diaboli aut naturæ legibus. Ita miraculis *Asclepii* multa verisimiliter scientiæ medicinali sacerdotum tribui debent. Prodigia in tumulo *diaconi Paris* patrata, sæpe comitabantur violentæ convulsiones, actusque inhonesti, qui nervorum excitationem manifestant[1] Mira *spiritistarum* et *fakirorum* sæpe a causis naturalibus procedunt λ

(d) Deus, aliquando per ministros falsam doctrinam profitentes, miracula operari potest, non quidem ad errorem approbandum, sed ad bonum aut verum aliquod promovendum : v. g., " ad commendationem nominis Christi, quod invocant, et in virtute sacramentorum, quæ exhibent". Sic Deus vera miracula facere potuisset per manus *P. Joannis de Cronstadt,* presbyteri schisma-

[1] Cf. Jean de Cronstadt*, *Ala Vie en Jésus-Christ,* Paris, 1902; L. de Grandmaison, art. *Le Sadhu Sundar Singh et le problème de la sainteté hors de ГEglise catholique,* in *R. S. R.,* janv.-avril 1922, p. 1-29; avril 1926, p. 183-184. P. Iswolski *, art. *Un saint russe au 19e s.,* in *Les Lettres,* oct. 1921 ; Id., art. *La crise russe et ГEglise,* in *Correspondant,* 10 août 1921, p. 413-443; Ami du Clergé, 1911, p. 661-665; 1927, p- 59-61 ; 1929, p. 81-83. [2] Girard, *L'Asclépéion d'Athènes,* Paris, 1881 ; Mangenot et Bertrin, in *R. C. F.,* 1917, 1918, passim. —[3] Cf. *Illustration,* 5 sept. 1925, p. 239 sq. ; P. Heuzé, *Fakirs, Fumistes et C'',* Paris.

tici, ad præsentiam Christi in Eucharistia confirmandam ; vel per *Sadhu Sundhar Singh* aut monachum *Seraphinum de Sarov,* ut Indios et Ruthenos a paganismo vel a superstitionibus ad Christum revocaret. Nulla tamen in hoc casu *relatio directa* existere debet inter miraculum et partem proprie erroneam doctrinæ a thaumaturgo professæ (Cf. n. 325).

ARTICULUS II

De quibusdam miraculis in specie

Nunc tractandum : I. *de prophetia,* 2. *de miraculis ordinis moralis.*

I. — De Prophetia [1]

Post Christum et Apostolos, qui sæpe ad *Scripturas* appellaverunt, apologetæ omnes prophetiam velut argumentum credibihtatis optimum habuerunt. Quod etiam *C. Vaticanum* confirmavit. — De *prophetia,* sicut de miraculo, expendi debent : i. *notio, 2.possibilitas,* 3. *discernibilitas,* 4. *valor apologeticus.*

331. — i° Notio.

(A) Quoad nomen. (1) *Etymologice,* prophetia venit : non a προβαίνω, præluceo; sed a τίρο^άναι, πρό-Φηρχ, prædicere vel dicere pro aliquo. — Vocatur etiam *vaticinium,* (a *vates* — futura videns).

(2) *Usus,* (a) Apud *Paganos,* prophetia erat interpretatio arcanorum, vel praedictio futuri eventus, (b) Apud *Sacros,* propheta sæpe designat hominem qui loquitur pro Deo cujus voluntatem de præsentibus aut futuris manifestat [3].

[*] Quod docuerunt *Paires:* v. g., S. Cypr., *De Unit. Ecclesia,* n. 15; *P. L.,* t. II, coi. 346; S. August, *In Joannis evangel.,* t. XIII, n. 17; *P. L.,* t. XXXV, coi. 1501); et *theologi :* ita Suarez, *De Gratia,* prolegom. III, c. 4, n. 9. Cf. Van Weddingen, *De miraculo,* Lovanii, 1869, p. 183 sq.

[1] D. B., 1707, 1790, 2145. —S. Thom., *Sum. theol.,* 1, q. 57, a. 3; 2* 2æ, q- 95'· q· 171-174; *De Verit.,* q. 8, a. 12; q. 12, a. 3; *De Malo,* q. 16, a. 7; *Cont. Geni.,* l. III, c. 154; Garrigou-Lagrauge, *De Revelatione,* l. I, c. XX; J. Ottiger, *Theolog.fundamentalis,* I, p. 233-273; C. Gutberlet, *Apologetik,* II, p. 175-240; Mir y Noguera, *Laprofecia,* 3 vol., Madrid, 1904; S. Tromp, *De revelat. christiana,* Romæ, 1933, p. 247 L. de Grandmaison, art. *Jésus-Christ,* in *D. A.,* col. 1409 sq.; E. Mangenot, art. *Prophétie, Prophétisme,* in *Diet, bibl.,* col. 705-727; 735*747; Comely, *Introd. in S. Script.,* diss. VI, § i, n. 3.

[3] *Deuter.,* XIII, 5; *Ps.* LXXVI, 9; *Act.* III, 18; ***II*** *Petr.,* 19-21.

332. — (B) Quoad rem. (i) In sensu *lato,* est scientia quævis rerum occultarum, vel interpretatio arcanorum aut totius Scripturae.

(2) In sensu *stricto,* definitur : *Prædictio certa futuri eventus, qui naturaliter prævideri nequit.*

Dicitur :

(a) *Prædictio,* i. e., manifestatio externa ante eventum facta.

(b) *Certa,* ex parte annuntiantis, modi annuntiandi et rei annuntiatae. Et sic distinguitur a mera *conjectura,* qua futuri eventus cum aliqua probabilitate praevidentur.

(c) *Eventus futuri.* Hoc est prophetiae *objectum.* Ita distinguitur a cognitione et manifestatione occultorum quæ futura non sunt, per Revelationem vel alio modo.

(d)*Qui naturaliter prævideri nequit,* eo quod est totaliter contingens, sive proveniat a Dei libera voluntate, sive ab humana libertate, sive a rebus physicis quæ sunt naturaliter incognoscibiles. — Si eventus futurus in causa vel alio modo cognoscitur certe, non est prophetia sed praevisio naturalis.

Prophetia igitur *Revelationem proprie dictam* supponit, id est, supernaturalem alicujus veritatis manifestationem, cum *missione* eamdem aliis *communicandi.* Differt proinde ab *inspiratione,* qua scriptor movetur et juvatur ad recte aliis transmittenda quæ novit et quæ non necessario revelationem supponit. Sæpe tamen utraque consociatur : primum fit *Revelatio* prophetæ, ut mentem divinam cognoscat; postea vero subsequitur *inspiratio,* qua movetur ad scribendum pro aliis quidquid per Revelationem didicerit.

Prophetia optimum est veræ religionis critérium, quia implicat simul miraculum strictum et Revelationem alicujus rei permultosque testes habet.

Præcipuæ prophetice versantur circa Messiam et ejus regnum, et ideo *messianicæ* vocantur.

333. — Scholion. Heterodoxæ notiones.

Prophetia falso definitur : (a) a *Spinoza,* secundum quem divinatio futuri eventus a prophetis ostendit solummodo eos præditos esse *potentia vividius imaginandi,* qua facta futura determinata præsentiebant, (Spinoza enim libertatem negat); (b) a *Protestantibus liberalibus* et *Modernistis,* secundum quos prophetæ tantum-

modo fidem et sensum religiosum puriorem et vividiorem habebant ’. I

334. — 2° Possibilitas.

(A) Errores. Praetermissis Epicureis et Stoicis antiquis. *Rationaliste* et *Moderniste* vel prophetias penitus negant, vel eas habent ut vagum futuri sensum, vel genericam Dei promissionem, vel illusiones quæ a perfectis viris Deo tribuuntur.

335. — (B) Probatur : Prophetia est possibilis si *neque ex parte Dei, neque ex parte hominis repugnat.* Atqui ita est. Ergo.

(1) Non repugnat ex parte Dei. Etenim (a) Deus *omnia, etiam futura contingentia,* noscit. Hoc deducitur tum ex immutabilitate suæ scientiæ quæ a rerum existentia non pendet; tum ex ætemitate sua, vi cujus omnia quæ existunt in tempore sunt ipsi præsentia [1]; tum ex causalitate sua, qua omnium rerum est principium, etiam actuum liberorum, qui tamen non unice ab eo dependent, (b) Deus futura contingentia *manifestare potest,* ut dictum est de possibilitate alicujus Revelationis in genere et præsertim mysteriorum. (Cf. n. 216-219). Imo hæc manifestatio specialiter convenire videtur, tum Deo cujus omniscentia et sapientia glorificantur, tum homini cui communicantur divina quædam secreta tanquam veræ religionis signum.

(2) Non repugnat ex parte hominis. Quod concludi potest ex supra dictis de Revelatione (Cf. n. 202-208). — Præterea notetur *humanam libertatem,* quæ eventum propheticum complere debet, *non tolli a prophetia* [λ] Nam prophetia respicit aliquando res ab homine non pendentes, aliquando res quarum auctor non designatur nominatim. Aliunde Deus, cum sit cognitor totius esse creati cujus est principium, cognoscit unumquemque effectum in se et in ordine ad suam causam proximam : v. g., terræ motum ut necessa-

[1] “ Les voyants hébreux n’ont pas eu plus que les Sibylles ou que le devin Tirésias, le don miraculeux de lire dans l’avenir. La supériorité de leur inspiration est ailleurs. Elle est toute entière dans une idée de Dieu plus pure, dans un idéal de justice plus élevé, dans une religion essentiellement morale, dans leur foi indéfectible au triomphe de la loi et de la volonté sainte et miséricordieuse de l’Eternel ”. A. Sabatier, *Esquisse...,* p. 94.

[9] *Sum. theol.,* i, q. 14, a. 13. Cf. L. de Grandmaison, art. *Jésus-Christ,* in *D. A.,* col. 1411. — * L. Billot, *De Deo uno,* p. 212, 293 sq.

rium, talem humanam actionem ut liberam. Hæc divina cognitio seu præscientia non liberum arbitrium destruit; quare nec ejusdem praescientiae manifestatio per prophetiam libertati adversatur.

Ergo homines possunt, mediante Dei Revelatione, cognoscere certo futuros eventus, qui naturaliter praesciri nequeunt eosque ceteris manifestare; seu, aliis verbis, prophetia est possibilis.

336. — 3° Discernibilitas.

Prophetia discerni potest : (a) Ut factum *historicum.* Ad hoc sufficit ut constet de firma praedictione futuri contingentis et de ejus veritatis probatione per eventus adimpletionem. Sed utrumque est naturaliter cognoscibile immediate vel mediate per historiam.

(b) *Ut factum supernaturale,* i. e., naturaliter imprævisibile. Quod facilius admittendum est, si agitur de factis quæ a Dei libertate positiva unice pendent; vel de liberis hominum actibus, speciatim si futuri eventus non propinqui nec necessarii, sed *remoti* et *liberi;* non dubitanter vel æquivoce, sed *certo* et *determinate* annuntientur; præsertim vero si sint simul *multi* et *implicati,* merito concludi potest eum qui talia prædicit, vere esse prophetam a Deo inspiratum, et non ex naturali cognitione loqui.

(C) *Ut factum divinum.* Solus potest strictam prophetiam dicere qui infallibiliter futura contingentia et speciatim libera cognoscit. Atqui Deus solus hanc cognitionem propria virtute possidet, sive quoad sua libera decreta, ut patet; sive quoad futura libera humana, nam (unice) Deus intuetur cor [1].

Prophetiæ divinitas et supernaturalitas apparent : i. *ordinarie,* post ejus realisationem tantum; 2. *extraordinarie,* ex miraculis aliis, quæ testantur eam fuisse a Deo vere probatam.

337. — 4° Valor apologeticus.

(a) *Apologetico valore* gaudet prophetia ad veritatem divinam alicujus doctrinæ probandam, si ejus connexio cum hac doctrina constat. Porro talis connexio potest esse :

1 " Propria divinitatis nota est res futuras ita prædicere, ut praedicendi ratio vires humanas superet et ex eventu judicetur divinum Spiritum esse praedictionis auctorem". Origen., *Cent. Cels.* l. VI, c. io; R., 530.

i. vel *intrinseca,* ex natura vaticinii defluens; 2. vel *extrinseca,* quando prophetia ad confirmationem doctrinæ revelatæ ordinatur : tum explicite ex declarationibus prophetae, tum implicite ex vaticinii circumstantiis.

(b) *Csus prophetice apologeticus l.* Prophetia est firmissimum argumentum ad christianæ religionis demonstrationem saepissime adhibitum ab ipso *Christo* loquente Judæis incredulis[2] discipulis Emmaus[3] et Apostolis[4]. Ad illud provocant *Apostoli :* ita Petrus[5], Paulus[6]* et Matthaeus in suo evangelio. Praeterea idem argumentum fusius et libentius exponunt Apologetae primi et *Patres,* praesertim cum Judæis et haereticis agentes[7]. Itaque hodiernus prophetiae usus apologeticus constanti et universali praxi in Ecclesia consonat.

IL — De Miraculis Ordinis Moralis[8]

Religionis christianæ divinitas probatur non tantum miraculis physicis et prophetiis, sed etiam *miraculis ordinis moralis,* quorum breviter dicemus : I. *notionem,* 2. *possibilitatem,* 3. *cognoscibilitatem,* 4. *valorem apologeticum.*

338. — (1) Notio, (a) Miracula *moralia* sunt divina facta quibus derogatur legibus naturæ moralis (Cf. n. 303). Hæc facta, licet physice possibilia, tamen attentis hominum moribus, inclinationibus et statu praesenti, absque speciali Dei interventu,produci naturaliter nequeunt. — Notetur quod ejusmodi facta non moralitatis legi opponuntur : secus enim essent vere peccata; sed fiunt praeter consuetum ordinem activitatis moralis, i. e., ex intellectu et voluntate libera procedentis.

(b) *Pnzcipua,* juxta *Patres* et *C. Vaticanum,* sunt : sanctitas supereminens Christi, celerrima ejus religionis propagatio, eximia ipsius sanctitas, mirabilis in omnibus bonis

' J. Touzard, *Comment utiliser l'argument prophétique,* Paris, 1911; Cf. Lagrange, in *R. B.,* 1917, p. 593 sq.

-*Joan.,* V, 39.46. — * *Luc.,* XXIV, 27-32. — ‹ *Luc.,* XVIII, 31; XXIV, 44.

5 *Act.,* II, 25-32; III, 18. — « *Ad.,* XXVIII, 23.

' S. Justin., *Apol.* I, 53; *Dialog, cum Triph.,* 74-108; Tertullian., *Coni. Jiuteos* ; Origen., *Coni- Celsum** IV, 52.

fecunditas et invicta stabilitas atque martyrum constantia », quæ postea demonstrabimus.

339. — (2) Possibilitas. Etenim hæc facta nullo modo repugnant ex parte Dei et hominis : revera Deus, ob suum supremum dominium et causalitatem universalem, agere potest specialiter et immediate in intellectum et voluntatem unius hominis aut plurium; ita ut humanæ cognitiones, volitiones et actiones operari valeant ea quæ naturaliter agere non possunt.

340. — (3) Cognoscibilitas. Miracula moralia discerni possunt, si, ex una parte, cognoscuntur constantes modi seu leges quibus homines agunt in eorum vita personali, domestica et sociali; et, ex altera parte, facta individualia aut socialia quæ sunt præter has leges. Hæc facta, v. g., Christianismi diffusio, cum sint sensibilia in se aut in effectibus suis, *historice* percipi et narrari possunt. Ea fuisse *supernaturalia* et *divina* deducitur ex comparatione inter productum opus et media naturalia, memoratis circumstantiis contrariis vel prosperis hujus operis; ita ut appareat simul incapacitas humanæ voluntatis et necessitas specialis interventus Dei ad factum miraculosum explicandum.

Attamen *hæc discernibilitas sæpe difficilis* remanet : quia factum morale observatum : v. g., martyrum constantia, magnam rerum amplitudinem præbet, et periculum adest quod dando suum locum causis humanis negligatur specialis Providentiae influxus, aut vice versa.

341. — (4) Valor apologeticus. Hæc miracula, cum proprie sint miracula, valore demonstrativo fruuntur, quem affirmat *C. Vaticanum.* Eorum nexus in Christianismi favorem est sæpe *intrinsecus :* nam quaedam constituunt historicam ejus existentiam; sed potest esse etiam *extrinsecus,* si hæc facta annuntiantur in gratiam Ecclesiæ stabiliendae et in saecula conservandae et tunc quatenus prophetiae etiam merito habentur : quod pluries advenit. — Hic valor maximus videtur cum quaedam inter hæc miracula : v. g., eximia Ecclesiæ sanctitas et in bonis efficacia, reipsa continue permanent et quasi sub oculis nostris semper lucent.

l C. Vatican., **sess. III, cap. 3**, *De Fide;* **D. B., 1794; S. August.** *De Civit. Dei,* l. **XXII, c.** *5; P. L.*, **XLI, 755-757.**

CAPUT VU

De Certitudine quoad revelationis Factum

342. — Conspectus.

1. Certitudo *in genere.*
   Notio, species.
2. Certitudo *apologetica.*
   (a) *Natura :* ejus objectum; influxus voluntatis in ea.
   (b) *Necessitas* et *qualitates.*
   Requiritur certitudo *vera,* tum *objectiva,* tum *subjectiva, absoluta* vel *respectiva.*

Scholion. De certitudine *morali.*

Unus ex apologeticis scopis est probare Revelationis factum per ejus criteria seu notas. De certitudine hujus demonstrationis nunc agèndum est. Post praenotiones de *certitudine in genere,* considerabimus *apologeticam certitudinem l.*

I. — De Certitudine in genere[1]

343. — (A) Notio. Certitudo est *adhcesionis intellectualis firmitas alicui veritati sine formidine errandi.* Et sic differt ab errore, dubio, suspicione et opinione.

344. — (B) Species. Multiplex datur certitudinis divisio:

(i) Ratione fundamenti. Certitudo est vel :

(a) *Metaphysica,* i. e., fundata in rerum essentiis et in qua connexio praedicati cum subjecto necessaria apparet objective et analytice per solam subjecti analysim, v. g., duo et duo dant quatuor; et nullam patitur exceptionem.

[1] D. B., 1273, 1626, 1637-1639, 1707, 1790, 1794, 1812, 1813, 1815, 2025, 2106; S. Thom., *Sum. theol.,* 2ª 2æ, q. 2, a. I, 4; q. 4, a. 1, 8; q. 5, a. 4; *De Ventate,* q. 14, a. I, 3 ad 10; *Quodl.,* VI, a. 6; L. Brugère, *De Vera Religione,* appendix I; L. Billot, *De virtutibus infusis,* p. 197 sq. ; 204 sq. ; Garrigou-Lagrange, *De Revelatione,* 1. I, p. 434 sq., 519 sq. ; S. Tromp, *De Revelatione Christiana,* p. 73'82; A. Gardeil, *La crédibilité et l'apologet.,* 1. II, c. 3.

[2] A. Chollet, art. *Certitude. D. T. C.,* coi. 2155-2167; Gény, art *Certitude,* in *D. A.,* col. 494-5°3î ν· Remer, *Summa prated, phil. schol.,* Romæ, :;=o, t. I, p. 150 sq.; Card. Mercier, *Critériologie générale ou théorie générale de la certitude,* Louvain, 1899.

(b) *Physica,* nempe fundata in legibus naturæ necessariis hypothetice : v. g., ignis comburit. Obtinetur autem experientia et exceptiones admittere potest.

(c) *Moralis,* scilicet innixa legibus moralibus, seu modo constanti quo homines agere solent : v. g., Cæsar vixit. Fundatur in experientia et rerum natura et habere potest exceptiones.

(2) Ratione subjecti, certitudo est *objectiva* vel *subjectiva,* secundum quod consideratur vel extra mentem in veritate ipsa, vel in intellectu hanc veritatem perspicue cognoscente.

II. — De Certitudine Apologetica[1]

De ea indicamus : 1. *naturam,* 2. *necessitatem* et *qualitates.*

I. NATURA

345. — Certitudo *apologetica* est firma intellectus adhaesio veritatibus et conclusionibus ad quas tendit apologeta vel qui apologetice agit. Fundatur in criteriis seu validis divinae Revelationis notis. Eadem est in omnibus quoad prudentis dubii exclusionem, sed quoad adhaesionis firmitatem diversificatur.

Ut melius cognoscatur, declaramus ejus : 1. *objectum,* 2. *voluntatis influxum in ea.*

346. — i° Ejus objectum[2][3] Certitudo apologetica spectat religionis divinae : 1. *credibilitatem,* 2. *credentitatem.*

(a) *Credibilitas* religionis logice defluit ex certitudine existentiæ Revelationis. Porro divina Revelatio est *historicum factum ordinis supernaturalis.* In ipsa, duo sunt distinguenda : *factum historicum* et ejus *supernaturalitas* saltem quoad modum (Cf. n. 46, 190, 191). Revelatio ut factum *historicum,* v. g., praedicatio Moysis, Christi aut Ecclesiae, cognosci potest sicut aliud historicum factum et cum eadem certitudine, testibus sive immediatis sive mediatis in saeculis

1 D. B., 1623 sq., 1634 sq., 1790; 1812; 2106 sq.; S. Thom., *Sum. theol.,* 2» 2æ, q. i, a. 4, ad 2; q. 2, a. 1, ad I, q. 171, a. 5; Suarez, *De fide,* IV Sect., 5, n. 8. R. Garrigou-Lagrange, *De Revelatione,* Roinæ, 1925, p. 247, 262-265, 341 sq. ; S. Tromp, *De Revelatione christiana,* Romæ, 1933; P· 73' 82; Lacordaire, *Conférences,* 1834 : 14e Conf., *De la certitude rationnelle produite dans l'esprit par la doctrine catholique.*

3 de Poulpiquet, *L'objet intégral de l'apologétique,* p. 221 sq.

posterioribus. Revelatio vero tanquam aliquid *supernaturale* percipi nequit intrinseca evidentia, nec auctoritate divina aut humana cujus assertio veridica probanda esset; sed, juxta legem communem, *ex factis divinis,* praesertim miraculis, quæ, *quatenus supernaturalia,* originem alicujus doctrinæ a Deo vere demonstrant. Porro hæc facta cognoscuntur ut historica, eodem modo ac Revelationis factum; ut autem supernaturalia, divina et cum doctrina quadam nexum habentia, per rationem et experientiam. Quare certitudo de Revelationis facto dici potest *certitudo moralis,* cum fundetur in evidentia extrinseca humani testimonii quod refert et ipsam Revelationem et ejus signa divina.

Certitudo apologetica fertur directe in divinam Revelationis originem et indirecte in ipsius Revelationis contentum. Sic, e. g., certum est ex criteriis Deum locutum fuisse et dixisse se esse unum et trinum. Sed quod Deus affirmat est absolute verum. Ergo Deus est unus et trinus.

(b) *Credentitas.* Certitudo apologetica tendit etiam ad religionis divinæ *credentitatem,* quæ indivulse cum ejusdem credibilitate connectitur : nam indubie homo credere debet religiosam doctrinam, quæ est certo credibilis tanquam a Deo praedicata.

347. — 2° Voluntatis influxus in apologetica. Notatur ejusdem influxus : \. *generalis,* 2. *specialis.*

(A) *Generalis.* Voluntas intervenire potest ut homo rei apologeticæ mentem applicet, modo attento et perseveranti, secundum logicae regulas.

(B) *Specialis.* Hic influxus voluntatis [1] apparet : i. *ante* assensum apologeticum, 2. *in* ipso assensu, 3. *post* eumdem.

(1) Ante assensum apologeticum, voluntas disponere potest subjectum *negative* et *positive.*

(a) *Negative,* removendo obstacula : tum *intellectualia,* ut errores, praejudicia, dubia irrationabilia, etc., quibus veritas

[1] Cf. Pascal, *Pensées,* ed. *Brunschvtcç,* n. 99 : " La volonté est un des principaux organes de la créance; non qu'elle forme la créance, mais parce que les choses sont vraies ou fausses, selon la face par où on les regarde. La volonté qui se plaît à l'une plus qu'à l'autre, détourne l'esprit de considérer les qualités de celles qu'elle n'aime pas voir; et ainsi l'esprit, marchant d'une pièce avec la volonté, s'arrête à regarder la face qu'elle aime, et ainsi il en juge par ce qu'il y voit

obnubilatur; tum *moralia,* praesertim *mortificatione passionum, voluptatis* et *superbiæ :* experientia enim constat passionibus ita mentis judicium perturbari in rebus moralibus ut vix veritas agnosci possit.

(b) *Positive,* nempe, per qualitates mentis et cordis, aptas ad veritatem lucidius percipiendam et libentius admittendam. Inter eas eminet amor sincerus, efficax, generosus et permanens religiosae veritatis etiam sacrificia imperantis. Supradictae qualitates utilissimae sunt praesertim relate ad veritates quae in moralem vitam influunt et tantum extrinseca evidentia gaudent L

Hujusmodi dispositiones intellectualia motiva intrinsece non modificant ideoque eorum valorem nec minuunt nec augent2. Sed sunt tantum subjectivae conditiones quibus mentis assensus rectius et securius praeberi potest.

348. — (2) In assensu apologetico, voluntas *per se* et semper influit, quia hic assensus provenit ex extrinseca evidentia. Etenim certitudo fundatur in *evidentia,* quæ est *intrinseca* vel *extrinseca :* I

(a) *Intrinseca* est perspicuitas intimæ connexionis inter subjectum et prædicatum : v. g., in propositione : totum majus est sua parte.

(b) *Extrinseca* adest quando connexio subjecti et prædicati inspicitur in aliquo extrinseco, nempe testimonio; v. g., in propositione : Pius X fuit summus Pontifex.

(c) Veritas *intrinsece evidens* immediate et necessario determinat certum intellectus assensum, sine ullo voluntatis directo influxu. Sed ubi adest *sola extrinseca evidentia·,* veritas in se obscura remanet ideoque mentis adhæsionem provocare nequit sine interventu voluntatis.

‘Totum evangelium S. *Joannis* allegari posset ad probandam necessitatem dispositionum moralium ut ad fidem perveniatur; legantur præsertim cap. III, VIII, XII.

’ Ad rem egregie scribit OHé-Laprune, *La certitude morale,* p. 413-414 : “ La bonne volonté ne forme pas la créance, mais elle la prépare; elle ne fait pas naître la lumière, mais elle dispose l’esprit à la voir. On n’arrive pas à croire les choses parce qu’on veut qu’elles soient ; on arrive à voir qu’elles sont en effet, parce qu’on veut, quoi qu’il en puisse coûter, voir, non ce qui plaît, mais ce qui est. Si donc il y a des efforts à faire, on les fait; s’il y a des difficultés à vaincre, on les combat; s’il y a des répugnances à surmonter, venant d’une raison trop faible ou d’une volonté vicieuse, on en triomphe... ” Integer locus attente legatur.

(d) Porro Apologetica affert præsertim extrinsecam evidentiam : nam ostendit tantum revelatam veritatem esse credibilem utpote a É)eo dictam. Quare intellectus huic doctrinae revelatae non assentit nisi mediante liberæ voluntatis imperio ‹.

(3) Post assensum apologeticum, quaecumque difficultates aut dubitationes exsurgant in oppositum, voluntas sub influxu phantasiæ et passionum, possessam certitudinem irrationabiliter rejiceret. Sed potius imperare debet dispositiones et actus cum assensu dato logice conformes, denique ipsum fidei actum ad quem ducit Apologetica3.

II. NECESSITAS ET QUALITATES

349. — Thesis. Requiritur prævia certitudo vera, tum objectiva tum subjectiva, facti Revelationis. Philosophice et theologice *certum*.

Ecclesiae magisterium.

Ecclesia docet Revelationem, ut sequatur fides, debere esse credibilem3; requiritur etiam ut factum Revelationis sit certum stricto sensu, quod obtinetur per signa certissima 4 divinam originem Revelationis testantia, juxta *C. Vaticanum*.

350. — ***Ia Pars.*** Requiritur certitudo veras.

(a) *Vera* certitudo omne dubium prudens excludit.

(b) *Hcec omnino requiritur.* Etenim assensus fidei veritatibus revelatis est voluntarius quidem, sed plane rationabilis, imo firmus et irrevocabilis. Voluntas autem nequit rationabiliter ejusmodi fidem imperare, nisi fidei objectum prius ab intellectu proponatur tanquam firmiter et irrevocabiliter credibile; quod fit per judicium credibilitatis vera certitudine gaudens. " Non enim crederet (homo) nisi videret ea esse credenda vel propter evidentiam signorum, vel propter aliquid ejusmodi 6".

• D. B., 420, 1789, 1791, 1814.

- S. Harent, art. *Croyance,* in *D. T. C.,* coi. 2364-2396; C. Bos, *Psychologie de la croyance,* Paris, 1902.

3 D. B., 1812; cf. 1627. 1794. — « D. B., 1790, 1813.

» Hæc necessitas clare supponit possibilitatem et valorem certitudinis intellectualis in genere, contra scepticismum universalem ; imo certitudinem multarum veritatum particularium de Deo, homine, mundo, etc. (Cf. n. 43)

l Sur/L· theol.. 2* 2æ, q. I, a. 4, ad 2.

(C) Igitur certitudo apologetica excludere debet saltem omne dubium prudens de Revelationis existentia : nec plus, nec minus requiritur. Et ideo non sufficit probabilis notitia Revelationis, quod constat ex Ecclesiæ documentis[1].

351. — ***IIa Pars.*** Requiritur certitudo tum objectiva tum subjectiva.

(1) Certitudo objectiva (a) fundamento objective immovibili nititur, quod vel immediate vel mediate ad evidentiam reducitur, (b) *Hæc est necessaria.* Nam fidei actus debet esse non solum rationabilis sed etiam firmissimus et irrevocabilis. Atqui, deficiente objectiva certitudine de facto Revelationis, ille actus posset imo deberet omitti, si Deus realiter doctrinam non revelavisset Ergo.

(2) Certitudo subjectiva est interna et firma mentis adhæsio alicui veritati, (a) Hæc *exigitur :* etenim ut mens firmiter alicui veritati adhæreat, non sufficit ut propositio in se vera sit, sed requiritur ut ejus veritas ab intellectu percipiatur. — Revera si homo intimam convictionem et certitudinem de origine divina talis Revelationis non habet, verum actum fidei elicere non potest, cum ignoret utrum et quid Deus revelavit hominibus credendum.

(b) Hæc certitudo *uniri debet objectives certitudini :* quare Molinos, Protestantes veteres et Modernistæ falso docent certitudinem *mere subjectivam,* ex lege ordinaria, sufficere.

(c) Aliquando argumenta *singulatim* sumpta plenam certitudinem gignere non valent ; sed si *plura simul* ad *eamdem veritatem demonstrandam tendunt,* aliquando *veram certitudinem* pariunt. Sicut lapides singulatim sumpti non praebent medium sufficiens ad flumen transeundum; sed si multi caemento coadunantur ad pontem efficiendum, viator facile flumen pertransibit.

352. — ***IIIa Pars.*** Certitudo requisita potest esse absoluta vel respectiva.

(1) Notiones. Certitudo de facto Revelationis est vel *absoluta* vel *respectiva.* (a) *Absoluta* ea est quæ tantis motivis nititur ut sit sufficiens respectu cujusvis intellectus etiam sagacis et acuti. *Subdividitur* in : i. *scientificam,* quæ critice et historice credibilitatis motiva considerat;

[1] D. B., 1171, 1637, 2025.

2. *vulgarem,* quæ confuse et non critice eadem percurrit, non solutis pluribus difficultatibus, (b) *Respectiva* seu *relativa* dicitur, quæ dubium prudens hic et nunc excludit, non pro omni intellectu, sed pro tali individuo vel tali hominum categoria : v. g., pro indocto et pueris. Hæc differt a certitudine absoluta *vulgari,* quæ fundatur in validis motivis pro omnibus hominibus.

353. — (2) Quænam requiritur? (a) *Absoluta certitudo* in Apologetica evidenter sufficit; sed, juxta plerosque modernos, non requiritur in singulis credentibus : quod valet præcipue de certitudine non vulgari sed scientifica, quæ praesertim per demonstrationes apologeticas obtinetur.

(b) *Respectiva certitudo* facti Revelationis est sufficiens in Apologetica. Nam, cum procedat ex motivo objective convincente, facit actum fidei esse rationabilem, et cum hic et nunc prudens dubium excludit, sufficit ut voluntas assensum firmum veritati revelatæ prudenter imperare possit. " Ita *pueri* et *rudes*... recte audiunt eos quos natura posuit magistros, et sic rationabiliter et prudenter *fide humana* credunt id quod *parentes* vel *pastores* illis affirmant de historia et veritate revelationis, et, hac via auctoritatis, sufficienter..., sibi efformant judicium certum de facto revelationis divinae [1] ".

354. — Scholion. De certitudine morali[2].

Sæpe hæc vox adhibetur circa rem religiosam ab amicis vel adversariis, sensu tum legitimo tum illegitimo. Igitur non inutile videtur quædam compendiose declarare de certitudinis moralis *notione* et *legitimitate.*

i° Notiones. Certitudo moralis *multipliciter* accipitur : (a) Designat aliquando magnam aut maximam *probabilitatem* tantum, (b) Certitudo moralis, in ethica, ea est quæ excludit omne prudens dubium de honestate actus hic et nunc ponendi, quare vocatur *prudentialis.* (c) Certitudo moralis, juxta plures modernos, ea est quæ *pendet a voluntatis interventu,* (d) Denique *certitudo moralis proprie dicta*

[1] J. M. Hervé, *De Vera Religione,* n. 100.

[*] Ollé-Lapnme, *La certitude morale,* Paris, 1898; Farges, *La crise de la certitude,* Paris, 1907; S. Harent, art. *Croyance,* in *D. T. C.,* col. 2364-2396.

est ea quae fundatur in legibus moralibus, seu in modo constanti quo homines ordinarie agunt. (Cf. n. 303). Adde quod talis certitudo aliquando spectat ad moralem vitam hominis quoad sive veritates accipiendas sive dispositiones quæ hanc acceptationem praecedere aut sequi debent».

355. — 20 I^egitimitas. (A) *Non valet,* i. Certitudo moralis, *includens probabilitatem* opinionis oppositae, apologetae non sufficit (cf. n. 350), quia, cum ea, deest certum credibilitatis judicium necessario praecedens fidei actum.

2. Certitudo moralis, quæ *intrinsece pendet a voluntate, admitti non potest.* Etenim in ea voluntas actu libero supplet insufficientiae motivorum convincentium et intellectus assensum imperat. — Sed hic modus agendi est *illegitimus.* Equidem voluntas jure imperat mentis assensum dignitati rationum proportionatum ; sed non habet intervenire tanquam loco rationum sese substituens, totaliter aut partialiter, juxta suum beneplacitum agens : hoc est contra naturam et intellectus et voluntatis atque producit non veram certitudinem, sed irrationabilis opinionis figmentum subjectivum.

356. — (B) ***Legitima est*** certitudo moralis proprie dicta in Apologetica. Etenim omne dubium prudens excludit et fundatur in legibus consuetis et universalibus. Apologeta ea saepius utitur : nam permulta facta de existentia prophetarum, Christi, Ecclesiæ, etc., ex testimonio humano seu cum morali certitudine cognoscit (Cf. n. 414, 451). Praeterea veritates de quibus tractat, maximum habent influxum in hominum moralitatem, siquidem tendunt ad catholicam religionem vivendam cum Christo propter Deum, mortificatis.omnibus passionibus et vitiis. Igitur, ex multiplici parte, certitudinis moralis maxime patent vis, influxus et applicationes in apologetica demonstratione.

1 **P. Ronnot, nt.** *Certitude libre,* **in** *Did, prat, des cannais, religieuses.*

TRACTATUS II

DE CHRISTO DEI LEGATO

SEU

DE RELIGIONE CHRISTIANA REVELATA

PROŒMIUM

357. — (A) Objectum.

Ex praedictis jam novimus, tum necessitatem absolutam religionis in genere, tum possibilitatem, moralem necessitatem et obligationem revelatæ religionis in abstracto, tum criteria quibus vera religio a falsis evidenter dignoscitur. Nunc quæritur *an* et *qucenam sit de facto religio divinitus revelata?* Et respondetur *Jesum Christum* fuisse *verum Dei legatum,* i. e., a Deo missum ad homines docendos veram religionem revelatam, scilicet *Religionem Christianam*. Hinc hujus Tractatus duplex titulus : *De Christo Dei legato* seu *de Religione Christiana revelata.* Hic habemus Apologeticæ partem, quæ vocatur *Demonstratio christiana.* (Cf. n. 38).

358. — (B) Divisio.

Post *prolegomenon*™ expositionem, divina Christi legatio primum ostenditur ex *mirabili excellentia Christiana doctrina,* quæ pulcherrima et summe appetibilis apparet; deinde probatur *testimonio :* I. *prophetarum* qui ante Jesu vixerunt, 2. *ipsius Christi thaumaturgi* et *propheta,* 3. *historia primavi Christianismi* Christo posterioris; denique confirmatur *comparatione ejusdem religionis* cum *Budhismo* et *Islamismo.*

359. — (C) Conspectus g'eneralis.

De Christo Dei legato

Cap. I. *Prolegomena.*

Cap. II. Legatio divina Christi demonstratur e *mirabili Christiana, doctrina excellentia.*

Cap. III. Legatio divina Christi probatur *ex prophetico ministerio in V. Testamento.*

Cap. IV. Legatio divina Christi deducitur *ex ipsius persona et testimonio.*

Cap. V. Legatio divina Christi *ex ejus miraculis et vaticiniis effulget.*

Cap- VI. Legatio divina Christi *ex ejus resurrectione splendet.*

Cap- VII. Legatio divina Christi *constat ex miraculosa propagatione primavi Christianismi.*

Cap- VIII Legatio divina Christi *ex heroica martyrum constantia probatur.*

Cap· IX. Legatio divina Christi *confirmatur transcendentia Christianismi aliis religionibus comparati.*

Epil°gus· *Credibilitas et credentitas* Christianismi.

CAPUT I

PROLEGOMENA

360. — Conspectus.

1. De *Apologetica per Christum.*
   (a) Religio Christiana primum inspicienda.
   (b) Modus procedendi.
   (c) De fontibus.
   (d) De Apologetica ex Christi divinitate?

2. De *historicitate Christi.*
   (a) Christus *vere existit.*
   (b) *Distinctio inter Christum historia et Christum fidei est rejicienda.*

Scholion. Tabella temporum quibus N. T. libri fuerunt editi.

Hic breviter agitur : I. *de Apologetica Christiana per Christum, 2. de historicitate Christi.*

I. De Christiana Apologetica per Christum.

361. — (A) Religio Christiana primum inspicienda, (a) Ad solvendam quaestionem de revelatione concreta humano generi concessa, primo loco inspicimus *Religionem Christianam, a Christo Dei legato* fundatam. In hoc concordant non solum Catholici, sed et Schismatici sive orientales sive occidentales, necnon et Protestantium sectæ quæ aliquam retinuerunt fidem positivam. Præterea, fatentibus ipsis adversariis, Christianismus ita ceteras religiones superat, sive doctrina, sive effectibus in ordine morali, sive asseclarum numero [1] et auctoritate, ut, si quædam sit revelatio, ultro in Christianismo quærenda sit

(b) Et satis erit *Religionem christianam tantum* considerare si enim ipsius origo divina demonstratur, reliquæ religiones, cum una tantum possit esse vera, merito ut falsæ rejicientur.

[1] Cf. *Tabella religionum in mundo,* n. 587. Notandum est Christianismum toto orbe terrarum diffusum esse, cum ceteræ religiones tantummodo in uno vel allero continente reperiuntur : est ergo aliquid omnibus obvium.

(c) Attamen, in fine Tractatus, Budhismum et Islamismum breviter perpendemus, ut, ex horum defectibus, magis elucescant Christianismi saoctitas et divinitas.

362. — (B) Modus procedendi, (a) Duplex methodus in re præsenti adhiberi potest : i. alia dicitur *ascendens,* et de effectu ad causam assurgit, scilicet de Religione Christiana ad Deum ejus auctorem ; 2. alia vero *descendens,* quæ a Deo vel Christo revelatore concludit ad Christianismum ab ipso revelatum. *Priore* utemur disserendo de mirabili excellentia christianæ doctrinæ et de primaevo Christianismo, (cap. II, VII et VIII); *posteriore* autem, in aliis capitibus hujus Tractatus.

(b) In methodo descendente, *dupliciter* proceditur, i. Theologi veteres et quidam recentes successive tractant prius de revelatione patriarcali, deinde de revelatione mosaica, denique de revelatione Christiana, quarum divinitatem probant. Sed hæc methodus perlonga est, nec aliunde ad demonstrationem necessaria. 2. Quare cum plerisque auctoribus, inquisitionem nostram ad revelationem Christi coarctamus, pauca tamen de primæva et judaica revelatione dicturi.

363. — (C) De fontibus relate ad Christum \ Historia Christi, referens ejus doctrinam, miracula, prophetias aliaque opera, describitur summatim in *canonicis fontibus :* in libris tum V. Testamenti Messiam-Christum annuntiantis; tum N. Testamenti, præsertim in Evangeliis eorumque commentariis 2 Praeterea consulantur " *Vitee* " *Jesu,* quarum recentiores quaedam indicandae sunt 3. Ex his fontibus praecipue depromuntur diversa elementa et argumenta quæ exhibet Apologetica de Christo Dei legato.

Missio divina Jesu vel supematuralis revelatio Christianismi est *historicum factum* quod constat historicis docu-

1 S. Tromp, *De Revelatione christiana,* Romæ, 1933; p. 139-157.

2 Apud paganos, inveniuntur quædam non spernenda testimonia : Fl. Josephus, *Ant. Jud.,* 18, 2, 3; Plinius Junior, *Ep. ad Trajan.* ; Tacitus, *Annales,* 15, 44; Suetonius, *Vita Cl. Neron., Vesp., Demit.*

3 P. Buysse, *fisus deruant la critique,* Paris; P. Lagrange, *L'évangile de Jésus,* Paris, 1930; J. Lebreton, *La vie et ťenseignement de Jésus,* Paris, 1932; Pinard de la Boullaye, *La personne de Jésus.* Carême 1933, Paris; F. Prat, *La vie de Jésus-Christ,* 2 vol., Paris, 1933; L· Cristiani, *Jésus-Christ, Fils de Dieu, Sauveur,* Lyon, 1934.

mentis prædictis. In hac demonstratione, afferemus auctoritatem Scripturæ S., non ut inspiratae, ne fiat petitio principii; sed ut saltem fide humana dignae ad instar profanorum historicorum.

364. — (D) Quid de demonstratione apologetica ex Christi divinitate?

(1) Non est necessaria. Etenim divina credibilitas Christianismi statui potest et sæpe statuitur, probando Christum, ejus fundatorem, fuisse *missum a Deo :* quod ostenditur praecipue vaticiniis messianicis et etiam miraculis, prophetiis et resurrectione Jesu ipsius.

(2) Est possibilis. Equidem, in Apologetica, sola ratio *a priori* Christi divinitatem demonstrare nequit. Sed, mediantibus libris N. T. auctoritate mere historica praeditis, cognoscit : ex una parte, Jesum dixisse se habere divina attributa, se esse Dei Filium et Deum ; ex altera vero parte, Jesum fuisse divinitus comprobatum in multis miraculis; ideoque merito concludit *divinitatem Christi esse credibilem* ex ejusdem testimonio quod Deus supernaturaliter confirmavit. Sed, cum Christus sit Deus, evidenter religio quam prædicavit est vera et divina.

(3) Estne opportuna? *Contravertitur.* (a) Alii *affirmant.* Ita S. Joannes Chrysostomus in opere apologetico, *Christus est Deus,* n. 1 : quem secuti sunt, inter recentes, Ottiger, *Theologia fundamentalis,* t. I; L. Billot, in ejus tractatu *De Verbo Incarnato : Credibilitas Incarnationis,* Roraæ, 1904, p. 585-596; L· de Grandmaison, art. *fésus-Christ,* in *D. A.,* col. 1391-1400; Pinard de la Boullaye, *Conférences de Notre-Dame de Paris,* Carême, 1932 ; (cf. opus nostrum, *L'apologétique par le Christ,* p. 48-49; 121-309).

(b) Alii autem *negant,* quia thesis de divinitate Jesu non requiritur in Apologetica, aliunde nimium cito proponeret incredulo convertendo incomprehensibile Hominis-Dei mysterium ; præterea facilius et securius demonstratur, in tractatu de Verbo Incarnato, ex infallibili auctoritate Ecclesiæ exponentis doctrinam revelatam circa hoc dogma x.

II. De historicitate Christi 2.

365. — (A) Errores, (a) Alii Christum vixisse in terris negaverunt : ita *Strauss ,* F. Dupuis ,* Drews ,* fensen **

1 Ami du Clergé, 1911, p. 119 sq.

3 J. Lebreton, *Les origines du dogme de la Trinité,* Paris, 1910 ; L. Fillion *N.* 5. *Jésus· Christ, d'après les Evangiles ; L'existence historique de Jésus et le*

Brandes,* *Couchoud*', qui asserunt vitam Jesu esse fabulam vel mythum. (b) Quidam autem, præsertim *Moderniste,* distinguunt inter Christum historicum et Christum fidei. Prior vere in Judæa vixit, quare est objectum scientiæ et historiæ; posterior autem est mera creatio seu idealisatio, quae procedit ex fide Christiana et non pertinet ad scientiam.*

366. — (i) Thesis. Christus vere existit. *De fide.*

Probatur : i. *directe,* 2. *indirecte.*

(a) Directe. Existentia Jesu affirmatur ab auctoribus fide dignis : a Flavio Josepho judæo ; a paganis : Plinio Juniori, Tacito et Suetonio; præsertim a scriptis christianis et canonicis, quæ sunt *Evangelia, Actus Apostolorum, Epistola,* etc. : quorum historicitas solide statuitur 3. Præterea existentia Jesu defluit ex ipsa historia Christianismi, qui originem suam ubique et ab exordiis tribuit Christo.

Quapropter ipsi Rationalistæ cum Protestantibus 4 et Catholicis eamdem affirmant.

(b) Indirecte. Nam adversarii nullum positivum argumentum afferunt; sed suam opinionem ex præjudiciis de agnosticismo et naturalismo deducunt et textus historicos ipsis oppositos declarant a priori spurios vel interpolatos.

rationalisme contemporain, Paris, 1911 ; A. Sertillanges, *Jésus,* Paris, 1921 ; L. de Grandmaison, *Jésus dans l'histoire et dans le mystère,* Paris, 1925 ; art. *Jésus-Christ,* in *D. A.,* col. 1310-1315 ; M. Lepin, *Le Christ Jésus,* Paris, 1929; Pinard de la Boullaye, *Jésus et l'histoire,* Carême, 1929, Paris; A. Fiori, *Il Cristo della Storia et della Scrittura,* Roma, 1905; O. Graber, *Im KampJ urn Christas,* Graz, 1917 ; J. Keulers, *De pseudo-Christus,* Roermond, 1925 ; P. Braun, *Où en est le problème de Jésus?* Paris, 1932 ; Ami du Clergé, 1925, p. 753-762; 1926, p. 561-572.

' Couchoud,* *Le mystère de Jésus,* Paris, 1924; Alfaric * et Couchoud,* *Le problème de Jésus et les origines du Christianisme,* Paris, 1932.

- D. B., 2076, 2084.

3 " Pour réfuter cette erreur monstrueuse, il suffit de citer le témoignage de Pline le jeune, de Tacite, de Suétone, de S. Paul, des Pères apostoliques, des évangiles apocryphes, des évangiles canoniques, d'où on ne peut, sans être déraisonnable, éliminer tout noyau historique". Brassac, *Manuel biblique* t. III, Paris, 1920, p. 27.

4 Ita A. Jülicher,* et A. Harnack in Germania ; W. Bacon,* in Anglia; in Gallia, Loisy,* *La naissance du Christianisme,* Paris, 1934; Goguel,* *Jésus de Nazareth, Mythe ou histoire,* Paris, 1925 ; Ch. Guignebert,* *Le problème du Christ,* Paris, 1914; *Le Christianisme antique,* Paris, 1921 *Jésus,* Paris. 1933.

Quare PIUS IX hunc errorem in *Syllabo* damnavit :"Ipse Jesus Christus est mythica fictio [1]",

367. — (2) Thesis. **Distinctio inter Christum historiæ et Christum fidei rejicienda est.**

(a) Etenim fundatur in falsis principiis agnosticismi et immanentismi, ut optime exponitur in encyclica *Pascendi*[2], (b) Aliunde regulas violat objectivetatis historicæ, vi cujus historicus totum suum objectum impartialiter describit; porro modernistica historia in facto Christi tantum realitates naturales mere humanas observat et omnes supernaturales eventus excludit simulque paginas eos narrantes, (c) Præterea progressiva idealisatio personæ Christi quam sive Judæi, sive Paulus, sive mysteria pagana elaboraverunt, juxta adversariorum hypothesim, factis historicis aliunde certis omnino contradicit. (d) Denique adversatur historicitati et veracitati evangeliorum aliorumque librorum N. T., quæ validis argu.nentis tum internis tum externis probantur : non licet enim, sine positivo documento, declarare textus interpolatos vel spurios quia non concordant cum praejudiciis aprioristicis. Non mirum ergo quod talis distinctio ignota sit libris sacris, Patribus, Doctoribus, uno verbo toti Traditioni, quæ tamen Christum intimius cognovit et docuit; sed est profana et impia novitas rationalism! antichristiani. (e) Addatur quod talis distinctio, (quæ applicatur etiam Ecclesiæ, sacramentis, etc.), omnem Apologeticam reddit impossibilem. Nam, si Modernisas credas, ex una parte, Christus historiæ nullum miraculum, nihil supernatural egit et coævos suos non superat; ex altero vero, Christus fidei non existit realiter : quare miracula quæ ei tribuuntur non sunt historica et omni apologetico valore carent.

Merito igitur PIUS X pluries hanc distinctionem damnavit ; I. in encyclica *Pascendi;* 2. in decreto *Lamentabili,* prop. 29 : " *Concedere* licet *Christum, quem exhibet historia, multo inferiorem* esse *Christo,* qui est *objectum fidei"; 3.* in *Jurejurando antimodernistico* quod attribuit eidem Christo omnia opera naturalia vel supernaturalia, quae narrant evangelistæ '.

368. Scholion. — Tabella temporum quibus N. Testamenti libri fuerunt editi.

Quidam theologi, in hujus Tractatus exordiis, notiones de authenticitate, veracitate et integritate librorum V. et

[1] D. B., 1707. — [2] D. B., 2076; Ami du Clergé, 1926, p. 566 sq. ; M. Lepin, *Le problème de Jésus,* Paris, 1936.-3 D. B., 2076, 2084; 2029; 2145.

N. Testamenti adnotaverunt. Sed quæstiones hujusmodi ad studium Scripturæ S. pertinent et ab Apologetica præsupponuntur (cf. n. 43). Studiosus lector in sacrarum Scripturarum Introductione methodice illas expositas inveniet. — Hic tamen, *circa N. T. libros, brevem elenchum* afferre placet [1].

	Annus
Evangelia :	
Matthæus	44-50
Marcus	52-62
Lucas	versus 63
Joannes	1° sæc. exeunte
Acius Apostolorum	63
Epistohe B. Pauli :	
l Thess.	53
n Thess.	53-54
Gal.	Si-54
i Cor.	
II Cor.	
Rom.	59
Eph.	63
Colos.	id.
Philem.	id.
Philip.	
i Tim.	
	id.
H Tim.	66-67
Hebr.	64
A lii Hbri :	
Ep. Jacobi	57-62
Ep- Petri (1)	circa 64?
» Petri (11)	circa 66-67
Ep. Joannis (1)	I sæc. exeunte
Ep. Joannis (11)	I post
Ep. Joannis (ni)	1 primam
Ep- Judæ	64-66
Apocalypsis	circa 95

[1] Hujus tabellæ indicationes ex **Cornely** præsertim desumuntur. Qui amplioribus explicationibus indiget, videat probatos auctores, v. g., **Pelt, Hopfl, Jacquier, Lusseau** et **Colomb,** etc. *Commentaria* librorum tam V. quam N. Testamenti multa a catholicis edita sunt, v. g., **Calmet, Fillion, Crampon,** Cursus **Scripturæ sacræ** a Patribus S. J·» **Etudes bibliques, Pirot,** etc. Nonnisi recentiora, et etiam hæc **parce,** citabimus.

Legatio divina Christi

DEMONSTRATUR E MIRABILI CHRISTIANÆ DOCTRINÆ EXCELLENTIA

369. — Conspectus.

De excellentia Christianae doctrinae

Prænotanda.

1. *De doctrina a Christo pradicata.*
   (a) Status quæstionis.
   (b) Christus vere docuit doctrinam, — quæ est ipsa catholica doctrina.
2. *De mirabili excellentia doctrina christiano-catholica.*
   (a) *Factum excellentice* hujus doctrinæ, — explentis legitimas aspirationes :
      j intellectus,
      - voluntatis,
      naturæ sensibilis.
   (b) *Supernaturalitas* ejusdem probatur : *directe* et *indirecte.*
   (c) *Conclusiones apologetica.*

PRÆ NOTANDA

370. — (i) Excellentia christianæ doctrinæ, unum ex criteriis intrinsecis, (a) Criteria *intrinseca* doctrinæ revelatæ ipsi inhærent : v. g., ejus sublimitas, veritas, immutabilitas, etc.

b) Hæc criteria possunt considerari sive *in se.* sive *relate ad nos.* Quidam apologetæ scrutantur unum vel alterum singulariter : v. g., absolutam veritatem, miram cohæsionem et harmoniam. Alii vero universalem *doctrinæ christianæ excellentiam* perspiciunt *in suis relationibus cum homine.* Hanc viam tenemus, utpote aptissimam ad sublimitatem Christianismi melius explorandam et ad mentes humanas efficacius alliciendas evangelii pulchritudine et amabilitate.

371. — (2) Vis hujus criterii. (a) Doctrina Christiana considerata ut nihil docens rationi oppositum vel Deo indignum,

aut ut maxime conveniens cum hominis aspirationibus, non est argumentum stricte apologeticum. Nam aliqua mere humana doctrina his qualitatibus plus minusve frui potest (Cf. n. 276, 280).

(b) Sed Christianismus, sub alio respectu, quandoque examinatur ab apologetis qui ejus perfectionem et harmoniam cum naturæ humanæ altioribus tendentiis explanant. Hujus inauditi facti quæritur ratio sufficiens, quæ non est homo vel diabolus. Quare doctrinæ christianæ sublimitas constituit *intellectuale miraculum miraculo morali unitum* : ideoque est verum critérium positivum ejus divinæ revelationis, et strictum valorem apologeticum obtinet : quod a multis theologis docetur.

Attamen hæc transcendens excellentia *non est critérium primarium* : etenim ejus demonstratio est nimis difficilis pro rudibus, sæpius nimis subjectiva et longa. Et si omnes homines vim hujus argumenti non percipiunt, hoc est propter *nimiam,* non propter *insufficientem* sublimitatem Christi doctrinæ. Hoc argumentum pro acatholicis valet; sed multo lucidius credentibus apparet, sicut ecclesia, vitreis fenestris illustrata, magis ab intus quam a foris fulget[2].

372. — (3) Usus talis criterii. Quidam auctores, tractant primum de criteriis extrinsecis et postea de intrinsecis notis religionis revelatæ. Alii autem, initium Apologeticæ sumunt ab intrinsecis criteriis, quibus sinceræ mentes ad argumenta historica facilius accipienda et attentius discutienda disponuntur. Eos sequentes, *incipiemus divinæ missionis Christi demonstrationem ex excellentia ejus doctrinæ.* Putamus enim multos coævos historicam investigationem apologeticam instituere nolle, nisi prius cognoscant Christianam doctrinam excellentem et nobilissimis tendentiis nostris conformem esse.

(4) Divisio. Ut logice procedamus, in duplici articulo ostendemus : 1. *doctrinam a Christo prædicatam,* 2. *excellentiam supernaturalem* et *apologeticam* hujus doctrinæ.

[1] C. Pesch, *op. cit.,* n. 256 sq.

[2] Cf. de Tonquédec, in *Etudes,* 20 mai 1920, p. 433. " Quand on a vécu dans le catholicisme — j'entends d'une vie consciente et réfléchie, — on lui découvre de tous côtés tant de racines, une telle multitude de tenants et d'aboutissants dans le monde et dans l'àme, on a fait si fréquemment l'expérience de sa valeur, on a vu ses rayons illuminer tant d'horizons et éclairer tant de domaines obscurs, que décidément il devient dans l'esprit l'objet central, la clef de voûte qui fait tenir l'édifice entier; et l'on est sûr que, si on l'ôtait, tout croulerait à l'instant, que si *cela* n'était pas vrai, rien ne le serait

ARTICULUS I

De doctrina a Christo prædicata [1]

373. — Status quæstionis.

(1) Errores. (a) *Rationalists* plerique et *Protestantes liberales* contendunt nihil Christum proprie docuisse, sed solum *vivendi formam* nobis reliquisse; dogma autem Christianum paulatim, per interpretationem factorum religiosorum formatum fuisse, (b) Juxta *Modernistas,* Jesus incepit motum aliquem religiosum diversis locis ac temporibus adaptandum, sed "determinatum doctrinae corpus non docuit [2]".

(2) Ecclesia vero affirmat Christum determinatam doctrinam speculativam et practicam evangelizasse, quæ fideliter in symbolis et apud probatos theologos servatur.

374. — Thesis. Christus vere docuit doctrinam religiosam, i. e., summam veritatum dogmaticarum et oralium ab omnibus credendam; quæ est substantialiter ipsa doctrina christiano-catholica. Historice *certum,* theologice *de fide.*

Ecclesiae magisterium. Omnia concilia Christi doctrinam tantum definire intendunt. PIUS X, in decret. *Lamentabili,* errores oppositos Modernistarum damnat : propos. 22, 27, 3b 38 et præsertim 59, 60, 62 [3].

Explicatur.

(a) Non asserimus Jesum docuisse *symbolum proprie dictum,* methodico et logico ordine omnes complectens Christianas veritates : doctrinam enim suam modo *concreto,*

[1] *Sum. theol.,* 3, q. 42; S. Harent, art. *Expérience et foi,* in *Etudes,* 1908, LUS» P- I7°'I74; L- de Grandmaison, art. *Le développement du dogme chrétien,* 3e Partie, § I, La notion du dépôt révélé, in *R. P. A.,* 1908, t. VI, P- 4T4'418; L. Vénard, art. *L'Eglise enseignante : La règle de foi d'après le Nouveau Testament,* in *R. C. F.,* 1909, t. 60, p. 387-405; 1910, t. 61, p. 5-17 ; P. Batiffol, *L'enseignement de Jésus,* Paris, 1909; J. van Kasteren, *Wat fesus predikte,* Nijmegen, 1911 ; J. Herkenrath, *Die Ethik Jesu,* Dusseldorf, 1926; Pinard de la Boullaye, *Jésus lumière du monde,* Carême, 1934.

[2] Decret. *Lamentabili,* prop. 59; D. B., 2059. — "Jésus Christus hat keine neue Lehre gebracht, sondem er hat ein heiiiges Leben mit Gott und von Gott in seiner Person vorgestellt..." Harnack *, *Dogmengeschichte,* I, p. 39. Ci. A. Sabatier *Esquisse...,* p. 193.

[3] D. 3., 2022, 2027, 203I, 2038; 2059-2062.

practice et *successivo,* prout se dabat occasio, discipulis suis proposuit, sæpe sub forma factorum et parabolarum.

(b) Declaramus vero varios Jesu sermones inter se comparatos efformare *corpus completum doctrinæ* dogmaticae et moralis, quod postea sive ad confutandas hæreses, sive ad lucidius exponendas veritates, modo *synthetico* et sub forma *symbolorum* aut *definitionum* Ecclesia ordinavit atque proposuit.

375. — *Ia Pars.* Christus vere doctrinam docuit. Probatur *ex variis N. T. libris.*

(1) Ex Synopticis constat (a) Christum ^in memoriam revocasse dogmata et præcipua præcepta olim a Moyse et Prophetis proposita, ea quæ *Judæis* et *proselytis* exponebantur, præsertim : *unicitatem Dei* ab omnibus adorandi, ejus præcipua attributa, cultum externum et internum ei reddendum ·; insuper proposuisse doctrinam de Deo, omnium Creatore, de Deo trino, nempe Patre et Filio et Spiritu S., de animæ immortalitate et de novissimis.

(b) Quapropter populus judaicus, qui scribas et magistros nominabat *rabbi,* quia doctrinam transmittebant, eodem nomine vocat ChristumC A judæis tamen magistris differt eo quod docet "*sicut potestatem habens*"·, atque unicus est magister 3.

(c) Tanquam magister, *doctrinam habet,* quam Legi opponit, aut potius falsis interpretationibus Pharisæorum et Sadducæorum 4. Doctrinam suam publice in plateis, synagogis et templo proponit imponitque sub damnationis poena s ; nam accepit eam a Patre solo 6, eamque Apostolis annuntiandam tradit 7. Christus ergo doctrinam proprie dictam, i. e., dogma a Deo revelatum et hominibus impositum, docuit.

376. — (2) Ex Evangelio S. Joannis. Ibi enim Jesus exhibetur ut *Lux mundiz,* ut *Veritas* ipsa 9, et docens quæ

A 'I Λ O'- S" cÀ- ά»

' *Maith.,* VIII, 19; XII, 38, eta ; X, 24-25; XXIII, 8-10.
3 *Maith.,* VII, 29; *Marc.,* I, 22; *Luc.,* IV, 32; *Maith.,* XXIII, 10.
3 *Maith.,* V, 22 sq. " Et ego dico vobis... " — 4 *Matth.,* XVI, 12.
5 *Luc.,* IX, 26. — * *Marc.,* IV, 11 ; *Matth.,* XI, 27 ; *Luc.,* X, 21.
7 *Luc.,* X, 16; *Maith.,* XXVIII, 19-20; *Marc.,* XVI, 15-16; *Luc.,* XXIV, 44.
8 VIII, 12; IX, 5; XII, 35, 36, 46. — » XIV, 6.

apud Patrem didicit et quidem in *nomine Patris*[2]. Spiritus S. suggeret discipulis quidquid a Christo audierint[3]. Credere autem verbo Christi *absolute necessarium* est ad vitam ætemam[4]. In quarto ergo evangelio, fides est adhæsio intellectualis in veritatem, a Deo venientem et a Christo, ejus legato, manifestatam[5].

(3) Ex Actibus Apostolorum et Epistolis, (a) Ibi narratur quomodo auditores Christi verba ejus intellexerunt. Doctrina Christiana hic apparet velut *corpus dogmaticum,* quod acceptum, sine ulla mutatione tradere oportet[6], et contra impugnantes defendere[7]. (b) Specialiter in *Epistolis pastoralibus,* Paulus doctrinam quam in nomine Christi prædicat, crescentibus jam erroribus, ut *depositum* designat sedulo custodiendum[8]. Idem in *asteris epistolis Apostolorum*[9].

Omnia ergo N. Testamenti documenta ostendunt Jesum vere corpus doctrinale prædicavisse. Quare merito reprobata fuit hæc modernistica sententia : " Christus *determinatum doctrina: corpus* omnibus temporibus cunctisque hominibus applicabile *non docuit"*[10].

377. — *IIa Pars.* Doctrina Christi est substantialiter doctrina christiano-catholica

Solummodo pro præcipuis dogmatibus catholicis paucos allegamus textus ex quibus-/rw/«*facie* appareat doctrinam christianam, cujus excellentiam ostendemus in articulo sequenti, vere esse doctrinam Christi.

Christus docuit sicut Ecclesia : 1) Deum unum, creatorem omnium, providentem, Patrem hominum, supremum judicem[12];

[1] III, 13; VIII, 40 — [2] VII, 16; XIV, 24; VIII, 29; XII, 49-50; XIV, 10.
[3] XIV, 26; XVI, 12-14.
[4] VIII, 24; V, 24; VI, 40.47; XVII, 3; XII, 48.
[5] Sic Loisy, *Le quatrième évangile,* p. *in.* " 1^ foi johannique est une connaissance, même une connaissance parfaite, qui est fondée sur un témoignage divin
[6] *Gal.,* I, 8, 9; *Roni.,* XVI, 17; *Eph.,* IV, 14; *Col.,* II, 6-8.
[8] I *Tint.,* I, 3; IV, 6, 16; VI, 3, 4, 20; *Tit.,* III, g, io; I, 9, 14; H, jj II *Tim.,* I, 13, 14; n, 8, 14: III. 14 etc.
[9] *Jud., y.XJoan.,* II, 20-29; IV, 2, 6; *WJoan.,* 9-12; *Apoc.,* II, 14, 15, 20.
[10] Decret. *Lamentabili,* prop. 60, D. B., 2060.
" Ci. Garrigou-Lagrange, *De Revelatione,* t. II, c. IV

2) suam cum Patre aequalitatem[1]; 3) divinitatem Spiritus Sancti[2]; 4) Redemptionem hominis per Christum[3]; 5) gratiam habitualem, quæ describitur ut inhabitatio intima Dei in cordibus[4]; 6) necessitatem simul et efficaciam orationis[5]; 7) existentiam sacramentorum, specialiter Baptismi[6], Eucharistiae et Ordinis[7], Pcenitentiæ[8]; 8) necessitatem virtutum, bonorum operum et abnegations ad salutem consequendam[9]; 9) existentiam consiliorum evangelicorum[10]; 10) institutionem Ecclesiæ ad fidem Christi conservandam[11]; n) vitam aeternam pro justis, inextinguibilem infernum pro peccatoribus[12], consummationem saeculi[13] et resurrectionem mortuorum[14].

Uno verbo, Jesus annuntiavit summam veritatum quæ ab Ecclesia catholica proponuntur. Quod ex tota expositione theologiæ lucidius apparebit.

378. — Nec dicatur, cum Protestantibus, fidem quam Apostoli a primis catechumenis postulabant et ipse Christus exigebat[16], nihil aliud fuisse nisi adhaesionem personae Jesu, non vero ejus missioni aut doctrinae. — **Resp.** Credere in Christum est eo ipso credere in omnia dogmata et praecepta quæ Jesus proposuit : intima enim adest cobaesio inter veritates Christianas (cf. n. 386); aliunde omnia dogmata a Christo tradita in adhaesione suae personae includuntur : quare qui recipit vel negat evangelium recipit vel negat ipsum Christum.

[1] *Matth.,* XI, 27; *Luc.,* X, 22; *Maith.,* XVI, 17; XXVI, 6, 4; *Joann.,* V, 19-28; VIII, 42-58; XIV, 10; XVII, 21.
[2] *Maith.,* X, 19-20; *Luc.,* XII, 12; *Matth.,* XXVIII, 19; *Luc.,* XXIV, 49; *Joan.,* XIV, 16, 17, 26; XV, 26; XVI, 13-15.
[3] *Matth.,* XX, 28; *Marc.* X, 45; *Joan.,* X, 10-18; III, 16; XII, 24-33.
[4] *Joan.,* XIV, 23. — [5] *Luc.,* XVIII, i; *Maith.,* XXI, 22; XVIII, 19-20.
[6] *Matth.,* XXVIII, *icy, Joan.,* III, 3-5.
[7] *Luc.,* XXII, 19-20; *Joan.,* VI, 50-55; *I Cor.,* XI, 23-25.
[8] *Joan.,* XX, 22-23; *Matth.,* XVIII, 18.
[9] *Matth.,* V, 48; VII, 21; X, 32; XVI, 24-26. Imprimis autem *charitas* jubetur : *Joan.,* XIII, 34; XV, 12-17.
[10] *Matth.,* XIX, 12, 21, 29.
[11] Cf. *Tract, de Ecclesia,* n. 621-728.
[12] *Matth.,* XXV, 46; XIII, 43; XXV, 34; *Joan.,* XVII, 24. — *Matth..* XXV, 46; XIII, 42, 50; *Marc.,* IX, 44-45.
[13] *Matth.,* XXIV, 23-31; *Marc.,* XIII, 21-27; *Luc.,* XXI, 25-27.
[14] *Joan.,* VI, 52-59; V, 29. — *Ad.,* II, 38; VIII, 37.
[16] *Matth.,* IX, 28; *Luc.,* VII, 47-50.
[17] " Croire au Christ, c'est... tout à la fois croire a sa mission et à sa filiation divines, accepter son enseignement sur Dieu, sur l'homme, sur les conditions du salut, se confier enfin à ses promesses de vie glorieuse, à la vertu rédemptrice de sa mort et à l'action présente de son Esprit dans les fidèles justifiés". Vénard, art., in *R. C. F.,* t. 61, p. 12.

lb

ARTICULUS II

De mirabili excellentia doctrinæ christiano-catholicæ [1]

379. — Thesis. Excellentia supernaturalis doctrinæ christiano-catholicæ demonstrat divinam missionem Christi eam docentis. Theologice *certum.*

Successive exponemus : 1. *factum* hujus excellentia 2. ejus *supematuralitatem,* 3. *conclusiones apologeticas.*

380. — Argumentum generale.

Doctrina christiano-catholica legitimis nostrarum facultatum aspirationibus et exigentiis optime respondet. Atqui doctrina religiosa tam excellens, attenta humani ingenii infirmitate necnon divina Providentia, suprahumana seu supernaturalis merito dicitur. Ergo doctrina christiano-catholica merito dicitur supernaturalis; quare missio Christi, qui eam prædicavit, vere a Deo procedit.

Hoc argumentum est velut complementum argumenti *psychologici* de necessitate seu indigentia alicujus religionis in homine (cf. n. 123-157), sive argumenti de necessitate morali alicujus revelationis (cf. n. 232 sq.) Probat enim Christianismum esse illam religionem et revelationem ad quam, licet obscure, inefficaciter et indebite, tendit mens humana nobilissimis aspirationibus prædita.

I. — Factum excellentiæ doctrinæ christiano-catholicæ exponitur

381. — Doctrina christiano-catholica mirabiliter explet legitimas aspirationes intellectus, voluntatis et naturæ sensibilis in homine.

[1] D. B., 1636-1638; J. Perrone, *De Fera Religione,* t. I, p. 129-159; A. Knoll, t. I, p. 123-126; 153-157; Brugère, n. 48 sq. ; X. Schouppe, t. I, p. 120 sq. ; J. Hermann, t. I, p. 147-152; C. Pesch, t. I, p. 185 sq. ; J. M. Hervé, t. I, p. 258-268; C. Manzoni, t. I, n. 192 sq. ; Garrigou-Lagrange, *De Revelat..* 1. II, c. VIII; Monsabré, Carême, 1890; Bossuet, *Disc, siti Rhist. universelle,* ν *p.,* c. χιχ; Lacordaire, Confer., 14-37; DD. Besson, */.'Homme·.Dieu,* icr confér. ; De Broglie, *Hist, des religions,* ch. X ; De Poulpiquet, */. objet intégral de ΓApologét., 2'* part. : Apologétique interne; W. Devivier, *Cotus d?Afiolog. chrét.,* Paris, 191 r, p. 227-245; de Tourville, *Lumière et vie,* Paru, 1924; Bardy, Masure,' Briand, *Le Rédempteur,* Paris, 1933·

Explicatur.

(a) *Doctrina* de qua agitur ea est *quam Ecclesia catholica tradit,* quia de facto substantialiter convenit cum doctrina Christi (cf. n. 377), et ipsius originem a Deo statuere volumus, (b) Homini insunt *varia, aspirationes,* quarum juxta rationis dictamen, aliæ sunt ordinatae et confortandae, aliae vero inordinatae et refrenandae; procedunt autem ab intellectu, voluntate et sensibilitate. (c) *Hic agitur* tantum de *legitimis aspirationibus* nostris et probatur has tendentias optime satiari doctrina Christiana, non negatis tamen difficultatibus, quæ ex mysteriis et praeceptis eruuntur.*

382. — i° Explet legitimas aspirationes intellectus[1]

Etenim intellectus humanus quaerit anxius *doctrinam :*

i. *completam,* de origine mundi, de existentia et natura Entis supremi, de hominis origine et natura, de fine ultimo et de mediis ad illud attingendum necessariis; 2. *nulli certa veritati adversam,* etiam in ordine scientifico, quia veritas veritati contradicere nequit; 3. *harmonice unam,* i. e., cujus partes inter se coordinantur; 4. *omnium ingenio accommodatam,* quia omnes religionem profiteri tenentur.

Atqui doctrina christiano-catholica his gaudet qualitatibus. Ergo.

Revera Christianismus est doctrina completa, nulli certae veritati adversa, harmonice una, accomodata omnium ingenio.

383. —(A) *Completa.* Magna enim solvit problemata de *Deo, homine, mundo* et *ultimo fine.*

(1) Circa Deum docet ejus existentiam et diversa attributa; naturæ divinæ unitatem et personarum Trinitatem; declarat Deum esse verum ac vivum, "intellectu ac voluntate omnique perfectione infinitum[3]

(2) Circa hominem. Homo corpore simul et anima constituitur, habet animam spiritualem, immortalem et liberam ; originem sumit ex protoparente, qui a Deo in ordine supernatural! creatus fuit. Sed primus homo ab illo nobiliori statu excidit propria

[1] L. Ollé-Laprune, *Le prix de la vie,* Paris, 1895; *La vitalité chrétienne,* Paris, 1904. L. Sullerot, *Le problème de la vie devant la raison et devant le catholicisme,* Marseille, 1928.

[2] L. Ollé-Laprune, *La philosophie et le temps présent,* Paris, 1894; *Ds sources de la paix intellectuelle,* Paris, 1895.

[3] *C. Vatican.,* sess. III, cap. 1; D. B., 1782-1784.

cul|Ki, cx qua omnes ejus posteri constituti sunt peccatores. Sed Dei Filius homo factus est, ut nos a peccati servitute redimeret, et, mediantibus suæ Passionis meritis, consortes divinæ naturæ redderet, ut possemus intime cum Christo vivere in peccati pænitentia et virtutum praxi

384. — (3) Circa **mundum.** Deus eum creavit ex nihilo, ab eo remanens re et essentia distinctus et eum conservat et gubernat sua Providentia, ‘‘non ad acquirendam sed ad manifestandam perfectionem suam per bona quæ creaturis impertitur

<4) Circa **ultimum hominis finem.** Hic finis est assimilatio quædam cum Deo : “ *Similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicufi est* 3”. Consistit, pro justis, in æterna Dei possessione seu visione; dum mali ab Eo æternaliter in inferno separantur. Quæ .quidem præmiorum et poenarum ætemitas malos merito conturbat, et justos etiam servat timoratos, sed simul hos in spem erigit ælcrnæ illius beatitudinis, atque societatis pacem et ordinem efficaciter promovet. — Via ad hunc finem nempe Deum, est Christus ipse, qui sua doctrina intellectum illuminat, suis exemplis ad perfectiora nos trahit, suaque gratia virtutum praxim faciliorem reddit. Nil igitur ignoramus eorum quæ nostri scire interest4.

385. — B) *Nulli certæ veritati adversa.* Christianismus enim *nullum errorem admisit :* æternitatein materiæ, dualismum, polytheismum, pantheismum, fatalismum aliaque falsa systemata sedulo respuit. — Si quæ falsa, absurda aut contradictoria nonnunquam ei imputantur, hoc inde potissimum oritur, quod vel fidei dogmata ad mentem Ecclesiae intellecta et exposita non fuerint, vel errores calumniose tribuuntur doctrinæ christianae, vel hypotheses aut opiniones falsæ considerantur ut solida principia 5.

1 Quod rçrcgie exponit Brugère, *De vera Reli^ione^* p. 116-117.
2 D. B., 1782. — 3 */Joan.*. III, 2. **J HI**

4 Quod ipsi Rationalisée haud raro confiteri iron dubitarunt; ita Jouffroy ;* epi *cateekismuni* extollit super omnes libros atque candide fatetur omnes quaestiones du origine ac fine humani generis, nccnon de mediis ad finem attingendum necessariis, in illo opusculo luculenter esse solutas. *Melanges Rhilosophitjues. Du problème de la destinée humaine,* 1830, p. 330. Cf. Guizot *Méditations.* t. I, mcd. 2.

5 Ci. C. Vatican., sess. III. cap. 4. de Fide et ratinne, D. B., 1795-1 Quod lilxrnter agnoverunt nonnuVi Rationalisée. v. g., W. H. Mallock ;* /» ///? *worth living*. New York. 1S79, c. XI. ubi agnoscit in religione Christiana inxeniri non solum illa> veritalus quas humana ratio detegere potest, sed multas alias; nec aliunde difficiliora nnstuiu m ca rqx-riri quam in deismo. sed potius majorum certitudinum. l<h m fuie invenies apud Romanes *7'hougfs on Religion.* p. 157 M| · tibi additur Inæ esse unum ex validissimis argumentis quibus divinitas religionis Christian.·· demonstrari jxrssit.

Econtra Christiana doctrina *optime concordat cum omnibus veritatibus naturalibus* evidentibus vel certo probatis; aliunde eisdem complementum affert circa naturalem religionem, ardua problemata de origine mundi et pugnæ internæ, etc.; de natura Dei, de matrimonio et castitate; de cultu et sacrificio aliisque rebus.

386. — (C) *Harmonice una.* Christianismus enim mirabili gaudet unitate : L in *dogmate,* 2. in *ethica.*

(1) In dogmate, (a) Totus procedit a Trinitate sicut a supremo fonte, ut tandem aliquando in eadem Trinitate sine fine quiescat, (b) Omnia dogmata ita inter se connectuntur ut unum ex altero fluat, nec unum negari possit quin alia labefactentur. Ita SS. *Trinitas* exhibetur ut*fons* divinæ vitæ; *Incarnatio* est *medium* quo hæc eadem vita hominibus communicatur *gratia* nihil aliud est nisi *vita deiformis* qualis iri homine, mediante Christo, existit ; *sacramenta* sunt canales quibus vita divina irr animas fluit; *gloria* tandem est vita divina in nobis consummata, (c) Præterea omnia dogmata *in Christo Redemptore recapitulantur;* Redemptio enim supponit SS. *Trinitatis* mysterium : *Pater Filium* suum unigenitum dat ad homines redimendos; Filius autem, opere suo peracto, *Spiritum* S. misit, cujus virtute cuique fidelium merita Christi applicantur; importat etiam *originale peccatum,* ad quod reparandum intenditur, proindeque *elevationem hominis ad statum supematuralem.* (d) *Ex Redemptione* autem *cetera dogmata fluunt : justificatio,* qua Redemptionis fructus peccatori applicantur; *sacramenta*

catio corporis et animæ, ad quam ultimo tendit redemptio.

(2) In ethica. Omnia præcepta vitæ christianæ ad amorem Dei et proximi reducuntur*. Præterea hic amor defluit ex dogmate, scilicet ex contemplatione infinitæ perfectionis quæ in SS. Trinitate elucet, necnon beneficiorum quæ per Redemptionem nobis contulit sponte sua nascitur '. Ergo doctrina Christiana maxima gaudet unitate; quod quidem eo magis mirandum est quod

' *Matth.,* XXII, 35 sq.

' Frustra igitur nonnulli Rationalistæ ethicam christianam absque dogmatibus accipere vellent; domus sine fundamento, tectum sine parietibus stare nequit. **Cf. H. Perreyve,** *Œuvres posthumes, Etudes histar.,* Paris, 1876; p. 437 sq.

nullum sit philosophicum systema sibi in omnibus plane consistens.

387. — (D) *Accommodata omnium ingenio.* Hæc enim doctrina accommodatur *doctis* sua *sublimitate; indoctis,* sua *simplicitate; omnibus,* sua *certitudine,* (a) Tam *sublimis* est ut inexhaustam subministret materiam doctorum investigationibus : videlicet, jam a novemdecim saeculis, Patres et theologi mysteria Trinitatis, Incarnationis, gratiae aliaque dogmata cum admiratione scrutati sunt. Nec mirum : nam hæc doctrina altissima attingit objecta, scilicet Deum in seipso et suis relationibus cum creaturis, (b) Tam *simplex* est ut, in symbolo et catechismo, paucis verbis exponi possit, ita ut pueri et rudes, in omni loco et tempore, praecipuis quaestionibus de Deo, homine et fine ultimo verum responsum afferre valeant'. (c) Aliunde est *certissima* : proponitur enim affirmationibus in nomine Dei editis, non autem in discussione vel in opinionibus.

388. — 2° Implet legitimas aspirationes voluntatis. Etenim voluntas : i. omnimodo inquirit *beatitudinem* (cf. n. 149), 2. atque ad eam assequendam *multa elicit desideria particularia,* 3. quaerit *consolationem in ærumnis.*

Sed via necessaria ad hunc finem consistit in morali bono fideliter perficiendo. Ut autem recte hoc fieri possit, voluntas requirit : 1. *Regulam agendi tutam et completam :* unusquisque singula sua officia modo justo et integro cognoscere desiderat, ut ea integre adimplere valeat; 2. *auxilia* efficacia ad legem moralem servandam, 3. *sanctionem sufficientem* pro legis adimpletione aut violatione.

Atqui doctrina christiano-catholica *his rectis desideriis* et *exigentiis* apprime respondet.

389. — (A) *Desideriis beatitudinis.* (a) Christus, in sermone montana[1], prædicationem suam incipit ostendendo hominibus

[1] "Et hoc etiam patet, teste S. Thoma, quia nullus philosophorum ante adventum Christi, cum toto conatu suo, potuit tantum scire de Deo, et de necessariis ad vitam æternam, quantum post adventum Christi scit una vetula per fidem." *Expositio symboli,* a. 2. A. Engel, *Le Christ et le monde moderne,* gallica traduct. a G. Delagneau, Paris, 1935.

' "Tout le but de l'homme est d'être heureux. Jésus-Christ n'est venu que pour nous en donner le moyen... Voyons la fin où consiste le bonheur... La fin est à chacune des huit béatitudes". Bossuet, *Méditai, sur les Evangiles,* Sermon sur la montagne, 2* jour.

" beatitudines [1] ". (Jam vidimus *religionem solam homini proebere veram beatitudinem.* Cf. n. 150-157).

(b) Aliunde Christiana doctrina nobilioribus tendentiis nostris satisfacit. Desiderium nostrum intime Deum cognoscendi satiatur per Trinitatis et aliorum mysteriorum revelationem; desiderium vivendi et conversandi cum Deo, per Incarnationem Verbi, quod factum est unus ex nobis, et per Eucharistiam, qua Christus apud nos manet realiter præsens; desiderium participandi vitam divinam, per gratiam sanctificantem in terris et contemplationem in cœlis; desiderium mediatoris inter hominem reum et Deum sanctissimum, per virtutem mediatricem Christi, B. Mariæ et omnium sanctorum; desiderium religiosae certitudinis, per visibile et infallibile Ecclesiae magisterium; desiderium sese liberandi a culpa et poena, per Poenitentiae sacramentum; desiderium pulchri, per liturgiam et Christianas artes; desiderium vitæ indeficientis, per æternam gloriam cum prædestinatis in coelo '.

(c) Praeterea homo *in arumnis consolationem* licite *desiderat*.* i.Dolores undique et semper premunt nos in hac lacrymarum valle. Catholica doctrina ostendit eorum causam in culpa originali, modum eos perferendi cum patientia imo et gaudio, eorum valorem ad expiationem et meritum pro nobis et pro aliis, dummodo uniantur Christi sacrificio in cruce oblato. 2. Addere oportet quod Christianismus horrendas dolorum causas inter homines evertit : v. g., servitutem strictam, atrocem mulieris et pueri conditionem in familia, tyrannidem civilis status, barbariam in bellis, etc.

390. — (B) Doctrina christiano-catholica *nostræ indigentiæ affert* etiam : (1) *Regulam agendi tutam et completam.* Revera explicat omnia hominis officia erga Deum, proximum et seipsum, in bonum individui, familiae, societatis et generis humani; non solum externa[4], sed etiam et

[1] *Matth.,* V, 3-12; Bernard, *Le code du bonheur du Maître,* Paris; DD. Chabot, *Paroles de Jésus sur la montagne,* Paris; DD. Schmitz, *Les béatitudes de l'évangile,* Paris.

[3] "Chose admirable, inquit Montesquieu, la religion chrétienne qui ne semble avoir d'autre objet que la félicité de l'autre vie, fait encore notre bonheur dans celle-ci Cf. L. Dimier, *L'Eglise et Part,* Paris, 1935; E. Male, *IJArt chrétien,* Paris, 1924-1932, 4 vol.

• F. Coppée, *La bonne souffrance,* Paris ; S. Fumet, *Mission de Léon Bloy,* Paris, 1935.

[4] Nec dicatur cum nonnullis Rationalistis *Christianismum non curare de temporalibus hominis necessitatibus,* sed vacuum esse spiritualismum, *North American Review,* April, 1895, p. 436. Respondet enim rationalista Seeley *, *Ecce Homo,* c. 17, p. 208, ex amore Christi fluere amorem proximi, unumque ex divinis præceptis esse eleemosynas aliaque beneficia pauperibus largiri, ita ut in ultimo judicio ii sint salvandi qui, propter Christum, fratribus

praesertim interna; quæ omnia continentur in caritate et defluunt ab amore erga Deum [1]. Præcepta Dei perficiuntur consiliis evangelicis obedientiæ, paupertatis et castitatis. Ita omnes vocantur ut sint perfecti in actibus suis sicut Pater cælestis perfectus est [3].

391. — (2) *Auxilia efficacia.* Ut lex Christi impleri possit, habemus, præter auxilia naturalia : *gratiam* et *sanctitatis exempla :* (a) *Gratiam* suam Deus omnibus largitur, ut quæ supra vires humanas sunt facere valeant, et cum Paulo fidenter dicant : " Omnia possum in eo qui me confortat Hæc gratia obtinetur, per merita Christi et orationem continuam præsertim cum Ecclesiæ liturgia, per sacramenta mortuorum et vivorum, specialiter per missam et communionem eucharisticam. (b) *Exempla sancta* ad perfectionem trahunt fideles. Talia sunt mirabilis vita : Jesu, Verbi incarnati, omnium virtutum abyssi; B. Mariæ, Matris Dei et virginis intemeratæ; Sanctorum omnium ætate et conditione diversorum.

(3) *Sanctionem sufficientem.* Hæc sanctio in terra deest, et non consistit in temporalibus præmiis, pro justo, vel in malis terrenis, pro peccatore. Eis qui totam legem servaverunt promittitur, in futuro sæculo, vita et felicitas æterna ; et, in præsenti, pax et gaudium bonæ conscientiæ[4]. Impiis vero reservantur æterna inferni supplicia, post mortem ; et vitia, discordiæ, infelicitas et desperatio, licet diverso gradu, durante vita [5].

392. — [30] Explet legitimas aspirationes naturæ sensibilis.

benefecerint, reprobandi autem qni hoc officium neglexerint, *Matth.,* XXV, 35-46. — Praeterea jura etiam temporalia opificum expresse vindicantur a R. Pontificibus : a Leone XIII, in encycl. *Rerum Ntruarum* (1891); a Pio XI, in encycl. *Quadragesimo anno* (1931). H

[1] *Matth.,* XXII, 35 sq.; *Rom.,* XIII, 10; S. François de Sales, *Traité de Γamour de Dieu,* passim. *Amor Dei,* vix paganis notus fuit, et, licet jam Judaeis manifestatus, nonnisi per Incarnationem plene effloruit : siquidem, sub Antiqua Lege, Deus præsertim tanquam magnus et terribilis adorabatur, dum sub N. Lege, præcipue tanquam amabilis exhibetur. Nec mirum; nam per mysterium Incarnationis ‘‘benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei", *Tit.,* III, 4, ita ut ejus amore ad amorem provocemur. Cf. H. E. Manning, *The Glories ofthe Sacred Heart,* New York, 1881, p. 61. — [3] *Matth.,* V, 48.

[3] *Philip.,* IV, 13. — « *IJoan.,* II. 25: *Maith.,* XI, 29; XIX, 29; *Rom.,* XV, 13.

[5] *Marc,* IX, 43; *Rom.,* III, 16. 1

Juxta rectam rationem, natura sensibilis est bona, ad vitam moralem pertinet, in labore est exercenda et tendit ad felicitatem. Sed hæ omnes exigentiae vel tendçntiæ legitimæ in natura nostra sensibili a Christianismo agnoscuntur et approbantur.

(a) Etenim Catholici, contra Manichaeos docent, naturam et activitatem sensibilem in homine esse *bonam,* cum oritur a Deo, auctore naturæ, qui substantiale ex anima et corpore compositum creavit.

(b) Hæc activitas, in quantum pendet a voluntate, ponitur iri moralitatis ordine. Deus homini externum cultum jubet : quod in Ecclesia · servatur in *missa* celebratione, administratione et receptione *sacramentorum* quæ sunt signa sensibilia, in diversis ritibus, precibus, ceremoniis, cantibus, etc. ; necnon per *festa* quæ sibi miro ordine succedunt et religionis mysteria modo sensibili repræsentant '.

(c) Praeterea Christianismus favet sensibilis exercitio activitatis : per *laborem* cujus extollit necessitatem, jura, officia et sanctificantem efficaciam; per *artes* quas promovet, cum in gloriam Dei et hominis bonum tendunt; per *industriam* et *commercium,* quibus Christiana caritas et religio propagari possunt. Ita ipse *materialis progressus* ad *spiritualem* profectum non parum confert, quando spiritu christiano, non autem pagano, animatur[1].

(d) Natura sensibilis *felicitatem* licite inquirit, dummodo servetur divinus ordo. Ita quando morbi et pestilentiæ invadunt, ad medicos et remedia recursum habere omnino licet. R. Pontifices declarant quod operariis "bona tot esse debent, quot necessaria sunt... ad homines provehendos *ad feliciorem illum vitæ cultum,* qui... *virtuti non solum* obest sed magnopere prodest"[3].

1 Cf. Chateaubriand, *Génie du Christianisme** angiice redditum *The Genius of Christianity** p. IV, L I; Dom Guéranger, *L'Année liturgique** anglice redditum *Liturgical Year;* A. VigOUrel, *La vie chrétienne par la liturgie.* Paris, 1909. Ecclesia quædam festa et quosdam ritus a paganis deprompsit, sed ea transformavit,*novum spiritum* eis infundendo, ut erudite ostendit F. Cabrol, *Les angines liturgiques** Paris, 1906. p. 46-69; et in *R. P. A.** t. III, 1906, p. 209-223, 278-287.

3 Cf. C. Périn, *De la richesse dans les sociétés chrétiennes;* L. Desgrand, *De Γinfluence des religions sur le développement économique des peuples** Paris, 1884, c- VI ; S. Devas, *L'Eglise et le progrès du monde** Paris, 1909.

' Pius XI, Encyc. *Quadragesimo anno** 15 mai 1931; S. Thom., *De regimine principum** I, 15.

1 no verbo quidquid veri est, quidquid honesti, quidquid boni, quidquid jucundi et utilis, Christianismus promovet ac protegit ;* utpote ad supremæ omnium causæ gloriam conducens.

393. — Nec dicatur : *St christiano-catholica doctrina tam perfecta esset, perpetuo impugnata nonfuisset* a philosophis, religionibus aliis, legislatoribus et Statibus. — Resp. (a) Hæc doctrina est simul transcendens, ex dictis, et impugnata, ut historice constat. Idem observari potest quoad Deum et Christum ipsum. Ergo odium et persecutio Christianismi non excludunt necessario ejus sublimitatem, (b) Hæ persecutiones adversus evangelium et Ecclesiam jam a Christo prædictæ fuerunt[1] et explicantur causis doctrinæ exterioribus. Adversarii enim christianæ fidei moventur tum a præjudiciis : v. g., oppositionis Ecclesiæ contra Statum, scientiam, progressum, felicitatem temporalem pauperum, etc.; tum ex passionibus, de quibus sæpe Christus loquitur[3]; præterea non raro excitantur a diabolo, qui Jesum et opera ejus odit[4] (c) Addi potest quod mysterium odii universalis contra Christianismum solum confirmat ejus divinam originem. " Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret; quia vero de mundo non estis,... propterea odit vos mundus" ‹.

Conclusio. Doctrina igitur christiano-catholica, in omnibus *essentialibus* quæ ad *finem ultimum* spectant, legitimis aspirationibus totius nostræ naturæ respondet, et ad *rectam vitee nostræ ordinationem* plane sufficit.

Quod quidem argumentum firmari ρο55βζ *historice* describendo mirabiles *effectus* quos hæc doctrina produxit quoad individui, familiæ et societatis instaurationem. Sed de hoc alibi dicemus, ubi de Christianismi propagatione et de Ecclesiæ sanctitate (Cf. n· 533 sq·, 791 sq.)

II. — Supematuralitas doctrinae christiano-catholicæ

394. — Doctrina christiano-catholica tam excellentissima merito dicitur supernaturalis.

Hæc supematuralitas statuitur *directe* et *indirecte*.

1 " De cetero, fratres, *quacumque* sunt *vera, quacumque pudica, quacumque justa, quacumque sancta, quacumque amabilia, quacumque bonafama,* si qua virtus, si qua laus disciplinae, hæc cogitate". *Philip.,* IV, 8. Quæ verba optime declarat C. A. Row *, *Moral teaching,* ch. VIII,

* *Matth.,* X, 21, 33. — 3 *Joan.,* III, 3, 6, 19, 20; VIII, 23.

4 *Joan.,* XV, 19. Cf. Bossuet, *Elévations sur les mystères,* 18" Sem., præsertim, 13· élévat; Lacordaire, 15e Conf., *Delà répulsion produite dans l'esprit par la doctrine catholique.*

I. DIRECTE

Illud est supernaturale quod naturæ vires superat. Atqui ita est de doctrina Christiana considerata : 1. *in se,* 2. *in suis fundatoribus,* 3. *relate ad aspirationes humanas.* Ergo.

(A) In se. *Compara Christianismum et humanas doctrinas* et videbis prioris transcendentia™ et posteriorum infirmitatem.

(a) Ex una parte, doctrina religiosa mere humana est imperfecta quoad dogmata et praecepta; nec una, nec cohaerens, nec immutabilis, nec universalis. — Ex alia vero parte, doctrina Christiana est perfectissima \ ut vidimus.

(b) Ex una parte, ratio saepissime errat, præsertim in rebus philosophicis et religiosis, ita ut nec populi, nec viri doctissimi potuerint invenire summam veritatum ad vitam recte ordinandam, ut ex historia constat (Cf. n. 233-242). — Ex alia vero parte, doctrina Christiana diverso tempore praedicata, de variis materiis historicis, propheticis, didacticis, speculativis et practicis, religiosis et etiam profanis tractans, nunquam in errore lapsa est; licet, a suo exordio usque ad hodierna tempora, adversarii in omni scientia periti et cum hostili animo eam examinaverint.

395. — (B) In suis fundatoribus, (i) Ex una parte, *doctrina humana* præsertim quoad ethicam et religionem, docentur a viris ingenio et sapientia illustribus, post labores diuturnos, quibus per educationem et studia praeparati fuerant. Experientia teste, praeclara ingenia etiam faventibus circumstantiis loci, temporis, instructionis et auctoritatis, minimum in populos influxum obtinuerunt

(2) Ex alia vero parte, *Jesus* et *Apostoli,* qui Christianismum primi praedicaverunt, his conditionibus non pollebant.

(a) *Christus* nunquam in scholis scientiae studio vacavit, nec in circumstantiis vixit ejus intellectuali educationi faventibus. Per triginta annos, in ignoto Galilaeae vico conversatus est et ut faber fabrique filius habebatur[1]. Et

[1] “ L’évangile seul est quant a la morale toujours sûr, toujours vrai, toujours unique et toujours semblable à lui-même... L’intelligence nous dit qu’il convient aux hommes de suivre ses préceptes, mais qu’il était au-dessus d’eux de les trouver J. J. Rousseau, ap. Nicolas, *Eludes philosophiques,* t. II, p. 300 sq. — ▮ *Matlh.,* XIII, 55.

tamen Christianismum docuit modo repentino, immediato, completo, sine humana praeparatione. Quare ejus auditores dicebant : " Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit ! "? b) Similiter *Apostoli,* evangelii præcones, non fuerunt eruditi philosophi, sed viri simplices scientiarum naturalium ignari atque galilæi piscatores, qui doctrinam Magistri vix intelligebant ; excepto Paulo, qui apud Pharisæos educatus, fatetur tamen se non ab istis, sed a Christo accepisse omnia quæ docebat[2] (c) Quomodo igitur factum est ut qui nihil didicerant nisi Judaismum, invenire et feliciter prædicare potuerint doctrinam religiosam, excultissimis philosophis ignotam, nisi divinitus illuminati fuerint? "Mirabilius est", juxta S. THOMAM, quam miracula physica, quod " simplices dono Spiritus S. repleti, summam sapientiam et facundiam in instanti consequerentur " λ

396. — (C) Relate ad aspirationes humanas. Doctrina christiana perfectam præbet satisfactionem legitimis aspirationibus hominum cujusvis conditionis, regionis et temporis (cf. n. 382-393). Sed hic effectus universalissimus non videtur procedere a mero homine : fundatores enim mere humanarum religionum proposuerunt suis discipulis doctrinam moribus, ideis, temperamento, etc., alicujus loci, temporis aut conditionis tantum adaptatam.

Si hæc omnia adjuncta unice in Christianismo concordantia attente considerantur, merito concludendum est quod christiana doctrina non provenit ab homine : itaque ejysdem transcendentia elucet ex sua absoluta et intima consonantia et harmonia cum omnibus humanis realitatibus. Pariter non est tribuenda diabolo, cum acriter et constanter tenebrarum potestates impugnet. Ergo divina est.

II. INDIRECTE

Ad negandum doctrinæ christianæ excellentissimæ supernaturalitatem, *Rationalisiez* contendunt Christianismum partim a *Judœis doctoribus,* partim *a grœcis latinisve philosophis fuisse mutuatum,* aut *e syncrétisme tunc florente* provenire. Quod admitti nequit.

[1] *Joan.,* VII, 5; *Maith.,* XIII, 54; *Marc.,* VI, 2. — 3 *Galat.,* I, 12.
• *Coni. Gent.,* 1. I, c. 6.

397. — i° Doctrina christiana non fuit logica transformatio Judaism! ›.

(1) Fatemur Christianismum ultimum esse *complementum* Mosaismi, ideoque eadem primaria dogmata, præsertim *monotheismum* ac providentiam in utroque reperiri.

(2) Attamen inter utrumque tot et tantæ sunt *intrinsecæ differentia,* ut Christianismus minime potuerit a Judaismo naturaliter evolvi.

Hæ differentiæ spectant ad utriusque : 1. *subjectum,* 2. *ducem,* 3. *doctrinam.*

(a) Subjectum. Mosaica religio *omnino particularis* et nationals fuit, ideoque sacrificium, sacerdotium et speciales ritus habet '. Christianismus vero est religio essentialiter universalis, omnium gentium et temporum indigentiis accommodata 3.

(b) Ducem. Tempore Christi, Judaei exspectabant Messiam *temporalem,* qui regnum Israel restitueret Gentilesque imperio suo subderet. Jesus autem venit tanquam rex *spiritualis,* mansuetus et humilis, regnumque spirituale stabilivit, in quo nulla est distinctio Judæi et Gentilis *.

(c) Doctrinam *dogmaticam* et *moralem.* 1. *Dogmata* fundamentalia in Christianismo : Trinitas, Incarnatio Filii, Redemptio per crucem, justificatio per fidem, a mente Judaeorum ante Christum aliena erant.

2. *Ethica* evangelica condemnat mere humanas traditiones, superbiam et hypocrisim Scribarum et *Pharisceorum*\ sensualismum et materialismum *Sadducceorum;* despectum nimium relate ad corpus et matrimonii negationem apud *Essenos.* Præterea Christianismus cæremoniales observantias abrogavit; sanctitatem non solum externam sed præsertim internam promovit et omne discrimen inter Judæos et Gentiles negavit. Sed hæc omnia Judaismi spiritui aut doctrinæ sunt opposita. Immerito igitur christiana doctrina tanquam Judaismi quædam evolutio naturalis traditur.

398. — 2° Doctrina christiana non fuit ex Graecis aut Latinis mutuata 5.

1 C. Fouard, *Vie de N.-S. Jésus-Christ,* Paris, 1904; t. I, c. 1 ; Bricout, *Où en est l'hist. des religions,* t. II, *Judaïsme et Christianisme,* Paris, 1911 : J, M. Lagrange, *Le messianisme chez les Juifs,* Paris, 1909; *Le Judaïsme avant Jésus-Christ,* Paris, 1931 ; J. Bonsirven, *Le Judaïsme palestinien au temps de Jésus-Christ,* Paris, 1935; Salvador*, *Jésus et sa doctrine.* 1838; Schürer*, *Geschichte des jüd. Volkes,* II, 1907, p. 579-651. — 2 *Act.,* X, XI, I-18.

3 *Marc.,* XVI, 15. — ‹ *Matth.,* XXI, 5; XX, 18; *Joan.,* XVIII, 36.

5E. Havet *, *Christianisme et ses origines,* Paris, 1872-1884; J. Toutain*, *Les cultes païens dans l'empire romain,* 3 vol., Paris, 1907-1920.

(1) Equidem apud paganos philosophos rcperiuntur *elementa* quæ Christianis doctrinis *similia* sunt : ratio enim humana quasdam veritates morales invenire potest, et aliunde quædam primævæ Revelationis vestigia a Gentilibus servari potuerunt.

(2) Sed *essentialia discrimina Christi doctrinam separant a sententiis paganorum grcecorum vel latinorum.* Etenim, ex dictis (cf. n. 239-241) nullus fuit philosophus qui summam religiosarum veritatum completam, tutam et sine erroris admixtione docuerit. Tempore Christi, pagani scriptores speculativam et practicam doctrinam evangelio omnino oppositam docebant : quod probari potest ex operibus Ciceronis 1 (f 43 ante Christum) et Senecæ 23 (+ 65 post Christum), qui viri fuerunt illustrissimi et duplicem tendentiam dissimilem relate ad mores secuti sunt 3.

399. — (a) Quoad speculativam doctrinam, coævi Christi ignorabant existentiam, naturam, providentiam et infinitam perfectionem Dei ejusque relationes cum mundo et præsertim cum homine; negabant spiritualitatem et immortalitatem animæ, vitam futuram cum præmiis vel suppliciis aeternis; aut de his omnibus obscure, dubie vel erronee sentiebant; et a fortiori penitus ignorabant Christiana dogmata de rebus ordinis supematuralis.

1 Cicero, *Contra Academicos; De Natura Deorum. TuscuL*
Seneca, *De consolat, ad Marciam; Epist.* 31, 65, etc.

3 Pauca hic testimonia subjicimus, quo res clarior evadat, (a) Cicero, I. *Coni. Academ.*. l. II, n. 4S approbat Catulum hæc dicentem : " Ad patris revolvor sententiam, quam quidem ille Carneadeam esse dicebat, *ut percipi nihil putem* /vw; assensurum autem non percepto, id est, opinaturum sapientem existimem, sed ita. ut intelligat se opinari, *scialque nihil esse quod comprehendi et percipi possit*Ex quo sequitur Ciceroni de rebus philosophicis nil certum fuisse : quantum distat a Christo qui docebat tanquam auctoritatem habens! 2. In tribus libris *de Natura deorum* philosophorum opiniones recitat de natura divina, et concludit nil certi hac de re cognosci posse : 4' Profecto eos ipsos, qui se aliquid certi habere arbitrantur, addubitare coget doctissimorum hominum de maxima re tanta dissensio' (L I, 6). 3. De *immortalitate animez* anceps manet, *7itscul*.. l. I. 49. (b) Eam negat Seneca in libro *de Consolatione ad Marciam* (n. 19) : " Mors omnium dolorum et solutio est et finis : ultra quam mala nostra exeunt, quæ nos in illam tranquillitatem in qua antequam nascemur jacuimus reponit \ Cf. Boissier, *La Religion romaine.* t. II, l. II, c. 3-4; Laforêt, *Histoiie de ta Philosophie. Philos. ancienne.* Bruxelles, 1867^ t. II. l. IV, p. 257 sq., 310 sq.

(b) Insuper ethica Christiana intrinsece differebat a morali doctrina paganorum tum *Stoicorum* [1], tum a fortiori *Epicureorum*.

i. *Stoici* virtutem æstimabant bonum supremum et finem hominis ultimum, eorumque primaria lex erat : " Sequere naturam virtutes passivas, v. g., humilitatem, patientiam, ignorabant vel despiciebant; superbia apud eos virtus erat; praecepta eorum moralia non fundabantur in divina auctoritate nec sanctionem æternam habebant. 2. *Epicureorum* vero sententia de moribus humanis communiter consideratur tanquam Stoicismo inferior.

(C) Quare Christi evangelium sæpe irridebatur a paganis quibus visum erat stultitia. " Graeci *sapientiam* quaerunt, aiebat Paulus. Nos autem praedicamus Christum crucifixum, Judaeis quidem scandalum, *Gentibus* autem *stultitiam* [2]". Ergo Christianismus a scriptoribus paganis Christi coaevis [3] naturaliter provenire nequit.

400. — 3° Doctrina Christiana non est syncretismus seu synthesis mysteriorum orientalium et hellenisticæ sapientiae [4].

Theoria hæc Rationalistarum *exponitur* et *confutatur*.

i. expositio. *Rationalisiez* præsertim germani, historiæ religionum addicti, novam theoriam de naturali origine Christianismi, ut certissimam tenent [5]. — Sic breviter declaratur, (a) Tempore

1 De comparatione inter Stoicorum doctrinam et christianam religionem, cf. A. Chollet, *La morale stoïcienne en face de la morale chrétienne, Paris.*

• *I Cor.,* I, 18-24.

3 A. J. Festugière, *L'idéal religieux des Grecs et l'évangile,* Paris, 1932; præsertim capita : *Epicure, Les Stoïciens, L'échec des philosophes,* p. 59 sq.; *Le monde gréco-romain au temps de Notre Seigneur,* t. II, Zi *milieu spirituel,* Paris, 1935. Si quæris veram mixtionem Judaismi cum philosophia græca, invenies eam apud Philonem Alexandrinum, vel Gnosticos : eorum doctrinam inspiciendo intelliges quantum a tali commixtione differat Christianismus !

4 A. d'Alès, *Synchrétisme,* in *D. A.,* col. 1582 sq. ; Ami du Clergé, 1921, p. 177-187; L. de Grandmaison, art. *Les mystères païens et le mystère chrétien,* in *Etudes,* 5 déc. 1922; T. Mainage, art. *Les mystères païens et le christianisme,* in *Le Correspondant,* 1923, p. 52-75; J. Huby, *Christus,* Paris, 1927; P. Allô, *Le scandale de Jésus,* c. IX, Paris, 1927; S. Tromp, *De revelatione Christiana,* Romæ, 1934; p. 317-347 et ampla bibliographia, P- 395'4°5: adde Festugière, *op. cil.*

s Cf. Ami du Clergé, 1921, p. 178 : enumeratio rationalistarum scriptorum circa hanc theoriam a 1903-1920; T. Mainage, art. *Les mystères d'Eleusis, les mystères païens et les mystères chrétiens,* in Z*. *P. A.,* 1920, p. 288-301.·

Christi, quædam religiones orientales totum romanum orbem invaserant : cultus *Osiridis* et *Isidis,* ex Ægypto; cultus *Mithra* ex Perside; cultus *Attidis* et *Cybda,* ex Phrygia; cultus *Adonidis,* ex Syria; cultus *Dionysi* et *mysteria Eleusina,* ex Græcia. Mysteriis repræsentabant vitam, mortem et reviviscendam deorum quos colebant, adeptisque suis promittebant felicitatem in hac et in futura vita, dummodo his mysteriis interfuissent. Vigebat simul *religiosus syncretismus,* ortus ex ' quadam commixtione religionum orientalium sub philosophiæ græcæ et romanæ influxu, cui omnes populi, in regione mediterranea, plus minusve participabant.

(b) His positis, Rationalistæ contendunt i. Christianismum mutuasse a syncretismo multa elementa quoad dogma, ethicam, ritus, mysticismum et vocabularium. 2. Hæc mutuatio, juxta *Reitzenstein* ', fit directe, conscie et voluntarie; juxta *Loisy* 2, modo indirecto et inconscio sed tamen reali et intimo. 3. Cujus mutuationis praecipuus auctor fuit S. *Paulus,* qui cum mysteria et philosophiam Græciæ optime novisset ratione ejus patriæ et peregrinationum, Christi doctrinam expolivit eam consociando cum religionibus orientalibus. Ita praedicavit Christi mortem et resurrectionem fuisse nostrae salutis symbolum et causam, quatenus omnes qui in eum credunt, vi hujus mortis immortali beatitudine gaudebunt; huic autem morti nos assimilari ritibus magicis et gratiæ productivis, baptismo et eucharistica ccena; quæ quidem omnia mutuantur e variis orientalibus mysteriis, saltem quoad substantiam.

401. — n. confutatio. Affertur syncretismi refutatio : I. *generalis, 2. specialis* relate ad Pauli influxum.

i° Generalis.

Prænotetur orientalia mysteria imperfecte cognosci, documentis certis deficientibus; et syncretismum floruisse præsertim a sæc. 11° medio aut exeunte, ideoque post S. *Pauli* prædicationem 3.

(A) Hæc theoria *factis multis adversatur,* (a) Monotheismus rigidus et absolutus, in Judaismo et evangelio prædicatus, repugnat intrinsece polytheismo et idololatriæ syncretismi pagani. (b) *Christus* et *Apostoli* mysteria

1 Reitzenstein *, *Die hellenistiscken Mysterien religionen.*

* A. Loisy *, *mystères païens et le mystère chrétien,* Paris, 1919.

3 Jacquier, art. *Mystères païens,* in *D. A.,* col. 973; cf. 964-1014; M. J. Lagrange, art. *Les mystères païens et le mystère chrétien, in R. B.,* 1920. p. 420-445; F. Cumont *, *Les religions orientales.* Paris, 1929.

orientalia et hellenisticam sapientiam non didicerant : quomodo eorum elementa suæ doctrinæ miscere potuissent? Præterea Christus sæpe affirmat doctrinam docere quam audivit a Patre et similiter Apostoli unice annuntiare volunt evangelium quod Jesus praedicavit, (c) Insuper certo constat, ex N. T., omnia Christianismi essentialia elementa jam fuisse determinata et affirmata in fine sæc. I'; proinde a syncretismo posteriori non mutuari potuerunt.

402. — (B) *Oppositio irreductibilis separat Christianam doctrinam ab orientalibus mysteriis*;quæ invenitur in eorum elementis : sive *communibus,* sive *propriis.*

(i) Elementa communia Christianismo et syncretismo, juxta adversarios ad *quatuor* reducuntur. Ex utraque parte adest : i. *universalismus* quidam admiscens doctrinas et ritus diversarum religionum; 2.*personalis* et *individua* sanctitas; 3. hæc autem mediante *salvatore* obtinetur, qui sua morte discipulos a malis liberat; 4. *ritus,* aliquo valore sacro prædiți, cultorem divinitati incorporant.

Jamvero hae similitudines accidentales et mere apparentes uniuntur *essentialibus discriminibus.*

(a) Christianismus enim est *universalis* eo sensu quod omnes accipit qui sua dogmata, praecepta et ritus, *integre* et *exclusive* admittunt, sed omnino rejicit eos qui Christiana mysteria cum aliis miscere volunt, ita ut tanquam *intolerans* appareat. Igitur essentialiter *differt a syncretismo,* qui nonnisi *initiatis* sua mysteria revelat, et præsertim mutuatur suas doctrinas et ritus a diversis religionibus, quas non excludit.

(b) *Christianismus personalem sanctitatem* requirit, sed *veram, interiorem,* virtutibus omnibus manifestandam; *syncretismus* autem puritatem externam et legalem, multis impudicitiis fcedatam, quaerit ritibus magicis adipiscepdam.

(c) *Christianismus salvatorem* hominibus proponit, qui *animam a peccato,* sua morte et resurrectione liberet; *syncretismus* vero liberatorem exspectat qui civitatem protegat a malis temporalibus, vel fidelibus suis faveat, sed absque morte redemptrice et resurrectione mediatoris proprie dicta.

(d) Nusquam *ritus* invenies qui Baptismo, fideles Christo incorporanti, vel Eucharistias, per quam Christus ipse ad manducandum præbetur, stricte comparari queant[1].

403. — (2) Elementa propria Christianismo et syncrétisme ad invicem opponuntur, (a) Doctrina Christiana affirmat *dogmata* Trinitatis, Incarnationis, Redemptionis, gratiæ, etc., quæ in syncrétisme desunt. (b) *Ethica* Christiana in amore Dei et proximi propter Deum fundatur et omnes virtutes imponit : sed non est ita in syncretismo. (C) *Ritus* in Christianismo sunt puri et mentes ad Deum trahunt; dum in syncretismo excitabant praesertim sensibilitatem et ad turpia provocabant, (d) *Afysticismus,* apud christianos, peregit mirabilem mundi conversionem; apud paganos vero, animas pervertit et miserabiliter evanuit — Igitur ratione hujus oppositionis intrinsecae et universalis inter utrumque, impossibilis videtur ortus Christianismi a pagano syncretismo[2].

1 In unico loco, legitur aliquid Christianismo æquiparandum, nempe de taurobolo : initiatos vocatur ἠζ *aternum renatus.* Hic autem textus, quarto post Christum sæculo adscriptus, nonne verisimilius ex Christianismo mutuatus est? Cf. P. Lagrange, art. *Attis et le Christianisme,* in *R. B.,* 1919, p. 465 sq.

3 Optime notat anonymus, qui Philonoiis se subscribit, in *Nouvelle Journée,* 1920, p. 461, *similitudines* esse mere *exteriores,* dum *discrimina* sunt *essentialia :* u Ici (dans les religions à mystères), le salut, c'est d'abord la délivrance de la mort, là (dans le christianisme), c'est d'abord la libération du péché. Pour le paganisme, l'immortalité consiste dans la continuation de la vie présente; pour la religion de Jésus, de S. Paul et de S. Jean, elle se définit comme la participation définitive à une vie divine moralement supérieure à la nôtre : il s'agit de se dépasser, de se transcender et non pas seulement de survivre. La passion —si passion il y a — d'un Osiris, d'un Attis, d'un Mithra, est une mort subie; celle de Jésus, la vraie, dont c'est un abus de langage de donner le nom à des fables de pure mythologie, est un sacrifice volontaire. Dans les rites des mystères l'initié meurt par anticipation à la vie périssable, si vraiment il pense à une mort mystique ; dans le baptême, le néophyte meurt au péché. Dans la communion des sacrifices païens — si communion il y a, — les fidèles des dieux légendaires participent à une énergie vitale qui ne se distingue pas essentiellement des obscures *vertus* de la végétation ou de la génération que s'efforçait de capter la magie préhistorique ; dans l'Eucharistie le chrétien doit s'unir d'abord à l'esprit du divin sacrifié et à ses sentiments d'abnégation, et ce n est que par l'efficacité de cette participation première que le sacrement lui devient un gage d'immortalité bienheureuse. En un mot, utilitaires comme les vieux rites des tribus et des nations, les mystères font vivre ou survivre l'homme pour lui-même, le christianisme le fait vivre " à Dieu

Notare etiam potes *immensum discrimen* inter Christianismum et syncretismum quoad *tempus* necessarium ad constitutionem harum religionum. Syncretismus per multa sæcula evolutus est, quin unquam efformaverit doctrinam

404. — (C) Insuper ***theoria Syncretistarum multa non explicat :*** v. g., cur Christianismus habeat sublimem et cohærentem doctrinam, omnino exclusivam alieni dogmatis; dum in syncretismo viget maxima confusio et indifferentismus absolutus quoad doctrinam; cur Patres mysteria paganorum tam acriter impugnaverint; cur gnosticismus, quæ est synthesis religionis Christi et paganorum, semper a vero Christianismo distinctus et separatus fuerit; cur tandem omnes syncretisticæ religiones brevi tempore duraverint, dum Christianismus in aeternum victor manet?

405. — 2° Specialis : quoad B. Pauli influxum[1].

Munus quod B. Paulo tribuunt syncretistæ *contradicit historice.* — *Fatemur* equidem S. Paulum non omnino orientales religiones ignoravisse, quæ notæ erant sive Tarsi, ejus patriae, sive in civitatibus in quibus evangelium praedicaverat.

(a) Sed *alia facta sunt etiam memoranda.* Ratione suae educationis judaicae, cui ardenter consenserat[2], S. Paulus aversus erat a gentilibus religionibus. Quæ aversio, post ejus conversionem, crevit ob nova motiva : Christus enim solus fit ejus magister[3] cujus evangelium praedicat et defendit, jubendo a discipulis et fidelibus integre accipi et defendi, ut frequenter in ejus epistolis videre est[4]. Praeterea B. Paulus philosophiam et sapientiam Gentilium fortiter impugnat[5], et omnem communicationem in sacris cum paganis prohibet[6]. Sed quomodo omnes hi actus B. Pauli cum syncretism! theoria conciliari poterunt?

(b) Quoad *vocabularium,* quidam termini : v. g., πνεύμα, γνώσι , σαρξ, λόγο , etc., inveniuntur in Paulo aliisque chris-

harmonice unam. Christianismus autem vix triginta annis post conditoris exitum, apparet ut doctrina firma, completa et una. Nonne etiam ex hac circumstantia probabiliter infertur doctrinam Christi non esse figmentum humanum?

1 Fillion, art. *Jésus ou Paul,* in *R. C. Æ,* 1912, p. 129-148, 385-406, 528-542, etc. ; E. Mangenot, art. 5. *Paul et les mystères païens,* in *R. P. A.,* 1913, p. 176-190; 241-257; 339-355; *La langue & S. Paul et les mystères païens,* in *R. C. F.,* 1913, p. 129-161 ; P. Prat, art. *Paul (SJ et le paulinisme,* in *D. A.,* col. 1644-1652; E. B. Allô, *Ièr* Epître aux Corinthiens,* Paris, 1935.

2 *Galat.,* I, 13-15; *Act.,* IX, 1, 2. — 3 ***I*** *Cor.,* X, 20; ***II*** *Cor.,* VI, 15.

4 *Galat.,* I, 8.

5 *Coloss.,* II, S, 20-23;/ *Cor.,* Il, 6;Z *Tim.,* I, 4; IV, 7 ; VI, 20; *TU.,* 111,9.

6 ***I*** *Cor.* X, 20-22; ***II*** *Cor.,* VI, 14· 18.

tianis scriptoribus et apud orientalia mysteria. Ex hoc facto, ne concludas Christianam terminologiam a syncretismo provenire. Etenim hæc vocabula jam adhibebantur in litteratura apocrypha vel canonica, aut in lingua populari coæva. Paulus autem et Apostoli eadem verba accipiebant, sed cum speciali significatione quæ a sensu pagano differebat; sicut faciunt hodierni missionary,qui vocibus linguæ popularis religiosae utuntur ad Christianas veritates infidelibus annuntiandas. Ergo Christiana doctrina non oritur ex syncretismo mysteriorum paganorum et hellenisticæ philosophiæ.

406. — Conclusio. Constat igitur doctrinam Christianam non fuisse naturaliter a judæis sectis, a graeca philosophia aut a syncretismo evolutam, sed vere *originalem* esse et ab ipso Christo conceptam. Si Christus est *divinus legatus,* res non ægre explicatur : videlicet Christiana doctrina omnes alias *transcendit,* quia ejus auctor *suprahumano* lumine adjutus est; secus autem, incomprehensibile adest mysterium, cum habeatur effectus sine sufficienti causa.

Ergo transcendentia christianæ doctrinæ est vere supernaturalis.

III. — Conclusiones apologeticæ

407. — Doctrina Christi seu christiano-catholica, apparet ut miraculum intellectuale et morale stricte dictum. Sed tale miraculum intimam connexionem habet cum Christi missione et ipso Christianismo, quem aliquo modo partialiter constituit. Porro Deus nunquam, præsertim miraculis, errorem protegere potest.

Concludamus ergo Christum divinitus fuisse missum, ut explicite declaratur in ejus evangelio, et Christianismum ipsum speciali interventu a Deo approbari, ideoque credibilem et credendum fore universo generi humano

Itaque assentiamus affirmationibus Christi, qui declarat Judæis : “ JZ*ea doctrina non est mea sed ejus qui misit me* 2 ”.

' “ Le christianisme est parfait : les hommes sont imparfaits. Or une conséquence parfaite ne peut sortir d’un principe imparfait. Le christianisme n’est donc pas venu des hommes. S il n est pas venu des hommes, il ne peut être venu que de Dieu. S’il est venu de Dieu, les hommes n’ont pu le connaître que par révélation. Donc le christianisme est une religion révélée ”. Chateaubriand, *Génie du Christianisme,* in fine. — ∎*Joan.,* VII, 16-18.

Hæc argumentatio in Traditione non raro evolvitur. S. Justinus[1], Tatianus[3], Athenagoras[3] provocant ad Christianismi sublimitatem.. CLEMENS ALEXANDRINUS[4] cum jam evangelicæ doctrinæ pulchritudinem ostenderat, concludit : " Ergo, si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra". Divinitas doctrinæ christianæ probatur a S. Athanasio[5], ex ejus unitate; a S. GREGORIO Nazianzeno[6], ex ejus efficacia morali; a THEODORETO, ex ^uperioritate in solvendis problematibus philosophicis et religiosis. Quare S. JOANNES CHRYSOSTOMUS[7] Christum mirabilem fuisse suis miraculis et sua doctrina eloquenter affirmat. — Igitur apologeticum argumentum ex doctrinæ christiano-catholicæ excellentia frequenter exhibetur in prioribus saeculis.

CAPUT III

Legatio divina Christi probatur ex prophetico ministerio in Veteri Testamento

408. — Conspectus.

De prophetico ministerio in V. T.

Pranotanda.

(a) Conspectus historicus religionis revelatæ.

(b) Praenotiones de prophetis.

i° *De miraculosa prædicatione prophetarum.*

Ejus expositio *historica, supernaturalitas* et *valor apologeticus.*

2° *De vaticiniis messicmicis.*

(a) Praeviae notiones.

(b) Eorum expositio *historica :* prophetiae de regno messianico et de Messia : praedictae et adimpletae.

(c) Eorum *supernaturalitas* et *valor apologeticus.*

1 S. Justin., *.Ipolog.,* I, 21-30; *Dialog, cum Tryphone,* 8.
3 Tatian., *Oratio ad Grcrc.,* I p. — 3 Athenagor., *Supplie.,* 31-33.
4 Clemens Alex., *Cohort, ad Gent.,* S, 9.
; S. Athanas., *De Incarnat. Verbi,* 46, 47.
6 S. Gregor. Nazianz., *Orat. . fui.,* I, 110-112.
' S. Joan. Chrysos., *Cont. Julian, et Geni.,* 2.

Religio christiano-catholica quæ, ex dictis, ratione ejus transcendentiæ supernaturalis, se exhibet ut divinam, præparata fuit extraordinario et miraculoso modo ab antiquitate, per *ministerium propheticum :* quod, post *prænotanda* quaedam, exponere suscepimus.

Prænotanda

Hic continentur : **i**. *conspectus historicus religionis revefatæ,* 2. *pramotiones de prophetis.*

409. — i° Conspectus historicus reiigionis revelatæ. In mundo semper extitit religio, quæ ut supernaturalis et divinitus revelata merito habebatur. Ejus historia *triplex stadium* præbet. Deus enim revelationem suam inchoavit in *religione primæva* et patriarchali, eam perfecit in *religione mosaica,* eique tandem ultimum complementum dedit in *religione Christiana.*

(a) Religio *primæva* protoparentibus et patriarchis a Deo ipso data fuit et continebat dogmata et præcepta ad ordinem supernaturalem spectantia : v. g., existentiam donorum supernaturalium in Adamo, Redemptoris promissionem. Cum hæc revelatio paulatim passionibus obnubilata esset, Deus sibi elegit Abraham et filios ejus atque hebraicum populum ex ejus semine· ortum, qui hanc revelationem custodirent. Hæc revelatio vocatur etiam *patriarchalis* et in Geneseos libro continetur.

b) Religio *mosaica.* Post multiplicationem posterorum Abrahæ et eorum impietatem, Deus misericors, (sæc. XV° vel XIII0 ante Christum), per Moysen, nova dogmata manifestavit, legem Decalogi promulgavit, societatis civilis et religiosæ regimen apud Hebræos instituit, ut sua revelatio illæsa remaneret. Hæc religio mosaica, solis Judæis præscripta, duratura erat usque ad Christum. Decursu temporis, nova suscepit incrementa, præcipue ministerio *prophetarum,* qui præparabant Messiæ et revelationis christianæ adventum.

(e) Religio *Christiana.* In plenitudine temporis, genere humano jam parato, *Messias, Christus Jesus,* patriarchis promissus et a prophetis annuntiatus, in terris apparuit.

prædicans revelationem supremam et definitivam pro omnibus populis, quæ legem mosaicam abrogavit et usque ad finem mundi essentialiter erat perseveratura.

Tres religiones supradictæ accidentaliter differunt, ut patet. Attamen *unicam religionem substantialiter* constituunt : nam habent eumdem auctorem scilicet Deum; eumdem finem, i. e., visionem beatificam; eadem media principalia, nempe revelationem, fidem in Redemptorem et simul gratiam. Eadem ergo .religio invenitur, tum in prioribus stadiis, ut in sua præparatione; tum in ultimo, tanquam in sua definitiva perfectione ».

2° Praenotiones de prophetis [1].

410. — (i) **Nomina.** *Hebraice,* tria usitantur nomina : *rô'lh, hôzéh, nâbi'* i. Duo priora idem sonant ac *videns;* ideoque divinus propheta ille est qui *secreta Dei vidit* eaque manifestare potest. 2. *Nabi'* autem seu (interpres), juxta usum loquendi biblicum, designat *Dei interpretem* seu *Dei legatum*[3] qui divinitus *impellitur* ut hominibus divina placita exponat.

(2) Notio. Etymologice et biblice, propheta est *Dei interpres, ab Eo impulsus ut divina placita sibi revelata circa res præteritas, pressentes aut futuras ceteris hominibus manifestet.* Proinde propheta non solum futura secreta annuntiat, sed etiam divinas volitiones quæcumque sint, Deo jubente, manifestat.

411. — (3) **Ministerium.** Ministerium prophetarum, ex dictis, est duplex : 1. *prædictiones* quasdam elicere; 2. exercere, in nomine Dei, *magisterium authenticum* et supremum, inter filios Israel, ad conservandum et explicandum foedus mosaicum antiquum et preparandum fcedus novum a Christo afferendum. Primum rarius et celebrius apparet; alterum permanentius exercetur. Ita ministerium propheticum erat *extraordinarium,* ratione suæ originis

1 S. August., Epist. *ad Volusiàiium,* n. 15-16; *C. Faustum,* 1. 12-22.

3 E. Mangenot, art. *Prophète,* in *Diet, de la Bible,* col. 705-727; A. Condamin, art. *Prophétisme Israélite,* in *D. A.,* col. 186-285; Trochon, *Introduction générale aux prophètes,* Paris, 1883; DD. Meignan, *Les prophètes d'Israël. Quatre siècles de lutte contre l'idolâtrie,* Paris, 1892; E. Laur, *Die Prophetennamen des AU. Testam.,* Friburg. Br., 1903; E. Tobac, *Les prophètes d'Israël,* t. i. 1919; J. B. Pelt, *Hist, de PA. T.,* t. Il, Paris, 1930; Pinard de la Boullaye, *Jésus-Messie,* Paris, 1930, p. 127 sq. ; J. Chaîne, *Introduction à la lecture des prophètes,* Paris, 1932; L. Dennefeld, *Histoire d'Israël,* Paris, 1935· — 3 *Exod.,*· VII, i, 2*Jerem.,* I, 4-5.

et modi quo fiebat; et simul *ordinarium,* cum populo israelitico concessum divinitus fuerit, a Moyse usque ad Malachiæ tempora.

412. — (4) Divisio. Prophetarum numerus nobis ignotus est; quidam tantum in Scriptura nominantur. Inter ipsos, alii præsertim *factis,* scilicet interventu in vita publica et miraculis, ut Elias et Elisæus; alii vero *scriptis,* quales fuere Amos, Isaias, Jeremias, regnum Dei promoverunt. — Inter posteriores, distinguere solet : *Majores* prophetas quatuor : Isaiam, Jeremiam, Ezechielem et Danieiem; et duodecim prophetas *minores.*

413. —(5) Usus apologeticus. Cum prophetæ fuerint simul *prædicatores* et *pmdicentes,* de eorum *prædicatione* et *vaticiniis* successive dicemus. In utroque enim casu, *Dei supernaturalis interventus* in favorem Christi, Messiae venturi, haud obscure elucet; ideoque ex duplici munere prophetarum deducitur valida demonstratio divinæ missionis Jesu in terris (Cf. n. 436). Unde *duplex* erit *articulus,* de prophetarum : I. *prædicatione,* 2. *vaticiniis messianicis.*

ARTICULUS I

De praedicatione Prophetarum divinam Christi legationem miraculose praeparante

414. — Thesis. Prophetarum praedicatio divinam Christi legationem supernaturaliter praeparavit et demonstrat.

Exponitur hujus praedicationis : 1. *historicitas,* 2. *supernaturalitas,* 3. *valor apologeticus.*

I. — Historicum Factum hujus praedicationis

Argumentum generale.

Per undecim sæcula, prophetæ religioni christianæ viam paraverunt, indesinenter prædicando religionem magis ac magis spiritualem.

(1) Doctrinam *religiosam* annuntiaverunt, quæ ceteris philosophiis tunc vigentibus multo perfectior erat, (a) Ita *monotheismum* integrum invicte prædicaverunt in ordine speculativo et practico : firmiter docuerunt unum esse Deum, non solum omnipotentem et omniscium, sed etiam

justum ac bonum; immo aliquando et quasi obiter innuunt eum esse Patrem misericordia plenum, qui libenter pœnitentibus parcet et bonis multiplicia impertitur beneficia. Cum Deus sit supremus omnium Dominus, ab omnibus exclusive colendus est, non solum externis operibus et sacrificiis, sed etiam intimo corde. Quapropter prophetæ acriter impugnabant polytheismum, magismum et populi propensionem ad idololatriam.

(b) Eorum doctrina continebat etiam *leges morales* multas, inter se cohærentes et maxime transcendentes finitimarum ethicam gentium. Ita animae purificationem et eximios patientiae et poenitentiae fructus laudabant. Deus est generis humani pater : hinc homines ut fratres justitia et bonitate prosequi debemus, immo pauperes ac miserabiles speciali amore et cura fovere[1]. Uno verbo, ad perfectiorem cum Deo unionem Hebraeos semper hortabantur.

(2) Prophetæ vero intellexerunt hanc *idealem perfectionem* neque inter Judaeos, neque *a fortiori* inter ceteras gentes nunquam adimplendam fore. Quapropter augurati sunt perfectiorem religionis formam per *Messiam* instituendam fore, cujus ope justitia, pax et caritas per totum orbem terrarum spargerentur.

415. — Evolutio argumenti 2.

Nunc breviter explanemus quæ de his rebus prophetæ docuerunt.

(A) Inter prophetas qui factis praedicaverunt, primus est *Moyses,* Israelis liberator et legislator, qui docuit Deum esse unum, *Yahweh*[2] nomine, personalem, sanctum, bonum, justum, qui adorandus et amandus est. Deinde *Judices,* prophetissa *Debora* et *Samuel* populum îsraeliticum a Chananæorum idolis averterunt. Regnantibus *Saul, David* et *Salomon,* cultus divinus magis regulariter celebratus est; et, aedificato templo Jerusalem, Judæi efficacius ab idololatria aversi sunt. Propheta *Nathan,* nomine Dei, vitia regis David corripit. Post schisma Israeliticum (circa an. 933), Deus, in regno Israel, suscitavit *Eliam* et *Elisceum,* qui verbis et miraculis apud suos concives verum cultum divinum restituerunt, devictis Baal sacerdotibus.

[1] A. Condamin, *art. cit., Les prophètes et le socialisme,* col. 423.

[2] E. Mangenot, art. *Prophète, in Diet, de la Bible, l. cit.,* col. 717-727.

[3] Hoc nomen etymologice significat : *qui est,* aut *qui alios ad existentiam vocat, qui essefacit.*

416. — (B) Multi prophetae **scriptis prædicaverunt,** pro regno tum Israel, tum Juda.

(r) In *regno Israel : Amas* (804-779) annuntiat purum monotheismum et præsertim perfectam Dei justitiam, quæ gentes alienas, imo infideles Israelitas puniet. — *Osee* (789-706) criminum Israel castigationem ut imminentem prædicit et simul instaurationem populi electi.

(2) In *regno Juda:* (a) *Ante captivitatem. Isaias* (757-712) Deum exhibet ut sanctissimum, omnia transcendentem, interne colendum; pnenuntiat conversionem residui Israel, Messiæqùe munera et praesertim humilitatem, dolores et mortem. — *Afichaas* (c. 700) doctrinam valde praedicationi Isaiæ affinem docet. — *Jeremias* (639-586), inter alia, magis perspicue declarat religionem esse non solum foedus sociale inter Yahweh et Israel, sed etiam intimam unionem inter Deum et animam cujusque credentis : sic universaliori religioni via aperitur. — *Sophonias* (665) et *Habacuc* (645-630) anteriores prophetias confirmant, (b) *Durante exilio. Ezechiel^i-^o)* munus captivos Judæos confirmandi in fide et spe accepit : Deus enim instituet novum regnum et templum, novam theocratiam cujus fundamentum erit justitia et legum custodia, (c) *Post captivitatem.* Tres praesertim prophetæ, *Aggceus,* (520-516) *Zacharias* (520) et *Malachias* (c. 430) divini cultus instaurationem promoverunt.

Etiam deficientibus prophetis, Deus populo suo auxilium misit, post Esdram et Nehemiam, principes *Macchabceos* (167-135) suscitando, qui conservarent revelationem olim patribus factam.

417. — Conclusio, (a) Ita, per undecim sæcula, prophetær fidem in unum Deum, infinitum, justum, providum et remuneratorem, cultumque vere religiosum *in spiritu et veritate,* simulque justitiam, misericordiam et morum puritatem praedicare non destiterunt populo Israelitico, qui, utpote a Deo singulariter electus, ad majorem sanctitatem colendam adstringeretur[1]. [3] Id præstiterunt non obstantibus pravis

[1] Cf. J. Lebreton, *Lis originis du dogme di la Trinité** 4· éd., 1919, p. 110-119; Hackspill, art *Eludi sur h milieu religieux et intellectuel contemporain du nouveau Testament** in *R. B.** 1901, p. 200-215.

[3] Quod egregie exponit J. Touzard, *L'argument prophétique** in *R. P. A.** L \ I, p. 917 : " Au point de vue moral : cet idéal de justice, intègre dont les prophètes ont été les infatigables prédicateurs; ces réclamations incessantes en faveur des pauvres à une époque où, pour le commun des hommes, ils comptaient si peu; ces sentiments d'humanité qui proscrivent jusqu'aux cruautés trop souvent regardées alors comme inséparables de la guerre; cette délicatesse qui bannit de la vie intime jout asservissement aux passions grossières, et mille

propensionibus populi et sæpe procerum et sacerdotum malis exemplis;et quidem tempore quo finitimae gentes idololatriæ necnon pessimis vitiis indulgebant. (b) Neque omnino incassum laboraverunt. *Monotheismus,* etsi intus et foris sæpe impugnatus, tandem inter Judæos omnino praevaluit; et cultus unius Dei multo sanctior fuit quam apud ceteras gentes. *Morum* pariter *honestas,* justitia et commiseratio nunquam a terra Israel defecerunt. Et ita via parabatur perfectiori rerum ordini, quem prophetæ semper tanquam summum apicem antiquæ religionis annuntiabant.

IL — Supematuralitas Prædicationis propheticæ

418. — Status quæstionis.

(a) Errores. Hæc supematuralitas negatur a *Rationalistic, Protestantibus liberalibus* et *Modernistis*\ qui admittunt prophetas fuisse viros sapientia et virtute eximios, qui monotheismum et quamdam morum honestatem apud Israelitas promoverint; sed simul affirmant in eorum prædicatione aut agendi ratione nil supernaturale inveniri. Vates enim apud omnes populos reperiuntur; si judaici vates præ ceteris extolluntur, id sane tribuendum est peculiari indoli Semitarum inter quos vixerunt atque proprio eorum ingemo : gradatim, propriis viribus, ex ipso conscientiae testimonio, intellexerunt unum esse Deum, cui cultus in spiritu et veritate reddi deberet.

autres revendications semblables. Si nous passons sur le terrain de la vie religieuse, quelle merveilleuse conception du Dieu unique infiniment puissant et maître souverain, mais aussi idéal et principe de toute perfection morale, de toute justice, de toute charité, de toute bonté! Quelle vue sublime de son action dans le monde, de la sagesse avec laquelle il gouverne tout, de la force avec laquelle il sait réaliser tous ses desseins. Et puis, quand il s'agit des rapports de ce Dieu avec le seul peuple qui l'honore ici-bas, le prophète délimite, avec une justesse consommée, le terrain sur lequel Israël peut se prévaloir de ses privilèges : il proclame, avec une vigueur sans pareille, qu'en aucune façon ces faveurs divines ne le dispensent de l'observation des lois fondamentales de la conscience humaine; bien plus, il déclare qu'elles lui créent une obligation plus pressante de réaliser en lui-même l'idéal que Dieu a révélé à l'humanité tout entière

1 Ita, inter alios, Kuenen ; *Hist, critique des livres de VAnc. Test.,* trad, franç., Paris, 1879, t. IL p. 1-52; Robertson Smith *The prophets of Israël,* Edinburgh, 1882; Cornill ; *Derisraelitisrhe Prophetismus,* 1894; B. Stade *Biblische Theoloçie des Allen Testaments,* Tubingue, 1905, t. I, pp. 124-126, 131-132, 204-212; Darmesteter ; *Les prophètes d'Israël,* Paris, 1895; J. Réville *Le prophétisme hébreu,* Paris, 1906; A. Loisy ; *La religion d'Israël,* Paris. 1908.

(b) Catholici contra hos errores statuunt prophetica facta non explicari nisi speciali Dei interventu, huncque interventum argumentum esse Christi legationis divinae.

419. — Thesis. Praedicatio prophetarum est supernaturalis et divina.

Probatur : i. *directe, 2. indirecte.*

(A) Directe, (a) Prophetæ ipsi aperte et explicite, et quidem sæpe, asserunt se doctrinam *divinitus revelatam* exponere.

Ita *Amos,* qui pastor erat, speciali vocatione ad hoc munus vocatus est modo irresistibili : " Et tulit me Dominus cum sequerer gregem, et dixit Dominus ad me : vade, propheta, ad populum meum Israel... Dominus Deus locutus est, quis non prophetabit?"[1] — *Isaias* pariter a Deo mittitur, ejusque labia calculo mundantur ignito, ut divinam veritatem-annuntiare valeat Spiritus Domini super eum, ita ut sit Dei interpres. —*Jeremias,* jam ab utero vocatus[3], aperte declarat os suum a Domino tactum fuisse suaque verba esse verba Dei : ""Et misit Dominus manum suam, et tetigit os meum, et dixit Dominus ad me : " Ecce dedi verba mea in ore tuo"[4]. — Nec aliter *Ezechiel,* super quem manus et spiritus Domjni, cui Deus ipse loquitur, et qui in spiritu Domini prophetizat[5]. — Et ita de *ceteris.*

Atqui testimonium tam unanime virorum qui, verbis et exemplis, justitiam et veritatem animis inculcant, et qui aliunde sapienter de rebus tum religiosis tum politicis semper disseruerunt, tanquam omnino fide dignum, juxta ipsius criticæ leges, haberi debet.

(b) Non raro *prophetæ miracula peregerunt* ad suæ missionis et prædicationis divinæ confirmationem : v. g., pro Moyse, miracula coram Pharaone patrata, *(Exod.,* VII-XII); pro Elia et Elisaeo, *(III Reg.,* XVII, XVIII); pro Daniele, *(Daniel,* II, VI, XIV) etc.

(C) Aliunde *prædicatio prophetica naturaliter explicari nequit.* Etenim cur apud solum judaicum populum, minoris quidem momenti, ad idololatriam vehementissime pronum et vicinarum exemplis gentium inclinatum, qui longo tempore a paganis imperiis potentissimis fuit oppressum, pii

[1] -4w., VII, 15; III, 8. — [2] *Zsa.,* VI, 6-10.
[3] *Jerem.,* I, 5. — [4] *Jerem.,* I, 9; cf. I. 7-8.
[5] *EzecM.,* I, 3; III, 22; XXXIII, 22; XXXVII, 1; XL, I.

quidam homines, in variis locis et circumstantiis, purissimum monotheismum, religionem magis ac magis spiritualem semper docuerunt, quae religionem perfectissimam et universalem praenuntiabat? — Praeterea apud hos prophetas, videmus doctrinam religiosam unam et organicam quæ continetur in libris conscriptis per varia saecula, ab auctoribus multis, origine, conditione, ingenio et scientia omnino diversis.

Ecce *duo facta* vere inaudita in antiquitatis historia, quorum ratio sufficiens est non creatura sed specialis Dei assistentia.

420. — (B) Indirecte. ***Varice naturalisiez explicationes sunt rejiciendce.*** ***Tres*** sunt præcipuæ.

(1) Prædicatio prophetica non provenit ex eo quod prophetæ proprios conceptus, e subconscientia ortos, tanquam vocem ipsius numinis interpretaverunt[1].— Nam hæc explicatio aperte aliquibus *factis contradicit,* nempe : (a) Aliquando vox Dei propriis prophetæ ideis adversatur : sic de Nathan [2], de Isaia [3], de Jeremia [4]. (b) Sunt prophetæ qui nonnisi inviti munus propheticum acceperunt, ut Amos [5] et Jeremias[6]. (e) Explicite prophetæ affirmant, se veram a Deo accepisse revelationem : habebant igitur critérium certum ut vocem Domini agnoscerent; sæpe affirmationem suam signis et vaticiniis confirmant [7]. (d) Prophetia subito cessavit, circa nnem V» saeculi; si fuisset phaenomenon naturale, certe perseverasset, cum eventus exteriores non defuerint, qui vatum mentes excitare potuissent Atqui nunquam auctores librorum sapientialium aut Psalmorum hujus temporis, ad inspirationem propheticam appellant.

421. — (2) Prophetica praedicatio non est mera manifestatio mentis coaevorum. — (a) Etenim saepius prophetae annuntiant doctrinam *omnino contrariam* concivium praeju-

1 Ita Loisy *, *La religion d'Israel,* p. 172, de prophetis scriptoribus : “ Ce sont toujours des visionnaires, qui prennent pour des révélations de Yahvé les idées qui se lèvent dans leur esprit ”.

* ***II*** *Reg.,* VII. — 3 ***IV*** *Reg.,* XX, 1-5. — ‹*Jer.,* XLII, 7.

s *Am.,* III, 8; VII, 14-15. — b*Jer.,* XX. 7-9.

7 Jerem., XIV, 13-16; XXIII, 9-40; Cf. Condamin, in *Eludes,* t. 118, p. 28-30.

didis, proptereaque persecutiones patiuntur. Ita Amasias, sacerdos Bethel, omnibus viribus conatur *Amos* expellere a terra Israel, quia hujus doctrina populo displicet[*] *Isatas,* cujus verba nec a rege nec a populo accipiuntur, per aliquod tempus tacere debet, paucisque tantum discipulis legem exponere [25] *Jeremias* percutitur et in nervum mittitur, jubente Phassur sacerdote, quia ejus prophetiæ Judæis non placebant [3]. Uno verbo, prophetæ toti sunt in contradicendis et corrigendis concivium præjudiciis ac vitiis, (b) Insuper cultum Dei *internum* advocant, justitiam, caritatem cordisque puritatem, eo ipso tempore quo plerique Judaei aut ad idololatriam aut ad cultum mere externum propensi erant. (C) Pariter Israel et Judæ destructionem, Judæorumque longum exilium annuntiant tempore quo hujusmodi comminationes deridebantur, (d) Immo praecipuum discrimen *inter veros falsosque prophetas* in eo situm est quod hi ea annuntiabant quæ regibus populoque placebant; teste Jeremia, " visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini " [4]. Nec mirum : qui proprio nomine docent, saepissime nihil aliud quærunt nisi *placentia* dicere [5].

422. — (3) Prophetarum doctrina **e vatibus et legislatoribus gentium finitimarum non fuit deprompta. —** Revera hæ gentes idola colebant, ethicam naturalem multis erroribus deturpatam habebant. Monotheismus et idealis perfectio morum a Prophetis indesinenter populo proposita sine dubio maxime superabant polytheismum et leges morales etiam a sapientissimis gentilibus, v. g., a rege Hammourabi, conditas [6]. Ergo si inter Judaeos, qui minus exculti erant quam Assyrii, Ægyptii, Persæ, etc., codex invenitur morum tam perfectus et fides in veritates tam nobiles, nonne id speciali divinæ Providentiæ interventui

[2] *Am.,* VII, 10-17. — [*] *Isa.,* VIII, 15-16. — [3] *Jerem.,* XX, 1-6.

[*] *Jerem.,* XXIII, 16. — De conflictu inter veros falsosque prophetas, cf. *ZZZ Reg.,* XXII. 5-28; *Isa.,* XXVIII, 7; *Mich.,* II, Ii; *Jerem.,* V, 13, 14; VIII, 10; XIV, 13-18; XXIII, 9-32 ; *Ezech,* XIII, 1-16, etc.; quæ loca recenset Mangenot, *l. c.,* p. 724-726.

[5] Quare DD. Meignan recte opus suum de prophetis his verbis designat " *Quatre nicies de lutte contre l'idolâtrie* ".

[6] Ita, ut de aliis taceamus, secundum codicem Hammourabi, toleratur prostitutio in ipsis templis. Cf. P. Dhorme, art. *Isa loi morale dans la religion assyro-babylonienne,* in *R. P. A.,* 15 août 1900. p. 735.

tribuendum est?— Aliunde, si iterum comparatio instituitur inter Judæos et finitimos populos minus excultos, nempe Chananæos, Ammonitas, Moabitas et Damascenos, tunc multo evidentius apparet Israeliticæ doctrinæ transcendentia.

III. — Valor apologeticus.

423. — (1) Praedicatio prophetarum, cum sit stricte miraculum, probat divinam originem tum muneris Messiæ seu Christi, a Deo ad homines missi, tum Christianismi ab eo instituti. Deus enim, Veritas subsistens, miraculum efficere nequit ad falsum approbandum. Porro prophetarum munus exercetur in favorem Messiæ venturi, seu Christi, et religionis christianæ quam evangelizabit Manifeste enim praeparat regnum monotheismi universale et sanctissimum, cujus Chritus, Dei legatus, futurus erat princeps.

(2) Aliunde religio judaica a prophetis praedicata, remanebat imperfecta et quasi fragmentaria. Complementum ergo postulabat : quod ipsi prophetae agnoscebant. Porro *complementum illud* invenitur *in doctrina Christiana,* in eaque *sola.* Sic (a) *paterna Dei misericordia* a prophetis prædicata multum sane temperabatur timore divinæ justitiae; dum in Christiana religione, amor est plenitudo legis, et fideles Deum invocant tanquam patrem amantissimum T; (b) *caritas,* quæ ad inimicos generatim non se extendebat 23 jam praecipit ut *diligamus etiam inimicos* et *benefaciamus his qui oderunt nos'fti) patientia in adversis* ejusque mirabilis*fecunditas* ad sanctificandos homines, quam nonnisi obiter Prophetae docuerant, extollitur a Christo et a S. Paulo, ita ut fiat unum e fundamentis christianæ religionis 4 ; (d) *universalitas* verae religionis, quam prophetae pro futuris saeculis annuntiabant, ut propria nota Christianismi aperte praedicatur 5. — Quare prophetica praedicatio fuit miraculosa praeparatio N. Testamenti. Idem Deus, qui multifarie olim loquebatur per prophetas, novissime locutus est nobis per Christum 6, qui legem non solvit sed mirabiliter adimplevit.

1 *Galat.,* IV, 6; *Rom.t* 35-39. — *'Jerem.,* XI, 20-33; XII, 1-4; XX, n-13.
3 *Matth.,* V, 43-44.
* *Matth.,* V, 5. 10, \x*Rom.,* VIII, 17, 18; *IICor.,* IV, 17, etc.
5 *Matth.,* XXVIII, 19. — 4 5*Hebr.,* I, 1.

, V . ARTICULUS II

De Vaticiniis messianicis l legationem divinam Christi annuntiantibus, seu de Christo, legato Dei, prophetato \

Nunc videamus clariora testimonia in quibus antiqui prophetae annuntiant Messiam a Deo venturum, nempe Christum Dei legatum.

PRÆN0TI0NÊS.

424. — i° Species vaticiniorum in genere. Prophetae non solum veritates revelatas praedicaverunt, sed etiam futuros eventus praedixerunt. Inter haec vaticinia : i. alia referuntur ad ipsos *Judæos et finitimas gentes, 2.* alia autem ad *regnum messianicum.*

De prioribus pauca tantum adnotamus. Certum est quosdam eventus, humanæ sapientiæ impervios, clare fuisse *ante factum* a prophetis annuntiatos, aliquando *preeter* aut *contra* humanas conjecturas. Ita, tempore quo florebat Israel, *Amos* clare praedicit hoc regnum mox destruendum fore ejusque cives in exilium mittendos λ Pariter *Jsaias* destructionem Damasci et Samariae annuntiat quando hæc duo regna amico foedere conjuncta Judaeam invadere volebant; necnon ipsius regni Judæi ab Assyriis eo praecise instanti quo Achaz foedus cum eisdem Assyriis inire quærebat ♦ Ita etiam, cum Judæi in exsilium missi jam de instauratione Jerusalem desperabant, *Ezechiel* resurrectionem populi Israel certo annuntiabat; *Isaias* jam antea Cyrum Judæorum salvatorem fore praedixerat 5. — Ex quibus multisque aliis jam

l Bossuet, *Discours sur Γhistoire universelle,* 2· p.; *Elévations sur les mystères.* 10e sem.; L, Billot, *De Verbo incarnato,* Romæ, 1904, th. LVIII; A. Schulte, *Die messianischen Weissagungen des Alten Testam.,* Paderborn, 1908; M. J. Lagrange, *Le Messianisme chez les Juifs,* Paris, 1909; Muncunill, *De Vera Religione,* n. 248 sq.; C. Pesch, n. 212-247; Pinard de la Boullaye, *Jésus-Messie,* Carême, 1930, 4· Conf.; J. Brierre-Narbonne, *Les prophéties messianiques de ΓA. T. dans la littérature juive,* Paris, 1933; *Exégèse talmudique des prophéties messianiques,* Paris, 1933; J. Bonsirven, *Le judaïsme palestinien au temps de Jé^us-Christ,* Paris, 1935-

' Infra agemus de prophetiis a Jesu ipso editis, scu *" de Christo propheta ".* (Cf. n. 487-496).

' *Amos,* IV, 2-3; V, 27 ; VII, 7-17. — ‹ *ha.,* VII-IX.

**Ezech.,* XXXVII, 1-14; *Isa.,* XLI, 25-29; XLIV, 24-28; XLV, 1-8. — Contendunt quidem Rationaliste locum ubi Cyrus designatur non esse prioris Isaiæ, sed posterioris cujusdam prophète qui circa finem exilii vixerit. Quod

concludere licet prophetas a Deo quasdam saltem revelationes accepisse. — De posterioribus seu de messianicis vaticiniis nunc tractamus.

425. — 2° De Vaticiniis messianicis[1].

" *Scrutamini Scripturas...* illæ sunt quae *testimonium perhibent de me* " 2, ait Jesus ad Judæos incredulos. Hæc verba referri possunt ad oracula messianica, de quibus pauca praenotamus.

(1) Notio. Vaticinia messianica ea sunt quæ annuntiant *Messiam* et ejus *regnum;* ut maximae inter prophetias habentur.

(2) Species. Hæc vaticinia multa sunt et dividuntur : 1. ratione temporis, in tres periodos : a Protoevangelio usque ad David; a David usque ad transmigrationem Babylonis, ab initio hujus captivitatis usque ad Malachiam; 2. ratione objecti : spectant vel *personam* Messiae, vel ipsius *opera.* Hæc ultima divisio frequentius accipitur.

426. — (3) Authenticitas et antiquitas. Hic probamus non talem prophetiam fuisse prolatam a tali auctore in tali epocha, juxta opinionem traditionalem; sed tantum prophetiarum collectionem provenire a judæis auctoribus diu ante Christum viventibus. Hoc asseritur, non contra Judaeos qui id libenter concedunt, sed adversus incredulos.

Ad hanc probationem sufficit afferre duplex testimonium : i. *Synagoga,* 2. *Versionis LXX.*

(a) *Synagogue testimonium* affirmat vaticinia messianica jam a vetustissimo tempore et per plura saecula a prophetis multis in Israël praenuntiata. Hæc autem affirmatio est omni exceptione major, ratione qualitatis, numeri et unanimitatis testium, qui tenacissimi erant in eorum sacris libris conservandis, et aliquo modo contra seipsos agunt, retinendo antiquas prophetias faventes Christianismo quem tamen odio prosequuntur. " Proferimus codices ab inimicis, ut confundamus alios inimicos... Codicem portat judæus unde credat christianus " 3.

confutatum vide ap. Vigouroux, *Diet, de la Bible,* t III, 966 976. Sed ipsi Rationalistæ fateri coguntur posteriorem Isaiam instaurationem Israel, Cyri ope, ante eventum praedixisse.

* Meignan, *Les prophètes d'Israël et le Messie,* Paris, 1893; Walter, *Die Propheten in ihrem socialem Beruf* Friburg. B., 1900; P. Lagrange, *Pascal et les prophéties messianiques,* in *R. B.,* 1906, p. 533.

3 *Joan.,* V, 39. — 3 S. August., *In Ps.* LVI, n. 9.

(b) *Versio LXX.* Hæc versio græca alexandrins, juxta testimonium Eusebii, Fl. Josephi, Irenæi, etc., finita erat circiter III0 sæc. ante Christum et proveniebat ex librorum V. Testamenti collectione, quæ jam a longo tempore completa erat. Porro vaticinia messianica in versione LXX continentur; ergo scripta fuerunt saltem 300 annis ante Christum.

427. — (4) Sensus. Prophetiis tribui potest sensus triplex 1 : *litteralis, typicus* et *accommodations.* In argumentatione apologetica, excludimus *accommodatitium* sensum, qui auctori sacro alienus est; nec expedit uti sensu *typico* contra Rationalistas, nisi, in casu particulari, historice demonstretur hunc sensum fuisse cognitum communiter ante eventus. Quare ut firmius sit hoc argumentum e messianicis vaticiniis desumptum, utemur iis quæ tantummodo sensu *litterali* applicantur Christo.

Vaticinia messianica possunt considerari vel singulatim, vel complexive, comparata cum earum historica adimpletione. Melius videtur eorum seriem plus minusve comJ pletam percurrere: et si quæ vaticinia sint obscura, ea prætermittere expedit in re apologetica, ne argumentum his difficultatibus enervetur.

428. — Thesis. Vaticinia messianica2 divinam Christi legationem vere demonstrant. Historice *certum,* theologice *defide.*

Ad hanc thesim evolvendam, considerabimus vaticiniorum messianicorum : 1. *historicitatem,* 2. *supernaturalitatem,* 3. *valorem apologeticum.*

I. — De eorum Historicitate

Agitur de prophetiis : 1. circa *Regnum* messianicum, 2. circa *Messiam ipsum;* quæ fuerunt vere *prædictæ* et fideliter *adimpleta.*

i° — De Vaticiniis circa Regnum messianicum.

(A) *Vaticinia ipsa.* Regni messianici annuntiantur : 1. *existentia,* 2. *natura,* 3. *evolutio.*

1 Sensus *litteralis* seu *historicus* ille est quem verba immediate exprimunt, seu quem auctor exprimere voluit Sensus *typicus* ille est qui suggeritur solum mediantibus personis aut rebus quæ alias res significant Ita David et Salomon, qui sensu litterali duos reges Juda designant, *typice* Messiam, cujus erant figura, significant

' DD. Meignan, *Les prophètes et le Messie* 2 vol., Paris, 1893-1894.

(1) Existentia. Omnes prophetæ perspicue praedixerunt hoc regnum, per *monotheismum* quem ipsi praedicabant, apud *omnes gentes prævaliturum esse,* et Deum Abraham, Deum Jacob, Deum Israel tandem aliquando *regraturum super universam faciem terræ.*

(2) Natura. Messiae regnum constituitur duplici elemento : *interno* et *externo,* (a) *Internum* elementum consistit, non in relatione mere externa cum Deo, sed in intima unione, cujus fundamentum sit *amor mutuus,* misericors quidem ex parte Dei, sed poemtens ex parte peccatoris. A tempore Jeremiæ, hæc unio non fit tantum inter Deum et populum in genere, sed inter Deum et cujusque fidelis animam, atque in metaphora sponsalium describitur[x]. — Consequenter hoc regnum sanctitatem et justitiam afferet per remissionem peccatorum in poenitentia [2], et effusionem donorum Spiritus S. [3] (b) *Externum* vero elementum : regnum hoc dirigetur a Messia principe, ejus rege visibili, qui doctores et sacerdotes ad gentes mittet [4]. Ubique autem oblatio munda sacrificabitur in eodem regno [s], quod erit universale et ad omnes populos extendetur[6].

(3) Evolutio, Hoc regnum figuratur et praeparatur V. Testamento cui succedit Per Israelem propagabitur, a Jerusalem incipiet in ejus gloriam[8], semper cum tenebrarum potestatibus pugnabit, definitiva erit humanitatis religio et integrum triumphum obtinebit [9]. Hoc est Regnum Dei, Messiae, caelorum.

429. — (B) ***Adimpletio horum vaticiniorum.*** Prophetiae de regno messianico verificantur per Christum et in tota Ecclesiae historia, (a) Christianismus verus est regnum monotheismi, qui inter gentes excultas omnino praevaluit et hodie adhuc floret; nec monotheismus qualiscumque, sed monotheismus qualis a prophetis praedicatus fuerat : Deus, quem hodie colimus, est Deus Abrahâm, Deus Jacob et Israel, (b) Regnum monotheismi christiani in Ecclesia elementum internum et externum exhibet. 1. ***Prius*** jubet

• *Os.,* II, 19. — ’ *Os.,* II, 7; XIV, 3-5.—3 *Is.,* IV, *2-6-,Dasi.,* VII, *X]',Joël,* II, 28.
4 *Is.,* LXVI, 21 ; *ferem.,* III, 15; XXXIII, 21. — s *Malach.,* I, 11.
6 Is., XI, 10; LIV, 2-3; LXVI, 18-21; *Mich.,* IV, 1-3; *Ps.* XXI, 28; LXXI, 7-II. — *Tjerem.,* XXXI, 31-34; *Dan.,* IX, 24 27.
8 Mich., IV, 2; *Is.,* LX, 1-6; *Ps.,* C1X, 2.
’ *Ps.,* II, 1-4; *Dan.,* II, 44î VII, 13-14·

amorem filialem erga Deum, cum odio et poenitentia ad peccata remittenda et infusione gratiæ aliorumque donorum Spiritus S. Sed hæc omnia nonnisi in Christiana religione perfecte impleta fuere. 2. *Posterius* apparet tum in pontifice supremo, in pastoribus, doctoribus et sacerdotibus qui populos regunt; tum in missæ sacrificio; tum in mediis exterioribus adhibitis ut Ecclesia permaneat et diffundatur usque ad extremum terrae.

(c) Regnum monotheismi christiani succedit V. Testamento; ejus propagatio incipit ab Israele quem glorificat : reapse per Christum et Apostolos, e Judæa stirpe ortos, in universum orbem propagatum fuit; aliunde incessanter militat adversus erroris et mali potestates, et victoriam definitivam et completam [1] spectat, ob Christi promissa. — Ergo vaticinia de messianico regno partim jam adimpleta, partim nunc evenientia aut futura novimus [2]

2° — De Vaticiniis circa Messiam.

430. — Hæc vaticinia multa sunt et hominibus revelantur modo progressivo, ita ut numerosiora sint prophetarum epocha, quam anteactis temporibus, cum a longe appropinquaret Messiæ adventus. Singula individue sumpta obscura esse possunt, sed eorum collectio perfectam Messiæ imaginem delineat; ita ut evangelium Christi propheticum jure nominetur.

Ut eorum historicitas clarior lucescat, simul exponemus præcipuorum sive *prædictionein* sive *realisationem* miro ac vere stupendo modo in persona Jesu.

Vaticinia ipsa quoad Messiæ :	***Realisatio eorum quoad Christi :***
i. Originem :	
Erit ex semine Abrahæ *(Gen.,* XXII, 16); — ex tribu Juda *(Gen.,* XLIX, 8-10); — ex radice David (A. LXXXVIII, 36-38; */s.,* XI, 1-2); — ejus *mater* erit virgo *(Is.,* VII, 14).	Christus oritur a patriarchis *(Matth.,* I, i sq.); — ex tribu Juda *(Luc.,* III, 33; *Hebr.,* VII, 14); — ex familia David *(Matth.,* I, 1; *Luc.,* I, 32; II, 4; III, 31; *Rom.,* I, 3; *Act.,* XIII, 23); — ex Maria Virgine *(Matth.,* I, 18-20; *Luc.,* I, 35).

[1] Hæc victoria eloquentissime describitur a S. Joanne Chrysostomo : *Qnod Christus sit Deus,* n. 9, 10, et *In Λ. CIX,* n. 5, 6.

[a] Bossuet, *Histoire universelle,* IIe p., c. XIX.

2. Locum et tempus ejus nativitatis :

Ejus patria erit Bethleem Ephrata vel Judæ *(Mich.,* V, 2); — in tempore quo secundum templum adhuc stabat *(Agg.,* II, 7-10; *Dan.,* IX, 24-27).^/ afs*i	Jesus nascitur in Bethleem *(Matth.,* II, i, 5 5 *Luc.,* II, 4)5 — in tempore quod vaticinio est conforme.

3. Praecursorem :

Præcursor et ejus prædicatio annuntiantur *(Malach* III,	Joannes prædicans præcessit ad Christi vias præparandas *(Luc.,* I, 76; III, i sq.).

4. Attributa :

Messias erit Filius Dei (A, II, 2-7), Deus fortis, princeps pacis (Zr., IX, 5-7), super eum requiescet Spiritus Domini (Zr., XI, 2), erit humilis, mansuetus et misericors (Zr., XI, 1-5; XLII, 1-4; LXI, 1-3); — erit thaumaturgus (Zr., XXXV, 4-6).	Hæc omnia, juxta evangelium, in Jesu perfecte adimplentur : in ejus baptismo a Joanne *(Matth.,* III, 13; *Marc.,* I, 9), in ejus vita Nazarethana *(Luc.,* IV, 21-25; IX, 58), durante passione et in cruce; — multa miracula patravit *(Matth.,* IV, 23;Zζλγ., VI, 17, i8).

5. Munera :

Messias erit doctor et propbeta *(Is.'* LXI, 1; XLII, 1-6), — legislator et rex novi regni *(Is.'* LV, 3-4; *Ps.* II, 6; *Zach.,* IX, 9-io;/?r<rw., XXIII, 5); — sacerdos secundum ordinem Melchisedech et victima *(Ps.,* CIX, 4; *Malach.,* I, 11; *Is.,* LIII, 4-10).	Christus docet doctrinam a Patre dictam et est eximius propheta *(Matth.,* VII, 29); — legem antiquam perficit et mutat *(Matth.,* V, 21 sq.); — rex est spiritualis *(Joan.,* XVIII, 36-37; *Matth.,* X, 37); — est etiam vere sacerdos et seipsum Deo Patri obtulit *(Luc.,* XXII, 15-20; *Hebr.,* VII, 12; *Ephes.,* V, 2).

6. Passionem et mortem :

Triginta argenteis aestimabitur *(Zach.,* XI, 12); flagellabitur, et alapis cæsus conspuetur *(Is.,* L, 6); — cum sceleratis reputabitur *(Is.,* LIII, 12); — in siti sua felle et aceto potabitur *(Ps.*	Triginta argenteis a Juda venditus est (JZa/M., XXVI, 15); — cum latronibus fuit crucifixus *(Matth.)* XXVIII, 34); — et aceto potatus est *(Matth.'* XXVII, 48;/^«., XIX, 28, 29);

LXVIII, 22; XXI, 16); — manus et pedes sui perforabuntur *(Ps.* XXI, 17-18); et vestes dividentur *(Ps.* XXI, 19); — sepelietur in sepulcro divitis *(Is.,* LIII, 9).

— foderunt manus et pedes ejus *(Afatth.,* XXVII, 46); ejus vestimenta sorte divisa sunt *(Matth.^* XXVII, 35); — depositus fuit in monumento novo *(Afatth.,* XXVII, 57-6!).

7. Resurrectionem et glorificationem :

Caro ejus non videbit corruptionem *(Ps.* XV, 9 11); — habebit regnum universale *(Ps.* II, I-I3)J

Tertia die resurrexit *(Afatth.,* XXVIII, 6, 7); — instituit regnum spirituale ad quod omnes gentes conveniunt

Constat ergo quod prophetiæ messianicæ, ex una parte, longissimo tempore ante eventum enuntiatæ fuerunt; et, ex alia parte, quod omnes in Jesu Nazaieno et in eo solo fuere penitus adimpletae.

431. — Objectionum solutio.

Objectiones circa messianicorum vaticiniorum : 1. *prædictionem,* 2. *adimpletionem.*

(A) De praedictione horum vaticiniorum.

(1) Prophetiae *naturaliter ab exspectatione messianica proveniunt.*

R. Adversarii effectum sumunt pro causa! Judæi enim adventum Messiae desiderabant propter vaticinia jam edita quæ saepe citabant.

(2) Vaticinia messianica non erant verae prophetiae, sed *mera desideria populi judaici in oppressione positi.*

R. *Nego.* Etenim ex his multa ante calamitates et servitutem pronuntiata fuerunt. Aliunde oppressio potest equidem excitare votum liberationis, sed non hujus *extraordinarii modi liberationis* per Messiam, qui a multis prophetis perseveranter annuntiatur cum variis ejus circumstantiis. Notetur etiam hoc desiderium liberationis per monotheismum universalem, praedicatum a *Messia* non glorioso et temporali, sed patiente et spirituali ', post dispersionem Israel, destructionemque Jerusalem et templi ', omnino oppositum fuisse inclinationibus populi judaici, propensi ad idololatriam, ad cultum particularem et nationalem, ad bona temporalia et gloriam terrenam Jerusalem non perituram. — Praeterea si tales prædictiones a solis calamitatibus causantur, cur ortæ sint apud solos Judæos et non post Christum, etiam per luctuosa tempora diversas nationes ingruentia.

l Is., XI, 1-5; XLII, 1-4; LIII, 2, 10-12. — ' *Dan.,* IX, 26.

(3) Prophetiae messianicæ *non sunt clara;* ergo nec strictæ prophetiæ.

R. Prophetiæ certe differunt a factorum praeteritorum historia, et ideo sæpe quamdam obscuritatem prae se ferunt Inter messianica vaticinia, permulta tamen erant clara et a Judaeis intelligebantur, ut constat ex generali exspectatione Messiæ tempore Christi. Hæc tantum allegare sufficit in apologetica argumentatione.

432. — (B) De adimpletione horum vaticiniorum.

(1) *Plurima vaticinia* messianica in Christo aut per Christum *non fuerunt impleta :* v. g., ea quæ spectant Messiam regem principem potentissimum, pacisque universalis auctorem '. Ergo non erant veræ prophetiæ et ideo Christus non est promissus Messias.

R. Vaticinia sæpius intelligi possunt in sensu *litterali* vel *spirituali;* quare ut dici possint adimpleta, sufficit aliquando ut sensu spirituali sint verificata et in hoc sensu sublimiora esse solent. Porro plura ex vaticiniis de Christo objecta, in hoc sensu, mirabiliter in Jesu impleta fuerunt. Revera Jesus est *rex* fidelium et populorum in Ecclesia viventium; est *potentissimus,* nam regit non solum corpora sed etiam mentes, voluntates et corda suorum discipulorum per gratiam; est rex *pacis* et *pacificus,* siquidem christianis affert pacem cum seipsis, aliis hominibus et Deo. — Præterea multa messianica vaticinia complectuntur totam Messiæ historiam, quare extenduntur ad ejus adventum tum primum tum secundum, ideoque sufficit ut adimpleantur in hac duplici periodo.

433. — (2) Oracula messianica annuntiant *perfectam etfelicem restitutionem regni Israël* Atqui *hac non evenerunt.* Ergo hæ prophetiæ non erant veræ.

R. (a) In vaticiniis sæpe *duo sunt elementa :* 1. *spirituale* quod est *primarium,* nempe religiosa instauratio Judæorum et Gentium per Messiæ regnum ; 2. *materiale* quod est *secundarium,* consistens in temporali prosperitate et felici instauratione Israeli promissa. Sæpe prius sub figura posterioris annuntiatur.

(b) Elementum temporale *fuisse secundarium* constat ex eo quod desit in quibusdam vaticiniis, v. g., ubi de servo Domini agitur; aliter et aliter secundum diversos prophetas describitur, ab aliis etiam prophetis excluditur, v. g., quando regnum Dei annuntiatur *universale,* ideoque a civitate Jerusalem aliquando separandum.

(c) Quibus positis, 1. vaticinia messianica, in suo *spirituali* elemento, *adamussim impleta sunt et modo quidem supereminente.*

' *Is.,* II, 4; XI, 4 sq. ; LXV, 25.
Am., IX, 8-15; *Os.,* II, 15, 18› 2P23; xb ïθ-ἰὸ, etc.

Nunquam enim ausi essent Judæi cogitare de Deo ipso homine facto, de tot et tantis gratiis per Redemptionem in Gentes effusis.

2. Elementum vero *materiale* potuit non adimpleri, quando erat tantum figura prioris elementi; si sumitur sensu proprio et litterali semper bona quæ sunt secundaria indicat; præterea notetur vaticinia quædam spectare <ad solos Judæos et esse conditionata, nempe ab eorum fidelitate erga Deum et Messiam pendentia, Quare cum Judæi Jesum Messiam reprobarint et crucifixerint, mirum non est quod prædictiones de eorum felicitate et gloria temporali, non impletæ fuerint [*].

(3) Admissa existentia et adimpletione vaticiniorum messianicorum, Judæi *agnoscere debuissentJesum ut Messiam.* Porro illum rejecerunt et crucifixerunt.

R. Judæi Jesum ut Messiam agnoscere debuissent, deficiente in ipsis obstaculo præjudiciorum, vitiorum, passionum, seu malæ voluntatis. *C.;* secus, *N.* Revera Apostoli et discipuli bene dispositi in Jesum crediderunt. Alii autem diligentes magis tenebras quam lucem, audire Christum et sequi noluerunt graviter peccando [’].

Π. — De eorum Supematuralitate

Vaticinia messianica sunt supernaturalia et divina.

Hi characteres splendent : 1.· in *vaticiniis ipsis,* 2. in *eorum adimpletione.*

434. — (A) Vaticinia messianica. *Causis naturalibus explicari nequeunt,* (a) Etenim certo prædicta fuerunt saltem tribus saeculis ante eorum impietionem. Eadem oracula annuntiant res valde complexas et intricatas, sæpe inter se maxime oppositas, quæ spectant non solum ad quosdam individuos, sed etiam ad longissimam periodum; quæ non raro desideriis Judæorum erant contrariæ; quæ sæpe pendent tum a libera voluntate plurimorum hominum, tum a divino beneplacito utpote supernaturales vel infînitæ potentiæ soli possibiles. Et tamen hæ prædictiones, non modo obscuro et incerto, sed perspicue et aliquando cum minutis circumstantiis et absque ulla errandi formidine proferuntur.

(b) Præterea prophetæ, alii aliorum inscii, varios Messiæ et ejus regni characteres séorsim ac veluti membratim

[*] *Os.,* II, 14, 15, 17, 19, 20; XIV, 2, 3, 5; *Isa.,* II, 1-4; IV, 2-6; IX, 1, 5, 6; XI, 1-9, etc. — [’] *Lue.,* XIV, 16-20;*Joan.,* XV, 22.

depingunt, in unum eumdemque finem conspirant ’. Atqui hæc vaticinia tam multa, diversa, extraordinaria et certa superant manifeste humanam sagacitatem ; aliunde eorum objectum, cîrcumstantiæ et morales fructus excludunt diabolicum interventum. Ergo Deum solum habent auctorem.

(C) Quod expresse declarant ipsi prophetæ et eorum testimonium pluries confirmatum fuit miraculis et vaticiniis, quæ, vel ipsis viventibus, vel mox postea impleta fuere[2].[3]

435. — (B) Adimpletio vaticiniorum messianicorum. (i) *Inter prophetias messianicas et earum adimpletionem* invenitur universalis et *perfecta concordia.* Atqui talis concordia fit per specialem Dei actionem, scilicet miraculum. Revera *causce naturales* eam explicare non possunt Hæc enim mirabilis harmonia non provenit : (a) *a provisione naturali prophetarum,* ut constat ex dictis (cf. n. 434), (b) *a naturali necessitate :* nam multæ res prædictæ sunt futura contingentia, aut facta extraordinaria, et in causis naturalibus non determinata; (c) *a voluntate Christi* se prophetiis adaptantis : plura enim non ab illo pendebant : v. g., ejus nativitas in Bethleem, fuga in Egyptum, resurrectio, etc. ; (d) *a casu :* etenim “ unus eventus fortuito prædictus potest per accidens verificari... Hoc fieri de duobus eventibus determinatis fortuito prædictis multo minus est probabile. Quo vero magis augentur prædictiones fortuitæ, eo magis improbabile fit eas eventu comprobatum iri; neque adeo multæ requiruntur, ut a priori moraliter certum sit rem non esse eventuram ” ’.

1 “ *Quand un seul homme auraitfait un livre desprédictions de fésus-Christ,* pour le temps et pour la manière, et que Jésus-Christ serait venu conformément à ces prophéties, *ce serait uneforce infinie,* mais il y a bien plus ici. *C'est une suite d'hommes , durant quatre mille ans, qui, constamment et sans variation, viennent, l'un ensuite de l'autre, prédire ce même avènement".* **Pascal,** *Pensées,* e'd. Havet, p. 273.

**Jerem.,* XXVIII, 16 sq. ; *Ezech.,* IV-XII; *Midi.,* I-IV; etc.

3 **C. Pesch,** t. I, n. 244. Ut enim, cum **Pescb,** rem computatione mathematica probabilitatum illustremus, supponamus viginti eventus fortuito predict, et probabilitatem contra quemlibet eventum esse 10 contra **I**; jam in duobus eventibus simul sumptis erit 100 contra 1, in tribus 1000 contra 1, in viginti 100.000.000.000.000.000.000 contra **i**; id est probabilitas est moraliter nulla. Jamvero de Christo plusquam viginti facta aut factorum cîrcumstantiæ, clare predicta et impleta sunt; ergo nulla est moralis probabil’tas eorum adimpletionem fortuitam esse, præsertim si animadvertitur hic agi de re ad salutem spectante, circa quam divina Providentia sedulo nos ab errore tuetur.

Conclusio. Attente consideratis messianicis prædictionibus atque earum adimpletione fideli atque perseveranti in sæculis, affirmare debemus : " *A Domino factum est istud* et est mirabile in oculis nostris" x!

III. — De eorum Valore Apologetico

436. — (i) Conclusiones apologeticæ. Igitur Messias est excellentior Dei legatus, ut ex ejus regno, muneribus et vita patet Porro Christus est vere Messias prophetatus, quod ex dictis probatur. Notetur Deum, saeculis decurrentibus, multa vaticinia et miracula peregisse ad ortum munusque Christi-Messiæ mundo annuntiandum et praeparandum. Ergo vel Jesus est praedilectus Dei nuntius, vel Deus dici debet testis falsitatis : sed hoc ultimum aperte repugnat. Ergo cum Philippo dicamus : " *Quem scripsit Moyses in lege et propheta invenimus : Jesum a Nazareth* "2. — Praeterea cum Christus sit a Deo missus, ejus doctrina seu religio est supematuraliter revelata et ab omnibus tenenda.

Hae conclusiones apologeticæ, firmiter fundantur in prophetiis messianicis solo lumine rationis inspectis; sed earum vis et extensio altius et facilius percipiuntur sub lumine fidei supernaturalis

437. — (2) **Usus apologeticus.** Apologeticum argumentum ex prophetiis messianicis summi pretii æstimatur jam **a** Christo et in Ecclesiæ exordio. Saepissime adhibetur : (a) a **Jesu** alloquente : Joannis Baptistae discipulos *(Matth.,* XI, 4; cf. *Is.,* XXXV, 5, 6), Nazarethanos *(Luc.,* IV, 18), Apostolos *(Luc.,* XVIII, 31; XXIV, 44), et Judaeos incredulos *(Joan.,* V, 39-46); (b) ab Apostolis : a Petro et Paulo, in *Actibus* (II, 25-32; **III,** 18; XXVIII, 23), a Stephano (VII, 52), a Philippo (VIII, 35), a Matthaeo, in ejus evangelio; (c) et etiam ab Apologetis et Patribus

' *Matth.,* XXI, 42. T3 -/17

"*Joan.,* I, 45. " La plus grande des preuves de Jésus-Christ sont les prophéties. C'est aussi à quoi Dieu a le plus pourvu; car l'événement, qui les a remplies, est un miracle subsistant depuis la naissance de l'Eglise jusqu'à la fin. Aussi Dieu a suscité des prophètes durant seize cents ans; et pendant quatre cents ans après, il a dispersé toutes ces prophéties, avec tous les Juifs qui les portaient, dans tous les lieux du monde". Pascal, *Pensées,* édit Havet, p. 273.

3 Demonstratio apologetica ex *vaticiniis Christi* infra evolvetur (Cf. η. 487·495)·

primxva Ecclesia, inter quos citari possunt S. Justinus, Origenes, S. Cyprianus, Lactantius, S. Irenæus, etc.

Nostris autem diebus, valor extrinsecus præsentis argumenti non præeminet, quia apologetæ non agunt imprimis cum Judæis Bibliam retinentibus, vel cum ethnicis coætaneis Christi qui prophetias ut signa divina accipiebant; sed cum Rationalistis qui Scripturam S. et omne miraculum a priori respuunt.

CAPUT IV

Legatio divina Christi deducitur ex ipsius Persona et Testimonio [1]

438. — Conspectus.

1° De persona Christi.
(a) *Expositio* facti Christi :
1. *Sapientia* supereminens.
2. *Sanctitas* transcendens : sive negativa; sive positiva : erga Deum, proximum et seipsum.
(b) *Supernaturalitas* hujus facti et *valor apologeticus.*

2° De testimonio Christi.
Prænotiones.
(a) *Expositio* testimonii, durante Christi vita.
(b) *Veracitas* ejus : Jesus non fuit *deceptor* nec *deceptus.*
Scholion. Falsæ sententiae.
(c) *Conclusiones apologetica.*

In elapsis saeculis, propheticum magisterium commonstrat divinum Christi munus; porro eadem conclusio defluit ex *personæ* et *testimonii Jesu* consideratione. Unde *duplex* articulus : i. *de persona,* 2. *de testimonio Christi.*

1 Monsabré, *Exposition du dogme* 33e confér.; Lacordaire,' 37e confer.; Besson, *L'Homme Dieu,* 14e confér. ; L. Picard, *La transcendance de Jésus-Christ,* Paris, 1905; Schwalm, *Le Christ d'après S. Thomas,* Paris, 1910; L. de Grandmaison, *Jésus-Christ,* in *D. A.,* col. 1376-1391; V. Noort, *De Christus,* Amsterdam, 1914; DD. Chollet, *La psychologie du Christ,* Paris, 1903; H. Felder, *Die Heiligkeit Jesu,* Paderborn, 1921 ; J. B. Bord, *L'Apologétique par le Christ,* Avignon, 1923; M. Tuai, *Jésus-Christ son propre apologiste,* Paris, 1924; *Les Apôtres, apologistes du Christ,* Paris, 1926; G. de Raucqurt, *La vérité sur Jésus de Nazareth,* Paris, 1935.

d'fa.

ARTICULUS I

De Persona Christi

Jesus indubitanter apparet tanquam mundi centrum, ita ut anni jam numerentur ante et post ejus nativitatem elapsi. Ejus vero influxus universum mundum pervadit, dimanans ab ejus *transcendenti persona*[1], quam læti cum attentione et reverentia contemplamur.

439. — Status quæstionis.

(a) Scopus. De *intima Christi natura* aliter alii sentiunt. Quidam eum habent ut hominem eximium, ordinis socialis instauratorem; alii, ut virum piissimum vel etiam ut prophetam. Quidam vero eum odio et contemptu prosequuntur. Ecclesia autem catholica, una cum variis ecclesiis orientalibus et Protestantibus veteribus, cum Simone Petro, agnoscunt Jesum esse *Christum Filium Dei vivi*[3], divinum legatum in ordine religioso. Hoc probare intendimus ex *sublimi excellentia* Christi præsertim in sapientia et sanctitate.

Hoc argumentum utiliter exponitur ante alias theses de supernatural! missione Christi : nam convictionem affert et simul ad Jesum amandum et audiendum inflammat affectum.

(b) Errores. Rationalistæ *radicales* declarant blasphematorie Christum fuisse degeneratum et depravatum hominem. *Moderati* vero eumdem laudibus extollunt, sed religiose hallucinatum affirmant; quod ab ipsis diverse exponitur.

(e) Catholica doctrina. Pius ix Christi vitam et sapientiam inter criteria veræ religionis enumeravit ·. Et ipse *Jesus* hoc signum Judæis indicavit*

440. — Thesis. Ex Christi sapientia et sanctitate sublimi deducitur ejus divina legatio. Theologice *certum.*

[1] Vox *persona* hic non sumitur *sensu philosophico* vel *theologico* (theologice enim persona Christi est Verbum Dei incarnatum); *sed sensu vulgari,* quatenus designat Jesum Nazarenum qualis apparuit coævis suis, quoad *indolem* et *sancti· taleniy* aliosque aspectus quibus ab omnibus cujuscumque epochæ hominibus secernitur. — ' *Matth.,* XVI, i6.

▮ D. B., 1638.

**Joan.t* XIV, 6.

Ad quod probandum proponemus : i. *sapientiam* et *sanctitatem* Christi, 2. hujus facti *supernaturalitatem* et *valorem apologeticum.*

I. — Expositio Sapientiae et Sanctitatis Christi

Declaratur Christi : i. *Sapientia,* seu complexus qualitatum in *intellectu;* 2. *Sanctitas,* i. e., complexus virtutum in *voluntate;* ita ut Jesus apparet plenus gratiae et veritatis [1].

441. — i° Sapientia supereminens Christi, (a) Eam mirati sunt : i. *doctores* in templo, quando annos duodecim natus Jesus ascendit Jerusalem[2]; 2. *Scribæ,* qui non audent eum amplius interrogare [3]; 3. *turbæ,* quæ mirabantur in verbis gratiæ quæ procedebant ex ore ejus [4]; 4. *ministri* Pharisæorum missi ut eum apprehenderent [5].

(b) Hæc sapientia[6] fulget in ejus doctrinæ *harmonia mirabili,* quæ unit altissimas speculationes cum prudentissimis agendi regulis. Evangelium Christi gaudet *sublimitate* simul et *simplicitate* : 1. *Sublimitate* nam hodie etiam doctissimi illud scrutantur ad mentem Christi penitus investigandam, ibique solutionem inveniunt omnium problematum circa Deum, hominem, vitam futuram; nemo non miratur ethicam a Domino prædicatam. 2. *Simplicitate* : altissimas enim veritates modo concreto et populari exponit, ita ut simplices et indocti in eis lumen et solatium simul inveniant.

(c) Christi sapientia apparet etiam in *acumine,* perfecta *rectitudine* et *æquilibrio* ejus mentis, quæ difficillimas quæstiones suaviter solvit, et tranquilla manet in prosperis et in adversis. Ita Scribis qui adducunt mulierem adulteram, ut possent eum nimiæ severitatis aut violatæ legis insimulare, acute respondet[7] ; "Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat". — Pharisæis et Herodianis quærentibus de censu Cæsari debito, Jesus ait : " Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei, Deo " [8]. —

[1] *Joan.,* I, 14. — [2] *Luc.,* II, 47; IV, 32; *Matth.,* XXII, 22, 23; VII, 28.
[3] *Luc.,* XX, 39, 40. — [4] *Luc.,* IV, 22. — [5] *Joan.,* VII, 46.
[6] A. Bovet, *De la science de J. C. comme argument apologétique,* Friburg. Br., 1895.
[7] *Joan,'* VIII, 7. — [8] *Matth.,* XXII, 15-21.

Confundit Sadducæos contra resurrectionem arguentes [1], aut legis doctores de maximo mandato interrogantes[2]. Quare notat evangelista [3] : " Et nemo poterat ei respondere verbum ".

(d) Tandem Christus sapientissimus conjungit *auctoritatem* cum *mansuetudine et humilitate.* i. *Auctoritatem* exhibet, quæ Deo ipsi convenit : " *Creditis in Deum et in me credite"* et conscientiis imperat et a turbis agnoscitur.

2. Et simul Jesus *mansuetudinis* et *humilitatis* spiritu gaudet, qui totum pervadit evangelium. Etsi enim perfectam sui abnegationem postulet, id non aspere, sed *suaviter* requirit : " Tollite jugum meum super vos, et discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris : jugum enim meum suave est et onus meum leve " [4].

442. — 2° Sanctitas transcendens Christi. Hæc est simul *negativa,* i. e., omnem defectum excludens; et *positiva,* nempe colens omnes virtutes.

(1) Sanctitas *negativa,* (a) Jesus enim immunis fuit *ab omni peccato,* ita ut infensissimis *inimicis* fidenter dicere potuerit, nemine contradicente : " Quis ex vobis arguet me de peccato? "[5] Nec Pharisæi et Scribae, nec Judas proditor, nec Herodes et Pilatus aliquam fragilitatem, passionem malam aut culpam in Christo invenire potuerunt, et Synedrium ut Jesum accuset falsis testimoniis indiget[6], (b) Immo immunis fuit etiam ab illis *defectibus,* quos apud viros eximiae sanctitatis reperire est, ita ut nihil unquam quod de eum *culpis propriis* pcenitere posset habuerit, Quod factum in historia unicum est.

(C) Et ejus *intimiores discipuli* nullam in eo labem detexerunt : " Qui *peccatum non fecit, nec inventus est dolus in*

[1] *Mallh.*. XXII, 23.32. — [2] *Matlh.*. XXII, 34.40. — [3] *Maith.,* XXII, 46.

[4] *Maith.*. XI, 29, 30. Qaod intellexit *rationalista* P. Janet*, *Histoire de la Philosophie Morale.* i860, t. I, p. 212 : "Je répète que ce qu'il y a de nouveau dans la morale chrétienne, c'est l'accent : c'est par là que les paroles du Christ pénétraient jusqu'au plus profond de ces âmes grossières, et les renouvelaient; il savait parler aux misérables, soit par le corps soit par Fame, il avait des paroles exquises, rafraîchissantes, consolatrices"...

[5] *Joan.*. VIII, 46.

[6] *Maith.*. XXVI, 59; *Marc.*. XIV, 57.

*ore efus*l... Qui *non noverat peccatum* Et *peccatum in eo non est*3... Tentatum autem per omnia pro similitudine, *absque peccato*" 4. (d) Tota Jesu vita essentialem oppositionem adversus peccatum manifestat : prædicat pœnitentiam, minatur peccatis, educit homines e peccato atque moritur in remissionem peccatorum.

443. — (2) Sanctitas *positiva.* Jesus est exemplar omnium virtutum gradu heroico, quas exercet in officiis suis erga *Deum, proximum* et *seipsum.*

(a) Erga Deum, i. quem ut Patrem prosequitur filiali *amore* maxime effectivo. Ad Patrem se vertit in *oratione* continua, præsertim in sollemnioribus vitæ suæ circumstantiis, in baptismo, ante Apostolorum electionem, in confessione Petri, in transfiguratione, in agonia et ante mortem 5. Per integras noctes Deum precatur. Habemus specimina varia dominicæ orationis : "Pater noster...6, Confiteor tibi...7, Pater, clarifica...8, Abba, Pater..."9, etc. Nunquam in his orationibus apparent timor aut verecundia, quæ etiam purissimos homines, dum Deum deprecantur, afficit. 2. Jcsus *gloriam Patris* indesinenter quærit : " *In his quæ Patris mei sunt opportet me esse...* Ego autem *non qucero gloriam meam,...* sed *honorifico Patrem* " lo· 3· Quare ejus voluntas habet absolutam et universalem *conformitatem aim Patris voluntate,* usque ad calicem passionis et mortis crudelissimæ : " Meus cibus est *ut faciam voluntatem ejus qui misit me,* ut perficiam opus ejus... Ego quæ placita sunt ei facio semper " ".

(b) Erga proximum Christus exercet miram caritatem, quæ est : i. *Universalis,* se ad omnes protendens sive Judæos, sive Gentiles; speciatim pusillos, pauperes, infirmos, peccatores et inimicos; sic Judam proditorem amicum vocavit et pro persecutoribus in cruce oravit n. 2. *Operativa :* Jesus

* ⁄ *Petr.,* II, 22. — 9*II Cor.,* V, 21. — * *I Joan.,* Ill, 5. — ‹ *Hebr.,* IV, 15.

s *Luc.,* Ill, 21; VI, 12; IX, 18, 28; XXII, 42; XXIII, 34-46.

6 *Maith.,* VI, 9 sq. — *1 Maith.,* XI, 25 sq. — 8*Joan.,* XVII.

5 ἀββά ὁ πατήρ. *Marc.,* XIV, 36. Cf. *Pom.,* VIII, 15, *Gal.* IV, 6. Hæc oratio verba ipsius Jesu tradit

,o *Luc.,* II, *49·, Joan.,* VIII, 49. — *Joan.* VIII, 29.

" *Maith.,* XI, 28; XIX, 14; XXIII, 37; XXVI, 50; *Luc.,* V, 32; VII, 37-49; XV, 4; XXIII, *w, Joan.,* VIII, IO-II; XI, 36; XIII, 23, 32 etc.

enim transiit benefaciendo, infirmos sanando, mortuos suscitando, peccatoribus veniam concedendo, et etiam pro inimicis vitam suam offerendo ». 3. *Constans* et *invicta :* " Cum dilexisset suos qui erant in mundo, *in finem dilexit eos"*[2]. Revera ejus amorem neque ingratus neque infensus hominum animus minuere potuit, sed omnibus etiam persecutoribus copiam sanctificationis præbuit. 4. *Nec vitio indulgens :* nam quando de gloria Dei, de veris Patris consiliis, de salute et sanctitate animarum agitur, increpat discipulos, Pharisæos aut alios cum maxima libertate[3].

444. — (c) Erga seipsum. Inter Christi virtutes personales eminent : 1. *Feracitas* perfecta, quam Jesus commendat : "Sit autem sermo vester : est, est; non, non"[4]. Sincere agit cum *discipulis* quorum vitia reprehendit[5], sincere agit cum *multitudine,* secreta eorum manifestans, aperteque docens amorem crucis suique abnegationem esse fundamentum suae religionis[6];* sincere agit cum *inimicis* et *persecutoribus,* quorum pravitatem aperte denuntiat[7]; *ita* ut ipsa die qua mortuus est merito dicere potuerit : "*Ego* in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum ut testimonium perhibeam veritati"[8].*

2. *Humilitas* et *abnegatio* summa : per triginta annos in obscuritate manet parentibus oboediens[9], Caesaris legibus sese subdit[10], prohibet ne miracula sua divulgentur[11], fugit quando multitudo regem vult eum facere, sæpe saturatur opprobriis libere acceptis; et merito discipulis dicere potest : " Discite a me quia *mitis sum et humilis corde* "[12].

3. *Fortitudo heroica* Christi mirabiliter splendet in tentationibus, calumniis et persecutionibus, in laudibus et turbarum enthusiasmo erga ipsum, et denique in horrendis passionis et crucis doloribus.

4. *Castitatem eximiam* Jesus prædicat et colit; et prædilectionem circa virginitatem manifestat.

[1] *Joan.,* XV, 13; *Rom.,* V, 8-9. — [2] *Joan.,* XIII, 1.
[3] *Marc.,* VIII, 33; XI, 15-17. — [4] *Matth.,* V, 37.
[5] *Marc.,* VIII, 33; XVI, 14; *Luc.,* IX, 55; XXIV, 25.
[6] *Joan.,* VI, 26; *Luc.,* XIV, 26; *Matth.,* XIX, 29.
[7] *Matth.,* XI, 20; XXIII, 1-36. — [8] *Joan.,* XVIII. 37.
[9] *Luc.,* II, 49, 51. — [10] *Matth.,* XVII, 24-26.
[11] *Matth.,* IX, 30. — [12] *Matth.,* XT,

5. In omnibus et singulis virtutibus ita eminet Christus, ut difficile admodum sit dicere quænam in eo præstantissima fuerit. " Ipse est justus sine duritia, benignus sine debilitate, mitis sine timiditate, humilis sine sui abjectione, modestus sine affectatione, indignans sine iracundia. Christus Jesus est perfectissimum exemplar sanctitatis, in quo pura ac simplex virtus sine ullo nævo ac defectu, in summo gradu " [1].

Uno verbo, Jesus complexum omnium virtutum possidet, ita ut in ipso harmonice socientur virtutes aut dispositiones, quæ alibi oppositæ videntur : v. g., justitia et misericordia, humilitas et magnanimitas, fortitudo et teneritas, amor vitæ et odium ejusdem, gaudium exsultans et dolor maximus. — Ergo omni modo Christus *sapientia et sanctitate genus humanum transgreditur* [2].

II. — Hujus facti Supernaturalitas et Valor Apologeticus

445. — (1) **Supernaturalitas.** Apud populos antiquos et recentes, invenimus, ex una parte, homines qui scientiam imperfectam in re morali cognoscunt, sed nullum qui doctrinam religiosam completam et sine errore docuerit; ex alia vero parte, viros cum vitiis et defectibus multis et præditos virtutibus paucis; sed nullum qui vitam sine imperfectione morali perseveranter peregerit. Econtra Christus sapientia et sanctitate supereminet. Sed nemo potest, absque speciali Dei protectione, colere omnes simul virtutes gradu summo, miro ordine conjunctas, per totam vitam et sine ulla intermissione : quod clarius patet, si attendatur hominis propensionibus malis et innatae inconstantiae. Ergo persona Christi, praesertim ratione ejus scientiæ et sanctitatis, est miraculum ordinis intellectualis et moralis excedens vires naturales.

1 L. de Grandmaison, *art. Jésus Christ,* in *D. A.,* col. 1377, 1378.

3 " Il n'y a qu'un nom que vous ne puissiez comparer à aucun autre, il n'y a qu'un saint au-dessus de tous les saints : c'est le Saint des saints, c'est Jésus Christ". DD. Besson, *L'Homme-Dieu,* 8e Conf. — "Si la vie et la mort de Socrate sont celles d'un sage, la vie et la mort de Jésus sont celles d'un Dieu ". Rousseau, *Emile,* l. IV.

446. — (2) Valor apologeticus. (a) Persona et vita Jesu constituunt supernaturale factum ». Igitur Deus ipse assistit miraculose Christo, qui tam sublimem et simplicem doctrinam prædicat, tam auctoritative et mansuete loquitur, tam sancte vivit, quia a Deo missus fuit et quæ a Deo audivit hæc et nobis retulit[2]. Præterea ejus existentia connectitur cum Christianismo quem instituit. Atqui Deus miraculum ad imposturam approbandam peragere non valet. Ideo supereminens sapientia et perfectio moralis Jesu sunt velut divinum sigillum de divino ortu ejus missionis et religionis.

(b) Et revera ipse *Jesus* ad vitam suam provocavit ut homines in Eum crederent Judæis enim publice declarat cognitionem suiipsius esse necessariam ad Patrem cognoscendum [3]; et Apostolis in cœnaculo ait : " Ego sum via et veritas et vita. Nemo venit ad Patrem nisi per me. *Si cognovissetis me,* et Patrem meum utique cognovissetis " [4]. (C) *Judæi* immo et *Samaritani* hujus argumenti valorem intellexisse videntur [5]. Et *Patres* personam Christi apologetice descripserunt sive tractando de prophetiis messianicis in ipso adimpletis, sive directe, ita S. JOANNES CHRYSOSTOMUS. Quorum viam recentes apologetæ fideliter ingressi sunt[6].

ARTICULUS II

De testimonio Christi [7]

Christus se missum a Deo sæpissime testatus est verbis et factis, doctrina et vita, miraculis et sanguine. Hic agitur

'Quam Christi *transcendentiam* ita agnoscit E. Stapfer *Jésus-Christ pendant son ministère,* 1896, p. 351 : " En présence d'un tel être, d'un être qui a eu une telle grandeur morale et une telle compassion, qui a possédé une conviction aussi absolue, qui a eu des exigences aussi inouïes, qui a montré un dévouement aussi entier, et qui a joui d'une vie en Dieu et par Dieu si profonde, si intense, si évidemment certaine, le mot de Thomas n'est pas trop fort, et il s'échappe de nos cœurs et de nos lèvres : nous jetons devant Jésus ce cri d'obéissance et d'adoration : Mon Seigneur et mon Dieu ! "

[2] *Joan.,* V, 30; VII, 16-18; /./«., X, 16. — [3] *Maith.,* XI, 27-30.

[4] *Joan.,* XIV, 6, 7. — [5] *Maith.,* VII, 28; *Joan.,* IV, 41; VII, 46.

[6] S. Joan. Chrysost, *In Joan.,* hom. 35, 1; *P. G.,* t. I.IX, c. 199; cf. Origenes, *C. Celsum,* II, 42; *P. G.,* t. XI, 862, 965-970.

[7] Brugère, n. 74 sq. ; Pesch, n. 141 sq. ; Hervé, n. 184 sq. ; Tromp, *op. cil.,* p. 168-179; L. de Grandmaison, art. *Jésus-Christ,* in *D. a'* col. 1337-1361. Lepin, *Jésus, Messie et Fils de Dieu,* Paris, 1910; J. B. Bord' *L'apologétique par le Christ,* p. 53-121.

tantum de *orali testimonio Christi relate ad ejus divinam legationem,* considerato in se, non autem ut miraculis extrinsece confirmato.

Prænotionibus de Christi testimonio positis, explanabitur ejusdem testimonii : i. *expositio,* 2. *veracitas.*

Prænotiones de Christi testimonio

447. — (i) Testimonium Christi. Hic refertur exclusive testimonium circa religiosam Christi missionem quæ a Deo immediate et positive oritur. In hoc testimonio, doctrina messianica primum locum tenet : nam apud Judæos nota erant vaticinia de persona, muneribus et titulis Messiae, imo de ejus regno extraordinario. Quapropter saepissime Jesus, variis modis, se declarat Messiam nempe legatum omnino a Deo praedilectum ;* cum missione religiosa universali non particulari, spirituali et non politica, externa simul et interna, terrestri simul et caelesti.

448. — (2) Historicitas hujus testimonii minime negari potest (a) Adversariorum hypotheses *fundantur* non in objectivis argumentis, sed solum in eorum praejudiciis de impossibilitate miraculi et supernaturalis missionis Jesu. (b) Aliunde *contradicunt factis.* Facta enim et declarationes Christi de sua legatione ita cum integra narratione connectuntur, ut, illis sublatis, tota evangelii tela descissa maneret, prout constat ex multis locis quæ allegavimus. Qui igitur evangeliorum genuinitatem quoad substantiam admittunt, sine aperta contradictione testimonium Christi de divina sua legatione rejicere nequeunt'. (c) Praeterea certum est Apostolos nunquam dubitasse de mente Christi quoad ejus legationem divinam, et jam, ab initio suæ praedicationis in Jerusalem, diserte affirmasse Christum esse Messiam. Ita *Petrus* ad Judæos : " *Certissime sciat* ergo omnis domus Israel, quia et Dominum eum et *Christum,* (id est *Messiam,* secundum modum loquendi Judæorum),^«7 *Deus huncJesum,* quem vos crucifixistis"[3].

449. — (3) Œconomia hujus testimonii consistit in ipsa manifestatione progressiva et prudentissima suæ messianitatis a Christo

' S. Tromp, *op. cil.,* p. 169-173; M. J. Lagrange, *L'Evangile de J. C.,* Paris, 1930.

3 Ita Harnack*, *Essence du christianisme,* p. 160-161; J. Weiss*, *Die Predigt fesu vont Reiche Gottes,* 2* ed., 1900, p. 64; Stevens*, *The Teaching*

J *Act.,* II, 36; cf. *Act.,* III, 13-26; IV, 10-12; XIII, 27, etc. Cf. verba Pauli : *Act.,* IX, 22; XVII, 3; XVIII, C; Apostolorum omnium : *Act.,* V, 42.

facta. Jesus ab initio suam divinam missionem certo cognovit, quam puer duodecim annorum in Templo declarat. Neganda est igitur ejus conscientiæ messianicæ *objectiva evolutio.* Sed quædam *evolutio* in *hujusmodi conscientia manifestatione* ad Apostolos et populum admitti debeL Revera sicut magister sapientissimus æque patiens et peritus, gradatim doctrinam tradit postquam auditorum mentes præparaverit; ita Jesus, cum Judæi Messiam temporalem et politicum exspectarent, prudenter hos falsos conceptus primum corrigit et postea tantum se esse Messiam prænuntiatum a prophetis apertius declarat

450. — (4) Errores. Ex adversariis, quidam *rigidiores* declarant Jesum nullam messianitatis suæ conscientiam habuisse, ita *Wellhausen, Wrede, Martineau, Havet.* Plurimi vero *mitiores,* eam in Christo admittunt, sed naturaliter explicant, licet diverso modo : alii, in sensu ethico, ut acumen perfectissimum interioris sensus paternitatis divinæ : ita *Harnack, A. Sabatier, Barth;* alii in sensu eschatologico, ita generatim *Modemista,* juxta quos, Jesus suum gloriosum adventum in sæculi fine prædicavit (Cf. n. 630 sq); alii, ut quamdam evolutionem a conceptu ethico ad conceptum eschatologicum, vel a conceptu politico ad conceptionem religiosam : ita *A. Holtzmann.*

451. — Thesis. Testimonium Christi de sua divina legatione ipsam vere demonstrat. Theologice *certum.*

bnOMMEKWH. GENERALE.

Christus pluries se affirmavit divinum legatum. Atqui ejus testimonium est fide dignum. Ergo.

Major praebet hujus testimonii *expositionem historicam ; minor* vero, ejusdem *veracitatem :* quæ successive sunt proponenda.

I. — Expositio Testimonii Christi

452. — Christus sæpissime declaravit se esse Messia H seu Dei legatum 2. Historice *certum,* theologice *de fide.*

Ecclesiae magisterium.

De fide est Christum esse Messiam a prophetis praedictum. Pius X damnavit modernisticos errores de origine

J. B. Frey, art. Az *conjlit entre le messianisme de Jésus et le messianisme des fuifs de son temps,* in *Biblica,* 1933, P· I33"I49-

' Notetur Christum esse non tantum divinum legatum, sed etiam verum Deum. Quare explicatur cur, in ejus verbis et operibus, multa sunt, quæ merus Dei legatus nec dicere nec facere potest.

et evolutione conscientiæ messianicæ in Christo. Ita in Dccret. *Lamentabili,* prop. 28 : "Jesus, cum ministerium suum exercebat, non in eum finem loquebatur ut *doceret se esse Messiam, neque, ejus miracula spectabant ut id demonstrarent* " ».

Probatur. In historicis Christi declarationibus, ex evangelio relatis, **tria sunt stadia chronologica** : **i.** *pars prior* publicæ vitæ, 2. *ultimus* ejusdem *annus, y post resurrectionem.*

453. — i° *Pars prior publicæ vitæ.* Christus mentes auditorum præparat, docendo Messiam a Deo missum esse, non quidem ad temporales triumphos reportandos, sed ad regnum Dei spirituale veramque religionem instaurandam. Declarationes ejus messianicæ præcipue intersunt : 1. *in sua ratione agendi,* 2. *in suis sermonibus.*

(A) In sua ratione agendi. Christus sæpissime agit ut Messias seu Dei legatus : apparet enim tanquam : 1.*prædicator,* 2. *magister,* 3. *legislator,* 4. *thaumaturgus* novi regni messianici.

(a) *Prædicat* regnum Dei cujus proxima instauratio in poenitentia est præparanda : "Appropinquavit regnum Dei : poenitemini, et credite evangelio "2. Hoc autem esse messianicum regnum a Judæis exspectatum etiam adversarii fatentur.

(b) *Magister,* vocat et instruit discipulos, ut et ipsi regnum Dei prædicent; ex his duodecim eligit, quos et Apostolos nominat; eis confert potestatem signa patrandi, et postea illos mittit prædicare regnum Dei 3.

(C) *Legislator,* divina auctoritate præditus, antiquam legem a falsis rabbinorum interpretationibus expurgat, eamque *proprio nomine* complet et perficit : "Dictum est antiquis... *Ego auteni dico vobis*" ;* ita ut mirarentur turbæ super doctrina ejus.

(d) *Thaumaturgus,* multa miracula patrat ad suam divinam missionem confirmandam, ut postea ostendemus. (Cf. n. 467-477)

454. — (B) In suis sermonibus. Jesus se tanquam Messiam profitetur verbis : 1. tum *cequivalentibus, 2.* tum *explicitis.*

(1) **Æquivalentibus** verbis Christus suam messianitatem affirmat, quando asserit se esse : 1. *Filium hominis,* 2. *Dominum*

F

E

' D. B., 2028; cf. 2035, 2077, 2088. — 1 Λλιζτ., I, 15; cf. *Matth.,* IV, 17 J *Matth.,* IV, 18-22: X, 1-8; *Marc.,* I, 16-20; III, 13-19; VI, 7; *Lu.*

sabbati, 3. *Eum qui venturus est,* 4. *super quem requiescit Spiritus Domini.*

(a) *Filium hominis* se esse dicit Jesus. Hic titulus ab ipso prædilectus invenitur in Matthæo, 32 vicibus; in Marco, 14; in Luca, 27; in Joanne, 12; in Actibus, uno loco : VII, 56; nunquam vero in Epistolis. Jesus ipse solus et de se solo hac appellatione utitur in sensu messianico, qui deducitur : tum ex Daniele (VII, 13, 14) a quo mutuari videtur; tum sæpius ex evangelio : v. g., quando refertur testimonium Christi coram synedrio [x].

(b) *Dominum sabbati*[2] se affirmat Christus, ideoque sibi competit potestas plus quam humana; igitur est plus quam Jonas et Salomon [3], plus quam David[4], nempe magnus propheta, Messias exspectatus.

(C) Discipulis Præcursoris quaerentibus num ille esset *qui venturus erat,* Jesus respondit : " Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur. "[5] Porro hæc verba nihil aliud sunt nisi impletio vaticinii Isaiae[6] de Messia, ita ut sensus sit : ex operibus meis colligere potestis me esse vere Messiam.

(d) Pariter, in synagoga Nazareth, postquam legerat verba Isaiae circa Messiam : " *Spiritus Domini super me"* [7], etc., coepit Christus dicere ad illos[8] : " Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris ", ita innuens se esse Messiam.

455. — (2) Explicitis verbis, præsertim apud Joannem Christus declarat se esse *Filium Dei a Patre missum, Messiam cui competunt jura messianica.*

(a) In sermone cum *Nicodemo,* qui propter ejus miracula crediderat in Eum, Jesus aperte asseruit se *Filium Dei unigenitum* de coelo descendisse, in quem omnes credere debent ad aeternam vitam habendam : " Nemo ascendit in coelum, nisi qui *descendit de calo,* Filius hominis *qui est in calo...* Sic enim Deus dilexit mundum, ut *Filium suum unigenitum* daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam "[9].

(b) Nec aliter ad *Samaritanam* locutus est; cum enim hæc dixisset : "Scio quia *Messias* venit, qui dicitur Christus; cum ergo

[x] *Matth.,* XVII, 12; cf. IX, 6; XVI, 27; *Luc.,* XVIII, 31.
[1] *Marc.,* II, 28; *Matth.,* XII, 8. — [3] *Matth.,* XII, 41-42.
[4] *Marc.,* XII, 35-37. — [5] *Maith.,* XI, 4-5; *Luc.,* VII, 22-23. — [6] *ha.,* XXXV, 5.
[7] *Isa.,* LXI, 1-2. — [8] *Luc.,* IV, 21-25; d· *Maith.,* XIII, 54-57; *Marc., NI, /.*4.
[9] *Joan.,* III, 13-18.

venerit ille, nobis annuntiabit omnia"; respondit ei Jesus : *u Ego sum,* qui loquor tecum ” : sic plane docens se esse Messiam, a Judæis et Samaritanis exspectatum, specialemque Dei legatum ’.

(C) Post curatum paralyticum ad probaticam piscinam die sabbati, accusatus quasi violaret sabbatum, respondit sibi jus esse operandi in illa die, sicut Patri licet; deinde *sibi vindicavit omnia jura qua Messia competebant,* videlicet potestatem ea omnia faciendi quæ Pater ipse operatur, potestatem mortuos suscitandi et omnes homines judicandi; simulque pluries affirmavit se a Patre missum fuisse ’.

456. — 2° *Ultimo vitæ suæ anno,* cum auditores praeparati erant et mors jam urgebat, Christus suam divinam missionem clarius annuntiat : i. *ante Passionem, 2. in tempore Passionis.*

(A) Ante Passionem, *discipulis* et *populo* legatum Dei se exhibet, aperteque ut *Messias agit.*

(a) *Discipulis* primum sese ut *Messiam* præbet Christus. Ab eis siquidem quæsierat : ‘‘Vos autem quem me esse dicitis?" Respondens autem Simon Petrus dixit : ‘‘Tu es Christus Filius Dei vivi”, græce : ὁ Χριστὸ ὁ υιὸ τοϋ Ζώντο ; quæ verba saltem significant Jesum esse vere Messiam. Jamvero Christus ipse hanc declarationem approbavit, dicens eam non a carne et sanguine, id est, a ratione, sed a Patre cælesti fuisse inspiratam 3; ergo diserte confessus est se esse Messiam.

(b) *Populo* postea *missionem suam* manifestat, i. Cum esset in Jerusalem, ascendit Jesus in templum et docebat, et, cum mirarentur Judæi, respondit ἐis· ‘‘Mea doctrina non est mea, sed ejus *qui misit me*... Et me scitis, et unde sim scitis, et *a me ipso non veni,* sed est verus *qui misit me,* quem vos nescitis. Ego scio eum, quia ab ipso sum, et *ipse me misit”.* 2. Sequenti autem die, clarius declaravit se a *Patre* missum fuisse : “ Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, et testimonium perhibet de me, *qui misit me Pater”;* ‘‘Ego enim *ex Deo processi,* et *veni,* neque enim a meipso veni, sed *ille me misit ”5.* — Legantur duo illa capita Joannis, septimum scilicet et octavum, et luculenter constabit Christum non potuisse disertius suam divinam missionem affirmare.

′/ΛΙΛ.» IV, 25, 26.
2 *Joan.*, V, 19-46.
3 *Matth.,* XVI, 13-19; cf. *Marc.,* VIII, 27-29; *Luc.,* IX, 18-20.
4 *Joan.,* VII, I4’29·

(C) *Aperte* ut Messias *agit:* triumphator ingreditur in Jerusalem, clamantibus pueris : .*Hosannafilio David;* et tunc, murmurantibus Pharisæis, respondit ita impleri Scripturas. Sequentibus vero diebus templum purificat venditores ejiciendo, et in templo docet sicut Messias, prout aperte declarat magistratibus interrogantibus in qua potestate hæc ageret

457. — (B) Tempore Passionis. Christus non minus clare locutus est coram : i. *Synedrio,* **2.** *Pilato.*

(a) Coram *Synedrio.* Cum enim nullum testimonium inveniri posset quo Jesus condemnaretur, princeps sacerdotum surgens ait illi: ‘‘Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es *Christus Filius Dei".* Dicit illi Jesus : “ *Tu dixisti;* verumtamen dico vobis, amodo videbitis *Filium hominis* sedentem a dextris virtutis Dei, et venientem in nubibus cæli ” ’. Porro, his verbis, Christus significabat saltem se esse *Messiam :* tum quia verba *Christus* (ο χριστό) et *Filius Dei* in singulari numero hanc certe significationem præ se ferunt, tuum quia sibi vindicat jus sedendi ad dexteram Patris et homines judicandi λ Præterea propter hanc declarationem, reus mortis judicatus est; porro ineptum fuisset tamquam reum mortis condemnare eum qui Filium Dei *adoptivum* sensu ordinario sese dixisset. Ergo Judæi intellexerunt Christum seipsum declaravisse *Filium Dei,* saltem sensu *messianico.* Aliunde Christus hanc interpretationem confirmavit libenter mortem accipiendo, sicque proprio sanguine testimonium sigillavit; ergo aperte coram magistratibus suam divinam missionem declaravit.

(b) Coram *Pilato,* Christus confessus est se esse *regem Judczo-ttm* quæ appellatio certe messianica erat.

458.— 30 *Post resurrectionem suam,* discipulis de divina ipsius missione dubitantibus apparet, ut eos in fide confirmet.

i. Ita duobus discipulis qui, Emmaus, mortem ejus lamentabantur, dixit : “ Nonne hæc oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam? Et *incipiens a Moyse et omnibus prophetis,* interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de *ipso* erant ” s. Sic enim affirmat se *Messiam* esse cujus passionem et mortem prophetæ annuntiaverant. 2. Similiter undecim Apostolis congregatis dixit : “ *Sicut misit me Pater,* et ego mitto vos ” 6. Ergo missus fuerat a Patre, et quidem cum munere Apostolos instituendi, qui evangelium per totum orbem prædicarent.

' *Maith.,* XXI, 1-27.

’ *Matth.,* XXVI, 62-66; cf. *Marc.,* XIV, 60-64· Textus *Marci,* in græco formam aramaïcam retinuit.

’ Cf. *Fs.* CIX; *Dan.,* VII, 13. — « *Matth.,* XXVII, 11.

5 *Luc.,* XXIV, 13-53. — 6*Joan.,* XX, 21; cf. *Matth.,* XXVIII, 18-20.

Conclusio. Clare ergo *Christus Messiam* se esse declaravit, definitivum regnum Dei inchoaturum; uno verbo, verum Dei præconem ad homines missum.

Nec dicatur : *Testimonium alicujus de se ipso non valet.* Ergo Christi testimonium non probat ejus divinam missionem. — Resp. *Dieting, antec.* Testimonium alicujus de seipso non valet in causa judiciali. *C.;* in causa extrajudiciali : *Subdist. :* si caret qualitatibus requisitis. *C.;* si eas possidet. *N.* Sed Christi testimonium extrajudiciale gaudet scientia et veracitate debitis, quod statim probatur.

II. — Veracitas Testimonii Christi

459. — Testimonium Christi de ejus divina missione fide dignum est. Historice *certum,* theologice *de fide.*

1° Probatur. Hoc testimonium est fide dignum, si Christus non fuit nec *deceptor,* nec *deceptus :* nam valor alicujus testis provenit ex ipsius *veracitate* qua non fallit, et *scientia* quæ non fallitur. Atqui Christus nec *deceptor,* nec *deceptus* fuit. Ergo.

(A) Christus non fuit deceptor vel impostor. Revera hypothesis contraria repugnat : (a) indoli Jesu qui amantissimus fuit veritatis, sinceritatis et humilitatis : (b) ejus mirabili sanctitati : nam hoc mendacium fuisset scelestissimum crimen : i. adversus *Deum,* cujus attributa negaret legemque mutaret, cui religionem et doctrinam falsam tribueret, et a quo genus humanum averteret; 2. adversus *homines* quos seducens privatim vel publice, in viam erroris et malitiæ dirigeret et amissioni salutis æternæ exponeret. Certe Christus, qui fuit perfectissimum sanctitatis exemplar, hoc nefandum scelus, per suam vitam publicam integram, non commisit. Tali evidentia compulsi, adversarii fere omnes agnoscunt hodie Jesum falsitatis suarum declarationum non conscium fuisse.

460. — (B) Christus non fuit deceptus.

(1) Mulli *Rationalistce,* ita *Renan* et *Harnack,* Jesum affirmant falso persuasum se divinum legatum fuisse, et hanc opinionem variis modis explicare tentant.

(2) Sed *immerito.* Etenim hæc falsa Christi persuasio fuit vel perpetua : quod est amentia ; vel transitoria : quod est

hallucinatio. Porro nec *amentia,* nec *hallucinatio* Christo tribui possunt, ex documentis evangelicis.

i° Non amentia. Revera Christi dotes intellectuales, modus loquendi cum amicis, inimicis vel populo, doctrina sua sublimis et harmonice una, omnia hæc non insanum sed præstantissimum ingenium invicte demonstrant.

2° Non hallucinatio. Hallucinatio est status pathologicus ex diversis causis oriens et manifestans quasdam morbidas dispositiones in mente aut voluntate subjecti. Sed in Christo nulla est morbida dispositio intellectualis vel moralis. Econtra Jesus gaudet qualitatibus hallucinationi contradictorie oppositis : optimo mentis aequilibrio, mira tranquillitate summaque moderatione in felicitate et in contradictione aut persecutione; ita ut etiam ejus inimici nihil reprehendere potuerint, sed eum tanquam virum sapientem ac prudentem, perfecte sui compotem agnoverint atque cum ea simplicitate loquentem, quæ immoderatum enthusiasmum semper excludit.

Ergo neque deceptor, neque deceptus fuit Christus, proinde ejus testimonium de sua missione divina fide dignum et verum est.

Quæ conclusio solide *confirmatur ex* Christi sapientia et sanctitate eximia (cf. n. 441-444), ex ejus miraculis, vaticiniis et resurrectione infra statuendis. Igitur " tota vita Christi est maximum miraculum ordinis moralis et per se sola sufficit ad conciliandam fidem professioni, quam ipse de se fecit ",

461. — 20 Confirmatur Christi testimonium verax. Testimonium Christi de seipso divinam confirmationem accepit a *Patre* et *Spiritu S.*

(a) *Patris testimonium* pluries Christus invocat adversus Judaeos et ipsos Apostolos. Illud speciatim auditum est occasione baptismi et transfigurationis Jesu. Vox enim de cælis dicit : " *Hic est Filius meus dilectus...,* ipsum audite "[1]. Præterea ipsa Christi resurrectio ab Apostolis tribuitur Patri, approbanti per hoc miraculum divinam Jesu Nazareni missionem[3]. Evidenter tria hæc miracula constituunt indubiam confirmationem Patris relate ad opus et prædicationem Christi.

[1] *Afatth.,* Ill, 17; XVII, 5. — [*] *Act.,* I, 3; X, 40-41.

(b) *Spiritus Sancti testimonium* Christum ipsum comprobat : "Cum autem venerit *Paraclilus,... ille testimonium perhibebit de me"*[1]. Hoc testimonium manifestatur : tum extraordinarie in die Pentecostes, posteaque variis charismatibus apud fideles; tum ordinarie docendo, dirigendo, vivificando, mediantibus gratiis ineffabilibus, et pastores et oves in grege Christi; ita ut et christiani et non christiani possint etiam hodie concludere de vita et religionis Jesu consideratione ad divinitatem ejus legationis et evangelii '.

462. — Schollon. Falsæ sententiae de Christi testimonio rejiciendae.

Valorem testimonii Christi impugnant Rationalistic, Protestantes liberales et Modernistæ illud sive *negando,* sive *attenuando.*

(1) Rigidiores[3] *illud negant :* (a) *Juxta quosdam,* Jesus suam messianitatem nunquam affirmavit; sed *declarationes hujusmodi Christo adscripts sunt a discipulis,* qui, post ejus mortem, crediderunt eum resurrexisse, ideoque esse Messiam a prophetis annuntiatum.

Resp. Hæc opinio objectivo caret fundamento et excluditur ab historicitate et véracité evangeliorum. Interpolatio autem messianicarum declarationum Christi est impossibilis, nam istae pervagantur fere singula evangelii capita; quare, his suppressis, destruitur tela evangelica[4]. Aliunde, in hac hypothesi, inexplicabilis evaderet unanimitas prædicationis Apostolorum de hac re atque simm eorum constantia usque ad martyrium in hac falsitate asserenda.

(b) *Alii* dicunt Christum non cogitasse se esse Messiam, sed *hunc titulum accepisse* a suis Apostolis et huic novae dignitati verba sua et vitam accommodavisse.

Resp. Sed hæc hypothesis est mere gratuita; aliunde repugnat indoli et sanctitati Jesu, qui sinceritatis et veritatis amantissimus fuit; præterea concordare nequit cum evangeliorum historicitate, quæ ab initio publicæ vitæ hoc testimonium tribuunt Christo.

463. — (2) Mitiores *testimonium Jesu attenuant,* **(a)** *Protestantes liberales* tandem agnoscunt Jesum sese praedicavisse ut

[1] *Joan.,* XV, 26; cf. XIV, 25, 26; XVI, 13-15.

[2] Cf. L. de Grandmaison, art. *Jisus-Christ,* in *D. A.,* col. 1472; 1514-1534; S. Tromp, *op. cit.,* p. 108-109.

[3] Ita Wellhausen, *Israelitische und fiidische Geschichte,* 7ª ed., p. 358-359; Schmidt, in *Encycl. biblica* (Cheyne), voce *Son of Man* § 46; **Wrede**, *Das Messiageheimnis;* Martineau, *Seat of authority in religion,* p. 577-585.

[4] " Pour oser soutenir la thèse que Jésus ne s'est pas regardé comme le Messie promis et qu'il n'a pas voulu être considéré comme tel, il faudrait disloquer entièrement nos récits évangéliques, et, sans parler du reste, rayer purement et simplement une histoire comme celle de son entrée à Jérusalem". A. Harnack *Dos Wesen des Christen.,* p. 82, 83.

Messiam, sed contendunt ideam messianicam non esse nisi formam *exteriorem* et *acàdentalem* suæ conscientiae quam a coævis suis mutuant; *essentialem* vero partem ejus evangelii nihil aliud esse nisi vividam conscientiam filialis suæ cum Deo Patre relationis.

Resp. Hæc distinctio inter partem *acàdentalem* et *essentialem* evangelii Christi est *prorsus arbitraria,* solidaque caret demonstratione. Id enim essentiale est, non quod ut tale *fingimus,* sed quod *Christus clare affirmavit, pro quo mortuus est,* quod præcipuum in Evangelio locum tenet. Jamvero talis certe apparet idea messianica ipsa, quæ ceteroquin non excludit sed potius includit ideam relationis filialis ad Deum.

(b) *Moderniste* fatentur Christum, circa finem vitæ, docuisse se esse Messiam seu potius fore regem regni *eschatologici* proxime futuri; quod reapse non advenit. Igitur ipse erravit; discipuli autem frustra *parousiam* exspectantes, Ecclesiam constituerunt[1].

Resp. Talis sententia innititur falso conceptu de regno Dei a Jesu prædicato : hoc enim regnum non est mere eschatologicum, sed est simul temporale et progressivum. (Cf. n. 630 sq.)

Præterea Christus sese non fore, sed jam esse Messiam declarat sacerdotibus[2], Petro cujus confessionem approbata et etiam mulieri samaritanæ[4]. Aliunde missionem suam opponit regno diaboli in præsenti mundo, quare ipse actualiter seminat verba ipsius regni, quod auferetur a Judæis et tradetur Gentibus. Sed omnia hæc ad eschatologicam prædicationem evidenter non pertinent.

464. — Conclusiones apologeticæ.

Ex tenore et valore testimonii quod Christus de seipso dedit, merito deducitur ipsum esse vere Dei legatum et Messiam a prophetis praenuntiatum.

Omnia quæcumque audivit a Patre suo nota fecit nobis[5]. Consequenter ejus religiosa doctrina accipienda est ut a Deo prædicata et supematuraliter vera; aliis verbis, religio christiana est credibilis et credenda.

[1] J. Weiss, *Die Predict Jesu vom Reiche Gotte; A.* Loisy, qui rem ita declarat : "Jésus ne s'est avoué Messie, même devant ses disciples, qu'à une période assez avancée de son ministère, et il a évité de se donner comme tel en public pendant toute la durée de sa prédication galiléenne; en allant à Jérusalem, il avait l'intention de se déclarer Christ, ou l'espérance d'être déclaré tel par la manifestation du royaume céleste; du moins est-ce en qualité de Messie, et en s'avouant tel, qu'il a été condamné à mort par Pilate, sur la dénonciation du sanhédrin... Comme roi messianique, Jésus sera vicaire de Dieu; tant qu'il prêche l'avènement du royaume, il n'est pas encore entré dans sa fonction providentielle A. Loisy c, *Les Evangiles Synoptiques.* 1907, t. I, pp. 192 242

[2] *Matth.*. XXVI, 63; *Luc.*. XXII, 67. — [3] *Matth.*. XVI, 13-20.

[4] *Joan.*. IV, 25-26. — [5] Cf. *Joan.*. XV, 15; XIV, 10, 24.

CAPUT V

Legatio divina Christi ex ejus Miraculis et Vaticiniis effulgei

465. — Conspectus.

i° De Miraculis Christi.

(a) Praenotiones.

(b) Status quæstionis.

(c) *Miracula* Christi sunt :

1. *Historica.*
2. *Supernaturalia* et *divina.*
3. *Peracta in confirmationem ejus missionis divina.*

Scholion. De miraculis *Apostolorum.*

20 De Vaticiniis Christi.

(a) Status quæstionis.

Miracula *intellectualia Christi.*

De ejus *vaticiniis.*

(b) *Prophetiarum* Christi :

1. *Historicitas.*
2. *Supernaturalitas.*
3. *Valor apologetiens.*

R*

466. — Testimonium de sua divina missione a Christo prolatum invicte verum demonstratur ejus multis et miris *miraculis.* Quaestio apologetica de Christi miraculis praestantissima est, tum in evangeliis ubi haec facta narrantur; tum in Ecclesia quæ declarat ea esse Revelationis certissima signa. — In duplici articulo, disserendum est de Christi : i. *miraculis physicis,* 2. *vaticiniis,* (in capite vero sequenti, de *ejus resurrectione).* Hanc viam nobis indicat S. Petrus Judæis declarando "Jesum Nazarenum, *virum approbatum a Deo... virtutibus et prodigiis et. signis,* quæ fecit Deus per illum... *quem Deus suscitavit* " *r.*

ARTICULUS I

De Miraculis Christi2

De miraculis Christi in genere primum plura sunt *prceno-tanda* posteaque *apologetica eorum vis* stabilietur.

' *Act.* JL, 22, 24.

- D. B., 1707, 1790, 1813; *Sum. theol.,* 3, q. 43, 44; Suarez, in 3 part. *S. theol.,* disp. XXXI; Mazzella, n. 274 sq. ; C. Pesch, n. 192 sq. ; Newman, *Essays on miracles,* 1890; Schanz, *A Christian Apology,* New York, 1892, t. II, c. 18; Fonck, *Die Wunder des Herrn,* Innsbruck, 1903; Fillion, *Les miracles de N. S. jlsus-Christ,* Paris, 1910; **L. de Grand**

I. PRÆNOTIONES.

467. — 1° **Objectum.** Hic agitur de *miraculis ordinis physici ab ipso Christo patratis;* non vero de ejus prophetiis, nec de miraculis a Deo factis in gratiam Christi », præsertim occasione ejus nativitatis[2,8] baptismi 3, transfigurationis·», et mortis 5.

2° **Fontes.** Testes miraculorum Jesu sunt : (a) *Evangelia* præsertim; (b) *Apostoli,* extra evangelium : ita Petrus in *Actibus* (II, 22; X, 37) et Paulus in suis *Epistolis {Il Cor.,* I, 23, 24); (C) quidam auctores ecclesiastici : Papias, Quadratus, Justinus, Tertullianus; (d) *Inimici* Jesu : Pharisæi, Talmudistæ, Celsus, Porphyrius, Julianus apostata, qui facta ipsa admittunt ex parte, licet ea naturaliter explicare conentur. Ex omnibus his testibus, Evangelia et Apostoli sine dubio præcipuum valorem habent.

468. — 3° **Numerus et divisio.** (A) Christus multa fecit miracula in A". *T.* scriptis narrata. Plus quam quadraginta in evangeliis speciatim referuntur; multoque plura, modo generali 6:*

(B) *Dividuntur* miracula Christi ratione : r. *ordinis,* 2. *entium* ad quæ referuntur.

(1) Distinguere licet ejus miracula ordinis : 1. *physici :* v. g., resurrectiones; 2. *intellectualis :* v. g., oracula et secretorum cognitiones; 3. *moralis :* v. g., forsan conversionem M. Magdalenæ vel boni Latronis.

(2) Divisio alia miraculorum Christi a S. Thoma *i* proponitur. Jesus miracula patravit in *omnibus creaturarum generibus :*

(a) Circa *spirituales substantias,* i. e., dæmones et angelos : i. *Damones* expellit : miracula hujusmodi commemorantur septem speciatim§, alia vero multa, generatim'. 2. *Angeli* autem in

maison, art. *Jésus-Christ,* in *D. A.,* col. 1446-1472; Pinard de la Boullaye, *Jesus, Le thaumaturge et le prophète,* Conferences de N.-Dame, Paris, 1931 ; H. Schlingensiepen, *Die Wunder des Neiun Testam.,* Gutersloh, 1933.

Sum. theol.. 3, q. 35, a. 3; q. 44, a. 2; C. Pesch, *op. cit.,* n. 193.

* *Matth.,* I, II. — 3 *Matlh.*. III. 16. — ♦*Afatth.,* XVII. 1 sq.

§ *Maith.,* XXVIII, 51-54.

L. de Grandmaison, *op. rit.,* col. 1448, numerat 41 miracula aut series miraculorum, quorum 24 apud *Matth.,* 22 apud J/err., 24 apud *Luc.* et 9 apud *Joan.,* narrantur: quorum 6 a duobus evangeliis referuntur, 16 a tribus 17 ab uno. — " *Sum. theol.,* 3, q. 44.

§ .!/<«.·.. I, 23-27; *Matlh.*. XII, 22-45; *Maith.,* VIII, 28-35; IX. 32-33; XV, 21-28; XVII, 14-20; *Luc.,* XΠI, 11-13. — 9 *Maith.,* VIII, 16; *Luc.,* VI. 17-18*

deserto Christo ministrant, et unus ex eis eum in horto Gethsemani confortat ’.

(b) Circa *cœlestia corpora,* v. g., quando stella in ejus nativitate apparuit, vel tenebræ factæ sunt in ejus morte

(C) Circa *homines :* i. Tres *mortuos suscitavit :* filium viduæ Naim, filiam archisynagogi Jairi atque Lazarum 3. 2. Quindecim *curationes* perfecit, videlicet leprosi, S. Petri socrus, paralytici ad probaticam piscinam, alius paralytici, servi centurionis, manus aridæ, filii cujusdam reguli, mulieris quæ fluxum sanguinis patiebatur, duorum cæcorum, surdi-muti, cæci apud Bethsaidam, hydropici, decem leprosorum, cæcorum apud Jericho, cæci nati ♦ Præterea multo plures alios sanavits.

(d) Circa *creaturas terrestres irrationales,* v. g., quando aquam in vinum mutavit, tempestatem subito sedavit, super aquas ambulavit et quando Petrum in mari ambulantem sustentavit, aut paucis panibus piscibusque ingentem multitudinem nutrivit6.

Notetur quod sicut in declarationibus messianicis, ita etiam *pet miracula Christus sese nonnisi progressive manifestavit.* Ne forte turbæ seditiones excitarent, sæpe vetuit ne fama suorum prodigiorum diffunderetur; aliunde recusavit signum de cælo patrare, non ex impotentia quidem 7, sed quia volebat sua miracula esse testimonia de seipso et de sua missione„ non autem falsam de Messia ideam confirmare.

469. — 4° **Miracula Christi in Apologetica,** i. Hæc miracula sunt validissimum legationis divinæ Christi argumentum; proinde optimum locum in Christiana Apologetica tenent. 2. *Duplici* autem *modo considerari* possunt : vel *singillatim* sumpta, vel *collective* spectata. Posteriorem methodum ut *breviorem* simul et *efficaciorem* amplectimur. Nam etiamsi semel aut bis accidere potuisset ut evangelistæ aliquam facti *circumstantiam* omisissent, unde facti natura paulisper mutaretur; aut circa *supematuralitatem* facti decepti fuissent; aut circa ejus *cum revelatione connexionem;* sed indubitanter non centies, non semper id accidisse vir *prudens* admittet.

* *Matlh.,* IV, n; *Luc.,* XXII, 43. — 1 *Matlh.,* II, 2; *Luc.,* XXIII, 44.
3 *Matth.,* IX, 18-26; *Luc.,* VII, n-17; *Joan.,* XI, 1-45.
* *Matth.,* VIII, 1-4; VIII, 14-15;/™«., V, 1-15; *Maith.,* IX, 1-7; VIII, 5-13; XII, 9-13;/™«., IV, 46-54; *Matth.,* IX, 20-22; IX, 27-31; *Marc.,* VU, 32-37; VIII, 22-26; *Luc.,* XIV, 2-6; XVII, 12-19; *Matlh.,* XX, 29-34; *Joan.,* IX, i sq. — 5 *Luc.,* VI, 17-18; *Matth.,* IV, 23; VIII, 16.
**Joan.,* II, i sq. ; *Matth.,* VIII, 23-27; XIV, 26-31;/™«., VI, 19-21; *Matth.,* XIV, 15 sq. ; XV, 32. — 7 Cf. *Matth.,* IV, ^XXVI, 53.

470. — II. Status quæstionis.

(a) Errores. *Rationaliste, Protestantes liberales* et *Modernisiez* [1] rejiciunt Christi miracula ut non historica neque supernaturalia; et variis modis sæpe plus minusve oppositis, suas opiniones evolvunt [*].

(b) Doctrina catholica. Juxta Ecclesiam, Christi miracula opera sunt, non mythi, sed facta vere historica[2], et stricte miracula, quæ fecit Jesus ad missionis suæ divinitatem probandam; eorumque vis probativa valet pro posteris et omni intelligentiæ sunt accommodata [3].

471. — Thesis. Miracula Christi divinam ©jus legationem certo demonstrant. Historice *certum,* theologice *de fide.*

Ut miracula evangelica divinam Christi missionem probent, tria requiruntur et sufficiunt : quod sint : 1. *historice* certa; 2. vere *sujernaturalia et divina,* 3. *in confirmationem ejusdem missionis* peracta. Atqui hæc tria constant.

I. — Miracula Christi sunt historice certa.

i° Probatur : i. ex *evangeliorum historicitate,* 2 ex *testium veracitate.*

(A) Ex evangeliorum historicitate. (1) Evangelia sunt libri *vere historici.* Atqui in his libris miracula Christi sunt vel in globo commemorata [4] vel singulatim enarrata. Ergo.

(2) Aliunde *textus* de miraculis Christi *non sunt interpolati.* Quod patet argumento *externo* et *interno,* ^a) *Externo.* Hi enim textus inscribuntur omnibus codicibus antiquioribus, omnibus versionibus, citationibus Patrum et etiam apud haereticos antenicænos. (b) *Interno.* Nam miraculorum narrationes non præbent solitos characteres interpolationis, quæ ordinarie spectat ad res verisimiles, nec multiplicatur præsertim in documentis auctore, loco, tempore indoleque diversis. Præterea modus sobrius et simplex, quo narrantur hæc mira Christi facta, abest in apocryphis miraculorum relationibus.

[*] S. Tromp, *op. at.,* p. 198-202. plus quam duodecim ralionalistas theorias recentes de hac re enumerat. — [1] D. B., 1707, 1813, 2096.

[2] D. B., 121, 1624, 1638, 1790, 1818, 2028, 2145.

[4] *Ltic.,* VI, 18; *Joan.,* XX, 30.

472. — (3) Imo *impossibilis* fuit hujusmodi *interpolatio,* ratione ipsius *momenti* et *connexionis* cum integra historia evangelica. Sublatis enim paginis quæ ad miracula spectant, auferretur evangeliorum pars præcipua. Praeterea *miraculorum connexio* cum toto evangelio tam intima est, ut, his suppressis, destruitur narratio evangelica et speciatim *tota Christi historia,* (a) Ita Apostolorum fides in ejus messianitatem fundatur in ejus miraculis quorum testes fuerunt[1]. Nicodemus ipse credidit propter signa quæ viderat[2], (b) Amotis miraculis, jam non explicatur turbae zelus ad Christi praedicationem audiendam[3], nec odium quo Jesum Scribae et Pharisaei prosequebantur[4]. (e) Tota praedicatio Domini cunctaeque ejus controversiae miracula ab eo patrata in argumentum invocant[5]. (d) Denique, nisi Jesus ipse donum miracula patrandi habuisset, quomodo illud Apostolis conferre ausus esset?[6] — Uno verbo, vita Domini ejusque passio et mors, sublatis miraculis, inexplicabilia essent aenigmata[7],

473. — (B) Ex testium veracitate. (i) Quoad *Christi* ***miracula in genere.*** (a) Etenim qui ea referunt *Udem* sunt qui alia facta narrant, proindeque *aqualiter fide digni* : cur enim in his omni fide, in istis nulla fide digni? (b) Inter eos, adsunt Christi tum amici, v. g., Apostoli et discipuli ; tum inimici : v. g., Pharisaei et Scribæ qui nihil intentatum reliquerunt ad miraculorum existentiam denegandam. (C) Testes hujusmodi *fide digni sunt :* nam gaudent scientia et veracitate requisitis. Narrant enim facta *sensibilia*

[1] *Joan.*. II, n. [2] *Joan.*, III, 2.

[4] *Marc.*. VI, *14-16; Joan.*. XI, 47-48.
[5] *Marc.*. III, *5-6; Joan.*. X, 22-39.
[6] *Matth.*. X, 1-4; *Marc.*. VI, 7.

[7] Quod fatentur nonnulli rationaliste, ut Seeley *, *Eccc homo.* p. 51 : " Irt Christi consiliis, miracula tam magnum locum obtinent, ut theoria quæ discipulorum imaginationi aut recentiori ætati ea in totum tribuit, Evangeliorum fidem non ex parte, sed omnino destruat, et Christum virum commentitium, uti Herculem, efficiat. Si character in Evangeliis expressus, in primariis circumstantiis verus et historicus est, ipsa quidem fide digna sunt; et si ita est, ipse Jesus miraculorum fidejussor est. In hoc casu eorumdem miraculorum veritas ab opinione quam de Christi veracitate homines habent, maxime pendet, et hæc opinio in tota Christi vita recte cognita fundari debet". Cf. Holtzmann*, *Dic synoptichcn Evangclien.* p. 509.

ideoque cognitu facilia, extraordinaria quæ majorem excitant attentionem; *publica, i. e.,* patrata, non in *vico* aut angulo, *sed* in civitatibus et plateis, nonnunquam in ipsa Jerusalem [1], coram maxima multitudine, immo haud raro coram adversariis. Nec omnes testes erant plebeii : quidam enim scientia et auctoritate apud Judaeos pollebant, ut Nicodemus, Jairus, Centurio, Zachæus, Lazarus, Scribæ et Pharisæi, Sacerdotes et Synedritæ [2].

(2) Quoad *nonnulla miracula* de quibus *juridica inquisitio* instituta fuit ab inimicis Christi.

Sumamus in exemplum *curationem caci nati* [3]. (a) Statim ac miraculum patratum fuit, *vicini* qui cæcum antea noverant, diligenter inquirunt a quo et quomodo sanatus fuerit, (b) Postea eum adducunt ad *Pharisæos,* qui triplicem hac de re investigationem instituunt; 1. primum quidem *eum qui cæcus fuerat* interrogant, eumque variis modis ad miraculum negandum invitant, sed frustra; 2. postea *parentes ejus* vocant, et ab eis quærunt num hic sit filius eorum, num vere cæcus fuerit et quomodo nunc videat; 3. *iterum vocant eum qui cæcus fuerat,* eumque urgent ut det gloriam Deo verumque dicat; *captiosas* insuper proponunt quæstiones, ut eum in verbis capiant; sed, cum ille eorum fallacias eluderet, nihil aliud facere potuerunt nisi ei maledicere. Numquid scientifica academia magis accurate rem investigare potuisset?

474. — 20 Confirmatur hæc historicitas : 1. ex *viodv agendi Apostolorum* et *Patrum,* 2. *ex testimoniis adversariorum.*

(1) Ex *modo agendi Apostolorum et Patrum,* **(a) Apostoli** ad miracula Christi ut ad notissima facta provocant in eorum praedicationis confirmationem. Ita *Petrus* et *Paulus* pluries Jesu prodigia et præsertim resurrectionem citant ad ejus missionem divinam probandam. *Petrus* Judæos alloquens, ait : " Jesum Nazarenum virum *approbatum a Deo* in vobis, *virtutibus* et *prodigiis* et *signis* quæ fecit Deus per illum in medio vestri, sicut et *vos* scitis " [4].

[1] *Joan.,* II, 23; V, 1-16; IX, 1-34; XI, 47.

[2] *Joan.,* III, 1-2; *Marc.,* V, 22-43; *Matth.,* VIII, *yiyjoan.,* XI, 45.47.

[3] *Joan.,* V, 10-16; IX, 1-34. Miraculum oeci nati *(Joan.,* IX) et Pharisæorum hac de re investigationem non minus lepide quam solide exponit F. Vigoureux, *Les Livres Saints et la Critique Rationaliste,* Paris, 1886, Introduction, t. I, p. 82 sq.

[4] *Act.,* II. 22; *Rom.,* XV, 19; *I Cor.,* XV, 13-21; *Act.,* X, 37-39.

(b) Patres eumdem argumentandi modum retinent. Ita Quadratus, episcopus atheniensis, ad Adrianum imperatorem apologiam scribens (circa?'Y24X provocat ad ressuscitatos et sanatos a Jesu, adhuc suo tempore viventes r. Arnobius affirmat gentes et populos testes esse miraculorum Christi 1.

475. — (2) *Ex testimonio adversariorum.* (a) *Judæi* sive Christo coaevi 34sive posteriores, qui in Talmude scripserunt, rnira Christi opera non negaverunt, sed daemonio aut magicis artibus tribuerunt, (b) *Paganorum* quorumdam eadem est sententia, ut *Origenes* de *Celso* testatur ·».

Jamvero si miracula Christi essent solummodo pia discipulorum inventa, nonne eorum coævi, præsertim religionis christianæ hostes, illud aperte declaravissent? Ergo historice negari non possunt hujusmodi miracula.

1 ‘‘Servatoris nostri opera semper conspicua erant, quippe quæ vera essent : ii scii, qui morbis liberati aut qui ex morte ad vitam revocati fuerant. Qui quidem non solum dum sanabantur, aut dum ad vitam revocabantur, conspecti sunt ab omnibus, sed secuto deinceps tempore. Nec solum quamdiu in terris moratus est Servator noster, verum etiam post ejus discessum diu superstites fuerunt, adeo ut *nonnulli eorum etiam nostra usque tempora pervenerint".* Apud Eusebium, *Hist. Eccl.** l. IV, c. 3; *P. G.,* XX, 307; R. 109.

2 ‘‘Non creditis gesta hæc (miracula Christi)? Sed qui ea conspicati sunt fieri et sub oculis suis viderunt agi, testes optimi certissimique auctores et crediderunt hæc ipsi et credenda posteris nobis haud exilibus cum approbationibus tradiderunt. Quinam isti sint, fortasse quæritis? Gentes, populi, nationes et incredulum illud genus humanum ; quod, nisi aperta res esset et luce ipsa, quemadmodum dicitur, clarior, nunquam rebus hujusmodi credulitatis suæ commodaret assensum’'. *Adu. nationes,* l. I, c. 54; R., 619.

3 *Matth.,* IX, 34; XII, 24; *Joan.,* V, 16; XI, 47.

4 Apud Origenem, *Adv. Celsum,* I, 68; R. 517. — Hic praetermittere non possumus celeberrimum Jos. Flavii testimonium, *Antiquit.,* l. XVIII, c. 3, n. 3; K. 7 : “ Fuit autem hoc tempore *Jesus vir sapiens,* si tamen virum illum oportet dicere. *Erat enim mirabilium operum effector,* magister hominum, qui vera libenter amplectuntur. Et plurimos quidem ex Judæis, plurimos ex Gentibus ad se pertraxit. Hie-erat–Christus. Cumque eum a primoribus gentis suæ accusatum Pilatus ad crucem damnasset, ab eo diligendo non absti-nuerunt qui primum coeperant, nam post tertium diem redivivus ipsis apparuit, cum divini vates hæc aliaque quam plurima admiranda de eo praedixissent”. — Nec tamen hoc testimonio insistimus, nam a sæc. XVI°, ejus genuinitas in dubium a nonnullis revocata est, licet a multis adhuc propugnetur, argumentis præsertim extrinsecis, cum in omnibus manuscriptis reperiatur. Juxta alios, locus non est spurius, sed aliquo modo adulteratus : ita, v. g., Josephus non scripsit ‘‘hic *erat* Christus ”, sed “ hic *dicebatur* Christus”. Nostrum non est litem dirimere. Recenter A. Tricot authentiam textus defendere conatus est, *Le témoignage deJosèphe sur Jésus,* in *R. A.,* 15 avril, i mai 1922, p. 73-85,

476. — Objectionum solutio.

(1) Miracula apocryphorum non sunt historica. Atqui *iisdem similia sunt Christi miracula* in evangelio relata. Ergo.

R. *Cone, major.', Neg. minor.* Etenim : i. in evangeliis *canonicis* nihil nisi grave, sanctum, eximia persona Christi dignum. 2. in *apocryphis* autem opera narrata ad id tantum tendunt ut admirationem excitent : unde ibi mirabilia narrantur qualia in omnibus fabulis leguntur, plus minusve ridicula et Deo prorsus indigna

(2) *Narrationes miraculorum* Christi fuerunt in evangeliis *interpolates.* Ergo non sunt historic®.

R. Al·^. *antecedens.* Interpolatio prædicta antiquissimis codicibus contradicit, imo impossibilis videtur. (Cf. n. 472).

477. — (3) Rationalist® hodierni[2] inter miracula Christi *majora* et *minora* distinguunt : *majora* rejiciunt *a priori,* eaque explicare nituntur processu quodam *idealisationis progressive* qui in secunda aut tertia generatione Christiana locum habuit ; *posteriora,* v. g., sanationes quasdam, retinent, sed naturaliter explicare conantur λ

R. Hæc distinctio *historico caret fundamento.* (a) Si majora miracula *idealisationis processu* orta essent, in recentioribus evangeliis tantum invenirentur : atqui referuntur in antiquioribus evangeliis, v. g., multiplicatio panum, deambulatio Christi supra mare[4]. (b) Aliunde tempus ad hanc idealisationem necessarium deficit, siquidem Synoptici in 1° sæc. scripti fuerunt. (C) *Explicationes* miraculorum quas Rationalist® tradunt, vividam quidem imaginationem ostendunt, sed omni historica probabilitate destituuntur, et falso nituntur fundamento, nempe omne *supernaturale* prorsus eliminandum esse.

Si ergo miraculorum Christi historicitas negatur, etiam rejici debet librorum historicitas apud antiquos auctores, imo omnis legitima methodus historica; nullibi enim testimonia tam certa et probantia congeruntur.

[1] Cf. C. Michel et P. Peeters, *Evangiles apocryphes,* I, Paris, 19IJ: F. Nau, art. *Apocryphes,* in *D. A.,* col. 161-189.

Harnack , *Essence du christianisme,* p. 37-43. — Explicationes quas tradit *A. Loisy* exponit Lepin, *Les idées de* ΛΛ *Loisy,* Paris, 1908 p. ϊ8 -ϊ95·

[2] Ita W. **Heitmüller** apud L. de Grandmaison, *op. cit.,* col. 1451 : col. 1451 : "Non seulement nous pouvons, mais nous devons traiter avec défiance tout ce qui porte le caractère de miracles extraordinaires, et nous ne devons admettre dans le domaine du possible que ceux des éléments merveilleux dans lesquels la confiance personnelle (du malade) pouvait jouer un rôle".

[4] *Matth.,* XIV, 13-36; *Marc.,* VI, 31-56.

478. — II. Miracula Christi sunt facta supernaturalia et divina.

i° Supernaturalia sunt.

Probatur : i. *directe*, 2. *indirecte.*

(A) *Directe :* 1. ex *Christo eorum auctore,* 2. ex *factis ipsis.*

(1) **Ex Christo eorum auctore.** Supponamus facta illa esse tantum naturales effectus; sed tunc quomodo Jesus, filius fabri, qui nunquam litteras didicit, scientiam perfectam occultissimarum totius orbis legum possederit, qualem nullus doctus unquam habet aut habuit? Ecce prodigium novum naturaliter inexplicabile!

(2) Ex **ipsis factis,** (a) Hæc facta sunt supernaturalia, quia in ipsis *proportio deest* inter media adhibita et finem obtentum : ita paralyticus sanatur et procella sedatur uno verbo, Lazarus solo jussu Christi suscitatur.

(b) Insuper eorum *natura* et *modus* manifestant ea fuisse vere supernaturalia. 1. Plura enim sunt quæ *natura* sua omnem creatam virtutem evidenter superant : v. g., subita paralytici curatio, qui per triginta octo annos infirmus fueratx; instantanea cæci nati sanatio, luto et sputo solum adhibitis2; leprosi solo tactu perfecta curatio; sanationes in distans solo verbo effectæ; a fortiori mortui resurrectio jam foetidi, et alia hujusmodi quæ coram multis testibus peracta sunt, sine absurditate dici naturalia nequeunt.

2. Aliunde *modus* quo patrata fuere non est naturalis : Christus enim inopinate, sine ulla præparatione, absque ullo remedio, quandoque etiam in distans3, sæpe solo nutu aut verbo aut tactu, morbos incurabiles, vel saltem qui nonnisi post longum tempus curari valent, instantanée maximaque facilitate sanabat 4.

1 *Joan.,* V, 5-9. — 2 *Joan.,* IX, 6-7. — 3 *Matth.,* VIII, 5-13.

4 Quod etiam valeret de *sanatione possessorum a dæmone* si, dato non concesso, admitteres cum Rationalistis possessos tantummodo esse nervoso morbo afflictos *(des grands nerveux).* Si autem existentiam et actionem dæmonis admittis, evidens est sanationes possessorum esse miracula primi ordinis, signum non negandum adventus regni Dei per Christum. Cf. *Lue.,* XI, 21-22; *Joan.,* XII, 31-33· XVI, 11. Contra opinionem Rationalistarum qui possessos ut ægros considerant, aperte militat narratio evangelica de sanatione possessi a legione dæmonum *(Mare.,* V, 1-17) : simplex ægrotatio effugata gregem porcorum in mare non praecipitaret!

3. Tandem hæc supernaturalitas clarius elucet, si attendantur : *multitudo* et *varietas* operum mirabilium quæ fecit Jesus; *certitudo* qua ejus imperio statim respondit eventus; *stabilitas* effectuum quos produxit, quum ægroti ab eo curati longam postea vitam duxerint, ut Arnobius «y testatus est.

4. Notetur etiam Christum Apostolis suis contulisse potestatem miracula patrandi 2, quam feliciter exercuerunt'.

479. — (B) *Indirecte.* Naturales miraculorum Christi interpretationes a Rationalises propositae sunt multæ, diversæ, aliquando contradictoriæ, vanæ. ridiculae, semper variantes. Sed hi caractères indubitate non sunt veritatis indicia.

Quidam miracula Christi explicare conantur : 1. *natura viribus ignotis, 2. hypnotismo* et *magnetisino,* 3. *spiritisme,* 4. *religiosa suggestione.* Sed immerito.

(i) Vires naturales ignotæ *non produxerunt evangelica miracula :* hæ enim Christo obediebant vel *fortuito casu,* vel quia *ipsi* erant *nota.* Sed prima hypothesis improbabilis et ridiculosa est, attentis numero et qualitate miraculorum; secunda autem supponeret Christum scientia vere *miraculosa* praeditum fuisse.

480. — (2) Hypnotismus et magnetismus *non sunt causa miraculorum Christi.* Revera eorum effectus maxime distant a miris Jesu operibus : (a; *varietate* et *magnitudine :* hæc enim non limitantur ad *quadam* curationum genera, sed ad *omnia* sese extendunt; ita curantur nervosi, leprosi, surdi-muti, cæci nati; imo mortui suscitantur; panes multiplicantur aliaque phænomena producuntur, quæ hypnotismus facere non potest; (b) *facilitate :* solo nutu aut verbo, etiam absens, maxima Jesus patrat miracula ; (e) *certitudine :* effectus intentus semper a Christo producitur, dum hypnotizantis nisus et spes sæpe frustrantur; (d) *circumstantiis* et *fine :* opera Jesu gravitatem, decentiam, caritatem spirant et ad gloriam Dei animarumque salutem tendunt. Porro his qualitatibus haud raro carent hypnotica phænomena.

1 Arnobius, *Advrŭ Mĭ;* I."I, es 43.
3 *Maith.,* X, S; Λ/α/τ., XVI, 17; *Joan..* XIV, 12.
' *Luc..* X, 17; *Act..* II, 43; V, 12; IX, 34-40; XX, 9-12.

(3) A spiritismo non proveniunt Christi miracula, a) Si agitur *de spiritismo,* juxta modernos intellecto, hic revocanda sunt ea quæ supra de *hypnotismo* allegavimus, ib) *Spiritibus diabolicis* attributa fuerunt Christi prodigia jam ab initio turn a paganis, tum a Pharisæis ». — Sed Jesus hanc calumniam refutat. Notetur insuper Christum, cum contra diabolicum regnum dimicavisset per integram vitam, non potuisse spirituum malorum auxilia obtinere; aliunde ejus miracula nihil diabolicum præ se ferunt, sed econtra ad Dei honorem et virtutum praxim tendunt.

481. — (4) Suggestioni religiosae victrici Christi miracula aliquando ab adversariis *falso tribuuntur,* (a) Etenim quid valet suggestio in mirabilibus circa creaturas irrationales : v. g., in panum multiplicatione, in mortuorum suscitatione? (b) Aliunde Christus in multis casibus nullam exegit fiduciam2; aliquando eam expetivit non ab ipsis infirmis, sed ab iis qui eorum postulabant curationem'; quandoque etiam miracula fecit *in distans,* ut in casu filiæ Chananææ mulieris, simplici actu voluntatis, absque ulla mentali suggestione possibili 4.

(c) Præterea fides quam Christus quandoque petit non est sanitatis recuperandae fiducia, sed fides proprie messianica; et eam requirit non ut causam vel conditionem ad miraculum necessariam, sed ut dispositionem petentibus maxime convenientem ; ideoque, hac dispositione deficiente, nonnunquam Jesus denegat miraculum. — Ergo Christi miracula a religiosa suggestione non naturaliter proveniunt.

482. — 20 Divina sunt.

Probatur : i. ex *Christi persona,* 2. ex *operibus ipsis.*

(i) Ex **Christi persona,** cujus ex una parte, sapientia sanctitasque supereminens; ex alia vero, doctrina excellentissima, certe indicant Dei actionem in ipso et per ipsum exercitam. Aliunde Jesus sæpe declaravit miracula se peragere divina virtutes; sed ejus testimonium est fide dignissimum. (Cf. n. 459-462).

' *Matth.,* XII, 24; *Luc.,* XI, 15.
- *Matth.,* XII, 22; *Luc.,* XVII, 12-14; VII, 2-10, 14; *Joan.,* IX, 6.
' V. g., quoad filiam mulieris Chananææ, *Matth.,* XV, 22-28.
4 *Matth.,* VIII, 5-13; XV, 22-28.
s *Matth.,* XII, 22-30; *Lue.,* XIV, 22.

(2) Ex operibus ipsis. Etenim eorum *natura* et *circumstantia* thesim nostram probant, (a) Inter ea sunt *quadam opera* quæ nonnisi Deo attribui possunt, sicut resurrectiones mortuorum, quasi-creationes materiæ, substantiarum mutationes subitæ, daemoniorum ejectiones.

(b) *Circumstantia* autem miraculorum exhibent nihil nisi bonum, honestum, beneficum, Deo prorsus dignum. Eorum autem *fructus* fuerunt optimi, scilicet discipulorum emendatio, multorum Judaeorum Gentiliumque conversio, vitiorum correctio, Romani imperii reformatio. Jamvero " a fructibus eorum cognoscetis eos... non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere"[1]. Ergo miracula Christi nonnisi a Deo esse possunt.

483. — III. Miracula Christi in confirmationem divinæ ejus missionis peracta sunt.

Probatur ex *testimonio :* 1. *Christi. 2. coavorum.*

(A) Testimonio Christi tum *implicito* tum *explicita.* (1) *Implicite* Jesus ad miracula sua frequenter provocat, ut auditores suos de sua divina missione convincat, (a) *Discipulis Joannis Baptista* sciscitantibus num esset Christus seu Messias, Jesus miracula coram eis patravit, et verbis respondit, quibus Isaias describit Messiæ tempora : " Euntes renuntiate Joanni, quæ audistis et vidistis. *Caci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt"* -. Numquid apertius declarare poterat se esse Messiam et miracula sua certissimam esse suæ divinæ legationis notam? (b) Insuper maledicit civitatibus *Corozain et Bethsaida* eo quod, post miracula apud eas patrata, non pcenitentiam egerunt et in eum non crediderunt '.

(2) *Explicite* pluries Christus miracula sua in legationis suæ divinæ testimonium allegat. Hujusmodi declarationes sunt vel *speciales,* vel *generales,* (a *Speciales.* Ita Jesus sanat paralyticum ut Judæi sciant se divinam potestatem remittendi peccata possideret. Ante Lazari resurrectionem orans dixit : Pater, gratias ago tibi, quoniam

[1] *Matth.,* VU, 16-1S. — [2] *Matth.,* XI, 4-5.

[3] *Matth.,* XI, 21; *Luc.,* X, 13; Cf. prædicatio Nazarethana : *Luc.* IV 17 sq. et sermones occasione ejectionis dæmoniorum : *Matth.,* XII 2S- 7 XI, 20. — [4] *Matth.,* IX, 6; *Luc.,* V, 18 sq.

audisti me. Ego autem sciebam quia semper me audis; sed propter populum qui circumstat, dixi, *ut credant quia tu me misisti"* ». (b) *Generales.* *Discipulis* suis Christus probat ex miraculis se esse unum cum Pat.e · " Non creditis quia ego in Patre et Pater in me est? Alioquin *propter opera ipsa credite* " *Judæis* inquirentibus num ipse Christus esset, ait : " Loquor vobis et non creditis : *opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me".* Quod infra his verbis confirmat Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi; si autem facio, et si mihi non vultis credere, *operibus credite,* ut cognoscatis et credatis quia Pater in me est, et ego in Patre "[3]. Certo igitur miracula patravit Jesus in divinæ suæ legationis confirmationem.

484. — (B) Testimonio coævorum. Eumdem valorem apologeticum Christi miraculis tribuerunt ejus coaevi, (a) Ita *Nicodemus* affirmat : " Scimus quia *a Deo venisti magister : nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisifuerit Deus cum eo"* [4]. (b) *Cæcus natus* in Jesum credidit postquam ab eo sanatus est, dicens : " *Nisi esset hic a Deo,* non poterat facere quidquam "[5]. (c) TWAzejus signa mirantes interrogabant : " Numquid *hic est Filius David",* i. e., Messias? Et multi credunt in eum dicentes : " Christus, cum venerit, *numquidplura signafaciet, quam hicfacit?"* [6] (d) *Apostolorum* testimonium praedictis consonat : revera in Jesum credunt ob ejus miracula?. *Petrus* ex transfiguratione probat Christum esse Deum[8]. *Paulus* ex resurrectione Jesu deducit evangelii divinam veritatem [9]. *Joannes* miracula Christi narrat ad fidem promovendam : " Hæc autem scripta sunt, *ut credatis quia Jesus est Christus Filius Dei,* et ut credentes vitam habeatis in nomine ejus"[10].

485. — Conclusiones apologeticæ.

Cum Christus omnis generis miracula peregerit in suæ legationis divinæ argumentum, affirmari potest cælum ter-

'*Joan.,* XI, 41-42; *Marc.,* II, 9-10. —'*Joan.,* XIV, 11, 12.
Joan., X, 24, 37-38; Cf. V, 36; XV, 22. — *Joan.,* III, 2.
5 *Joan.,* IX, 33. — 6 *Matth.,* XII. *2y,Joan.,* VII, 31.
7 *Joan.,* Π, II. — 8 *II Petr.,* I, 16-18.
9 ⁄ *Cor.,* XV, 14 sq. — "*Joan.,* XX, 30.

ramque concordare in dicendo *quia Jesus est Filius Dei* », vel saltem ejus legatus. ‘‘Inter flumina, testis est Jordanis... Testantur caeci, testantur claudi, testantur mortui ad vitam revocati. Testimonium ferunt dæmones... " 2 Igitur scimus Jesum esse vere divinum praeconem et ideo ejus religionem a caelo oriri, omnibusque credibilem esse et credendam. Ideoque, conspicientes miraculorum Christi miram congeriem, dicere possumus verba mulieris, cujus filium Elias resurrexerat : “ Nunc *in isto cognovi quoniam vir Dei es tu, et verbum Domini in ore tuo verbum est"* 3.

486. — Scholion. De miraculis Apostolorum.

(1) Eorum existentia. Christus potestatem miracula patrandi dedit septuaginta duobus discipulis posteaque Apostolis 4; quæ quidem potestas feliciter exercita fuit, testibus *Evangeliis* et *Actibus* 5. Post Pentecosten, Apostolorum prodigia multiplicantur. *Petrus* claudum a nativitate sanat et umbra ejus ægrotos ab infirmitatibus liberat6*. *Paulus* magum Elymam cæcitate percutit, claudum curat, mortuum suscitat, etc. 7 Ceteri Apostoli et discipuli perabant magna prodigia et variis linguis loquebantur8.

Horum factorum *veritas historica* deducitur ex libris et testibus fide dignis qui ea narrant. Eorumdem *supernaturalitas* constat sive ex natura sive ex circumstantiis, ut jam dictum est de Christi miraculis... (Cf. n. 471-482).

(2) Eorum valor apologeticus. *Christus* ipse hanc potestatem et miracula ad confirmationem suæ doctrinæ ordinavit : “ *Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur :* In nomine meo dæmonia ejicient,... super ægros manus imponent et bene habebunt ”9. *Apostoli* miracula patrant ad invocationem nominis Jesu, aliquando expresse ad divi-

3 S. Cyrill. Hierosol., *Catech.* X, n. 19.

3/77 *Reg.,* XVII, 24. L. de Grandmaison, *op. cil.,* col. 1471 : ‘‘Les miracles constituent le sceau divin en faveur de Jésus, sceau divin sur une vie qui, à tant de titres, appelle cette ratification suprême. Il parait donc à la fois prudent et bon de croire en celui que recommandent de telles œuvres

* *Luc.,* X, 9; *Matth.,* X, 8; *Marc.,* XVI, *vj-,Joan.,* XIV, 12.

- *Luc.,* X, I/ ! *del.,* Il, 43. J *Ad.,* III, 2 sq. ; IV, 16; V, 15.

» *Act.,* XIII, 8-11 ; XIV, 7-9; XIX, 11-12; XX, 9.10.

s *Aci.,* VI, S; VIII, 40; X, 46.

» *Marc..* XVI, 17·

nitatem Christi comprobandam, (ita Petrus x); aliquando implicite quatenus ea ut authenticum signum veræ religionis habent3. De omnibus Apostolis evangelista dicit : " *Prædicaverunt ubique, Domino coopérante et sermonem confirmante sequentibus signis* " 3.

Concludamus ergo quod Christus, qui Apostolis suis virtutem thaumaturgicam confert et eorum miracula praedicit, in cujus nomine fiunt prodigia quæ invocantur ad divinitatem suæ personæ et doctrinæ statuendam, est saltem a Deo legatus.

ARTICULUS II

De Vaticiniis Christi 4

Antiquorum prophetarum instar, Christus, præter miracula physica, multa edidit alia ex *ordine intellectuali,* quæ demonstrant ejus doctrinæ et missionis divinitatem, de quibus agere nunc intendimus.

487. — Status quæstionis.

(i) Miracula intellectualia Christi.

Ex his citari possunt *cognitio absconditorum* et præsertim *prophetia.* (a) Jesum cognovisse *abscondita* et *cordium occulta* constat ex historia : 1. Nathanaelis : " *Cum esses sub ficu, vidi te"* s-, *2.* mulieris Samaritanæ, cui dixit " *omnia quacumque fecerat"6; 3.* piscis cum statere : ait enim Petro : " Mitte hamum et eum piscem qui primus ascenderit, tolle et, aperto ore ejus, *invenies staterem "* 7. (b) Præterea Christus pluries *revelat cogitationes* Pharisæorum8, Simonis Magdalenam contemnentis?; Apostolorum circa panem pharisaicum ,o. Joannes affirmat Jesum intima

ı *Act.,* III, 6; 12-16; XIII, io. — * ***I*** *Cor.,* XIV, 22.

3 *Marc.,* XVI, 20.

4 D. B., 1638, 1707, 1790, 2145; Ottiger, *of. cit.,* p. 640-750; C. Pesch, *of. cit.,* n. 209 sq. ; Hervé, *of. cit.,* n. 200 sq. ; S. Tromp, *of. cit.,* p. 234. 240; Lepin, *Jésus Messie et Fils de Dieu,* 4' ed. 1910, p. 372-422; F. Schmid, *Christus als Profhet,* Brixen, 1892; Duplessy, *Jésus-Christ frofhète,* Paris, 1921; L. de Grandmaison, art. *Jésus-Christ : Jésus frofhète,* in *D. .4.^* col. 1417-1446; Pinard de la Boullaye, *Jésus Messie, Le thaumaturge et le frofhète,* Carême, Paris, 1931; A. Lemonnyer, art. *Fin du monde (Profhétie du Christ sur la),* in *D. A.,* col. 1911 sq.; J. B. Bord, *L'Afologétique far le Christ,* p. 173-194.

i .Maith., XVII, 26. — 8 *Matth.,* IX, 4; XII, 25; *Luc.,* V, 21 ; VI, 8.

' *Luc.,* VII, 39. — 10 *Matth.,* XVI, 7.

omnium cordium penetrasse : " Ipse enim *sciebat quid esset in homine* ", " sciebat ab initio qui essent non credentes " ». Ex quibus factis constat Christum frui habitualiter aliqua scientia a Deo accepta modo supernatural», proindeque Deo gratum esse ejusque prædicationem fuisse divinitus approbatam. — Sed nunc de *Christi vaticiniis* longior occurrit quæstio:

488. — (2) De Vaticiniis Chnstia. Hic agitur tantum de *vaticiniis a Christo editis,* quorum objecta sunt diversa; seu aliis verbis, de *Christo propheta.*

(a) Errores. *Rationatisice* horum vaticiniorum historicitatem aut supernatural»tatem negant, asserentes esse vel interpolata, vel explicabilia sive casu, sive divinatione quadam geniali, vel inventa a prima communitate Christiana ad Christi personam glorificandam.

(b) Doctrina catholica docet Christi vaticinia esse authentica et authentico modo missionem divinam Christi sigillare 3.

489. — Thesis. Multæ Christi prophetiae perfecte impletae ejus missionem divinam certo probant. Theologice *de fide.*

Ecclesiæ magisterium.

(a) *C. Vaticanum* declarat prophetias esse divinæ Revelationis signa certissima. Quare tum Moyses et Prophetæ, tum *ipse maxime Christus Dominus* multas prophetias ediderunt·», (b) PlUS IX affirmat fidem nostram Christi Jesu *vaticinationibus confirmatam esse*

Probatur. Prophetiæ Christi ejus divinam legationem probant, dummodo constet de earum *historicitate, supernaturalitate* et *valore apologetico.* Atqui hæc tria solide statuuntur. Ergo.

' *loan.*. II, 23-25; VI, 65.

5 "Cum advenisset (Jesus) et salutis hominum negotium ageret, tum eorum qui tunc in vivis, tum etiam eorum, qui post futuri erant, variis illam modis procurabat. Vide, quæso, quid faciat. *Miraculo* edit et *quadam prcedicil* longis postea temporibus eventura; ac per ea quæ tunc fiebant, iis, quæ diu postea futura erant, auditoribus *praesentibus* fidem faciens *futuris* quoque ex eventu prædictionum credibilia reddens miracula illo tempore edita : atque ex bac *duplici demonstratione* fidem faciens iis, quæ ad regnum pertinebant". S. Joan. Chrysost, *Quod Christus sit Deus,* n. 17.

J D. B., 1707, 2145: »638, 1790· — * D· B-. 1790. — s D. B., 163S.

I. — Historicitas Prophetiarum Christi

490. — Christus clare et minute multa prædixit futura contingentia, quæ adamussim adimpleta sunt.

Praecipua vaticinia recensebimus inter ea quæ protulit Jesus circa *seipsum,* suos *discipulos, Ecclesiæ fata,* necnon et *Judæos.* Quo melius res pateat, ex una parte vaticinium, ex altera ejus adimpletionem referemus.

(i) Circa Christi passionem et resurrectionem. Christus suam mortem et dolores prædixit primum indeterminate[1] et in parabolis variis[2]. Sed deinde ter saltem, apertissime et cum *minutis circumstantiis,* passionem suam annuntiavit : post confessionem Petri 3[3] post curationem lunatici 4, post parabolam de operariis in vineam missis 5.

" Filius hominis *tradetur* principibus sacerdotum, et scribis et senioribus, et *damnabunt eum morte,* et *tradent* eum Gentibus, et *illudent* ei, et conspuent eum, et *flagellabunt* eum, et *interficient* eum, et *tertia die resurget*" 6. Apud Matthæum idem invenitur, sed insuper *crucifixio* prædicitur7. — De *resurrectione Christi* fusius infra dicemus. (Cf. n. 497 sq.)	"Tenentes Jesûm duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, ubi scribae et seniores convenerant... qui omnes *condemnaverunt* eum esse reum mortis... vinctum adduxerunt eum, et *tradiderunt* Pontio Pilato præsidi... Jesum *flagellatum* tradidit eis, ut *crucifigerent...* et exspuentes in eum, acceperunt arundinem, et percutiebant caput ejus " 8.

491. — (2) Circa discipulos.

Inter ea quæ Christus de *discipulis* prædixit, hæc notentur :

* *Matth.,* XX, 28; *Joan.,* II, 19; VIII, 28; XII, 24, 32.
1 *Matth.,* IX, 15; XXI, 33-46; *Marc.,* XII, I-I2; *Lue.,* XX. 9-19.
3 *Matth.,* XVI, 20-23; *Mare.,* VIII, 30-33; *Luc.,* IX, 21-22.
4 *Matth.,* XVII, 21-22; *Mare.,* IX, 29-31 ; *Luc.,* IX, 44-45.
3 *Matth.,* XX, 17-19; *Marc.,* X, 32-34; *I.uc.,* XVIII, 31-34.
6 *Marc.,* X, 33.
7 *Maith.,* XX, 17-19.
s *Matth.,* XXVI, 57; *Mare.,* XIV, 64; *Matth.,* XXVII, 2, 26, 30.

(a) *Discipulorum fuga* : " Omnes vos scandalum patiemini... in ista nocte : scriptum est : Percutiam pastorem et *dispergentur oves gregis.* Postquam autem resurrexero, *præcedam vos in Galilœam* ".*

" 'I une discipuli omnes, relicto *eo, fugerunt...* Undecim autem *discipuli abierunt in Galilceam* in montem, ubi constituerat illis Jesus..."6.

(b) *Petri trina negatio* : " Arnen dico tibi, quia in hac nocte, *antequam gallus cantet, ter me negabis* " 2.

" Ille autem ccepit anathematizare et jurare : Quia *nescio hominem istum,* quem dicitis. Et statim *gallus iterum cantavit* " 7.

(C) *Judce proditio* : " Arnen dico vobis, quia *unus vestrum me traditurus est...* Respondens autem Judas, qui tradidit eum, dixit : Numquid ego sum, Rabbi? Ait illi : *Tu dixisti* " 3.

" Adhuc eo loquente, ecce *Judas unus de duodecim* venit, et cum eo turba multa cum gladiis et fustibus..."8.

(d) *Apostolorum persecutiones* : "Tradent vos in conciliis et in synagogis suis flagellabunt vos; et ad praesides, et ad reges ducemini propter me in testimonium illis et gentibus... " 4.

" Et injecerunt in eos manus, et posuerunt eos in custodiam in crastinum... Et convocantes Apostolos, cæsis denuntiaverunt ne omnino loquerentur in nomine Jesu.9.

(e) *Petri mors et crucifixio* : " Cum esses junior, cingebas te, et ambulabas ubi volebas; cum autem senueris, *extendes manus tuas,* et *alius te cinget* et *ducet* quo *tu non vis* " 5.

Petrus revera martyrium Romae subiit, ibique, juxta antiquam traditionem, crucifixus est10.

« *Maith.,* XXVI, 31. — › *Matth.,* XXVI, 34.
3 *Matth.,* XXVI, 21-25. — 4 *Maith.,* X, 17-18. — 5 *Ioan.,* XXI, 18.
ù *Matth.,* XXVI, 56; X, 17.18; XXVIII, 16. — 7 *Marc.,* XIV. 71
8 *Matth.,* XXVI, 47-49. — 9 Acl^ IV, 1-8; V, 40-41, etc.
'°Cf. S. Clemens, *Ep.* I, c. 5; K., 10; S. Irenaeus, *Adv. hares.,* HI, i ; K., 123. R-, 208; Eusebius, H. E., II, 25; cf. infra, ubi *deprimatu R. Ponti/*

492. — (3) Circa Ecclesiæ fata.

Duo, inter alia, praedicuntur

(a) *Effusio Spiritus S. :* " Et repleti sunt omnes " Sed *accipietis virtutem Spi-* Spiritu S., et cœperunt loqui *ritus S.* in vos, et eritis mihi variis linguis, prout Spiri-testes in *Jerusalem, zX. in omni tus* S. dabat eloqui illis " 3. *[udeea et Samaria,* et usque Exinde refertur Apostolos ad ultimum terrae" ». praedicasse in Judæa, Samaria, et in variis partibus orbis terrae.

(b) *Ecclesiæ propagatio in* Revera in omnem terram *universam terram ejusqueper-* exivit sonus eorum, Evan-*manens diuturnitas :* " Tu es gelium per universum orbem Petrus, et *super hanc petram* praedicatum est, ut infra pro-*adificabo Ecclesiam meam,* babimus; et, non obstantibus et portae inferi non praevale- multorum impugnationibus, bunt adversus eam... Euntes Ecclesia hodie etiam stat ergo *docete omnes jentes...* invicta. (Cf. n. 525 sq.) et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi " 2, etc.

493. — (4) Circa Judæos, seu excidium Jerusalem.

Christus, qui jam pluries destructionem civitatis et templi Jerusalem subobscure annuntiaverat·», eamdem diserte paulo ante mortem praedixit.

" Consurget enim gens in Haec omnia circa annum 70 gentem, et regnum in re- accidisse profani scriptores gnum, et erunt *pestilentiie* narrant. Mortuo enim Ne-et *fames,* et *terreemotus* per rone, in variis provinciis re-loca... Et *multi pseudo-pro-* belliones exarserunt; fames

' *Act.,* I, 8.

Matth.. XVI, 18; XXVIII, 19-20; XXI, 33'43; VIII, 10-12; XXIV, 14; . *Joan.,* IV. 20-25, etc.

' *Act.*. II, 4.

4*Joan.,* IVL 21-23; *Matth.,* XXI, 33-34; XIII. 6-9; XIV, 16-24; XIX, 12-27, ClC.

phetæ surgent et seducent multos. ...Cum ergo videritis abominationem desolationis... tunc qui in Judæa sunt fugiant ad montes " x.

" Cum autem videritis *abominationem desolationis stantem, ubi non debet,* qui legit, intelligat : tunc qui in Judæa sunt, fugiant in montes2.

" Cum autem videritis circumdari ab exercitu Jerusalem, tunc scitote quia appropinquavit desolatio ejus... Et cadent in ore gladii, et captivi ducentur in omnes gentes; et *Jerusalem calcabitur a Gentibus,* donec impleantur tempora nationum'^... "Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo, et circumdabunt te, et coangustabunt te undique. Et ad terram prosternent te, et filios qui in te sunt, et *non relinquent* in *te lapidem,* eo quod non cognoveris tempus visitationis tuæ " 4.

" Amen dico vobis, quia *non preeteribit generatio hæc, donec omnia fiant"* 5

et pestis multos occiderunt6, terræmotus fuerunt multis in locis 7. In Judæa multi pseudoprophetae surrexerunt, Teudas, Simon Magus, Judas Gaulonitides 8. Judaei, his instigantibus, contra Romanos insurrexerunt;Vespasianus, cum ingenti exercitu, in Galilaeam irrupit multosque Judaeorum occidit; imperator deinde salutatus, Tito filio curam bellum conficiendi demandavit. Christiani autem, vaticinii Salvatoris memores, et revelatione moniti, ex urbe migrarunt et in oppidum Pellam sese receperunt. Titus castra in monte Oliveti collocavit, urbem circumdedit vallo, et tandem vi expugnavit; injecto a milite igne templum conflagravit, totaque civitas ita destructa fuit ut solo æquaretur. Innumeri Judæi cæsi sunt, alii in captivitatem abducti, et per totum orbem dispersi. Quod totum factum est 37 circiter annis post mortem Christi, antequam proinde praeteriret generatio 9.

‘ *Maith.,* XXIV, 7, n, 15-18.
3 *Marc.,* XIII, 14. — 3 XI> 20.24.
4 *Luc.,* XIX, 43.44.
s *Matth.,* XXIV, 34.
6 Sueton., *Claudine,* 18; Tacit, *Annal.,* XIV, 13.
7 Tacit, *Annal.,* XIV, 27; XV, 22; Seneca, *Ep.* 91.
‘Joseph., *Antiquit.,* XX, 5, 1-2; *Bellum Judaicum,* П, 13, -
9 Id., *Bellum Judaicum,* speciatim 1. IV, V.

II. — Supernaturalitas Prophetiarum Christi

494. — Hæ prophetiæ erant supernaturales et vere divinæ.

(A) *In genere.* Revera naturaliter explicari non poterant quoad earum : i. *preedictionem,* 2. *realisationem.*

(1) Quoad praedictionem. Longe enim eventum praecesserunt et tamen annuntiabant clare et certe, non ambigue et conjecturaliter, facta determinata, cum particularibus adjunctis, v. g., quando agitur de morte sua, Christus praenuntiat non solum genus mortis, sed etiam circumstantias quæ eam præcedent, nempe Judæ proditionem, quibus sit tradendus, etc.

Præterea facta prædicta pendebant a voluntate libera tum Dei, v. g., resurrectio, tum multorum hominum, ætate et conditione diversorum; insuper passionibus non favebant, nec ad hos effectus potius quam ad illos aderat quædam naturalis hominum inclinatio. Igitur secundum consuetas leges prævideri non poterant.

(2) Quoad realisationem. Etenim hæc adimpletio procedebat ab actibus liberis : tum Dei : v. g., miraculorum potestas; tum hominum quorum voluntas et beneplacita nullo modo conjecturanda erant, ita, minutæ circumstantiæ passionis Christi. Præterea Christi prophetiæ non casu impletæ fuerunt : nam ita permultæ et complexæ erant ut possibilitas fortuitæ exeeutionis fere nulla cogitari possit (Cf. n. 435).

(B) *In specie,* (a) Prophetia de *excidio Jerusalem* tam completa est et tam perfecte impleta, ut Rationalistæ quidem contendant eam nonnisi post eventum scriptam fuisse. — (b) Sed *immerito :* nam, si hoc vaticinium post eventum editum fuisset, scriptores non simul miscuissent ea quæ ad destructionem civitatis et ad finem mundi spectant, sed ejus impletionem notavissent, prout facere solebant ».

'*Joan*.. XXI, 19; *Act.,* XI, 28. Quapropter Rationalistæ aliqui admittunt hanc prophetiam vere a Christo prolatam fuisse: ita B. Weiss *Das Leben Jesu,* 1902, t. II, p. 439 : ‘‘Tout doute sur l'authenticité de cette déclaration prophétique doit être écarté... Si Marc a écrit après la ruine de Jérusalem, comment la prophétie qu'il relate ne contient-elle absolument rien qui reflète l'événement arrivé, car en réalité le temple a été détruit par le feu et non de main d'homme ”. Alia testimonia vide ap. Lepin, *op. cit.,* p. 381-382.

Cetcroquin tempore quo Dominus hanc destructionem particulatim prædixit, nemo eam prævidere poterat : tunc enim Judæi pacifice sub Imperio romano vivebant.

III. — Valor apologeticus Prophetiarum Christi

495. — Hæ prophetiæ divinam Christi missionem certo probant.

Etenim cum eadem missione fuerunt conncxæ : i. *intrinsece,* 2. *extrinseee.*

'I) Intrinsece. Etenim vaticinia a Christo edita cum religione quam prædicabat connectebantur, nam quædam ex illis ejusdem religionis facta describunt, aliaque prolata fuerunt ut discipulorum fidem confirmarent : et omnia praenuntiata ut signum Messiæ. Aliunde, cum sint opera stricte divina, in gratiam falsæ religionis fieri nequeunt.

f2) Extrinsece. Ipse Christus ad sua vaticinia provocat : i. vel *iu genere;* 2. vel *in specie.*

a; *In genere.* Etenim Christi vaticinia sunt vere supernaturalia seu miracula. Sed Christus allegat omnia ejus *opera* seu miracula in argumentum missionis suæ a Patre. Ait enim ad Judaeos : " *Ipsa opera quæ egofacio testimonium perhibent de me, quia Pater misit me* " '.

(b) *In specie.* Præterea expressis verbis Jesus connexuit vaticinia quædam cum sua missione. Traditio Judæ prædicitur, "ut cum factum fuerit credatis quia ego sum"2. Vaticinia resurrectionis dantur Judæis, cum quærerent signum legationis Christi. Post prædictionem de persecutionibus pro ejus nomine subeundis, addit Jesus : "Hæc locutus sum vobis, *ut* cum venerit hora eorum, *reminiscamini quia ego dixi vobis'*] 3.

496. — Conclusiones apologeticæ. a. Prophetia quatenus miraculum est proprie divinum opus, cum Dei infinitam scientiam manifestet. Et eo ipso quod alicui homini cognitionem absconditorum modo habituali concedit, Deus ostendit se eum speciali benevolentia prosequi et ăpprobare et talem favorem dare nequit falso prophetæ, qui eo ad

' */vα·ι.,* V. 36; X, 37-3S" — 'J&w., i8 i9-

spargendum errorem abuteretur. Ergo Jesus est verus propheta a Deo dilectus et approbatus in evangelii sui diffusione, et consequenter sua doctrina rationabiliter credi potest et debet. Quare vaticinia Christi mirabiliter impleta constituunt infrangibile Dei sigillum ad ejus missionem et religionem comprobandam.

(b) Merito igitur *Patres* sæpe Christi prophetias allegaverunt ad Christianismi divinitatem asserendam et ad Judæorum aut paganorum conversionem. Ita S. JUSTINUS, *Apologia* I, n.26; S. Joannes Chrysostomus, *Hom. contra Jud.,* V, 2; *Quod Christus sit Deus,* 8, 11-12 ; S. CYPRIANUS, *De idolorum vanitate,* 14; LACTANTIUS, *Divines institutiones,* IV, 21, etc.

(C) Quæ *objiciuntur* a Rationalistis et Modemistis de erroribus Domino adseriptis quoad ejus gloriosum adventum, solventur in *Tr. de Ecclesia Christi,* ubi de Regno Dei, a Christo prædicato, dicemus. (Cf. 625 sq., 638 sq.)

CAPUT VI

LEGATIO DIVINA CHRISTI EX EJUS Resurrectione splendet '

497. — Conspectus.

De resurrectione Christi

Status quæstionis.

i° *Historicitas* Resurrectionis.

(a) *Mors realis* Christi.

i. Christus *vere mortuus.*

2. Christus *honorifice sepultus.*

(b) *Resurrectio vera* Christi.

1. Mirabiliter*prcedicta.*

2. Mirabiliter *peracta.*

F

• D. B., Index, VIIIh; 3, 40. S6, 344, 422, 462, 1625, 1638, 1790, 2036, 2037 ; *Sum. theol.,* 3, q. 53-56; Brugère, n. 72 sq. ; Hervé, n. 207 sq. ; Hettinger, *Apologie,* t. II, c. 15; Lambrecht, p. 4θι sq· ; C. Pesch, n. 196 sq. : S. Tromp, p. 218-234; Chauvin, *JésusChrist- est-il ressuscité?* Paris, 1901 ; P. Ladeuze, *La résurrection, du Christ,* Paris, 1908; E. Mangenot, *La résurrection de Jésus,* Paris, 1910; E. Jacquier, *La résurrection de Jésus-Christ,* Paris, 1911; J. Muser, *Die Aujerstehung Jesu,* Paderborn, 1914; L. de Grandmaison, art. *Jésus-Christ,* in *D. A.,* col. 1472-1514: Ami du Clergé, 1923, p. 560 sq., 689 sq., 768 sq.

E

Constat :

(a) *Indirecte :* e sepulcro vacuo.

(b) *Directe :*

1. ex *testimoniis.*

2. ex Christi *apparitionibus* historicis.

3. ex mirabili *mutatione morali,* Resurrectionis effectu.

(c) Solutio *difficultatum* ex parte Resurrectionis, testium et apparitionum.

2° *Calor apologeticus* Resurrectionis.

498. — Resurrectionem, inter Christi opera et miracula, longe eminere, nemo est qui dubitet. Hoc factum eximii valons est[1] in ordine : I. sive *dogmatico,* omnia enim Symbola illud affirmant; 2. sive *ascetico* et *mystico :* B. Pauli epistolæ perfectionem christianæ vitæ fundant in Christi resurrectione[2]; 3. sive *apologetico :* quod ex sequentibus patebit Quare merito dicebat S. Paulus : " ***Si autem Christus non resurrexit,*** inanis est prædicatio nostra, *inanis est fides nostra* "[3].

499. — Status quæstionis.

a Resurrectio Christi in Apologetica. Resurrectio est præstantissimum opus invicte comprobans apologetica argumenta ex testimonio et omnibus Christi miraculis superius desumpta. Revera Jesus ipse suam Resurrectionem indicat ut principale suæ divinæ missionis signum, frequentissime Apostoli et eorum successores suam evangelii prædicationem sigillant Resurrectionis Christi miraculo stupendo.

Notetur quod in Jesu Resurrectione, mirari possumus miraculum *duplex :* 1. aliud *intellectuale,* nam Resurrectio prædicta fuit et secundum prophetias adimpleta; 2. aliud *physicum,* est enim factum supra omnes vires et leges physicas.

Quapropter argumentum ex Christi Resurrectione diligentius apologeta evolvit.

[1] La résurrection est ‘‘la colonne fondamentale qui soutient la religion depuis dix-huit siècles ". Fillion, *Comment, sur S. Matthieu, c.* XXVIII. — Strauss scribil : ‘‘ Centrum centrorum, cor proprium Christianismi est Jesu Resurrectio

[2] *Rom.,* VI, 2-11 ; *Col.,* III, 1-4-

(b) Errores ‘. Adversarii negant Resurrectionis historicitatem : vel quia Jesus apparenter tantum mortuus erat; vel quia testes Christi redivivi fuerunt hallucinati; vel quia Resurrectio fuit Christo fidei attributa a primaevis Christianis communitatibus : ita *Liberales* et *Moderniste* 1.

(c) Doctrina catholica. Ecclesia explicite profitetur Christi Resurrectionem esse certum factum, consistere “ in vera animæ ad corpus resumptione ”, juxta symbolum Leonis IX et fidei professionem Waldensium 3, et denique esse in Christianismi favorem critérium validissimum 4.

500. — Thesis. **Resurrectio est certissimum argumentum divinæ missionis Christi.**

Ecclesiæ magisterium.

Existentia Resurrectionis Christi est fidei articulus ex *symbolo* Apostolorum, Athanasii et C. Nicaenis. Eadem Resurrectio, juxta Gregorium XVI6, ratione demonstrari potest, et juxta PIUM X, contra Modernistas, est historicum factum. In decret. *Lamentabili* damnatur propositio : “ Resurrectio Salvatoris *non est proprie factum ordinis historici,* sed factum ordinis mere supernaturalis, *nec demonstratum, nec demonstrabile,* quod conscientia Christiana ex aliis derivavit 7 ”,

Probatur. Thesis demonstratio duplicem partem importat, nempe Resurrectionis Jesu : i. *historicitatem,* 2. *valorem apologeticum.*

I. — Historicitas Resurrectionis Christi

Ut hujus facti historicitas invicte constet, duo probanda requiruntur et sufficiunt : i. Christus *vere mortuus est,* 2. postea Christus *redivivus cum proprio corpore realiter apparuit.* Porro hæc duo demonstrantur.

1 Omnes antichristianæ explicationes, quæ a decimo octavo sæc. proponuntur, nullam in antiquorum testimoniis radicem habentes, æstimandæ sunt ut assertiones e sola auctorum suorum imaginatione procedentes : hinc earum multiplicitas. diversitas et contradictio; et primario oriuntur ex eorum praejudiciis circa impossibilitatem miraculi et omnis supernaturalis.

“ “ Fides in resurrectionem Christi ab initio fuit non tam de facto ipso resurrectionis quam de vita Christi immortali apud Deum ”. Decret. *Lamentabili.* prop. 37; D. B., 2037.

3 D. B., 344. 422, 462. — 4 Cf. D. B., 1638, 1790. — 5 D. B., 3, 40, 86.

6 D. B.f 1625 —7 Decret. *Lamentabili,* prop. 36, 37; D. B., 2036, 2037.

I. De Morte reali Christi

Vera Christi Resurrectio supponit anteriorem ejus *mortem realem,* quam secuta est *honorifica se/ndtura.* De quibus singulatim agitur.

501. — i° Christus vere mortuus est. *De fide.*

Probatur : i. *directe,* 2. *indirecte.*

•(A) **Directe.** Mors realis Jesu constat : i. *testimoniis,*

(1) *Testimoniis.* De hoc facto multa exstant testimonia diversa sed stricte concordantia, (a) Testes sunt *Christi amici :* Apostoli, evangelistæ, piæ mulieres, qui corpus sepelierunt. Sed omnes, ratione *amoris* propter Jesum, de ejus morte attentius inquisierunt. (b) Testes sunt *inimici,* imprimis principes sacerdotum et pharisæi, qui propter *odium,* sedulo inspexerunt utrum revera Jesus fuisset mortuus. (C) Testes sunt Pilatus, centurio, milites, qui ratione *officii,* mortem Christi iit certam habuerunt l. Hinc adeo temerarium est dubium de vera Jesu morte, ut nulli hominum venerit in mentem, nisi modernis incredulis, quibus pro ratione est impietas.

(2) *Factis,* (a) Etenim Christus, post agoniam cum sudore sanguinis in horto, flagellatus aliaque tormenta passus, ita viribus exhaustus fuerat, ut ad locum supplicii crucem suam vix portare valeret. Postea crucifixionis dolores subiit et pluribus horis in cruce remansit, donec tandem omnibus exspirasse visus fuerit, (b) Supponatur in eo adhuc manere spiraculum vitæ, admodum probabile est eum occisum fuisse lancea militis qui latus ejus aperuit2. (C) Si dicatur eum in tale deliquium incidisse, ut nec etiam ictu lanceæ ad se reversus fuerit, quomodo fieri potuit ut sindone involutus et linteis libatus, centum libris aromatum coopertus 3, positusque in monumento clauso, ad vitam

- \ ox enim græca ενυξ-υ (aperuit) grave vulnus indicat: revera actio militis eo tendebat ut mortem Crucifixi certam faceret. Cf. S. Haughton ;* in *Speaker* j *Commentary on ⁄ John,* p. 349 sq., ubi explicatur quomodo sanguis et aqua ex aperto latere Christi fluere potuerint.

**Joan.,* XIX. 39. Quo melius argumentum intelligatur, lege ea quæ scribuntur de ritu sepeliendi apud Judæos; cf. catholicos evangeliorum commentatores circa narrationes Christi sepulturæ; v. g., J. M Lagrange. *évangile de Jésus-Christ* Paris, 1930.

redierit? Aut jam mortuus erat, aut hæc sufficiebant ad eum suffocandum.

502. — (B) Indirecte. *Hypothesis mortis mere apparentis est rejicienda.*

(1) Error. Olim *Salvador* et recenter, *Paulus, Venturini, K. Otto,* multique *theosophi* asserere non dubitaverunt Christum in cruce solum in *deliquium* incidisse, postea ad se reversum discipulis apparuisse, et tandem in loco ignoto mortuum fuisse.

(2) Hæc theoria est falsa, (a) Etenim narrationibus evangelicis aperte contradicit, (b) Præterea est *impossibilis physice et moraliter.* i. *Physice,* ratione suppliciorum et sepulturæ, ex dictis. Aliunde quomodo Christus se vivum militibus et Judæis de hoc tacentibus apparuerit? Quomodo hesternus suppliciatus, subito sine remedio, et in optima valetudine Apostolis se ostenderit? 2. *Moraliter.* Christus enim et Apostoli, propter eorum vitæ sanctitatem, decipere homines non potuerunt affirmando falsam Crucifixi Resurrectionem. Insuper quomodo explicabis eosdem homines, qui, ante Jesu Passionem, tam ignavi et timidi erant, post suppositam Resurrectionem tam fortes et strenuos sese ostendisse? Unde tanta mutatio, si Magistrum suum viderunt vulneribus adhuc coopertum et vitam obscuram morte vulgari et ingloria finientem! Hoc impossibile esse fatentur plerique Rationalistæ [1].

503. — 2° Christus vere et honorifice sepultus est. *De fide.*

Hæc assertio, in *symbolis* contenta, confirmat thesim de reali morte ipsius Christi.

Probatur ex testimonio : 1. S. *Pauli,* 2. *Evangelistarum,* 3. S. *Petri.*

(a) S. *Pauli.* Paulus Corinthiis scribens [2] affirmat sepulturam Christi honorificam. Verbum ἐτάφη [3] quod adhibet, non de ignominiosa sed potius de honorifica aut saltem

[1] Ita, v. g., Strauss*, *Das Leben Jesu fur das Deutsche Volk* candide declarat *impossibile esse vividam fidem ac enthusiasmum Apostolorum explicare,* si admittatur Christum semi-vivum ac debilem eis apparuisse : tali enim manifestatione imminuta fuisset admiratio quam antea de eo conceperant : Impossibile est hominem semimortuum e sepulcro egressum, debilem ac infirma valetudine, medico, vittis, medicinis egentem et dolore corruentem, dedisse discipulis animi persuasionem se esse mortis sepulcrique dominatorem, Vitæ Principem : quæ tamen persuasio in eis apostolicum ministerium gerentibus altas radices egisse apparet '. Ita pariter A. Réville*, *Jesus de Nazareth,* t. II, p. 455 : "Cette *théorie de Paulus* qui eut son temps de vogue au siècle dernier... n'est qu'un *tissu d'invraisemblances* matérielles et morales ".

[2] *I Cor.* XV, 4. — [3] Mangenot, *op. cit.,* p. 34 sq.

decerPe sepultura praedicatur[1]. Insuper, in oratione ad Judæos Antiochiae (Pisidiæ), asserit ejus corpus positum fuisse in *monumento*[2]; tandem spiritualem significationem sepulturæ declarando, supponit eamdem honorificam fuisse[3].

(b) *Evangelistarum.* Juxta eos, corpus Christi post ejus mortem, honorifice sepultum est in monumento novo, de petra exciso; saxum magnum advolutum est ad ostium monumenti; lapis signatus est et custodes appositi, ut sepulcrum custodirent[4].

(C) S. *Petri.* Petrus, in prima oratione ad Judæos, mortem et sepulturam Domini comparat cum morte et sepultura David quæ certo honorifica fuit, et Christo applicat verba Psalmistæ : *Neque caro ejus vidit corruptionem*[5].

504. — Scholion. Hypothesis "fossæ communis" est rejicienda.

(1) Error. *A. Loisy*[6], ad facilius negandam Christi Resurrectionem, corpus Christi in fossam communem suppliciatis reservatam projectum fuisse, gratuito asserere non erubescebat.

(2) Refutatio. Hæc opinio evidenter contradicit supradictis testimoniis. Aliunde *solido caretfundamento.* Etenim sepulturæ Christi non obstabat[7] : (a) *Lex romana,* vi cujus Pilato licebat corpora suppliciatorum amicis remittere ut sepelirentur. Sed Christus secundum hanc legem damnatus et morti traditus est. (b) *Lexjudaica :* juxta enim Talmuden, capite damnati in coemeteriis specialibus sepeliebantur, quisque suam habens sepulturam; et aliquando, ut *Philo* testatur, corpora morte damnatorum amicis ipsorum tradi poterant ad sepeliendum. Insuper fossa communis apud Judæos non erat in usu, tempore quo Christus mortuus est. Aliunde *Apostolorum absentia* huic sepulturæ explicatur ex eo quod omnes fugerant, durante passione, Judæorum timore oerterriti.

[1] Cf. *Luc.,* XVI, 22; *Act.,* II, 49; *Matth.,* VIII, 21-22; XIV, 12; *Luc.,* IX, 59-60.

[2] *Act.,* XIII, 29. — [3] *Rom.,* VI, 4; *Colos.,* II, 12.

[4] *Matth.,* XXVII, 57.62; *Marc.,* XV, 42; *Luc.,* XXIII, 50;/^«., XIX, 38.

[5] *Act.,* II, 24-32.

[6] A. Loisy', *Les évangiles synoptiques,* Paris, 1907, t. I, p. 223; t. II, 696-737; *Jésus et la Tradition synoptique,* Paris, 1910, p. 205.

[7] " L'hypothèse de la fosse commune est toute parisienne. Elle n'a aucune l»se historique ni dans la loi juive, ni dans la loi romaine du temps". Hugueny, *Critique et catholique,* Paris, 1910, t. I, p. 35.

II. De Resurrectione reali Christi

505. — Resurrectionem Christi consideramus : i. prius et breviter ut *mirabilem prophetiam,* 2. deinde et fusius ut *factum historicum* quod est miraculum physici ordinis.

I. Christi Resurrectio fuit praedicta supernaturaliter. (i) Jam in *V. T.,* Resurrectio Messiæ praenuntiata fuerat a David dicente : "*Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*".* Hoc declarat *Petrus* in primo sermone ad populum [1] et *Paulus* Christi Resurrectionem cum antiquis prophetiis comparat [3].

Ipse *Jesus* Resurrectionem suam pluries praedixit, juxta Synopticos et S. Joannem (cf. n. 490). Eam insinuavit iji diversis circumstantiis [4] et clare annuntiavit, juxta S. Matthaeum : (a) post solemnem B. Petri confessionem : "Coepit Jesus ostendere discipulis suis quia oporteret" eum... *occidi et tertia die resurgere*[3]* (b) descendens de monte Transfigurationis, praecepit Apostolis dicens : "Nemini dixeritis visionem, donec *Filius hominis a mortuis resurgat"*[$]; (c) ante ingressum in Jerusalem, ait duodecim discipulis ; ‘‘Ecce... Filius hominis tradetur,... et condemnabunt eum morte; et *tertia die resurget"!,* (d) In ultima coena, Christus declarat : "Postquam *resurrexero,* praecedam vos in Galilaeam" [8]. Praeterea Jesus praedicit suam Resurrectionem sub figura Jonae et templi restituendis

Revera ejus *inimici* hanc prophetiam noverant. Dicunt enim Pilato : "Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens : *post tres dies resurgam.* Jube ergo custodiri sepulcrum usque in diem tertium" [10].

[1] A. XV, 9-11. — [3] *Act.,* II, 24-32.

[3] *Act.,* XVII, 3 sq. ; XXVI, 23 sq. — Ex his verbis : ‘‘*Secundum Scripturas",* quidam Rationalistæ inferunt hic non agi de facto historico, sed de *exspectatione quadam prophetica.* — Sed *immerito :* nam Paulus jam dixerat Christum mortuum esse *secundum Scripturas :* numquid exinde sequitur eum non esse vere mortuum? Si Paulus eodem modo de morte et Resurrectione loquitur, nonne e contra logice sequitur Resurrectionem esse tam realem quam mortem ipsam? Formula ‘‘*secundum Scripturas"* nihil est quam confirmatio apologetica facti enuntiati. — Cf. Mangenot, *l. c.,* p. 269-271.

[4] *Joan.,* X, 17; XI, 25; XIV, 19; XVI, 16. — [5] *Matth.,* XVI, 21.

[6] *Matth.,* XVII, 9. — [7] *Matth.,* XX, 17-19. — [8] *Matth.,* XXVI. 32.

[9] *Matth.,* XII 8; XVI, 4. — [10] *Matth.,* XXVII, 63-64.

(2) Porro hæc prædictio est *supernaturalis.* Etenim hoc eventum futurum, quod certo manifestoque modo annuntiatur, naturaliter prævideri nequit, siquidem opponitur legibus physicis, pendet ab hominum libera voluntate quoad passionem et mortem et a Dei beneplacito quoad Resurrectionem ipsam. Ergo insignes praedictiones circa Christi Resurrectionem constituunt strictum vaticinium divinitus editum.

506. — II. Christus vere a mortuis surrexit in carne propria sed gloriosa. *De fide.*

Dicitur : (a) *Vere surrexit.* Sic affirmatur reanimatio corporis mortui et excluditur error eorum qui variis modis Christi Resurrectionem negant.

(b) *In propria carne,* i. e., cum corpore quod crucifixum et sepultum fuit; ideoque rejiciuntur theoriae juxta quas Christi apparitiones fuerunt mere internae, sive imaginariae sive spirituales.

(c) *Sed gloriosa.* Corpus Christi redivivum qualitatibus corporis gloriosi fruitur, et sic differt a corpore passibili. Inter utrumque S. Paulus[1] multa assignat discrimina : prius *corruptibile* est, posterius *incorruptibile ;* prius *animale,* posterius *subtile;* prius *infirmum,* posterius *agile;* prius *ignobile,* posterius *gloriosum ;* haec autem discrimina modum sese habendi, *non identitatem* substantialem corporis mutant.

507. — Probatur : 1. *e sepulcro vacuo.* 2. *ex Christi apparitionibus,* 3. *ex mirabili mutatione, Resurrectionis effectu.* Prius est argumentum *indirectum,* posteriora *directe* demonstrant.

1° E SEPULCRO VACUO.

A) *Factum.* Corpus Crucifixi in monumento novo depositum fuit, postea Pharisæi sigillaverunt hujus sepulcri lapidem et milites in custodiam posuerunt ne Apostoli Christi corpus tollerent fraudulenter[2]. Porro prima die post sabbatum, mulieres et discipuli venientes ad sepulcrum " non invenerunt corpus Domini Jesu "[3] et *sepulcrum vacuum*

[1] *1 Cor.,* **XV, 42-44.** — [2] *Matth.,* **XXVII, 62-66.**
[3] *Luc.,* **XXIV, 3.**

erat. Quod affirmatur primum a mulieribus, postea ab Apostolis praedicantibus in die Pentecostes; et admittitur a Judaeis ipsis, qui illud explicare intendunt per furtum corporis Jesu ab ipsis Apostolis[1].

(B) ***Explicatio facti.*** Sed cur sepulcrum vacuum sit? Vel Christus resurrexit vel ejus corpus sublatum fuit.

(i) Vacuitas sepulcri explicatur per Jesu Resurrectionem : tum ab angelo, tum ab Apostolis et praesertim a S. Paulo. Eadem explicatio confirmatur per constantem praedicationem discipulorum de Christo redivivo quæ impossibilis fuisset, si corpus Christi adhuc in sepulcro remansisset. " Non est hic, sed surrexit2"!

508. — (2) Vacuitas sepulcri non explicatur opinionibus adversariorum.

(a) *Corpus Christi non **fuit** a discipulis sublatum.* Contra Judæos, milites, Celsum, Porphyrium et quosdam modernos. — Revera hæc hypothesis testimoniis historicis jam citatis contradicit; aliunde conciliari nequit cum præsentia militum qui sepulcrum sigillo munitum custodiunt; cum timiditate et ignavia Apostolorum, qui corpus Jesu auferendi nullum motivum habebant et quorum maxima mutatio moralis post Resurrectionem (cf. n. 515, 516) tunc insolubile ænigma esset. Præterea, si res ita se habuisset, tum milites, tum discipuli coram judicibus accusati fuissent, gravibusque poenis mulctati. Jamvero Apostoli, qui tamen coram ipsis synedritis Domini Resurrectionem indubitanter prædicabant, nunquam propterea damnati sunt tanquam sepulcri violatores. Ergo una manet explicatio, nempe vera Domini Resurrectio, prout ab Apostolis refertur.

Quam ridiculum sit hoc inventum synedritarum, jam Augustinus ostenderat[3]. "Vere tu ipse dormisti, qui scrutando talia defecisti. Si dormierunt, quid videre potuerunt? Si nihil viderunt, quomodo testes sunt?" — Quare cum ejusmodi hypothesis sit tam inane figmentum, hodie fere ab omnibus rejicitur[4].

(b) *Corpus Christi absorptum non **fuit** in terree motu*[5]. — Ridicula hypothesis quam non invenerunt Judæi nec milites sepulcri custodes! Sed si corpus Christi in petra scissa disparuit, cur non simul absorpta fuissent linteamina et sudarium?

[1] *Maith.,* XXVIII, 11-15. — [2] *Luc.,* XXIV, 6.
[3] S. August, *In Ps. LXIII,* n. 15; *L.,* XXXVI, 768.
[4] Cf. Strauss, *Leben Jesu,* II, 685.
[5] *Maith.,* XXVII, 51.

Statuitur earum : i. *existentia, 2. realitas objectiva.*

510. — I. Existentia apparitionum Christi. Constat ex *testimonio :* I. 0'. *Pauli,* 2. *Evangelistarum.*

i° Testimonium S. Pauli.

(A) Frequentes sunt *ejus declarationes de Christi Resurrectione in genere :* i. in *Actibus :* speciatim in Antiochia Pisidiæ, in synagoga Thessalonicae, in areopago Athenis, et coram rege Agrippa1; 2. in *Epistolis :* ad *Thessalonicenses* (an.51) scribit Jesum resurrexisse 2; ad *Galatas* et ad *Romanos* Deum Patrem suscitavisse eum a mortuis 3; ad *Ephesios,* eum non solum suscitatum, sed etiam ad dexteram Dei constitutum in caelis 4. Alibi exponit mortem, sepulturam et Resurrectionem Christi esse symbolum christianæ regenerationis, qua mortui peccato, et consepulti cum Christo, in novitate vitæ ambulemus5.

(B) *Prcecipuum ejus testimonium* circa Christi apparitiones *(/ Cor.,* XV, 3-8).

(1) Sic enuntiatur : " *Tradidi enim vobis in primis quod et* accepi. *Quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris, secundum Scripturas; et quia sepultus est, et quia resurrexit, tertia die, secundum Scripturas, et quia* visus est *Cephee, et post hoc undecim. Deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormierunt; deinde visus est Jacobo, deinde Apostolis omnibus; novissime autem omnium tanquam abortivo, visus est et mihi".*

(2) Valor. *Præstantissimum* est hoc testimonium. S. Paulus enim illud exhibet non ex professo sed per transennam et idem supponit notissimum. Praeterea illud scripsit circa 54-58, ea repetendo quæ ipse Corinthi antea nuntiaverat, (probabiliter hieme anni 51-52); doctrinam enuntiat quam ipse acceperat, sive tempore conversionis

• *Act.,* XIII, 30.31 ; XVII, 3, 31 ; XXVI, 23.
▮ *I Thess.,* IV, 13-14.
' *Gal.,* I, î; *Rom.,* I, 1-4; IV, 24; VIII, ιο·ιι; XIV. ι-ρ.
4 *Eph.,* I, 20. — 5 *Rom..* VI, 2-ir.

suæ (uno aut duobus annis post Christi mortem), sive postea ab Apostolis, verisimiliter prima vice qua Jerosolymis Petrum et Jacobum vidit, (id est quatuor aut quinque annis post Christi mortem); unde intelligi potest cur apparitiones Petro et Jacobo factas commemoret. Hoc igitur testimonium omnino fide dignum est propter suam antiquitatem [1].

(3) Doctrina, (a) S. Paulus ibi *quatuorfacta* refert : mortem, sepulturam, Resurrectionem et apparitiones Domini. Supponit ergo Resurrectionem esse realem sicut ipsam mortem et sepulturam. Deinde enumerat non omnes Christi apparitiones, sed tantum eas quæ factæ erant Apostolis proprie dictis, primis evangelii nuntiis et quingentis fratribus, quorum unus aut alter forsan Corinthum venerant, tandem sibi ipsi[2]. (b) Præterea docet *realitatem objectivant* apparitionum Christi redivivi. (Cf. n. 513).

511. — 2° Testimonium Evangelistarum. Quatuor evangelistæ referunt plures Christi apparitiones, quæ ut veræ considerari debent ex earum *testibus* et *conditionibus.*

(A) *Testes apparitionum Christi.* Revera hi sunt fide digni, utpote scientia et veracitate præstantes : etenim non fuerunt *decepti* aut *deceptores.*

(1) Non decepti. Eorum testimonium spectabat ad factum extraordinarium, cognitu facile, gravissimum pro Christi missione; aliunde testes sunt numero plures, undecim Apostoli, quingenti fratres, etc., ex diversa conditione. — Nec *nimia credulitatis* accusari possunt : nam ad Resurrectionem suscipiendam tardos sese exhibuerunt; quare Jesus *" exprobravit incredulitatem eorum et duritiam cordis; quia iist qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt"* [3]. Ita mulieribus Christi Resurrectionem nuntiantibus non crediderunt, sed *" visa sunt ante illos sicut deliramenta verba ista"* [4] posteaque Thomas omnium Apostolorum testimonium de eodem facto recusavit[5].

[1] Nota etiain fidem et prædicationem Pauli esse fidem et prædicationem aliorum Apostolorum, *1 Cor.,* XV, Ii.

[2] Apparitio Petro facta, probabiliter eadem est ac ea quam *Ltua;,* XXIV, 34, narrat, et apparitio undecim Apostolis probabiliter concordat cum *Luc.* XXIV-36-46; *Joan.* XX, 19-25 · ambæ ergo probabiliter Jerosolymis occurrerunt (cf. n. 509).

[3] J/rt/r., XVI. 14.

(2) Non deceptores. Nam decipere *nec voluerunt, nec potuerunt,* (a) *Decipere noluerunt.* Hoc enim testantur : i. *dotes morales* quas manifestant : nam erant simplices, honesti, Deum timentes, dolo adversantes; 2. *absentia motivi* ad fallendum : siquidem ex suo mendacio nullum commodum exspectare potuissent a Deo, Christo et hominibus; sed econtra Dei punitionem in altera vita, et persecutiones, flagella mortemque ex parte Judaeorum et paganorum in vita præsenti; 3. *perseverantia* eorum in afflictionibus et martyrio quod passi sunt pro Christo «.

(b) *Decipere non potuerunt.* Quod deducitur ex impossibilitate, sive corpus Christi e sepulcro auferendi, sive servandi de hoc mendacio unanimitatem nunquam deficientem inter amicos, coram inimicis, praesertim in tormentis et morte instante; sive Resurrectionem praedicandi palam coram turba et sacerdotibus : quod principes sacerdotum nunquam passi fuissent, si de Christi Resurrectione serio dubitassent.

512. — (B) *Conditiones apparitionum Christi.* Jesus redivivus apparuit, non in tenebris sed in clara luce, non uni tantum aut alteri, neque in uno loco, sed *pluries,* et *multis,* et in *pluribus locis.* Undecim saltem numerari possunt apparitiones (cf. n. 509). Christus videlicet apparuit Mariae Magdalenæ prope sepulcrum flenti 2; mulieribus a sepulcro redeuntibus 3; Simoni Petro 4; duobus discipulis euntibus in Emmauss; Apostolis omnibus, excepto Thoma, in ccenaculo simul coadunatis6; eisdem, praesente Thoma, quem jussit digitum in fixuram clavorum et manum in latus mittere; quinque Apostolis et duobus discipulis ad mare Tiberiadis7; undecim Apostolis qui abierant in Galilaeam, in montem ubi constituerat illis Jesus8; plus quam quin-

* *"Signa limpidissima sinceritatis",* apud Resurrectionis testes, sic enumerat S. Tromp, *op. cit.,* p. 228 : " Ipsa Resurrectio non describitur quia non visa. Econtra incertitudo, debilitas, hebetudo Apostolorum; fluctuatio illa tam psychologica inter spem et metum, dubium et certitudinem ; progressiva illa evolutio veritatis, qua tandem aliquando certissime convicti progrediuntur usque ad heroismum. Sic falsificatores non scribunt ".

2 *Marc.,* XVI, *s)-,Joan.,* XX, 11-18. — 3 *Matth.,* XXVIII, 9-10.

‹ *Luc.,* XXIV, 34; Z *Cor.,* XV, 5. — 5 *Luc.,* XXIV, 15-35.

6 *Marc.,* XVI, 14; *Luc.,* XXIV, 36-43;/^//., XX, 19-23; *L Cor.,* XV, 5.

i *Joan.,* XXI, 1-24. — 8 *Matth.,* XXVIII, 16 sq.

gentis fratribus simul[1]; Jacobo, fratri Domini[2]; tandem undecim Apostolis in Jerusalem, quibus præcepit ne discederent a civitate antequam Spiritum S. acciperent : postea eduxit eos in Bethaniam, et, videntibus eis, ascendit in cælum [3]. Præterea Paulo etiam apparuit prope Damascum, eumque repente convertit [4]. Nec obiter et brevi temporis momento sese manifestavit, sed *cum Apostolis* conversatus est *per quadraginta dies,* eosque de regno Dei docuit [5].

513. — II. Realitas, objectiva apparitionum Christi. Christus resurrexit cum *proprio corpore* sed *glorioso;* proinde ejus apparitiones non fuerunt mere imaginativæ vel spirituales, ut falso asserunt adversarii.

Hoc deducitur ex *testimonio :* i. S. *Pauli,* 2. *Evangelistarum.*

(i) Testimonium S. Pauli[6], (a) Teste B. Paulo, idem qui mortuus et sepultus est, utique *secundum carnem,* resurrexit et visus est pariter *secundum eamdem carnem.* Acerba *sepultus est* et *resurrexit* intime connexa dicuntur de eodem omnino subjecto, (b) Præterea vox ἐγηγερται *(resurrexit),* in tempore perfecto, designat actionem adhuc perseverantem, i. e., Christum cum corpore redivivo adhuc remanere[7]. (c) S. Paulus scribit : *'"Novissime autem omnium visus est et mihi".* His verbis suam visionem propriam recenset ut ultimam et prioribus similem. Sed hoc verum non esset, si de visione mere spirituali ageretur, cum postea Christus Ananiæ, ipsi B. Paulo aliisque apparuerit. Insuper B. Paulus *hanc Jesu apparitionem sedulo discernit ab extasibus et visionibus quibus donatus fuit*[8] quarum externam realitatem nunquam asserit, imo quas in visione locum habuisse explicite declarat [9] ; aliunde eas in critérium suæ missionis et doctrinæ non sumit. Ergo apparitio Christi B. Paulo

[1] *I Cor.,* XV, 6. — [2] *I Cor.,* XV, 7.
[3] *Marc.,* XVI, 19; *Luc.,* XXIV, 50-52; *Act,,* I, 1-12.
[4] *Act.,* IX, 3 sq. ; *I Cor.,* XV., 8. — [5] *Act.* I. 3. — [6] *I Cor.,* XV, 3-9.
[7] F. Prat, *La théologie de S. Paul,* t. I, p. 189 sq.
[8] Cf. *II Cor.,* XII, 2 : " Sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio". Quod agnoscit A. Sabatier *L'Apôtre Paul,* p. 50 : " Il faut qu'il y ait eu dans sa conscience une ligne de démarcation nettement tranchée entre ces apparitions dont la série est close et les extases et visions qui durèrent durant tout l'âge apostolique". Cf. Chauvin, *op. cit.,* p. 53.
[9] *Act.,* XVIII, 9; XXII, 17; XXIII, 11.

fuit corporalis, (d) Eadem conclusio eruitur ex eo quod in suis epistolis ad Corinthios, S. Paulus *demonstrat se esse verum apostolum sicut ceteri Apostoli ;* * *præcise quia Christum vidit*'[1] et ab eo missionem suam accepit. Atqui alii Apostoli Christum viderant corporaliter; ergo et Paulus eum vidit corporaliter[3]. (e) Christi Resurrectio a S. Paulo sumitur in *argumentum futuræ nostræ resurrectionis corporalis;* sed nullum esset validum argumentum ex Christi visione mere spirituali. Præterea *Jesu Resurrectio proponitur ut exemplar nostræ resurrectionis.* Atqui, juxta S. Paulum, *corpus* nostrum *corporaliter* resurget, etsi *transformatum :* illud ab ipso comparatur *grano seminis,* quod in terram cadens prius moritur, postea vivificatur, ita tamen ut substantialiter *idem* maneat; *transformatur* tamen et fit incorruptibile et gloriosum, immo et *spiritale,* quatenus *spiritui* seu parti superiori animæ est subditum. Igitur etiam Christus resurrexit in corpore substantialiter eodem, licet glorioso.

514. — (2) Testimonium Evangelistarum. Juxta evangelistas, Christus redivivus habebat : (a) Corpus[4] *sensibile,* quod videbatur, audiebatur, tangebatur, ambulabat, bibebat, manducabat, salutabat, loquebatur interrogans aut respondens. Et Christus Apostolis ait : " Palpate et videte, quia *spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere* "[5]. (b) Corpus *substantialiter idem* quod ante mortem. Quare Apostoli Dominum agnoscunt; ipse Thomas incredulus eum videndo exclamat : "Dominus et Deus meus"[6]. Revera corpus Jesu conservat passionis stigmata, clavorum et lanceae cicatrices : " Videte manus meas et

1 ***II*** *Cor.,* XI, 5; XII, II.

2 ***I*** *Cor.,* IX, i. — Hinc etiam, quando Barnabas Paulum ad alios Apostolos adducit, narrat eum *vidisse Dominum in via,* ut ita ostendat eum vere apostolum esse. *Act.,* IX, 27.

3 Optime scribit Mangenot, *op. cit.,* p. 126 : "Jamais dans l'Eglise primitive on n'a pensé qu'une rencontre accidentelle avec Jésus ni qu'une vision, semblable à celle qu'eut Etienne mourant, pût donner droit au nom d'apôtre, choisi par le Seigneur. Aussi le verbe ἑo'ραζα, j'ai vu, ne peut sous la plume de Paul se rapporter à une simple vision pas plus qu'à une rencontre fortuite avec Jésus vivant, durant son ministère public. Il se réfère évidemment au fait historique de l'apparition de Jésus près de Damas et à une vision extérieure et sensible". — 4 ***S****um. theol.,* 3, q. 55, a. 6.

5 *Luc.,* XXIV, 39-43. — 6*Joan.,* XX, 28.

pedes meos, quia *ego ipse stun* Et Thomæ jubet mittere digitum in locum clavorum et manum in latus ejus, ut omnis dubitatio excludatur L (c) Corpus *eadem numero anima informatum.* Siquidem Jesus redivivus pluries affirmat : *"Ego sum,* nolite timere". ‘‘Videte, quia *ego ipse sum"*-. Sed hæc verba manifeste supponunt Christum redivivum esse eumdem essentialiter ac Christum ante ejus mortem, ideoque eadem anima prædítum. (d) Corpus *transformatum,* i. e,, *gloriosum :* nam est visibile, sed subito ab oculis evanescere potest; intrat in coenaculum, januis clausis : gaudet enim, juxta S. Paulum, qualitatibus gloriosi corporis. — Ergo Jesus Christus resurrexit cum propria carne sed gloriosa 3.

515. — 3° Ex MIRABILI MUTATIONE MORALI, RESURRECTIONIS EFFECTU. Hæc mutatio apparet : i. *in Apostolorum vita,* 2. *in Gentilium conversione.*

(i) In Apostolorum vita, (a) In genere. Apostoli, i. *ante Resurrectionem* erant rerum divinarum satis ignari, temporale regnum adhuc exspectantes, in multis incerti, timidi, immo et ignavi; 2. sed *post Resurrectionem* et Spiritus S. effusionem, etiam absente Magistro, in rebus divinis sapientes, in agendo impavidi, audaces, animo constantes, in evangelio prædicando apparent.

(b) In specie, i. *Petrus* qui, ab ancilla perterritus, Magistrum denegaverat, publice Resurrectionem prædicat, et coram Synedritis strenue dicit : “ Non enim possumus quæ vidimus et audivimus non loqui...4. Obedire oportet Deo magis quam hominibus”5. *2. Paulus,* olim Christianorum acerrimus persecutor, post visionem Christi redivivi, ejus Resurrectionem invicte prædicat. 3. *Apostoli,* qui, mortuo Christo, clausis januis, propter metum Judæorum in cœnaculo latebant; paulo post Christum crucifixum et a mortuis suscitatum annuntiant, non obstantibus minis, carceribus, ‘‘gaudentes a conspectu concilii, quoniam *digni habiti sunt*

l *Luc.y* XXIV, 39 sq. ; *[oan.y* XX, 26-30.

• *Litc.y* XXIV, 36, 39; cf. *Joan.* XVIII, 5-9.

J S. Thom., *Stun. theol.,* I, q. 51, a. 2, 3; q. 89, a. 8. ad 2; q. 114, a. 4, ad 2; *De Potent.,* q. 6, a. ȯ, 7 ; *De Malo,* q. 16, a. 2, 9, 10; *De Spirit. creat',* a. 5; *In Matth.y* XXIV.

4 *Act.y* IV, 20. — 5 *Act.y* V, 29.

pro nomine Jesu contumeliam pati" \ Quod non solum in Jerusalem et Palestina præstiterunt, sed etiam per totum orbem terrarum, et quidem usque ad sanguinis effusionem.

516. — (2) In Gentilium conversione, (a) Apostoli et eorum successores evangelium et Resurrectionem Christi cum magna fiducia praedicant non solum in Palestina sed etiam per universum orbem. Et ingens fidelium multitudo in Christum redivivum crediderunt, ejus legem servaverunt, pro ejus amore vixerunt et mortui sunt.

Porro Apostoli hoc persuadere non potuissent, præsertim eo tempore quo fides Christiana gravissimis periculis et tormentis erat obnoxia. Si Christus, per suam vitam, non obstantibus verbis et miraculis suis, tam paucos ad fidem suam acquisivit; quanto minus post mortem suam multitudinem convertisset, nisi Resurrectio ipsius certissima fuisset.

Aliunde fides, quam prædicaverunt Apostoli, multos et optimos fructus protulit, mores instauravit, populos maxime excultos ad se traxit, barbaros expolivit, omnibus justitiæ et caritatis sensum inculcavit, ut ex mox dicendis constabit. (Cf. n. 533 sq.).

(b) Sed omnis effectus causam intrinsece proportionatam supponit. Atqui *hæc mutatio moralis extraordinaria* in Apostolis et apud Gentiles conversos *intelligi nequit,* si Christi Resurrectio negatur. 1. Quomodo enim viri ignari, tardi ad credendum, pusillanimes, ignavi, tam subito rerum divinarum periti, fide pleni, spe elati, strenui ad prædicandum Dominum crucifixum facti sunt Sed id omne facile agnoscitur, si, ut ipsi narrant evangelistæ, Christus redivivus corporaliter discipulis apparuit, eos in fide confirmavit, et Spiritu S. coopérante, omnibus virtutibus instruxit. Res autem prorsus intelligi nequit, si negatur Resurrectio Christi. 2. Adde quod Apostoli prædicationem suam præsertim in Jesu Resurrectione fundant, et quod multa miracula et conversiones plurimas operantur in virtute et nomine Christi redivivi 2 Ergo iterum firmiter constat Christi vera Resurrectio.

517. — Objectionum solutio. Ad complendam demonstrationem nunc declarare et confutare expedit Rationalistarum præcipuas

' .-it-/., VI, 41.

2 5. *Petrus : Act.,* II, 24, 32. 37; III, 6, 15, 16; IV, 10; V, 29-32; 5. *Paulus : Act.,* XIII, 29-39; XVII, 3, 31, 34.

2. *testium,* 3. *apparitionum.*

(A) *Ex parte ipsius Resurrectionis.*

(1) Resurrectio est *objectum fidei.* Ergo ad scientiam experimentalem non pertinet, ideoque non potest esse credibilitatis motivum. Ita *Loisv* et *Moderniste.*

R. Resurrectio est sane objectum fidei et motivum credibilitatis, non tamen sub eodem respectu. *Motivum credibilitatis* est ut factum historicum et miraculosum; *objectum autem fidei* est quatenus *revelatum,* et insuper quia credimus non solum Christum surrexisse, sed etiam per Resurrectionem Jesum constitutum esse Dominum cæli et terræ *{Matth.,* XXVIII, l S; *Philip.,* II, l ij; ejus sacrificium a Deo pro nostra redemptione acceptum esse, nosquc per baptismum, qui nos Christo redivivo configurat *{Pom.,* VI. 1-14), jus ad æternam gloriam recipere. *{Pom.,* VIII.)

(2) Resurrectio est *factum supematurale.* Atqui supematurale sensu non' cognoscitur.

R. i. *JDist. major.* Resurrectio est factum supematurale : quoad *efficientiam,* i. e., a causa supernaturali efficitur. *C.;* quoad *essentiam intrinsecam.* A". : non enim pertinet ad ordinem gratiæ et gloriæ. (Cf. n. 46, 47) — 2. *Contradict. minor.* Atqui non sensu cognoscitur : supematurale intrinsece seu quoad essentiam. *C.;* supematurale quoad efficientiam : *Subdist. :* directe in sua causa supernaturali seu Deo. *C.;* in suis effectibus sensibilibus. *N.*

(3) Corpus Christi post Resurrectionem erat *suprasensibilc, hyperphcenomenicum.* Ergo *non poterat certo cognosci.*

R. r. *Dist. antecedens.* Corpus Christi redivivi erat *suprasensibile,* i. e., habens qualitates corpori glorioso convenientes. *C.;* i. e., privatum dotibus corpori essentialiter propriis. *Pi.* Utrumque ex narratione evangelica constat. (Cf. n. 513, 514). — 2. Al·^. *consequens.* Corpus enim Christi, sub hoc duplici respectu manifestari poterat modo sensibili, proindeque cum certitudine cognosci : quod revera contigit, historia teste.

518. — (B) *Ex parte testium.*

(r) Resurrectionis testes sunt Jesu domestici : Apostoli, amici. Atqui *testes domesticijure sunt suspecti.* Ergo.

R. i. *Ad major.* Christus apparuit etiam Saulo, suo inimico. Præterea nullo modo debebat se omnibus manifestare : quod ejus libertati obstaret et miracula inutilia multiplicaret. Sed sufficiebat ut quibusdam testibus præordinatis appareret, qui hoc factum modo invicto aliis hominibus docerent et probarent ‘.

l *Sum. theol.,* 3, q. 55, a. 6.

2. *Ad minor.* Testes domestici sunt suspecti : jure civili. *Transeat;* in omni loco et circumstantia. *N.* Nam hi testes habere possunt scientiam et veracitatem, ex quibus elucet eorum auctoritas.

(2) Testimonia contradictoria non sunt fide digna. Atqui *narrationes evangelica. de Resurrectione sunt contradictoria. : v.* g., circa angelorum apparitiones et tempus quo mulieres ad sepulcrum venerunt, etc. '.

R. r. *Dist. major.* Non sunt fide digna testimonia contradictoria : realiter et substantialiter. *C.;* tantum apparenter et quoad res accidentales. *N.* — 2. *Contradist. minor.* Narrationes Resurrectionis in libris N. T. sunt contradictoriae : realiter et quoad *substantiam facti. N;* apparenter et circa quasdam *circumstantias accidentales. C.* Nec mirum est hodie aliquid perplexum remanere in evangeliis, nam non omnia sed quaedam solum facta narrantur, ex quibus difficile est integram texere narrationem. Scripturae interpretes, in suis libris, has contradictiones apparentes legitime explicant. — Sed dato, non concesso, nonnullas esse contradictiones, *nihil exinde deduci potest contra certitudinem facti :* siquidem evangelistæ sunt *unanimes* non solum circa substantiam, sed etiam circa praecipua facti adjuncta. Jamvero nemo sano praeditus judicio, scriptoris auctoritatem rejicit, eo quod in circumstantiis minoris momenti erravit '. — Immo illae discrepantiæ sacrorum auctorum independentiam manifestant, quapropter aliquo sensu *majorem vim eorum testimoniis* praebent, quatenus ostendunt evangelistas res narrasse prout noverant, sine praevia conspiratione; si decipere voluissent, sedulo has contradictiones vitassent 3.

1 Cf. *Matth.,* XXVIII, 1 et *Marc.,* XVI, 2*Joan.,* XXI, 1 ; *Luc.,* XXIV, 4 et*foan.,* XX, 12.

2 Mazzella, *op. cit.,* n. 296.

3 Ita Mead ;* *Supernatural Religion,* p. 204 : " Ipsi (Evangelistæ) de magno Resurrectionis negotio, *de visibili et tangibili Jesu apparitione concordes sunt.* Eum ante auroram primi diei hebdomadæ resurrexisse, Mariam Magdalenam visitatum sepulcrum primam ivisse, Jesum suis Apostolis simul conjunctis apparuisse conveniunt. Ipsius corpus post Resurrectionem idem esse ac illud quod crucifixum fuerat, cui tamen character peculiaris et pene spiritualis tribuitur, conveniunt. Ipsi quoque conveniunt cum de discipulis veram ejus Resurrectionem credentibus, et in Messiæ fidem confirmatis, loquuntur. *Dissonantia ad circumstantias nullius fere momenti refertur,* et etiamsi certas subesse contradictiones pateret, eæ narrationis fundamentum de Christi Resurrectione nullo modo infirmare possent... Haud magna perspicacia opus est ut intelligamus quod si quatuor (Resurrectionis) narrationes essent subtiliter concordes, absque vel minima differentia, hæc perfecta conspiratio uti suspecta haberetur, cum aut auctorum collusionem, aut unius scriptoris opus, qui narrationes simul concordes redderet, demonstraret".

519. — (C) *Ex parte apparitionum.*

Adversarii eas fuisse tantum *hallucinationes* aut *pneumaticie visiones* asserunt. Sed *prorsusfalso.*

(i) Hallucinationes, (a) *Pathologicam hallucinationem* in Apostolis reponunt *ife/ss, Renan, H.* et *O. Holtzmann.* Cum Apostoli fiducia, memoria et amore Christi excitarentur, fuerunt *hallucinati*et *visione mere imaginativa* Dominum perceperunt.

(b) Hæc opinio est falsa, i. Hallucinatio enim est vel *transitoria* vel *diuturna :* si *prius,* corrigitur statim ac nervorum et imaginationis excitatio cessat; in casu autem nostro, diu perseveravit, et Apostoli usque ad mortem rati permanserunt se Dominum corporaliter vidisse; si *posterius* est vera *dementia,* cujus nulla vestigia in Apostolis apparent : e contra sapientiæ et æquanimitatis signa haud indubia præbent, et sane mundi conversio morumque reformatio dementibus adscribi nequeunt! 2. Præterea Apostoli ratione eorum conditionis, activitatis et indolis, non erant morbidis hallucinationibus prædispositi. 3. Præcipue omnino alieni erant a persuasione Jesum videndi : incredulos enim se declarant cum oculis Jesum ipsum vident, cum mulieres Resurrectionem annuntiant. 4. Denique si talis hallucinatio erronea ex parte Apostolorum, admitteretur, Judæi eorum inimici eam libenter correxissent, ostendendo corpus Jesu in sepulcro remanens. 5. Quoad *Paulum,* notare oportet nullum influxum fidei antecedenti aut subconscientiæ tribui posse, ad apparitionem in via ad Damascum explicandam; nam, ut Paulus ipse testatur, fides judaica vivax et inconcussa in eo permansit, donec subito Christum viderit

520. — (2) Visiones pneumaticae, (a) Aliqui *Protestantes* et *Rationalistæ*' putant Jesum Apostolis apparuisse, in *visione* reali, non quidem corporali; sed tantum modo psychologico, spirituali seu *pneumatico* (a graeco πνεϋμ-α). Revera corpus Jesu per Resurrectionem spirituale factum erat, et consequenter nonnisi spiritualiter in mente apparere poterat. Et suam opinionem desumunt ex *Luca :* XXIV, 37, ex *Actibus :* IX, XXII et ex 5. *Paulo : I Cor.* XV, 8; *Gal.* I, 14-16.

(b) Hæc theoria rejicitur3. 1. Etenim adversatur argumentis ex S. Paulo allatis, quæ probant objectivam apparitionum Christi

1 *Gal.,* I, II-16; *I Tim.,* I, 13; *Ac/.,* IX, 1 ; cf. Hugueny, *Critique et catholique,* I, ch. V, La conversion de S. Paul; P. Prat, art. *Paul (saint) et te Paulinisme,* in *D. A.f* coi. 1638-1644.

• *von Nazara,* t. III, p. 600 sq.; Schenkel *Charakterbild [esu,* p. 231 sq.; Stapfer ;* *La mort et la résurrection de Jésus,* Paris, 1898· Sabatier ;* *L'Apôtre Paul,* Paris, 1870.

3 J. M. Hervé, *De vera Religione,* n. 219 sq.

realitatem (cf. n. 513). 2. Insuper S. Paulus, pluribus in locis[1], loquitur tum de corpore psychico, animali et materiali, turn de corpore pneumatico, spirituali et immortali. Utrumque vero corpus est reale; prius a posteriori differt unice per activum principium : corpus enim psychicum animatur a ψυχή; corpus vero pneumaticum, a πνεῦμα. Ψυχή autem convenit corpori ante mortem ; et πνεύμα movet ressuscitatum corpus cui novas dotes præbet. Igitur B. Paulus disserendo de pneumatico Christi corpore non negat ejus realitatem, nec proinde ejusdem extemas et reales apparitiones post Resurrectionem[2].

(3) Multa sunt in evangelio quæ videntur probare Christi fuisse *apparitiones* non reales, sed *solum apparentes;* aut saltem non physicas, sed *intellectuales tantum : v. g.,* discipuli putant se ‘‘spiritum videre’’; Maria Christum redivivum tangere nequit; corpus Christi non est ejusdem naturæ ac prius, cum cœnaculum intret januis clausis[3]. Ergo.

R. (a) Facile intelligitur *quomodo discipuli credere potuerint* se *spiritum videre* prima vice qua Jesus apparuit, ob novitatem, et, in eorum opinione, incredibilitatem facti. Sed simul Dominus negavit se esse merum spiritum, quia, inquit, spiritus carnem et ossa non habet. Revera discipuli ejus *corpus* et *vulnera manibus contrectarunt,* et ita persuasum habuerunt corpus non esse phantasticum, sed reale et materiale, (b) Si *Maria Magdelena Jesum tangere non potuit,* hoc est quia Dominus, propter rationes sibi notas, id permittere noluit, nam aliæ mulieres ‘‘accesserunt et tenuerunt pedes ejus”, et Apostoli pedes et manus ejus tetigerunt[4]. (c) Si autem *Christus cœnaculum ingressus est januis clausis,* subitoque evanuit ab oculis Apostolorum, aut etiam variis apparuit formis, hæc omnia quidem ostendunt corpus ejus, post Resurrectionem, utpote glorificatum, dotibus gaudere specialibus, non autem ejus realitatem aut identitatem afficiunt.

II. — Valor apologeticus Resurrectionis Christi

Christus resurrexit ad suam divinam legationem statuendam ; et de facto sua Resurrectio eximium valorem apologeticum perhibet.

521. — 1° Christus Resurrectionem suam dat in signum suæ missionis divinæ.

1 *I Cor.*. XV, 42-44; 46-51.

2 ‘‘Le corps du Christ vivifié avant la résurrection par la ψυχή l’est après sa résurrection par le πνεῦμα. ” F. Prat» *La théologie de S. Paul.* t. II, p. 408 sq.

3 *Luc.*. XXIV, *yi^Joan.*. XX, Σ7, 19, 26.

4 *Afatth.*. XXVIII, 9; *Luc.*. XXVI, 40, 43.

Hoc declarat : i. tum *explicite, 2.* tum *implicite.*

(A) *Explicite,* loquendo : **i**. *de signo Templi, 2. de signo Jonæ.*

(1) Signum Templi, (a) Cum ejecisset Jesus vendentes de templo, Judæi quærunt : " Quod *signum* ostendis nobis quia hæc facis. Respondit Jesus et dixit eis : *Solvite templum hoc et in Iribus diebus excitabo illud* " ». Hoc responsum admirationem turbae excitat : tempore Passionis, falsi testes et Judæi hoc rememoraverunt =. (b) Sed, juxta evangelium, Christus " *dicebat de templo corporis sui.* Cum ergo resurrexisset'a mortuis, recordati sunt discipuli ejus quia hoc dicebat, et crediderunt Scripturae et sermoni quem dixit Jesus " 3.

(2} Signum Jonæ. (a) Declaratio Christi de hoc signo invenitur in Synopticis·», et, juxta phires, bis affirmata fuit. (b) Jesus dæmoniacum quemdam curaverat et turbæ exclamabant : " Numquid hic est *Filius David?"* Et Christus, adversus Pharisæorum calumnias, affirmat se daemones ejicere " in spiritu Dei ". Tunc Pharisæi et Sadducæi " rogaverunt eum ut *signum de aelo ostenderet eis* ", i. e., argumentum probans eum divina gaudere auctoritate quam sibi vindicabat. Et Christus respondit : " Generatio mala et adultera signum quærit et *signum non dabitur ei, nisi signum Joncc prophetic. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus : sic erit Filius hominis in corde tei ric tribus diebus et iribus noctibus* " 5. Igitur Christus iterum considerat suam Resurrectionem tanquam divinæ suæ auctoritatis signum.

(B *Implicite* Jesus idem affirmat declarando, se esse Dei legatum et a Patre mandatum accepisse ponendi animam suam et iterum sumendi-eam 6. Sed si vere resurrexit, ejus prædictæ affirmationes sunt credendæ. Præterea, ex dictis, Christus, ut Judæi in eum credant, provocat ad sua "opera" seu miracula. Atqui Resurrectio est ejus eximium miraculum.

? t

>>

522. — 20 Resurrectio probat divinitatem missionis et religionis Christi.

(1) Ex dictis, Christus suam Resurrectionem vere prophetavit; et, post realem mortem, redivivus sæpe apparuit.

l*Jn h* .. II. rS sq - *Matth*.. XXVI, 6f : J/ση., XIV, 57.59.

Sed, ex una parte, Resurrectionem esse verum miraculum nemo potest prudenter negare vel in dubium vocare;ex alia vero parte, Jesus resurrexit in testimonium suæ missionis religiosæ a Deo acceptæ.

His certo positis, Christus vel prophetavit suam Resurrectionem et resurrexit propria virtute : et ipso facto probavit se esse Deum; vel utrtimque peregit ex virtute Dei. Sed hoc facere non potuisset nisi esset a Deo plene approbatus. Ergo Resurrectio spectata tum ut prophetia tum ut physicum miraculum, est authenticum signum quod Christus est verus Messias seu Dei legatus, ideoque quod ejus religio divina est et ab omnibus colenda.

(2) *Usus apologeticus.* (a) Argumentum ex Christi Resurrectione omnes homines convincere potest. Resurrectio ut prophetia valet speciatim pro Judaeis, qui messianicorum vaticiniorum authenticitatem agnoscunt. Resurrectio autem ut physicum miraculum sufficit ad Christianismi divinitatem omnibus mentibus statuendam, (b) Quapropter evangelii praedicatores incessanter Judaeis et paganis affirmant Christum redivivum. Apostoli veritatem suæ praedicationis hoc miraculo praecipue probant; Matthias eligitur ut sit Resurrectionis testis 1 ; hoc praedicat Petrus in primo sermone ad populum 2 ; hoc et Paulus coram Atheniensibus in monte Martis3;ad hoc confirmandum, Apostoli miracula patrant·»; et per undeviginti saecula hæc fuit universalis Christianorum fides. Si verum est Resurrectionis factum, firma est etiam fides nostra 5. Itaque *Patres* et *theologi,* decursu temporum, unanimiter Resurrectionem Jesu ut unum e praecipuis religionis christianæ fundamentis fidenter declarant.

Conclusio generalis. Resurrectio ergo Domini factum certissimum manet : et hæc est quidem digna corona personæ tam eximiæ collata, dignus exitus vitae Messiæ, tot et tantis signis illustris, digna inchoatio vitae Christi in Ecclesia et in cordibus nostris! — Ergo evangelicade Resurrectione historia inconcusse demonstratur Christum esse Dei legatum.

1 *Act.,* I, 22. — 3 *Ad.,* II, 24-32.
3 *Ad.,* XVII, 18-31. — « *Ad.,* III, 15; IV, 10, 33.
5 Rationalistæ ipsi hoc admittunt : ita Strauss fatetur necesse esse vel explicare quomodo Apostoli in resurrectionem Christi crediderint, vel suo systemati valedicere. Cf. Bruce *, *Apologetica,* p. 384.

CAPUT VII

Legatio divina Christi constat EX MIRACULOSA PROPAGATIONE PRiMÆVi Christianismi

523. — Conspectus.

De miraculosa Christianismi propagatione

Status quæstionis.

1' *Factum historicum* hujus diffusionis.

(a) *Propagatio celerrima :* numerica, geographica, socialis.

(b) *Morum instauratio* mirabilis : apud individuum, familiam, societatem.

2° *Supernaturalitas* hujus diffusionis. Ibi adest miraculum :

(a) *Intellectuale.*

(b) *Morale :* quod patet :

1. ex *impedimentis* multis, externis et internis.

2. ex *mediis* naturaliter inefficacibus.

3° *Conclusiones apologeticæ.*

Scholion. De causis naturalibus in Christianismi propagatione : earum influxus et insufficientia.

Divinitatem missionis Christi ejusque religionis jam ex testimonio antiquorum prophetarum et ipsius Salvatoris deducimus. Nunc de eadem re interrogemus *Christianismum primævum,* qui est ipsius Christi continuatio et cujus historia nobis moralia miracula exhibet apologetico valore præstantia. Inter quæ, primum exponitur *mira Christianismi propagatio '.*

* Hoc argumentum inchoat apologeticam demonstrationem de divinitate Ecclesiæ, quatenus " Ecclesia per se ipsa *magnum et perpetuum est motivum credibilitatis".* D. B., 1794, 1638; S. Thom., *Cant. Gent.,* l. I, c. 6, 7; Perrone, n. 369 sq.; Brugère, n. 57 sq.; C. Pesch, *op. cit.,* n. 248 sq.; J. M. Hervé, *op. cit.,* n. 223 sq.; P. Allard, *Le Christianisme et ГEmpire romain,* Paris, 1898; *Histoire des persécutions.,* 5 vol., Paris, 1885-1890; *La persécution de Dioclétien et le triomphe de l'Eglise,* Paris, 1907; Vieillaçd-Lacharme, *L'Eglise cathol. aux premiers siècles,* Paris, 1913; Hugueny, *Critique et catholique,* I, c. VI ; J. Zeiller, *L!Empire romain et ГEglise,* Paris, 192S; J. Lebreton et J. Zeiller, *L'Eglise primitive,* Paris, 1934'

524. — Status quæstionis.

(a) Objectum. Hic tractabimus : i. de *admirabili propagatione Christianismi* per tria priora sæcula, quibus durantibus, obstacula erant graviora et naturalia media inefficaciora; 2. et simul de *ejus efficacia ad mores renovandos.* Hæc enim duo facta intime connectuntur historice et psychologice et ex eorum unione fortior evadit valor hujus apologetici argumenti.

(b) Errores. *Rationaliste* antiqui et recentes Christianae diffusionem religionis ut factum quidem *mirum,* sed *naturaliter* variis mediis et sententiis *explicandum* proponunt '. (Cf. n. 548-550).

(c) Catholici e contra, cum Pio IX et *C. Vaticano,* docent hoc factum divinam Christianismi originem demonstrare. i. Ita juxta PlUM IX, Ecclesia " universum orbem...» a solis ortu usque ad occasum *uno Crucis vexillo pervasit, atque idolorum profligata fallacia, errorum depulsa caligine triumphatisque cujusque generis hostibus, omnes populos gentes, nationes, utcumque immanitate barbaras ac indole, monbus, legibus, institutis diversas, divinæ cognitionis lumine illustravit,* atque suavissimo ipsius Christi jugo subjecit, annuntians omnibus pacem, annuntians bona " 2 2. *C. Vaticanum* declarat : " Ecclesia per se ipsa, ob suam nempe *admirabilem propagationem, eximiam sanctitatem,* ... perpetuum est motivum credibilitatis " 3. Hæc verba referuntur ad totam Ecclesiæ historiam et non tantum ad ejus exordia.

525. — Thesis. **Celerrima propagatio Christianismi mores hominum 'instaurantis est miraculum probans divinam Christi legationem.** Theologice *certum.*

Argumentum generale.

Divina est religio quæ celerrime propagata fuit, mirabiliter mores hominum instaurans, cum mediis naturaliter

præcipae, c. 2, 6, 7; A. Brou, art. *Propagation de l'Evangile,* in *D. A.,* col. 362-386 ; H. Leclercq, art *Expansion du Christianisme,* in *Diet, archiol. chrét.;* L. de Grandmaison, art *L'expansion du Christianisme d'après M. Harnack,* in *Etudes,* 1903, p. 300-329; 451-476 ; Cf. tractatus historiæ ecclesiasticæ pro hac periodo.

1 A. Harnack ; *Die Mission und Ausbreitung des Christentums in den ersten dreiJahrhunderten,* 1915 ; J. Rivière, *La propagation du Christian, dans les trois premiers stèles, d'après les conclusions de M. Harnack,* Paris, 1907.

• D. B., 1638, Ð . B., 1794-

inefficacibus et nonobstantibus multis et gravissimis obstaculis. Atqui ita est de religione Christiana. Ergo.

Major constat. Etenim talis religio gaudet miraculosi Dei protectione. Sed repugnat Deum miracula perficere ;n erroris gratiam. Igitur hæc religio est divinitus approbata.

Minor probatur, exponendo : ı./λγℤ/μ *historicum christianæ diffusionis, 2. ejusdem supematuralitatem.*

I. — Factum historicum christianæ Diffusionis

526. — Religio Christiana celerrime propagata fuit, mirabiliter mores hominum instaurans.

Duplex factum distinguitur : i. *propagatio celerrima,* 2. *morum instauratio.*

I. Propagatio celerrima Christianismi. Hic ostendemus ejus diffusionem : i. *numericam,* 2. *geographicam,* 3. *socialem.*

527. — (A) Numerica diffusio, (a) ***Ante Apostolorum mortem.*** Christo mortuo, pusillus grex Apostolorum et discipulorum dispersus fugiebat. Sed paulo post Pentecosten, prædicante Petro, primum tria, deinde quinque millia hominum ad fidem conyersi sunt[1] ; et quotidie " magis augebatur credentium in Domino multitudo virorum ac mulierum"[2]. Postea fideles per Judæam et Samariam dispersi evangelium prædicarunt[3]. Quidam etiam perambulaverunt usque Phoenicen, et Cyprum, et Antiochiam : in hac civitate multi crediderunt, " ita ut cognominarentur primum Antiochiae discipuli, Christiani "[4].

528. — (b) *Post mortem Apostolorum,* numerum fidelium in immensum excrevisse testes sunt scriptores *christiani* et *pagani,* etiamsi admittatur eos quandoque *oratorio modo* scripsisse.

i. Christiani. Ita S. Clemens Papa ad Corinthios scribebats : " Hisce viris (Apostolis) aggregata est *multitudo ingens* electorum qui multa martyria et tormenta sustinuerunt nobisque exempla

[1] " Appositæ sunt in die illa animæ circiter *tria millia...* Multi autem... qui audierant verbum, crediderunt; et factus est numerus virorum *quinque millia".* *Act.,* II, 41 ; IV, 4.

[3] *Act.,* V, 14. — [3] *Ad.,* VIII, 3-4. — [4] *Ad.,* XI, 18-26.

[5] S. Clem., *Epist.,* n. 6 ; R., 11 ; K., 11.

facti sunt". S. Iusiinus, sæc. IF medio, declarabat nullum esse genus hominum sive barbarorum, sive græcorum, sive etiam iliorum omnium quocumque appellentur nomine, inter quos non fiant preces... Patri ... per nomen Jesu Christi crucifixi'. Tertulliianus, sæc. 111°, sic eloquenter scribit: "Hesterni sumus, et *iwtra omnia implevimus,* urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, cas'tra ipsa, tribus, decurias, palatium, senatum, forum: *sola vobis reliquimus templa* " '.

2. Pagani. Sic Tacitus 3, de Neronis persecutione scribens, ait ingentem Christianorum multitudinem capite plexos fuisse : " Quæsitissimis poenis adfecit quos, per flagitia invisos, vulgus *Christianos* adpellabat... Igitur primo correpti, qui fatebantur, deinde, indicio eorum, *multitudo ingens,* haud perinde in crimine incendii, quam odio humani generis, convicti sunt". Plinius Junior, sub Trajano, in Bithynia, innumeros ibi reperit Christianos, de quibus imperatorem consulit quid sibi sit agendum : " Visa est enim mihi res digna consultatione, *maxime propter periclitantium numerum. Multi* enim omnis ætatis, omnis ordinis, utriusque sexus etiam, vocantur in periculum et vocabuntur. Neque enim civitates tantum, sed vicos etiam atque pagos superstitionis illius contagio pervagata est " ⁋ Nec aliter Suetonius, aliique profani auctores.

Constat igitur christianarn religionem, etiam ante Constantinum, celerrime per urbes et vicos, et etiam inter barbaros propagatam fuisse.

529. — (B) Geographica diffusio, (a) *Apostoli* dispersi cito ecclesias in romano Imperio et etiam non paucas extra ejus limites fundaverunt. S. PETRUS, paulo post Ascensionem (63-64), epistolam scribit " electis advenis dispersionis *Ponti, Galatia, Cappadocia, Asia et Bithynia"* 5; PAULUS eodem fere tempore ad Romanos scribens aiebat : " Fides

' S. Justin., *Dialog., cum Tiyphone,* n. 117; K., 59.

- Tcrtull., *Apologet.,* c. XXXVII ; *P. L.,* t. I, 462, 463; R., 279; K., 178: cf. *Adversus Judeos,* c. VII. Hæc quidem dicta sunt aliquatenus *oratorio* wMb;sed in libro *ad Scapulam* paganum praefectum, c. 5; *P. L.,* I, 704, ubi modo mere exposilivo loquitur ad eum qui optime statum rerum noverat, declarat *pene majorem partem civitatis,* (i. e., Carthaginis), esse christianarn, maximamque futuram esse stragem, si Christiani *decimarentur.*

‹ Tacitus, *Annal.,* 1. XV. c. 44; K., 34.

4 C. Plinius, 1. X, *Ep.* 97; K., 30. — Nonnulli rationaliste hanc epistolam non genuinam aut interpolatam esse dixerunt, quia testimonium exhibet suis theoriis contrarium; quod debile esse argumentum alii rationaliste fatentur, ut G. Boissier ⁋ *La Fin du paganisme, 2e* éd., 1894, p. 383. — 5 / *Petr.,* I,

vestra annuntiatur *in universo mundo"* [1]; JOANNES, circa finem primi sæculi, sub Domitiano, scribit septem ecclesiis quæ sunt in *Asia :* Ephesi, Smyrnæ, Pergami, Thyatira, Sardis, Philadelphiæ et Laodiciæ[3].

(b) S. IRENÆUS, sæc. II0, declarat ecclesias erectas esse in *Germania,* in *Hispaniis,* in *Galliis,* in *Oriente,* hi *Ægypto,* in *Lybia,* et in *Meditullio,* id est Hierosolymæ et in *JudceaA.*

530. — (C) En conspectum ab *A. Harnack* propositum pro anno 300. r. Provinciæ in quibus Christiana *fravalebat* religio, *dimidiam fere* partem incolarum computans, erant *Asia Minor,* (regio quæ hodie hoc nomine vocatur), pars meridionalis *Thracia, Cyprus, Armenia, Edessa* ejusque territorium. I

2. Aliæ erant provinciæ in quibus *late* diffundebatur, ita ut magis floreret quam ceteræ religiones *singiliatim* sumptae : *Antiochia* et *Cale-Syria, Ægyptus,* præsertim *Alexandria,* et *Thebaidis, Roma, Italia meridionalis* et *media, Africa proconsularis* et *Numidia, Hispania,* præcipuæ partes *Gracia* et *meridionalis Gallia.*

3. Aliæ autem erant in quibus *minus* diffundebatur, et paucae numero communitates institutæ fuerant : *Palastina,* exceptis paucis civitatibus ubi Christianismus dominabatur, *Phenicia, Arabia,* pars *Mesopotamia, Graea peninsula* cum regionibus prope *Danubium, septentrionalis* et *orientalis Italia, Mauritania* et *Tripolitana.* .. 3M

4. Tandem aliæ erant in quibus nonnisi paucissimi recensebantur christiani : *Philistia, Scythia, Persis, India,* littora *Maris Nigri,* pars *Occidentalis Italia,* pars media et septentrionalis *Gallia, Belgium, Germania, Rhetia, Britannia* et *Norica*

[1] *Rom.y* I, 8; cf. *Coloss.,* I, 6. — Ipse Puteolos veniens, ibi fratres, i. e., Christianos, invenit et apud eos mansit. *Ad..* XXVIII, 14.

[3] *A/oc.,* I, n. Cf. VII, 9, ubi, ante thronum Agni multi ostenduntur credentes in Christum, ex omni tribu et populo.

[5] S. Irenæus, *Advers. ffares..* l. I, c. 10, n. 2; l. III, c. 3, n. 2 ; K. 104-106.

[4] Harnack *, *op. rit.,* II, p. 351-352, ubi rem ita concludit : 44 L'impression qu'eurent les Pères du quatrième siècle, un Amobe, un Eusèbe, un Augustin, que leur foi s'est, degeneration en génération, propagée avec une incompréhensible rapidité, cette impression est juste. Soixante-dix ans après la fondation de la première communauté chrétienne dans la syrienne Antioche, Pline s'exprime, sur la diffusion du christianisme dans la lointaine Bithynie, dans les termes les plus forts, et considère les autres cultes établis dans cette province comme déjà ruineux. Soixante-dix ans plus tard, la querelle de Pâques nous montre une fédération chrétienne d'églises, qui va de Lyon à Edesse, avec Rome pour centre. Soixante-dix ans après, l'empereur Dèce déclare qu'il aimerait mieux souffrir à Rome un autre empereur qu'un évêque chrétien; et il ne faudra plus attendre soixante-dix ans pour voir la croix arborée sur les enseignes romaines ".

Uno verbo, anno 312, existebant circiter 1750 sedes episcopales. Et hæc statistica minimalista videtur, utpote confecta ex documentis cognitis : sed probabiliter multa de hac re documenta perierunt vel nondum edita sunt.

531. — (C) Socialis diffusio. (1) Multi sane *conditione humiles* Ecclesiam ingressi sunt : ita ut B. Paulus scribit : " Quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles " (2) **Nobiles** multi *divitiis, officio* vel *scientia,* inter primitivos christianos inveniuntur. (a) *Divites* quidam, quales *Sergius Paulus*[2], *Dionysius Areopagita*[3], *Pomponia Gracina*[4], *Apollonius* martyr[5]; *Annat* et *Pomponii,* aliique clarissimi viri, ita ut Valeriani edictum (258) speciatim contra ditiores christianos promulgatum fuerit, ut senatores et egregii viri et equites romani, dignitate amissa, etiam bonis spoliarentur[6], (b) *Aulici* quidam : S. Paulus loquitur de sanctis "qui *de Casaris domo* sunt "[7], de Aristobulo et Narcisso[8], qui in aula Claudii vivebant. Imperante Domitiano, florebat *Flavius Clemens,* cujus filii inter heredes Imperii recensebantur. Commodio regnante, multi christiani in aula erant, inter quos *Marcia,* cujus ope christiani multi, ad metalla damnati, liberati sunt Imperator Antoninus lacte Christiano educatus est, teste Tertulliano[9]. Tempore Valeriani, inter *Ccesartanos,* haud pauci erant christiani [10], (c) Plures *eruditione* aut *eloquentia* floruerunt : v. g., Apollo Alexandrinus, qui, tempore Pauli, Corinthiis prædicabat, Dionysius Areopagita; Justinus, Athenagoras, Aristides, aliique apologetæ; Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Clemens Alexandrinus, Origenes totaque schola Alexandrina. Et Arnobius scribere potuit [11] : " Tam magnis ingeniis præditi oratores, grammatici, rhetores, consulti juris ac medici, philosophiæ secreta rimantes, magisteria hæc expetunt, spretis quibus paulo ante fidebant".

[1] I *Cor.,* I, 26. — [2] *Act.,* XIII, 7-12. — [3] *Act.,* XVII, 34.
[4] Tacitus, *Annales,* XIII, 32; K., 32.
[5] Eusebius, *Hist, cedes.,* V, XXI, 1.
[6] Ita S. Cyprian., *Ep.* LXXX, 1, t. II, p. 839, ed. *Vindobonensis;* K., 299.
[7] *Philip.,* IV, 22.
[8] *Rom.,* XVI, 11.
[9] *Ad Scapulam,* 4; *P. L.,* t. I, 703; K., 217. Ibidem ait : "Sed et clarissimas feminas et clarissimos viros Severus sciens hujus sectæ esse, non modo non læsit, verum et testimonio exornavit, et populo furenti in nos palam restitit
[10] S. Cyprian., *ep. cit.* — Quare Harnack *op. cit.,* II, p. 47» merito infert " que dès la première heure les chrétiens s'introduisirent à la cour, et qu'ils avaient fini à la longue, par en constituer une partie importante".
[11] « Arnob., *Adv. Gentes,* l. II.5; *P. L.,* V, 8i6. Cf. Greppo, *Mémoires relatifs à Γhist. ecclés. îles premiers siècles :* les chrétiens de la maison de Néron.

532. — (3) Milites et **mulieres** citari etiam debent inter Christi discipulos, (a) *Milites* haud pauci, centuriones et tribuni Jesu nomen venerabant. Sub Marco Aurelio, *ef\vfulminata* multoc numerabat Christianos \ et ex ea assumpti sunt quadraginta martyres qui Sebastæ pro fide occisi sunt. Initio Diocletianæ persecutionis, posteaque sub Licinio imperatore, multi christiani milites interempti sunt3, (b) *Mulieres* multæ Christi fidem acceperunt et propagaverunt. Jam apud S. *Paulum* et *Actus Apostolorum,* plures recensentur, v. g., nobilis Priscilla, Aquilæ uxor λ Ex eis seligebantur virgines, viduæ et diaconissæ, quæ certa munera in ecclesiis exercebant. Scholas Justini et Origenis quædam mulieres frequentabant. Aliæ in aula imperatorum erant, aut uxores illustrium virorum, quales fuere *Domitilla, Marcia, Julia Mamnuea, Severa,* Philippi uxor : necnon uxor et filia Diocletiani, uxor praefecti Romæ, regnante Maxentio 4. Multæ sanguine suo fidem signaverunt. Tanta denique fuit copia puellarum et matronarum, quæ Christianam religionem amplexæ fuerant, ut speciali decreto nobilibus mulieribus, quæ suæ conditionis viros invenire non potuerant, permissum fuerit cum servis matrimonium contrahere.

Constat igitur christianam religionem, per tria priora sæcula, celerrime in toto romano Imperio diffusam esse, immo et inter barbaras gentes, et quidem non in uno aut altero civium coetu, sed *in omnibus ordinibus;* celerius ac quævis ex religionibus orientalibus quæ eo tempore mundum invaserant 5. -·.«

533.— IL Morum instauratio mirabilis6.

Christiana religio mores renovavit apud : i. *individuum*^ 2. *familiam,* 3. *societatem.*

(A) Apud individuum.

Instauravit hominem privatum, liberando ejus *intellectum* ab erroribus et *voluntatem* a nefanda corruptione.

(1) Quoad *intellectum,* a Ante Christum, universus orbis pessimis erroribus de Deo, homine et vita morali deditus

* Tertullian. *Apologet..* V, 8. K., 177; Euseb., *H. E.,* V, 5, 1-6; K., 432-433-

'Euseb;j7. *E.,* V, 5 ; VI, 5, 4» ; VII, i, I5; K,, 441-442; VIII, 4; X, 18.

* *Act.,* XVII, 4. 12; XVIII, 2. 6; Z *Cor..* VII, 12; XI, 5;/^., XVI, 1, 3, 6, 7, 12, 15. —4 Euseb., *H. E* • VI, 21, 36; λ III, I ; K., 444. 445.

5 Hamack *, *op. cil.,* II, p. 334-341.

6 C. Fouard, 5. *Pierre,* 1901. c. XV-XVIII; A. Ehrhard, *Da, Christenlum in tomischen Reich bis Konstantin,* Strassburg, 1911; S. Tromp, *op dt* p. 266 sq.; G. Boissier ', *La ήη du paganisme,* Paris, 1898. * '

erat, juxta paganorum ipsorum testimonia (cf. n. 234-241).

b) Post Christum, omnibus etiam rudibus imo et servis praedicata fuit altior doctrina circa Dei unitatem paternamque Providentiam, animae immortalitatem, generis humani per Christi redemptionem, etc.; ita ut quæ ipsis antea philosophis ignota erant, ea mox indocti etiam clare cognoverint.

534. — (2) Quoad *voluntatem,* (a) Ante Christum, Pagani turpibus indulgebant vitiis, quæ deificabant. 1. Sapientissimos ex ethnicis S. *Paulus* describit " *repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, nequitia, plenos invidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, ... insipientes, incompositos, sine affectione,* absque foedere, sine misericordia " \

2. Cui testimonio concordant *auctores pagani.* Ait enim *Tacitus* dc Romanis : " Ceterum abolitos paulatim patrios mores, funditus everti per accitam lasciviam, ut, quod usquam corrumpi et corrumpere queat, in urbe visatur, degeneretque studiis externis juventus, gymnasia et otia et turpes amores exercendo, principe et senatu auctoribus; qui non modo licentiam vitiis permiserint, sed vim adhibeant *'2.

(b) Post Christum, evangelica veritate mundum irradiante, vitia prædicta omnino fuerunt reprobata et simul præcipie-

' *Hom.,* T, 29-31; Z *Cor.,* VI, 9-10.

- Nec aliter Juvenalis, *Salir.,* VI, 292-300 :

> Nunc patimur longæ pacis mala. Sævior armis
> Luxuria incubit, victumque ulciscitur orbem ;
> Nullum crimen abest, facinusque libidinis, ex quo
> Paupertas romana perit...
> Prima peregrinos obscœna pecunia mores
> Intulit, et turpi fregerunt secula luxu
> Divitiæ molles...

Idem legitur apud Senecam, *de Ira.* II, S : "Omnia sceleribus ac vitiis plena sunt : plus committitur quam quod possit coercitione sanari. Certatur ingenti quodam nequitiæ certamine : major quotidie peccandi cupiditas, minor verecundia est. Expulso melioris æquiorisque respectu, quocumque visum est, libido se impingit. Nec furtiva jam scelera sunt : præter oculos eunt... " — De infandtj autem *sodomia crimine,* cf. Aristophanes, *Lysistrata,* no; Plato, *Sym/asium,* 191: Lucian., *Amores.* iS; *Dialogi meretricii,* V, 22; Juvenal., VI. 311 ; Martial., 1. 9' : VII, 67 : Dollinger's, *Heathen andJew,* II, 273 sqq., ubi probatur vix unquam hoc vitium a paganis scriptoribus, etiam optimis, ut Socrate, fuisse reprobatum; imino idem in nonnullis graecis regionibus fuisse explicite laudatum, atque in romano Imperio, circa finem Reipublicæ ac tempore imperatorum, late crevisse.

bantur splendidissimae virtutes quæ practice a fidelibus colebantur. Ita castitas, immo et virginitas, pietas in Deum, caritas erga proximum, honestas et justitia, modestia et humilitas mox floruerunt.

Quam mirandam mutationem testantur Apostoli, auctores ecclesiastici imo et ethnici. Sic S. *Paulus,* enumeratis Gentilium vitiis, subdit : " *Et hcec quidem fuistis ; sed abluti estis, sed sanctificati estis, sedjustificati estis in nomine Domini Jesu Christi* " 2. Aliunde *Pagani* fatebantur Christianos non propter furta, latrocinia, adulteria, aliave crimina condemnari, sed propter suam religionem 3. Non omnia quidem per Christianismum abolita fuere vitia, sed multa emendata sunt, nec ullum fuit probatum 4.

535. — (B) Apud familiam 5.

Pariter renovavit familiam quoad : r. *conjuges,* 2. *pueros,* 3. *servos.*

(1) Quoad conjuges. (a) Ante Christum, r. *Paterfamilias* jus vitæ necisque in uxorem et liberos habebat. 2. *Uxores* virorum dominationi omnino subdebantur; non solum propter adulterium, sed etiam propter ebrietatem, aliave delicta, morte puniri poterant, viri arbitrio. Exemplum habetur in Metello, qui uxorem, eo quod vinum bibisset, fuste percussam interemit 6. Paulo ante Augustum, in *licentiam* praecipites se dederunt, ita ut, teste *Tacito i,* Senatus legem condere coactus fuerit ne nobiles matronæ lenocinium profiterentur. — Eodem tempore *divortia* communia facta sunt : *Cato* ipse, in avaritiam et luxuriam adeo vehemens, uxorem suam Marciam Hortensio locavit, eamque divitem factam, Hor-

* S. Justinus scribit : " Qui olim stupris gaudebamus, nunc *castimoniam* unice amplectimur ; qui magias etiam artibus utebamur, bono et ingenito nos consecravimus Deo; qui pecuniarum et possessionum vias omnibus antiquiores habebamus, nunc etiam ea quæ habemus *in commune conferimus,* et cum indigentibus quibusque communicamus ; qui mutuis odiis et eredibus pugnabamus, et cum iis qui tribules nostri non essent communem focum ob diversa instituta non habebamus, nunc, postquam Christus apparuit, convictores sumus et pro inimicis rogamus ". *Apologia* 1«, 14; *p. G.,* VI, 347 ; R., 118. Cf. *Epistolam ad Diognetem,* R., 97; K., 153, 2. — ' Z *Cor.,* VI, 11.

3 Plinius, *Epist.,* 1. X, *ep.* 97 ; K., 30. Cf. Lecky ·, *History of European morals,* New-York, 1884; t. II, c. IV, p. n, 153-154.

4 H. Grisar, *Histoire de Rome et des Papes,* 1906, t. I, n. 26.

5 H. Taudière, art. *Famille,* in *D. A.,* col. 1871-1897.

4 Valerius Maxim., 1. VI, c. 3; cf. Dionys. Halicam., *Romana Antiq.,* 1. II, c. 4; cf. P. Gide, *Etude sur la condition privée de lafemme.*

7 Tacit., *Annal.,* 1. II, 85; cf. Suetonius, *In Tiber.,* 34.

tensio defuncto, iterum assumpsit; *Cicero* uxori suæ Terentiæ dedit libellum repudii, ut creditores suos pacaret dote novæ uxoris Publiæ, quam postea vano prætextu dimisit [1] *Augustus,* in coercendis adulteriis tam sollicitus, ipse alienarum corruptor uxorum fuit, multasque concubinas habuit, quæ ipsi undique etiam ab uxore conquirebantur

(b) Post Christum, in familia unitas, indissolubilitas sanctitasque matrimonialis vinculi instaurantur. Viri uxores suas diligere tenentur sicut et Christus dilexit Ecclesiam, mulieres viris suis subdi sicut Domino; nec vinculum conjugalis nisi morte alterutrius solvi potest[3]. Mulieris conditio et dignitas renovantur. Virginibus, diaconissis et viduis christianæ virtutes, et præsertim caritatis opera [4] commendantur : unde femineus sexus valde nobilitatur. Ad hoc præcipue tendit *cultus B. Virgini redditus,* quæ, cum virginitatis simul et maternitatis honore fulget, virginibus simul et maritatis exemplum esse potest : hinc florent modestia, pudor, virginitas, castus amor sive conjugum inter se, sive parentum erga filios, christianaque prolis educatio[5].

536. — (2) Quoad *pueros,* (a) Ante Christum, puer habebatur fere ut res, quæ poterat exponi, necari, vendi, etc. — r. Apud Græcos, filii non tam familiæ quam reipublicæ procreabantur; inde approbantibus philosophis[6], infantes manci vel debiles necabantur. 2. Apud Romanos, in lege *decem Tabularum* (tab. IV), dicitur : " Pater insignem ad deformitatem puerum cito necato Nec *Seneca* [7] puduit scribere : " Portentosos fetus

[1] Plutarch., *Vita Catonis, Vita Ciceronis.*

[2] Sueton., *Augustus,* 71. — Philosophi ipsi meretricios amores condemnare non audebant : ""Verum si quis est qui etiam meretriciis amoribus interdictum juventuti putet, est ille quidem valde severus; negare non possum; sed abhorret non solum ab hujus sæculi licentia, verum etiam a majorum consuetudine atque concessis. Quando enim hoc factum non est? Quando reprehensum? Quando non permissum?" Cicero, *Pro Calio,* c. *20.*

[3] *Ephes.,* V, 21-33; *Poni.,* VII, 2-3. — [4] *I Tim.,* V, 3-10.

[5] Hinc Lecky *op. cit.,* t. II, p. 316 sq., agnoscit a Christiana religione castitatem, ut virtutum nobilissimam, maxime promotam fuisse, vitiumque contrarium gravissimis poenis castigatum; et infra (p. 367) addit, cultu B. Virginis, femineas virtutes mirum in modum excultas fuisse. Cf. Nicolas, *La Vierge Marie vivant dans l'Eglise,* l. 4, c. 1, Paris, i860, t. II, p. 295.

[6] Ita Aristoteles, *Politic.,* l. VII, c. 14 : " Abolendis autem alendisque fetibus esto lex, ut nihil alatur mancum et debile. Propter multitudinem autem liberorum, quosdam fetus abolere oportet., quod si quibus fuerit aliquid praterea genitum, abortionem facere conveniet

[7] Seneca, *De ira,* l. I, c. 15.

exstinguimus, liberos quoque, si debiles monstruosique editi sint, mergimus : non ira, *sed ratio* est, a sanis inutilia secernere ". Praeterea, toto vitæ tempor.e, pater filios in carcerem conjicere, flagris cædere, imo et vendere poterat '. H

(b" Post Christum, ejus discipuli pueros cum reverentia et amore prosequuntur, eos diligenter educant; quia Jesus eos specialiter dilexit et ostendit ut Dei filios heredesque regni cælestis. et maledicit scandalizantem unum de pusillis istis'.

Hinc Lactantius 3 : ‹{ Ergo ne illud quidem concedi aliquis existimet ut recens natos liceat oblidere, quæ vel maxima est impietas; ad vitam enim Deus inspirat animas, non ad mortem... Tam igitur nefarium est exponere quam necare "... Revera Christiana religio, tanquam devota mater, infantium curam suscepit, et abortum vel jiarvulorum expositionem stricte prohibuit

537. — (3) Quoad *servos.* ,(a) Ante Christum, servi non personae, sed *res* existimabantur, quibus proinde uti abutique dominis licebat, juxta illud : *In servum nihil non domino licet,* vel *nulla in servum injuria cadit*4.

Hinc eis non licebat verum connubium contrahere, et post multos labores, jam morbo aut senio confecti, necabantur. Cato ipse scribit de patrefamilias5 : " Vendat boves vetulos,... plaustrum vetus, ferramenta vetera, *servum senem, servum morbosum,* et si quid aliud supersit, vendat ". Servis de fuga suspectis collaria ferrea imponebantur, fugitivis frons nota inurebatur. Sæpe ipsæ matron» ancillas acubus et spinulis transfigebant, vel ad crucis supplicium servos damnabant. Pollio, familiaris Octavii Augusti, murænas sanguine humano saginabat, et servos qui contra se aliquid offenderant, in vivarium serpentibus objici jubebat 6. Lege statutum fuerat ut, si quis occideretur dominus, omnes indiscriminatim servi qui tunc temporis in domo erant, morte punirentur, quod revera sub Nerone factum est, ut narrat Tacitus L

[1] Cf. Dionysius Halicarn., *Roman. Anliqiiit.,* l. II, c. 4.

[2] X. 14; *Luc.,* XVIII, 16; *Maith.,* XVIII, 6-10; *Marc.,* IX, 41; *i.tu.,* X\ II, 1-2; M. Aron, Λ *Eglise et l'enfant,* Paris, 1934; A. Decoene et A. Staelens, *Psychol, pédagogique et doctrine chrét. de Téducation,* Louvain, 1934. — 3 Lactant, *Divin. Institut.,* l. VI, c. 20; *P. L.,* VI, 708.

4 ‘‘Senile caput *nullum jus habet*". *Dig,.* IV, 5, 3.

: Cato, *De re rustica,* c. 2.

6 Senec., *de Clement.,* l. I, c. 18; Juvenal., *Salir.,* VI; Valerius Maximus, l. VI, c. 8; Laur. Pignorius, *De servis et eorum apud veteres ministeriis,* p. 14.15; Lecky ♦, *of. cit.,* t. I, p. 302 sq.; Wallon, *Histoire de l'Esclavage,* t. II, p. 293 et alibi passim.

' Tacit., *Annal.,* l. XIV, c. 44.

" In servos, ait Seneca [1], superbissimi, crudelissimi, contumeliosissinn sumus ".

A paganis, sive jurisperitis sive philosophis, aliqui conatus tentati sunt, ut servis quædam justitia redderetur, sed valde exigui et fere incassum a.

538. — (b) Post Christum. Inde ab initio, Ecclesia 1. *Servitutis pagana rigorem temperavit,* et deinde *paulatim extinxit. Christus* enim sæpe docuerat omnes homines filios esse ejusdem cælestis Patris, omnesque pariter heredes Dei; *Paulus* aperte dixerat coram Deo non esse servum neque liberum, sed omnes esse unum in Christo Jesu, sive servos, sive liberos, fidelesque hortatus erat ut servos ad fidem conversos recipiant tanquam carissimos fratres [3].

Ecclesia *quatuor* præsertim quoad servos præstitit L 1. Ab initio *eadem reverentia* et *caritate* amplexa est servos et dominos. Utrique idem recipiebant baptisma, eidem aderant sacrificio et de eadem mensa eucharistica corpus Domini accipiebant Inter servos et liberos valida contrahebantur matrimonia 5. — Servi baptizati liberos catechumenos præcedebant; quidam ex eis ad sacerdotium, immo et ad Petri cathedram evecti sunt, qualis fuit Callixtus. Hac æqualitate via parabatur pleniori emancipationi.

2. *Manumissio* servorum tanquam *eximium caritatis opus* commendabatur; revera plerique christiani aliquos ex servis suis manumittebant;hi autem speciali episcopali patrocinio tegebantur.

3. Postea religio Christiana imperatoribus suasit ut varia decreta ederentur quibus servorum conditio mitior fieret, eorumque numerus paulatim imminueretur. Ita statutum est ne quis, absque judicis sententia, eos *occideret* aut *graviter* flagris *verberaret;* ne filii a parentibus, uxores a viris, fratres a sororibus separarentur. Qui ad ecclesias confugiebant, a corporalibus suppliciis excusabantur; captivi redimebantur, aliquando etiam sacra supellectili vendita: sæpe die dominica aliisque festis, servi manumittebantur; nefarium negotium quo homines sicut bruta animalia venumdabantur interdictum est.

4. *Laborem nobilitando* 6, viam paravit servitutis abrogationi. Opera quæ hucusque *servilia* reputabantur, quia nempe a servis

[1] *Epist.,* 47. —[2] Cf. P. Allard, art. *Esclaves,* in *D. A.,* col. 1473-1474.

[3] *Gal.,* III, 28; *Coloss.,* III, 11; IV, 1; *Ephes.,* VI, 9; I *Cor.,* XII, 13; *Philem.,* 16.

[4] Cf. Harnack *, *op. cit.,* I, p. 174-178.

[5] " Nobis servi non sunt, sed eos et habemus et dicimus spiritu fratres, religione conservos". Lactant, *Divin. Instit.,* V, 15.

[6] De labore in primæva Ecclesia, cf. Harnack*, *op. at.,* I, 179-182.

peracta, Ecclesia tanquam honesta et laude digna comprobavit Postea, suadente Ecclesia, servituti substitutus est *colonatus (servage),* vi cujus servi alicui prædio *addicebantur* quod in perpetuum colebant. Non erant quidem omnino liberi, sed, certis diebus et horis, partem fundorum sibi assignatam colebant, fructusque exinde perceptos *suos* faciebant, et, mediante pecunia, sese redimere poterant.

His aliisque mediis a abrogata est servitus apud Christianos, non quidem subito, quia id prudentia non sinebat: sed paulatim, prout se dabat opportunitas λ

539. — (C) Apud societatem civilem.

Hæc consideratur : i. *in se,* 2. *relate ad alias nationes.*

(i) *In se.* (a) Ante Christum, auctoritas civilis sæpe *tyrannidem* exercuit, applicans illud axioma : " Quod principi placet legis habet vigorem-". Cives autem, quoad corpus et animam, omnipotenti Statui subdebantur; inter se odia et dissensiones incessanter exsurgebant ». — *Crudelitas*

* Cicero, *De officiis,* l. I, c. 42, n. 150, illiberalia et sordida vocat opacum opera : " Opificesque omnes, inquit, in sordida arte versantur. Nec enim quidquam ingenuum potest habere officina. " Christiani autem, Christi et Apostolorum vestigiis inhærentes, inanibus laborare non dedignabantur. Ad rein P. Allard, *Revue des Quest. historiques,* oct. 1S79, P· 592 : " L indication de la profession du mort est fréquente dans les épitaphes chrétiennes. Les premiers fidèles négligent volontairement de nous apprendre que tel ou tel mort est de race illustre ou au moins de naissance ingénue. Ils ne rougissent jamais de nous apprendre qu'il a sur la terre exercé un métier ".

' Varios *Conciliorum canones* de servili conditione emendanda collegit **Bal**mès, *Le Protestantisme comparé au Catholicisme,* Paris, 1855, t. I, p. 378-425; *angine* redditum *Protestantism and Catholicity compared in their effects ou civilization,* not. 15, p. 430 sq. — Quod aliunde Rationalistic agnoscere coguntur; ita Lecky ;* *History of european Morals,* New-York, 1884, t. II, p. 66.

3 Nec aliter egit Ecclesia quando, detecta America, servitudo iterum viguit : abusus siquidem repressit, humanitatisque principia inculcavit. Omnibus pariter notum est quid Leo XIII statuerit ad ultima servitutis vestigia, prout fieri potest, prorsus abolenda. Cf. Leo XIII, *Littera ad Card. Lavigerie,* 27 octob. 18S8; 17 jul. et 20 oct. 1890; Encyc. *In plurimis,* 5 mail 18S8; **G. Neyron,** *Le Christianisme en action,* Paris. — De *servitutis abolitione* fusius tractarunt Molher, *Bruchstiicke aus der Geschichte der Aufhebung der Sklaverei,* 1834, *gallice* redditum : *De Iabolition de ГEsclavage par le Christianisme,* Paris, 1841; Wallon, *Histoire de ГEsclavage dans I'Antiquité ;* Ozanam, *La civilisation au ₮ S.,* 1862, I, p. 200 sq,; A. Cochin, *L' Abolition de ГEsclavage,* Paris, 1S62; Allard, *Les Esclaves chrétiens,* ubî breviter contrahit, p. 476-492, quod Ecclesia præstiterit ad servos liberandos.

4 Tadt., *Annal.,* l. III. c. 26-27 ; T. Livius, *Dec.* I, l. i; r c- 17 ; *Digest.* l. I, tit. 4, § I ; cf. Fustel de Coulanges, *La Cite antique,* l. III, c. De Champâgny, *Césars,* t. III. IV.

vero consequebatur tyrannidem, et manifestabatur imprimis in agendi ratione cum servis, pueris, infirmis et senibus atque in ludis gladiatorum : etiam optimi imperatores, ut Titus et Trajanus, hac in re saevissimi fuerunt.

(b) Post Christum autem, i. *Status* agnovit non habere potestatem nisi a -Deo, et hanc exercendam fore in nomine Dei, suaviter et fortiter, propter bonum commune, salvis juribus personæ et familiæ, et reprobata omni injusta crudelitate. 2. *Cives* vero audierunt praeceptum grave reverentiae et obedientiae erga Statum, et legem caritatis[1] et justitiae erga proximum. Ita sane tuta servabatur imperii majestas simul cum libertate civium[2].

540. — (2) *Relate ad alias nationes,* (a) Ante Christum, relationes inter populos vi tantum regulabantur, unde bella multa et frequentes jurium violationes, (b) Post Christum, nova praedicatur doctrina de nationibus unicam familiam efformantibus; jus gentium sive in pace sive in bello communiter agnoscitur, fides in pactis melius servatur; lites inter varias nationes sæpe arbitrio episcoporum et pontificum componuntur. Uno verbo, barbaræ agendi rationi cum alienis gentibus successit æquitas cum moderatione.

Non diffitemur equidem, apud Christianas nationes, quosdam obrepsisse *abusus* qui a Christo reprobantur. Si vero generalis instituitur comparatio inter paganismum et Christianismum, hic omnino *transcendens* apparet[3]. Religio siquidem Christiana vere fuit vitæ magistra, vitiorum expultrix ac virtutum fecunda parens,

[1] Etiam adversarii agnoscunt, sub influxu christianæ religionis, fraternam caritatem maxime floruisse : quod tribuendum est hujus religionis Auctori, qui speciali amore pauperes, infirmos ac pusillos prosecutus est. Hinc ab initio collects fiebant diebus dominicis ad sublevandas pauperum necessitates; hinc opera caritatis permulta, approbantibus episcopis, a diaconis instituta, ita ut *vinculum unitatis* esset simul *vinculum caritatis.* Tollemer, *Origines de la charité catholique,* Paris, 1863; De Champagny, *De la charité chrétienne dans lei premiers siècles de TEglise;* Ryan, *History of the effects of religion upon mankind,* Dublin, 1820; Baluffi, *La Chiesa romana riconosciuta alla sua carità,* Imola, 1S55. *anglice* redditum *The charity of the Church, a proof of her divinity,* Dublin, 1885; L. Lallemand, *Hist, de la charité,* Paris, 1905-1911, t. I, c. 3-8; t. II.

[a] Leo XIII, Encycl. *Immortale Dei,* I nov. 1885, ubi egregie exponuntur commoda quæ Christianismus civili contulit societati. C. Troplong, *De Pinfluence du christianisme sur le droit civil des Romains,* Paris, 1843.

[3]Quod præclare exponit Abbé de Broglie, *Religion et critique,* Paris, 1896, p. 131-139.

non solum privatos homines, sed etiam familias societatesque paulatim instaurans et perficiens, promissiones habens vitæ quæ nunc est et future.

Sæculo 111° exeunte, l Christianismi doctrina, influxus et inores ubique terrarum pervaserant, ita ut Constantinus, romanus imperator, post suam victoriam adversus Maxentium, novam Christi religionem in pace accepit, imo jure publico specialiter protegit (313).

Π. — Supernaturalitas christianæ Diffusionis

541. — Mirabilis propagatio Christianismi primaevi mores instaurantis constituit verum miraculum.

Factum historicum primævi Christianismi duplex continet miraculum : 1. aliud *intellectuale,* 2 aliud *morale.*

t° Est miraculum intellectuale. Hoc miraculum in præsenti, consistit in eo quod illud factum fuit a *prophetis* et ipso *[esu* prænuntiatum. Quod breviter declaratur.

a Jam *messianica* vaticinia regni, cujus Messias dux futurus erat, describebant humilia exordia et universalem diffusionem; ostendebant, monotheismum apud Judæos fideliter conservatum, recipi apud omnes gentes, nonobstantibus adversariis permultis2. (Cf. n. 425-433).

b) Ipse *[esus* prædixit suæ religionis propagationem : i. Comparando illam grano sinapis quod, "*cum creverit,* majus est omnibus oleribus, et fit arbor, ita ut *volucres cceli veniant* et *habitent in ramis ejus* " 2. Dicendo Apostolis : " Ego si exaltatus fuero a terra *omnia traham ad meipsum* ". Et alibi in comparatione cum frumenti grano : " z\men, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet ; *si autem mortuum luerit, multum fructum affert"* 4. 3. Jubendo Apostolis : " Euntes, *docete omnes gentes...* Eritis mihi *testes* in Jerusalem, et in omni Judæa et Samaria et *usque ad ultimum*

A la mort de Marc-Aurèle, la victoire du christianisme, bien qu'elle ne dût éclater qu'un siècle et demi plus tard, était déjà certaine, sans que personne sen doutât parmi le> païens. " A. Loisy *, *La naissance du Christianisme,* Paris. 1934. P- 273·

H. S; XXL 2S: *Jerem.,* III, 17; *Zach.,* XIII, 2; *7s., Mich..* IV. 1-5.

* *Matth.* · XIII. 3~ · XIII, 19. — 4 *Joan,y* XII, 32, 23-"*4.

terree" Et simul Christus Apostolis annuntiat sævissimas persecutiones de quibus, ipso auxiliante, victoriam reportabunt[2]. (Cf. n. 490-493).

Atqui hi eventus certo prævideri naturaliter non poterant, ut jam dictum est. (Cf. n. 434, 435, 494). Ergo stupenda Christianismi propagatio adimplet veram prophetiam a Deo probatam[3].

542. — 2° Diffusio mira eum morum instauratione per Christianismum primaevum est miraculum morale. Probatur. Etenim miraculum morale est factum sensibile liberum, quod, spectatis hominum inclinationibus et modo agendi consueto, quæ historia et experientia quotidiana manifestantur, nulli causæ naturali sed solum virtuti divinæ adscribi potest. Atqui ita est de mirabili diffusione Christianismi moraliter renovantis mundum. Et hoc patebit examinando præsertim : i. *obstacula* validissima huic opposita, 2. *auxilia* adhibita quæ debilissima fuerunt.

Præviæ quædam notationes generales jam ostendunt hujus facti excellentiam, (a) Laboriosissima est unius hominis corrupti intima et constans emendatio : quanto magis si agitur de multorum conversione populorum! (b) Hæc renovatrix propagatio Christianismi fuit effectus non transitorius, sed perennis; non in superficie solum, sed totum hominem in melius perficiens quoad mores privatos, domesticos et civiles, (c) Et tamen institutiones philosophicæ aut religiosæ, quæ, apud paganos, mediis humanis optimis pollebant, steriles remanserunt et tempore brevi evanuerunt.

543. — (A) Impedimenta multa et gravissima erant. Etenim impedimenta tum *externa,* tum *interna,* huic diffusioni Christianæ adversabantur.

i° *Externa* proveniebant præsertim : i. *a Judceis,* 2. *a Paganis.*

1 *Match.,* XXVIII, 19; *Act.,* I, 8.

2 *Matth.,* X, 16-17.

3 S. August., *De fide rerum quce non videntur,* c. 4; *Sertu.* 116, n. 6; S. Joan. Chrysost., *In Is.,* VII, n. 1.

(1) Judæi adhærebant non solum *mosai&e* religioni, quam divinitus revelatam esse noscebant, sed etiam *ritibus* et *ceremoniis externis* a Moyse præscriptis, imo et *traditionibus* pharisaicis permultis, ita ut etiam multi ex eis, licet conversi, legem mosaicam adhuc a Gentilibus servari volebant Præterea Messiam exspectabant regem temporalem, in omnes populos potentissimum; sed in suis materialibus desideriis frustrabantur a Christo humili et paupere. Aliunde hunc Jesum ut infamem crucifixerant, ideoque repugnabant eumdem ut Deum adorare. Hinc, teste Apostolo[1], prædicatio christiana erat *Judœis scandalum.*

(2) Pagani [3]circa rem religiosam erant vel omnino indifferentes et sceptici, vel aliquem ex ethnicis cultibus colentes, (a) *Indifferentes,* totaliter negotiis, ambitioni aut voluptati sese dabant, proindeque proni erant ad despiciendam religionem, quæ eorum mores vituperabat, (b) *Religiosi* etiam inter Gentiles Christianismum impugnabant; et quidem ex omnibus civium ordinibus : *populus, sacerdotes, philosophi* et *politici.*

1. *Populus* tenaciter adhaerebat paterno deorum cultui qui libidinibus favebat et cum institutis fortunaque patriæ connectebatur. Aliunde crassæ idololatriæ deditus, horrebat christianam religionem utpote aliarum exclusivam, spiritualem, mysteriis plenam, quam calumniae vilissimae magis odibilem reddebant.

2. *Sacerdotes* idolorum, quorum auctoritas ac sustentatio maxime a pagano cultu pendebat, novam religionem idolis adversam, oderant[4].

3. *Philosophi* Christianismum despiciebant et argumentis eum evertere conabantur. Eum vocabant " superstitionem exitiabilem, amentiam furiosam, opinionem a scientiis et artibus alienam, homine græco vel romano indignam[5]". Cultura autem hellenistica in artibus, universitatibus, jurisprudentia, rhetorica, societatibus litterariis, etc., Christianismo infensissima erat.

[1] *Act.,* XV, 5.

[2] *I Cor.,* I, 23.

[3] DD. Freppel, *S. Justin,* lect. 1-4; P. de Labriolle, *La réaction païenne. Etude sur la polémique antichrétienne du ItT au VT siècle,* Paris, 1934.

[4] Idem dicendum est de *opificibus,* qui statuas deorum conficiebant aut eas vendebant, ut constat ex *Act.,* XIX, 23.

[5] DD. Freppel, *op. at.,* p. 22 sq.; cf. Tacit, *Annal.,* XV, 44·, Plin., *Ep. ad Trajanum;* Min. Felix, *Odaoius,* 11. Cf. Opera Celsi et Porphyrii.

4. *Politia.* 1) *Imperatores,* cum essent simul despotæ, adorationis objecta et summi pontifices, sæpe diris persecutionibus extinguere conabantur Christi religionem, quæ talem cultum damnabat : ita maximus Jesu inimicus non fuit Jupiter sed Cæsar. 2) Aliunde *politia* diffidebant a religione quæ jura Cæsaris vel Status submittebat Dei et conscientiæ juribus, improbabat ceteros omnes cultus prædicabatque fraternitatem et æqualitatem inter homines cujuslibet nationis et generis.

544. — 2C *Interna.* Hæc impedimenta oriebantur ex Christianismi : 1. *prædicatoribus,* 2. *doctrina.*

(a) Prædicatores. *Christus,* ejus fundator, fuit pauperrimus faber et inter duos latrones crucifixus mortuus est 1. *Apostoli* primi præcones evangelii erant rudes piscatores, illiterati et timidi. 2. *Paulus* ipse ut pharisæus nationalista integerrimus apparuit. Præterea Jesus et Apostoli pertinebant ad *judœant gentem* Romanis odiosissimam. Ita ut S. *Paulus* dicere potuit[1] : " Quæ *stulta sunt mundi elegit Deus* ut confundat sapientes : et *infirma mundi* elegit Deus, ut confundat fortia... ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus ".

(b) Doctrina. Hæc considerari potest in *dogmate, ethica* et *cultu,* i. *Dogma* altissimum a ratione non inventum nec probatum, mysteria intellectui impervia in Christianismo docebantur auctoritative et sub damnationis pcena. Talia erant Trinitas, Incarnatio Dei in sinu Virginis, Deus vivens in paupertate et moriens in cruce, aliaque multa quæ superba ratio naturaliter respuit.

2. *Ethica.* Religio christiana corruptæ societati odiosa erat, utpote omnia vitia reprobans, exigens omnes virtutes in individuo et familia, etiam eas quas pagani despiciebant : v. g., humilitatem, abnegationem, et simul imperans sanctitatem internam et externam, eaque omnia usque ad martyrium.

" Dicitur *avaris,* scribit S. Augustinus, " nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi ærugo et tinea demolitur... dicitur *luxuriosis :* ""qui seminat in carne sua, de carne et metet corruptionem; qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam

[1] *I Cor.,* !.. 27-29.
[2] *Matth.,* VI, 19.

æternam ‘ ”; dicitur *superbis :* “ omnis qui se exaltat, humiliabitur; et qui se humiliat, exaltabitur ” dicitur *iracundis :* “ ei qui te. percutit in maxillam, præbe et alteram”5; dicitur *discordiosis :* ‘‘diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos”4; dicitur *superstitiosis :* ‘‘ecce enim regnum Dei intra vos est”5; dicitur *curiosis :* ‘‘non contemplantibus nobis quæ videntur,, sed quæ non videntur : quæ enim videntur temporalia sunt; quæ autem non videntur, æterna sunt ” 6; postremo dicitur *omnibus :* “ Nolite diligere mundum neque ea quæ in mundo sunt... quoniani omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitæ ” 7.

3· *Cultus* christianus omnes alios cultus excludebat et uniebatur puritati et mansuetudini; ob quam causam ethnicae religiones ei inimicae essentialiter erajit.

545. — ¡ B Media, adhibita ad hanc propagationem, erant naturaliter inefficacia.

(1) *Prædicatores primi* christianæ religionis erant pauci, plebei, indocti, rudes, Judæis et Gentilibus invisi. Quomodo tam sublimem doctrinam per universum mundum spargere poterant?

(2) *Media.* Aliunde non adhibuerunt *auxilia ordinaria,* quæ societatem naturaliter et late stabiliunt : ex quibus *tria sunt prtzcipua :* 1. *vis armorum,* qua non pauci etiam inviti subduntur; 2. *divitiæ* et *voluptas,* qua plures alliciuntur; 3. *eloquentia* vel *argumentorum vis,* qua multi persuadentur. Atqui nullum ex his a primis christiariis fuit usurpatum.

(a) Non armorum vis. Ecclesia enim neque Romanos neque Græcos violentia suo imperio subdidit, sed potius ab utrisque multas persecutiones passa est3.

b) Non divitiae aut voluptates. Nova enim religio paupertatem commendabat, omnibus passionibus et vitiis

’ *Galat..* VI, S. — 3 *Luc..* XIV, ii; XVIII, 14.

3 Luc., VI, 29; *Maith.,* V, 39.

4 */Z Cor.,* IV, t8.

• Z *Joan.,* II, 15-16;S. August., *de Vera ReliS.,c.* III; *P. L.,* t. XXXIV, 125.

s Christus siquidem Apostolus dixerat : “ Ecce ego mitto vos sicut oves in inedio luporum... Tradent enim vos in conciliis, et in synagogis suis flagellabunt vos... ” *Matth.,* X, 16-1

bellum indicebat; Apostoli autem divitiis carebant, auditores suos non spe temporalium illecebrarum alliciebant, sed econtra eis privationes, persecutiones et mortem praenuntiabant.

(c) Non eloquentia. Revera Apostoli plerique arte dicendi et ratiocinandi non pollebant; inter eos peritissimi, ut Joannes, Paulus, Lucas, scriptoribus græcis latinisve multum inferiores erant. Aliunde non in subtili ratiocinio, vel argumentis, vel dialectica et rhetorica confidebant, sed modo simplici Christum crucifixum, ejus miracula et resurrectionem allegabant. Sic "*placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes*" «. — Igitur constat Christianismi prædicatores, in prioribus saeculis, media naturaliter apta ad mundi conversionem non adhibuisse.

546. — (C) **Ecce miraculum morale!** **(a)** Factum supernaturale seu miraculosum dignoscitur ex disproportione inter ejus essentiam et media adhibita. Sed celerrima Christianismi diffusio, cum omnibus ejus adjunctis, nullam exhibet naturalem proportionem cum auxiliis quibus usi fuere Apostoli eorumque successores, ut patet ex dictis, (b) Quod confirmatur ex insufficientia causarum naturalium (cf. n. 549, 550). Porro ubi vis motrix est fere nulla et resistentia viget maxima, effectus obtineri nequit, nisi occulta quædam virtus interveniat, quæ certe in casu esse non potuit nisi supernaturalis et divina. Ergo religionis christianæ, per tria priora sæcula, propagatio est factum supernaturale et divinum. " Divinitatis testes sunt tot ecclesiæ hominum, qui a vitiorum colluvie aversi conditori se totos addicunt et in omnibus illi placere student"2.

547. — Conclusiones apologeticæ.

(a) Cum ex una parte, mirabilis Christianismi primævi diffusio sit stricte miraculum intellectuale et morale, et, ex alia parte, fiat in operis seu missionis Jesu favorem, jure concluditur Christum esse verum Dei legatum ejusque religionem divina origine frui, proinde.que omnibus esse obligatoriam.

l ⁄ *Con,* I, 21.
- Origen., *Cont. Ceh.,* 1. I, n. 47; A (?., XI, 747.

(b) Præterea, cum S. AUGUSTINO ⁂ sic argui potest : Christianismi propagatio vel contigit propter miracula, vel sine miraculis. Si primum, religio Christiana est divina, utpote obsignata miraculis quæ sunt certissima divinitatis nota. Si alterum, i. e., si nullum patratum est miraculum, tunc ipsa mundi conversio absque miraculo est maximum omnium miraculorum, utpote legibus ordinis moralis omnino contrarium. Ergo, in utroque casu, Christianismi propagatio vere miraculosa est, ejusque divinam originem evidenter demonstrat.

548. — Scholion. De causis naturalibus in Christianismi propagatione.

Inquiri potest earum : I. *influxus*^ 2. *insufficientia.*

i° INFLUXUS.

Divina Providentia, cum ad fines suos implendos secundis causis utatur, viam paravit christianæ propagationi per varias causas physicas, intellectuales et morales, quarum efficaciam admittunt Catholici et exaggerant Rationalistæ.

Inter has *causas semi-favorabiles* citantur, i. aliæ *externa,* 2. aliæ *interna.*

(A) Causæ externæ : (a) *Judaismus* per monotheismt prædicationem et in variis locis fundationem synagogarum quæ prædicationis evangelicæ centra fuerunt, apud diversos populos, (b *Hellenismus* cum intellectualis culturæ unitate quam diffuderat, (e) *Imperium Romanum* intra ejus fines afferens pacem, quamdam tolerantiam, unitatem dominationis et linguae, organisationem hierarchicam, provincialem et communalem :sed hæc omnia favebant diffusioni Christianæ.

(B) Causæ internae mentes disponebant ad Christianas veritates. Ita *sensus religiosi renovatio, insufficientia* vividius

⁂ " Ipse modus quo mundus credidit, si consideretur, incredibilior invenitur. Ineruditos liberalibus disciplinis et omnino, quantum ad istorum doctrinas attinet, impolitos, non peritos grammatica, non armatos dialectica, non rhetorica inflatos, piscatores Christus cum retibus fidei ad mare hujus steculi paucissimos misit, atque ita ex omni genere tam multos pisces et tanto mirabiliores quanto rariores, etiam ipsos philosophos cepit... Si vero per Apostolos Christi, ut iis crederetur, resurrectionem atque ascensionem prædicantibus Christi, etiam ista miracula facta esse non credunt, hoc nobis unum grande miraculum sufficit, quod eam terrarum orbis sine ullis miraculis credidit ". S. August., *Dr. Civ. Dei,* l. XXII, c. 5: *Γ. L.,* XLI. 755'757; R·, 1783: cf. S. Joan. Chrysost., *Qttod Chrislus sit Dtus ; P. G.,* XLVII, 813 sq.

percepta *paganismi* per philosophos manifestata, quædam *aspirationes* magis ac magis explicitæ aci Salvatorem quemdam, unionemque animæ immortalis cum eo, ad purificationem a peccatis, ut ex religionibus syncretismi græco-romani apparet.

549. ---- 2° INSUFFICIENTIA.

(A) Errores. *Rationalisiez* : v. g., *Gibbon* ,* *Havel* ,* *Renan* *Harnack* ,* *Loisy* ♦ *Guignebert* ,* miram Christianismi propagationem solis ex causis naturalibus explicare conantur.

(B) Causæ naturales allatæ non sunt ratio sufficiens hujus facti. Quædam causæ tum *cxtrinsecæ,* tum *intrinseca,* a Rationalistis allegatæ, æstimantur :

(i) ***Causæ extrinsecæ.***

(a) Christianismus est syncretismus, uniens majora et meliora elementa ceterarum religionum tunc vigentium et ita earum asseclas in se facile consocians. — Sed */uec opinio est falsa.* (Cf. n. 400-405). Econtra Christianismus alios cultus semper et firmiter reprobavit, proptereaque omnium calumnias et persecutiones provocavit.

(b) Unitas imperii romani. Hæc unitas politica et socialis opportunam quidem præbebat facilitatem ut evangelica prædicatio citissime divulgaretur, sed simul ut citissime et efficaciter repelleretur. Aliunde eadem facultas ceteris præbebatur sectis, tempore Christi ex Oriente ortis; quare non explicatur cur sola Christiana religio, ceteris paulatim extinctis, profecerit.

(C) Persecutiones. Sed hujusmodi factum est obstaculum potius quam auxilium in religione quadam propaganda, ut testatur historia Ecclesiæ : v. g., in Africa, sub Islamismo; in Anglia, tempore Reformationis, etc; generatim religionis propagationi non favent persecutiones, nisi vis quædam supernaturalis roboret patientes.

550. — (2) ***Causæ intrinsecæ.***

(a) Novitas religiosa. Sed novitas sectatores fugat, præsertim si eorum præjudiciis et passionibus adversatur atque jubet austeram et mortificatam vitam. Porro talis erat Christiana novitas.

(b) Promissio æternæ vitæ. Hoc dogma nullo modo explicat, sine speciali Dei auxilio, Christianam diffusionem,

nain homines plerique bonis visibilibus ac præscntibus multo magis alliciuntur quam invisibilibus et futuris; idcoque ceteræ religiones aut philosophica systemata, quæ tunc temporis immortalitatem anima? prædicabant, paucos tantum asseclas habuerunt.

(C) Perfecta Ecclesiae constitutio et præsertim *auctoritatis principi'um.* Sane hæc omnia fuerunt stabilitatis causa. Sed homines antequam Ecclesiæ se subjicerent, converti debebant et certiores fieri ejus organisationem et auctoritatem esse a Deo. Aliunde quomodo auctoritas una et indefectibilis, sine annorum vi, potest in aliqua societate subsistere, nisi ope auctoritatis a Deo ipso constitutæ? Nonne variæ Christianorum communitates, ⁋uæ cani .respuerunt, cito in varias sectas sibi inimicas divisæ sunt? Igitur organisâtio et auctoritas, quas adversarii in vero Christianismo agnoscere coguntur, signum sunt ejus divinitatis, cum explicari nequeant sine divino interventu.

d) Potestas miraculorum. Sed, Jesu vivente, hæc potestas non propagavit evangelium ; hodie, Lapurdi, pauci convertuntur increduli, I'ræterea miracula in primæva Ecclesia fuerunt aut *falsa* aut *Vera : si prius,* eorum falsitas detecta obstaculum fuisset propagationi christianæ; *si posterius,* ergo Christianismus a Deo confirmatur.

Ex certissima causarum naturalium deficientia, iterum redit conclusio apologetica : Diffusio mira et efficacia Christianismi ortum habent a Deo seu ab ejus Christo, qui Apostolis dicebat : " In mundo pressuram habebitis, sed *confidite ego vici mundum " '.* Quapropter religio Christiana merito dicitur divinitus comprobata.

CAPUT VIII

LEGATIO DIVINA CHRISTI EX HEROICA MARTYRUM CONSTANTIA PROBATUR [1]

551. — Conspectus.

Martyrium in Christianismi favorem

Status quæstionis.

1° Testimonium *divinum* martyrii.

(a) Constantiæ martyrum *in tribus prioribus scec.*

1. *Hisloricitas :* numerus, conditio, tormenta, patientia martyrum.
2. *Supernaturalitas,* probata directe, indirecte.
3. *Connexio cum religione Christiana.*

(b) De martyrio christiano *post* ***III*** *sœe.*

2° De testimonio *humano* martyrum.
Ejus *existentia* et *valor.*

Scholion. De martyribus *falsarum religionum.*

(a) Historia primaevi Christianismi continet eximium factum, nempe *heroicam martyrum fortitudinem,* ex qua apologetæ, post S. JUSTINUM, TERTULLIANUM, LACTANTIUM, S. Athanasium, etc., validum argumentum desumpserunt. " Dolor, qui veritatis testis est, ait S. CYPRIANUS, admovetur, ut Christus Dei Filius... non tantum praeconio vocis, sed et passionis testimonio praedicetur [2] ".

(b) Statu quæstionis præposito, explanabimus : i. *martyrii testimonium miraculosum et divinum,* 2. *martyrum testimonium humanum,* in favorem Christi a Deo legati.

[1] S. Thom., *Cont. Gent.,* l. I, c. 6; Kuinart, *Acta primorum Martyrum,* Ratisbonne, 1869 ; E. Le Blant, *Les Actes des Martyrs,* Paris, 1882 ; *Les persécutions et les martyrs,* Paris, 1893 ; P. Allard, *Histoire des persécutions,* 1885-1890; *Les persécutions et la critique moderne,* 1903; *Dix leçons sur le martyre,* 1912; art. *Martyre,* in *D. A.,* col. 33659.; H. Leclercq, *Les martyrs,* II vol., Paris, 1892 sq.; P. de Poulpiquet, *Dobjet intégral de l'Apologét.,* p. 148-187; art. *L'argument des martyrs,* in *R. P. A.,* 1909, t. VII, p. 881-893; t. VIII, p. 33-41; G. Sortais, *Pâleur apologétique du martyre,* Paris, 1905; S. Tromp, *De Revelatione Christiana,* Romæ, 1933, p. 233-298; J. Lebreton et J. Zeiller, *L'Egitse primitive,* Paris, 1934, c. 8 et 9.

[2] S. Cyprian., *De idol, vanit.,* 15; *P. L.,* IV, 582.

552. — Status quæstionis.

(1) Martyr, (a) *Etymologice,* martyr (μοφτυο) significat testem. Christus suos Apostolos misit ut essent ejus testes, αἀοτυοε [1]. (b *In usu ecclesiastico.* 1. *Stricto sensu,* martyres sunt Apostoli et primi Christiani qui doctrinæ et miraculorum Jesu testes fuerunt, usque ad sanguinis effusionem [2]. 2. *Lato sensu,* martyres habentur christiani qui suam tradiderunt vitam ad fidem in Christum servandam. Hic vox "*martyres*" utramque testium seriem designare potest

(2) Martyrium. Juxta græcam *etymologiam* est testimonium. Sumitur in sensu: 1. *theologico,* 2. *apologetico,* (a) *Theologice,* martyrium est perpessio mortis vel cruciatus ex se lethalis propter Christi causam, et quidem patienter toleratus, si agitur de adultis, (b) *Apologetice,* martyrium est actus tam heroicæ fortitudinis, ut, saltem in pluribus, poni nequeat absque specialissimo Dei adjutorio, quod supernaturaliter vires humanas confortat. (c) *Martyrium sensu theologico differt a martyrio apologetice sumpto.* Prius sumitur ut medium justificationis tam pro infantibus quam pro adultis; posterius autem consideratur ut actus qui heroicam fortitudinem vires humanas superantem includit; in solis adultis proinde invenitur[3]. (d) Hic *martyrium* non accipitur theologice sed *apologetice tantum.*

553. — (3) Martyrium in Apologetica, (a) Apologetice, martyrium accipi potest ut testimonium sive divinum, sive humanum, in Christianismi favorem. I. Primo illud considerabimus ut *signum stricte divinum* legationem divinam Christi attestans : constituit enim miraculum morale, tum per tria priora sæcula, tum in subsequent! ætate Ecclesiæ. 2. Deinde dicemus breviter quomodo contineat etiam *humanum testimonium* pro Christiana religione.

(b) Errores. — *Rationalistic Dodwell, Gibbon, Havet* aliique dicunt "martyrium Christianum in causis mere naturalibus rationem sufficientem habere.

[1] *Luc.,* XXIV, 48; *Act.,* I, 22; II, 32.

[2] *Act.,* XXII. 20: *Apec.,* II, 13; XVII, 6.

[3] L. Billot, *Dc Ecclesia Sacramentis,* Romæ, 1906, t. I, p. 234.

(c) Catholici apologetae, communiter, innixi Patrum traditione, constantiam martyrum distinguunt a mira Christianismi propagatione eamque inter credibilitatis motiva recensent L

I. — Divinum Martyrii Testimonium pro Christo Dei legato

Audiemus hoc testimonium prolatum : i. primum *in exordio Ecclesia;* 2. deinde, *a j° sæc. usque ad nos.*

1° De Martyrio in primæva Ecclesia

554. — Thesis. Heroica martyrum constantia est miraculum morale legationem divinam Christi rite demonstrans. Theologice *certum.*

Argumentum generale.

Heroica martyrum constantia historice certa, vere supernaturalis seu miraculosa et in Christianismi gratiam peracta, probat Christi missionem religionemque esse divinam : quia impossibile est Deum operari miraculum in falsitatis testimonium. Atqui heroica martyrum constantia his pollet qualitatibus.

Quod constat probando successive constantiæ martyrum :

i. *historicitatem,* 2. *supernaturalitatem,* 3. *connexionem cum Christiana religione.*

I. HISTORICITAS CONSTANTIÆ MARTYRUM

Dicemus de martyrum : 1. *numero,* 2. *conditione,* 3. *tormentis,* 4. *heroica constantia.*

555. — (1) Numerus, (a) Alii innumeros esse martyres docuerunt : ita antiquitas universa; alii econtra contendunt paucos admodum martyres in primaevis persecutionibus passos fuisse : sic *Dodwell, Hochard, Aube* (b) Sed tenendum est quod *numerus martyrum maximus fuit :* hoc testantur *Tillemont, Ruinart, Leclercq, Allard,* imo quidam Rationalistæ2. Revera in Imperio romano, per tria priora

' **D. B., 1638; cf. 165.**

' **Renan ; *Journal des Savanis,* 1874, p. 697; G. Boissier *La Fin du Paganisme,* t. I, *Append.,* p. 343'394.**

sæcula, diræ sævierunt persecutiones [1] et ex rXctis martyrum, ex testimoniis paganis et christianis, simulque ex documentis Catacumbarum, patet innumeros Christianos pro fide passos fuisse.

i. Sic, teste *Tacito*[2] sub Nerone, *multitudo ingens;* teste *Bruttio* sub lomiiiano, *plurimi Christianorum* crudeli martyrio necati sunt; juxta *Ettsebium* [3], Marco .Aurelio regnante, *innumerabiles prope martyres per universum orbem* enituerunt. 2. 111° sæc., multo rigidiores fuerunt persecutiones, præsertim Diocletiano et Maximiano imperantibus [4] tunc enim *non singuli, sed gregatim circumdato igni comburebantur*[5] Christiani, et in Phrygia urbs quædam Christianorum tota, cum omnibus incolis, mulieribus ac jiarvulis, igne concremata est[6]. 3. Idem constat ex *inscriptionibus Catacumbarum,* ubi hæc et similia leguntur [7] " Marcella et Christi martyres CCCCCL (550)" : " CL (150) martyres Christi"[8]. Hinc jam suo tempore S. Cyprianus declarabat numerari non posse martyres christianos [9].

(C) Sed impossibile est martyrum numerum modo certo determinare, ex defectu martyrologiorum vel actorum, quorum plura sunt vel destructa, vel non adhuc inventa. — Ceterum *etiamsi pauciores* essent martyres quam olim censebatur, argumentum vi non careret; nam, fatentibus adversariis, certum manet plura millia pro fide fortiter tormenta et mortem sustulisse.

[1] *De em* vulgo computantur *persecutiones.* sed fatemur plures vel pauciores computari p »sse, prout generales vel locales tantum recensentur. Ab anno 64, <|UO Neronis inavpit]£rsecutio ad 313 quo promulgatum est *Mediolanense t lictumy* Ixclesia jx?r 129 annos varias persecutiones passa est, et per 120 annos pacem plus minusvc perfectam habuit. Cf. P. Allard, *Histoire des Λi slcufions,* Paris. 1SS5 1S90. — Nec incredibile est etiam mansuetos imperatores sævissimos fuisse persecutores : nam ipse Titus, *delicite generis hitmaniy* ad celebranda natalitîa fratris et patris, plura millia Judæorum igni, ferro et læstiis tradidit, Joseph., *De belloJnd..* VII. 6, 8; aliunde populus, qui crudelibus .spectaculis gau Ickit, sæpc inclamabat : *Christianos ad leones!* "Si T ilxjris ascendit in incenia, si Nilus non ascendit in arva, si cælom stetit, si terra in ivit, si fames, si lues, statim : *Christianos ad leonem!* " Tertull., *Apologet..* c. 40.: Λ Z... t. I. 47s-4S0.

[2] Tacit., *Annal..* XV. 44; K., 34.

[3] Apud Eusebium, *Chronie.,* 1. Π.

[4] Euseb., //. Æ.. L y, Procem: *Γ.* C., XX. 407.

[5] P. Allard, <?/. f7/., p. 134-149.

Lactant., *de Mortilnts persecui..* c. XV; *Γ. L..* VII, 216.

[7] Euseb., //. Λ'., I. VIII c. 11; /'. <7.. XX, 767.

[8] P. Allard, *h'ome souterraine.* Paris, ı$77> p. 216 sq.

[9] S. Cyprian., *De Exhortai. martyriic.* il; *P.* IV, 673.

(2) Conditio. Cujuscumque nationis, generis, ætatis ac sexus fuere martyres. Sic, inter eos, inveniuntur *nobiles,* consules, episcopi : ut FI. Clemens, Apollonius; *docti,* philosophi, medici : ut Justinus, Irenæus, Cyprianus; *plcbcii,* ut Theodotus, Serenus; *milites,* centuriones, tribuni : ut Sebastianus, Mauritius cum sociis, et quadraginta Martyres Sebasteni; *mulieres,* sive *nobiles* ut Perpetua, Cæcilia, Agatha. sive *servilis* conditionis ut Blandina et Potamiana; *senes,* ut Polycarpus et uterque Simeon ; *pueri puelltcquc,* ut Quiricus, Tharcisius, Eulalia, Agnes. Hinc Lactantius aiebat : " Dum latrones et robusti corporis viri ejusmodi lacerationes perferre nequeunt, exclamant et gemitus edunt victi dolore;*pueri et muliercuhc* tortores suos tacite vincunt, et exprimere illis gemitum nec ignis potest " ».

556. — (3) Tormenta. Supplicia martyribus inflicta fuerunt multa, diversa, exquisitissima, ita ut S. HILARIUS recte loquatur de " pænarum ingeniis " [2]. Dividi possunt in tormenta *physica* et *moralia.*

(a) *Physica* tormenta indicantur præsertim in martyrum actibus et martyrologiis. Sed etiam apologetæ et historici varia describunt suppliciorum genera, quæ Christiani perpessi sunt, videlicet ignem ac ferrum, clavorum suffixiones, bestias, profundos maris gurgites, membrorum abscissiones ac perustiones, confixiones et effossionem oculorum, totius denique corporis mutilationes, famem, metalla ac vincula [3]. — Testantur pariter *lentis* suppliciis tentatam fuisse martyrum patientiam, ut victi dolore, fidem negarent · "Verum hostis callidus, tarda ad mortem supplicia conquirens, animas cupiebat jugulare, non corpora, et ut ipse qui ab eo passus est Cyprianus ait : *Volentibus mori non permittebatur occidi"* [4].

Ipsi *pagani* concordant in his horrendis suppliciis narratidis. " Pereuntibus, ait *Tacitus,* addita ludibria, ut ferarum

[*] Lactant., *De divin. Institut.,* V, 13, n; R., 64α.

[2] S. Hilar , *In Ps.* LXV, 21.

[3] Eusebius, *H. E.,* l. VII, c. 10-12; *P.* XX, 658-674; cf. Tertullian., *Apologet.,* XII; Lactant., *Div. Instit.,* l. V., c. n; *L.,* VI, 5S4. Quod fateri coguntur ipsi Rationalistic, Lecky *, *History of european morals,* New-York, 1884; t. I, p- 467 sq.

[4] S. Hieronym., *In vita Pauli eremita; P. L.,* XXIII, 17-28.

tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi atque, ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur " [1].

(b) *Mondia* tormenta martyribus inflicta sæpe majora fuerunt[2]. Etenim muneribus, officiis, dignitatibus, re familiari privabantur, ita ut tota familia, dignitate amissa, in viliorem statum redigeretur. — Christianæ virgines haud raro in lupanar mittebantur, a quo magis quam a morte horrebant. — Aliunde, quo facilius vinceretur martyrum patientia, apostatis promittebantur, voluptates, honores, divitiæ, imperatoris gratia ac favor. — Quod fortius est, sæpe adversus carnem et sanguinem, contra affectus naturæ, lacrymas parentum, uxorum filiorumve pugnare debuerunt[3].

557. — (4) Heroica constantia. Martyres autem mansuete, fortiter, imo alacriter atrocissimos cruciatus ferebant, exemplum omnium virtutum dantes. *Heroica: fortitudinis* actus peregerunt, mediam viam inter timorem et temeritatem tenendo : timorem vicerunt, non quia insensibiles vel superbi, sed utpote Dei gratia confortati; temeritatem vitaverunt præceptis Ecclesiæ obediendo. Simul cum fortitudine manifestabant *prudentiam* in eorum responsis coram judicibus*humiiitatem* et modestiam in eorum actibus; *mansuetudinem* erga fratres, pauperes imo et persecutores. Plures martyrium desiderabant: ita S. IGNATIUS ad Romanos scribit Sinite me ferarum cibum esse, per quas Deum consequi licet. Frumentum sum Dei et per ferarum dentes molar ut purus panis Christi inveniar. Feris potius blandimini, ut mihi sepulcrum fiant"[4]. Plerique hilari vultu mortem crudelissimam subierunt [5]. Quare S. AUGUSTINUS de martyribus optime scripsit Quomodo ampullæ unguentorum, quanto magis frangebantur, tanto amplius odor diffundebatur [6]".

[1] Tacit., *Annales,* XV, 44; K., 34. — [2] Cf. P. Allard, *op. cit.,* p. 189-221.
[3] S. August., *Enairat. in Ps. {j,* n. io; *P. I..,* XXXVI, p. 541. Hujus rei exemplum vide *in Passione S. Perpentit,* apud Ruinart, *op. cit.* p. 93 sq.
[4] S. Ignatius, *Eρ. ad Korn.,* η. 4-
[5] Sulpicius Severus de nona persecutione scripsit : " Certatim gloriosa in certamina ruebatur, multoque avidius tum martyria gloriosis mortibus quaerebantur quam nunc episcopatus pronis ambitionibus appetuntur ". *Sacr. hist.,* l. II, 32. — Legantuyv. g., Passiones SS. Perpetuæ et Felicitatis, Pionii, Saturnini et Dativi, martyrum Scillitanorum, Marcelli, Cypriani, etc. Cf. Ruinart vel Leclercq, *op. at.* — [6] S. August, *Senn., 2-ƒ\,* n. 5.

II. SUPERNATURALITAS CONSTANTIÆ MARTYRUM.

Hæc probatur : I. *directe,* 2. *indirecte.*

558. — A) Directe. Hæc argumentatio procedit : 1. *ab intrinseco,* 2. *ab extrinseco.*

(1) *Ab intrinseco,* i. e., ex natura heroicæ martyrum constantiæ. fa) Ut virtus aliqua dici possit heroica, requiritur, juxta Benedictum XIV, quod opera, sub ejus influxu peracta, sint ardua, frequentia, facta modo prompto et delectabili et in completa connexione cum aliis virtutibus[1]. Talis autem virtus non oritur ex solis viribus humanis, sed *supponit speciale Dei adjutorium.* Quis enim colere potest "simul et excellenter omnes virtutes,etiam eas quæ inter se maxime distant, ut summam fortitudinem et summam mansuetudinem, perfectum amorem veritatis et justitiæ ac simul maximam erga errantes misericordiam..., absque *extraordinario* auxilio Dei, qui solus in sua simplicitate perfectiones maxime diversas eminenter continet, et eas in anima intime unire potest" Igitur exercitium fortitudinis heroicæ est aliquid supernaturale et divinum.

(b) Atqui, ex dictis, martyres permulti ex omni conditione heroicam constantiam seu fortitudinem exercuerunt, variis temporibus et locis, atrocissima supplicia alacriter sustinendo et simul exhibendo tranquillitatem animi, scientiam et libertatem, mansuetudinem cum robore infrangibili et patientissime; præsertim caritatem cum humilitate, in suis verbis et actibus, coram judicibus, tortoribus, amicis et populo[3]. "*Non* vides (Christianos) objectos feris, ut abnegent Deum, et non vinci?... *Hæc non videntur ab homine fieri : heee sunt Dei potentia, hæc adventus ejus sunt indicia*"[4].

559. — (2) *Ab extrinseco,* nempe : 1. ex *miraculis martyrum.* 2. ex *variis testimoniis.*

[1] Benedict. XIV, *De Beator. Canonizat* , l. III, c. 21.

[2] Garrigou-Lagrange, *op. cit.,* t. II, p. 224.

[3] Hinc notetur vim hujus argumenti reponi non in sola pcena vel morte aut ejusdem qualicumque sufferentia; sed in martyrio cum omnibus suis adjunctis designatis sumpto. — « *Epist. ad Dionnetuni,* c. 7.

(aï Ex miraculis martyrum, i. *Miracula multa specialem Dei interventum probant :* hæc enim fiunt vel martyrii occasione, vel in martyrum favorem, vel ab ipsis martyribus aut eorum reliquiis. Sic haud raro bestiæ mansuefactæ martyribus parcebant[1] ; aliquando mediis in tormentis nullus aut certe exiguus eis erat doloris sensus[2]; nonnumquam eorum vulnera subito sanabantur[3]; unde factum est ut nonnulli pagani, his perterriti prodigiis, fidem Christianam amplecterentur.

2. *Multiplicatio conversionum* ex martyrio speciatim citanda est. Martyres enim patiendo et moriendo nedum victi sint, adversarios vicerunt, et, quemadmodum Christus potentior fuerat morte quam vita, ita martyres morte sua persecutoribus potentiores evaserunt. Porro hæc non videntur ab homine fieri : continuatis persecutionibus. Christianismus naturaliter non poterat nisi minui vel destrui. Ergo cum ecclesia Smyrnensi concludere possumus " *Dominum martyribus astitisse* et cum ipsis esse versatum " [4].

(b) Ex variis testimoniis, circa auxilium extraordinarium in martyribus, i. *Martyribus* ipsis persuasum erat se in tormentis speciali divino juvari auxilio : ita S. *Felicitas* respondit ministro interroganti quomodo bestiarum morsus sustineret, cum vix partus dolores ferre posset : " Modo ego patior, quod patior; illic autem *alius erit in me qui patietur pro me,* quia et ego pro illo passura sum " [5].

2. *Christiani Apologetceque* idem affirmabant. Et *pagani* multi ad Jesum convertebantur, merito putantes " nec consensum tam multorum, nec perseverantiam morientium vanam esse, nec ipsam patientiam, sine Deo, cruciatus tantos superare posse " [6].

560. — (B; Indirecte. Nulla *causa naturalis* aut *motivum mere humanum* convenienter explicare potest constantiam universalem et stupendam martyrum. Non sufficiunt : i. *stultitia* vel *stoliditas, 2. spes gloria,* 3.*fanatismus religiosus,* 4. *bonorum coelestium exspectatio.*

: Rumart, *op. cit.,* pp. 309, 446.
' Ruinart, *op. cil.,* p. 194. — 3 Id., *op. cit.,* pp. 65, 433, 586.
4 Id., *op. cit.,* p. 37. — 5 Id., *op. cit.,* p. 99.
Lactant., *De Institut, divin.,* I. V, c. 13, 23: R., 640.

(a) Non stultitia nec stoliditas, i. Etenim martyres multi sum docti et sapientes, plerique lucida et prudentia responsa proferunt coram judicibus. 2. *Stoliditas,* quæ corporis poenas despicit, solum apud quosdam degeneratos observatur. Sed martyres supplicia liment, inter eos sunt multi pueri vel mulieres; porro nullibi invenitur hæc vis physica quasi bruta quæ raro tormenta spernit [1].

(b) Non spes gloriæ. Martyres enim plerique humilitate excellunt, ita ut nec seipsos martyres prædicarent, nec ab aliis ita se appellari paterentur [3]. Aliunde plures vel privatim vel conglobatim occisi sunt, adeo ut certi essent sua nomina ad posteritatem perventura non esse[3]; immo. infamia publica coram majori communitatis parte notati erant, nec spes laudis futuræ et incertæ apud eos prævalere potuisset contra certitudinem præsentis opprobrii.

561. — (c) Non fanatismus religiosus. Etenim fanatismus est cæca quædam obstinatio, omni discussioni infensa, carens Christianis virtutibus et insano transitorioque manifestata enthusiasmo. Porro apud martyres hæc omnia desunt. Plures scientia coruscabant; non discussionem fugiebant, sed fidei suæ rationem reddebant; actus humilitatis, mansuetudinis, modestiæ, prudentiæ, caritatis in ipso martyrio exercebant; neque vesani furoris signa dabant ut fit in fanatismo, qui sæpe initio fervet sed cito deficit, dum fortitudo martyrum semper perseverat et reviviscit toties quoties refervescit persecutio.

(d) Non expectatio cælestium bonorum. Spes enim bonorum spiritualium, invisibilium et futurorum non sufficienter trahit carnalem hominem ad divitias et delicias præsentes despiciendas ut tormenta libenter sustineat. Quod experientia quotidiana constat. — Revera martyres certissimi erant æternam vitam eos obtinere non posse nisi per sui sanguinis effusionem. Sed talis persuasio jam expositum heroicæ fortitudinis miraculum non aufert.

562. — Nec dicatur. Martyres exhibent *constantiam similem militum fortitudini in bello.* Ergo eorum constantia est naturalis. — Resp. *Neg. antecedens.* Maxima enim sunt *discrimina* inter martyres et milites : (a) Ratione *subjecti :* Martyres sunt omnis conditionis, ætatis et sexus : dum milites sunt viri adulti et robusti.

[1] Perrone, *Pralect. theol.,* t. I, P. I, c. 4, p. 5.

[2] Ita præsertim refertur de martyribus ecclesiarum Lugdunensis et Viennensis apud Eusebium, *H. E.,* l. V, c. 2; P. *G.,* t. XX, 434.

[3] Quod jam notabat Prudentius, *Peristephanum,* hymn. XI ; *P. L.,* LX, 533 : “ Quorum *solus* habet comperta vocabula Christus”.

(b) Ratione *necessitatis patiendi :* Martyres, solo verbo nutuque, siniul cum spe multorum bonorum, tormenta vitare possunt: dum milites in bello sortem suam effugere nequeunt sine vel turpi fuga, vel amissione bonorum, vel pœnis gravissimis et ipsa morte. (C) Ratione *mortis incurrenda :* quæ pro martyribus est certa et in cruciatibus horrendis et prolixis subeunda; dum, pro militibus, potest esse incerta et subita, ut non raro evenit, (d) Ratione *Constantin' :* Martyres supplicia et mortem adibant animo pacifico, cum humilitate ct mansuetudine, sine armis et hostili resistentia; dum milites plerumque ardent ulciscendi studio et cum fiducia in suis viribus, ira crudeli et cum armis in pericula ruunt, (e) Ratione *motworum :* Martyres propter religionem aut Christianas virtutes, mortem patiuntur; dum milites propter patriam et bona temporalia se morti exponunt. — Quapropter constantia martyrum assimilari nequit fortitudini militum in bello. H

111. CONNEXIO CONSTANTIÆ MARTYRUM CUM RELIGIONE CHRISTIANA.

563. — Martyres tormenta passi sunt propter solam christianæ religionis causam, Quod constat ex parte : i. *persecutorum,* 2. *martyrum.*

(i) Ex parte persecutorum. (a) *Edicta persecutionum* impugnabant Christianismum. Jesu discipuli a Nerone, Trajano, Marco-Aurelio aliisque, exclusive *religionis motivo* damnabantur, ita ut qui negabant Christum statim a suppliciis et morte immunes fiebant r. (b) *Judices,* secundum Cæsaris edicta, Christianos interrogabant tantum de eorum fide in Jesum. Et si accusati Christum negabant, statim per judicis sententiam, honoribus et divitiis fruebantur; si vero Christum fideliter colebant, ad supplicia et mortem trahebantur judiciali decreto. (C) *Apologetic* igitur sæpius et publice declarant Christianos nullius criminis reos esse, sed tantum ob eorum fidem christianam impugnari et capite damnari.

564·. — (2) Ex parte martyrum. Ipsi fidem suam in Christum declarant etiam in suppliciis, scientes sese unico

' S. Jüst., P *Apol.*. III. IV: Athenag., Z< K., 146, 151; *Ad Nat.*. cap. i: K., 164. II; Tertull, *Apology* cap. 2, Credunt de nobis quæ non probantur, et nolunt inquiri, ne probentur non esse quæ malunt credi esse, ut nomen illius æmulæ rationis inimicum, præsumptis, non probatis criminibus, de >ua sola confessione damnetur. Ideo *torquemur confitentes* et *punimur perseverantes.* et *absolvimur negantes, quia nominis proelium est*

blaspheiniæ verbo liberari posse; invocant Jesum quatenus Salvatorem et Deum, finniterqiie religionem christianam utpote unice veram confitentur. Praeterea eorum exempla ad fidem christianam promovent innumeros fideles, juxta illud TERTULLIANI ⁜ : " *Plures efficimur, quoties metimur a vobis : semen est sanguis Christianorum".* His omnibus factis deducitur heroicam martyrum patientiam nexu intrinseco uniri cum Christiana religione.

565. — Conclusiones apologeticæ. Igitur heroica martyrum fortitudo est miraculum morale certissimum; proindeque arguit divinitatem, tum religionis christianæ cui pertinet et quam propagavit; tum legationis Christi, qui eamdem religionem ad homines salvandos instituit in nomine Patris.

2J DE MARTYRIO CHRISTIANO POST HI SÆC.

566. — (a) Martyrium Ecclesiam catholicam semper et ubique comitatur; juxta historicos, existunt martyres etiam a sæc. 4° usque ad hodierna tempora. Persecutiones edictæ fuerunt ab Arianis, sæc. 40, sub Valente, et sæc. 50 et 6°, in Africa; a Donatistis, item in Africa, sæc. 40; a regibus Persarum, sæc. 40, 50 et 6°; ab Islamitis, sæc. 8° et postea; tempore Reformationis apud Europæ regiones; in Revolutione gallica, et hodie in republica russiaca, mexicana et hispanica. Accedit ingens martyrum numerus in missionibus ubique terrarum : v. g., in Mongolia, Corea, Japonia, Annam, Tonkin, Ouganda, Abyssinia, America, etc. 2 Ergo sicut Christianismo nunquam defuerunt virginitatis lilia, ita quovis sæculo, semper illi floruerunt martyrum rosæ sanctissimo sanguine aspersæ. (b) Et non minor est fortitudo martyrum recentium, v. g., mexicanorum, quam fortitudo martyrum in prioribus Ecclesiæ sæculis. (C) Porro cognita hominis

⁜ Tertull., *Afolo°et.,* c. 50; *Γ. L.,* I, 534, 535; R., 225.

= Cf. P. Allard, ari. *Martyre,* in *D. A.,* coi. 336 sq. De Christianis martyribus in *Perside* vide Ruinart, *0/>. cit.,* pp. 567, 604; in prima persecutione sub Sapore rege, juxta veterem persicum auctorem, 190.000 Christiani necati sunt. — De *recentibus martyribus* in Asia apud Sinenses, Annamilas, Coreenses, lege Leblant, c/. *cit., c.* 27, p. 343 sq., ubi comparantur novæ persecutiones cum antiquis. Quoad martyres in regione *Ouganda* pro fide trucidatos, lege graphicam descriptionem a missionariis editam, in opusculo *Les Martyrs nègres de l'Ouganda.*

fragilitate, supra vires humanas est tantam multitudinem ex omni natione et ætate, cum tali constantia aliis virtutibus connexa,talia tormenta sustinere,sed requiritur positivus Dei influxus vim novam martyribus communicans. Quæ antea probavimus de supematuralitate et valore apologetico priorum martyrum omnino valent pro martyribus posterioris ætatis collective sumptis ».

II. — De Testimonio humano Martyrum in favorem Christi \

567. — Martyres, statim ab exordio christianæ religionis, eftbrmant quamdam purpuream testium catenam continuam, qui indubitanter affirmant existentiam supernaturalium factorum, quibus constat origo divina missionis Christi et Christianismi. Sed quisnam sit hujus testimonii *valor apologeticus?*

(A) Ejus valor apologeticus. Testimonium humanum scientia et veracitate prædítum, fide dignum est, ut patet. Atqui testimonium martyrum, proprio sanguine confirmatum, has qualitates possidet. Ergo accipi debet ideoque tenenda est divinitas missionis Christi ejusque religionis.

Minor constat : revera martyres sunt : 1. *scientes, 2. sinceri.*

(i) *Scientes,* circa res ab ipsis affirmatas, quæ sunt, non opinio subjectiva, sed facta externa et sensibilia, quibuscum clare cohæret Christianismus. Hoc verum est de omnibus martyribus : (a) tum de *primis,* i. e., de Apostolis et eorum discipulis qui evangelium, miracula et resurrectionem Jesu affirmant suis verbis et morte; (b) tum de martyribus in *sæc. 11° et 111°,* qui a testibus immediatis factorum evangelicorum et institutionis Ecclesiæ notitiam acquisiverunt; (e) tum de martyribus *(datis subsequentis,* qui sua fidei confessione usque ad mortem manifestant quanta fuerit eorum persuasio de divinate Christianismi. Quis mori velit ut testetur alicujus facti veritatem quem non certo cognoscit?

' Tromp, *op. cit..* p. 294 sq.

- Brugère, *De vera religione,* n. 62 ; C. Wilmers, n. 546 ; Pesch, n. 254 ; Hervé, n. 244; Tromp, *0/>. cit.,* p. 285; Sortais, *Valeur apologétique du mai tyre,* p. 51 sq.; P. Allard, *Dix leçons sur le martyre,* p. 309-'40.

568. — *(f) Sinceri* fuerunt martyres, (a) Nam sanctus non mentitur; sed martyres virtutibus erant prædíti, Deum et ejus præcepta ℭolebant, mortem subituri mendacium gravissimum non affirmabant in horrendis suppliciis, sine ulla præmii accipiendi spe. (b) Imo *decipere non potuissent etiamsi voluissent :* hoc enim inter eos prævium consensum supponeret. Porro talis consensus omnino impossibilis evadit ex parte martyrum qui sunt permulti, ex omni conditione, natione, loco et tempore dissiti. Ergo martyrum testimonium censeri debet veritatis testimonium, imo humanorum omnium principale. Et revera pro quo alio facto historico tot habentur testes illud asserentes usque ad sanguinis effusionem?

569. — (B) Ejus excellentia. Testimonium humanum martyrum minus est divino testimonio quod invenitur in miraculosa eorum constantia. Insuper testimonium hujusmodi, a primis martyribus, testibus oculatis, prolatum, praevalet testimoniis martyrum posteriorum. Ex hoc testimonio multi inter primos christianos, confirmaverunt Apostolorum prædicationem ex qua fidem acceperant ⁋ Tandem cum S. HIERONYMO, liceat concludere : " Cum quis viderit tanta perseverantia stare martyres atque torqueri,... subit tacita cogitatio, quod *nisi verum esset Evangelium, nunquam sanguine defenderetur... Hic triumphus est Dei Apostolorumque victoria* " =.

570. — Scholion. De Martyribus falsarum religionum.

i° Objicitur a *Eationalistis* martyres inveniri in omnibus religionibus, apud sectas hæreticas et schismaticas, imo apud paganos. In *India* multi se sternunt coram idolorum plaustris ut ab eis conterantur; nostra ætate, quidam *Babystte}*, in Perside, mortem subire maluerunt quam suam religionem deserere. Ergo vel martyrium non probat Christianismi divinitatem, vel alias religiones fuisse a Deo ortas dici debet.

1 Cyrillus HierosoL, *Uatech.,* IV, 12; X, 19; S. Joan. Cbrysost, *In .S', /gnat. martyr.,* 4. —3 S. Hieronym., *Epist.,* 120 *ad Hedibiam,* c. IO.

3 *Babystir* constituunt sectam islamicam, in Perside natam, nomine fautoris vocatam qui se esse *Bab,* aut *portam* ad salutem contendebat. Renan ⁋ *Les Apôtres,* p. 378 sq.

2° Respondetur : i. /w*genere,* **2.** *in specie.*

(i) *In genere,* ^a) Omnes religiones habent suos martyres, i. e., homines ob religionem occisos. *C.*\ homines quorum mors miraculosum Dei interventum supponit. *N.* Etenim ad probandam alicujus religionis divinitatem, non sufficit martyrium *materialiter sumptum,* nempe mors crudelissima; sed requiritur martyrium *moraliter consideratum,* scilicet cum omnibus adjunctis et martyris dispositionibus, propter quas soli virtuti divinæ est tribuendum ». (b) *Maxima* intercedit *differentia* inter martyres falsarum religionum et martyres christianos, ratione : i. *numeri :* pauti sunt in aliis sectis; *2. conditionis :* martyres non christiani plerumque vitam duxerant vitiosam ; 3. *patientice* in tormentis : martyres sectarum sæpe tortoribus conviciabantur, et mansuetudinem, humilitatem, prudentiam caritatemque non exercebant; 4. *effectuum :* in sectis, tormenta aliquibus illata alios a religione fugabant; in Christianismo, martyrium trahebat paganos ad Jesum.

571. — (2) *In specie,* (a) Apud **haereticos** et **schismaticos,** pauci tantum martyres *antiquitus* inveniuntur teste Irenæo 2: " *Ecclesia omni in loco* ob eam, quam habet erga Deum dilectionem, *multitudinem martyrum in omni tempore pramittit ad Patrem; reliquis* autem *omnibus non tantum non habentibus hanc rem ostendere apud se,* sed nec quidem necessarium esse dicentibus tale sæpius martyrium

(b) Inter **Protestantes,** quidam pro fide sua fortiter mortem subiere. Paucorum forsan fortitudo heroica naturaliter explicari valet 3. i. Nonnulli, ut *Anabaptiste,* signa haud dubia praebuerunt fanatici furoris, superbiae, stoliditatis, immo et credulitatis4, ita ut divinus interventus minime in eorum agendi ratione apparuerit. 2. Alii vero, ut qui, annis 1885-1886, in *Ouganda* interfecti sunt, *bona fide* credebant religionem quam amplexi fuerant esse religionem a Christo revelatam; ideoque*gratia divina* juvari poterant ut vitam traderent pro religione, quæ, quamvis incompleta, veritates ad salutem necessarias complectebatur. In hoc casu, divinus interventus *veritatem Christianismi,* non autem Protestantisme quatenus hic Ecclesiæ catholicæ opponitur, demonstrabats.

' de Poulpiquet, *L'objet intégral de ΓApologée,* p. i86 sq.; Ami du Clergé, 1924, p. 163 sq. —- ' S. Iren., *Adv. Hares.,* l. IV, c. 33, n. 9.

3 Cf. F. Mourret, *La Renaissance et la Réforme,* Paris, 1918. p. 409-410.

4 Card. Baudrillart, art. *Anabaptistes,* in *D. T. C.,* coL 1128-1134.

s De miraculis quæ in falsis religionibus patrantur, cf. η. 329.

Ci Apud Paganos, citantur *Heroes* quidam, qui ipsos mai lyres superare videntur, — Sed *immerito.* Nam ‘‘ad constituendum *Heroem* collectio omnium virtutum moralium requiritur". Porro homines qui ‘‘apud Gentiles propter alien jus virtutis moralis (præsertim fortitudinis) excellentiam, *Herois* nomen consecuti sunt, aliis, ut plurimum, caruerunt virtutibus et vitiis fuerunt inquinati ’’». Ergo paganorum heroes Christianis martyribus comparari nequeunt.

(d) Oui sibi mortem inferunt, ob quemdam fanaticum sensum, et non quia optio eis datur inter religionis abdicationem et tormenta, hi *non sunt martyres.* Ita *Indi,* qui se sternunt coram plaustris idolorum, eligere non habent inter vitam et religionem quam sequuntur; sed, propter speciales quas tenent opiniones de animarum transmigratione, mortem ut aliquid boni appetunt, scilicet ut medium quo facilius *nirvana* attingere valeant.

(e) Babystas autem fuisse *fanatico sensu* vere captos fatentur ipsi adversarii; insuper illi contra civilem auctoritatem vi et armis acriter pugnaverunt; quare nostris martyribus non assimilandi sunt, qui patientia et mansuetudine persecutores vicerunt.

' **Benedict, XIV, /V** *Beat. canonizat.*. 1. **III, c. 21.**

CAPUT IX

Legatio divina Christi CONFIRMATUR TRANSCENDENTIA Christianismi aliis religionibus COMPARATI

572. — Conspectus.

i. *Budhismus.*	*Islamismus.*
Fundator, doctrina, propagatio.	(a) *Expositio summaria :* Auctor, doctrina.
(b) *Judicium apologeticum :* Non est religio divinitus revelata.	(b) *Judicium apologeticum.* Non fuit a Deo prædicatus.
Conclusiones apologeticæ.	Conclusiones apologeticæ.

Epilogus. *Credibihtas* et *Credentitas* Christianismi.

573. — Scopus et divisio, (a) Adversarii sæpe Chrissianismum æquiparantes aliis religionibus, declarant omnes esse humanas et legitimas, et proinde religionis christianæ divinitatem respuunt.

Porro si hæc religio ortum mere humanum habuit, in aliis societatibus religiosis invenire poterimus doctrinam, constitutionem, qualitates et fructus perfectionis æqualis vel superioris. Sed econtra Christianismus omnino transcendit alias religiones et sic ejus divinitas confirmatur et simul logice respui debent theoriæ indifferentistæ de legitimitate omnium religionum

(b) Duæ sunt præcipuæ religiones, quæ ob numerum asseclarum, Christianismo aliquando coæquantur vel anteponuntur, nempe : r. *Budhismus*^ 2. *Mahumetismus.* De quibus *duplex* erit articulus.

▮ J. Bncout, *L histoire des religions et la foi chrétienne,* Paris, i9ro· A. Valensin, *Jésus-Christ et Γhistoire comparée des religions,* Paris, i9I2; V. Lenoir, *L'Apologétique et Γhistoire des religions,* in *R. .4.. jg2j,* p. 321-335’

KF

ARTICULUS I

De Budhismo».

574. — Budhismus, e Vedismo et Brahmanisme ortus .cf. ll. ii2-ii5) nomen accepit ab auctore suo, *Budha* Hanc religionem profitentur circiter 199.000.000 sectatores, in extremo Oriente, i. e., in Nepal, Ceylan, Siam, Sina, Insulindia et Indosina, in Thibetana regione et Japonensi regno 3.

Nunc datur Budhismi : 1. *brevis expositio,* 2. *judicium apologeticum.*

I. Expositio brevis

Hæc expositio refertur ad ejus : *fundatorem,* 2. *doctrinam,* 3. *propagationem.*

(A) Fundator : Distinguitur ejus : 1. *historia,* 2. *legenda.*

(1) **Historia.** Hanc historiam delineare, deficientibus authenticis documentis, difficultate non caret 4. Budhismi fautor füit SlDDHARTA de familia Gotama, circa 550 ante Christum natus. Adhuc juvenis, deseruit paternam domum, uxorerrf et filium, ut sapientiæ studeret, et in solitudinem secessit, assiduaque meditatione et asperis mortificationibus sapientiam quaesivit, quam, post septem annos, se invenisse putavit, dum se quodam die subito *Budha,* i. e. Sapieiitem, sensit. Hanc sapientiam in *Benares* primum,

' Abbé de Broglie, *Problèmes et conci. de I'Hist. des Religions,* c. VI; F. Aiken, *The Dhamma of Gotama, the Budha and the Gospel ofJesus thé Christ*Boston, 1900: Ami du Clergé, 1 jun. 1905; L. de la Vallée-Poussin, *Boudhisme, opinions sur Thistoire de ta Dogmatique,* Paris, 1909; Id., in *ChristIts,* ch. VI, et in opere *Où en est Γhistoire des religions,* I. ch. V; de la Vallée-Poussin et Roussel, art. *Inde (Religions de f),* in *D. A.,* col. 645-702; Roussel, *Le boudhisme primitif* Paris, 1911; E. Hardy, *Der Buddhismus,* Münster, 1923: M. Ribaud, art. *Le Boudhisme et ΓEvangile,* in *R. P· A.,* 1926, p. 6S-S7, 150-157; Max Muller ;* *Sacred Books of the East,* Oxford, 1S79 sq; Davids Rhys ;* *Bitdhism,* 1882; *Budhism, its history and littérature,* 1S96: H. Oldenberg, *Le Bouddha, sa vie, sa doctrine, sa communauté,* Paris, 1934. — 2 Cf. Tabella, n. 610.

". Notetur quosdam *Raiionalistas :* v. g., Carpenter, Seydel, Pfleiderer, Anesaki docuisse *panbudhismum,* juxta quem, Christianismus est quædam Budhismi ment evolutio, et Christus nonnisi Budha transformatus.

4 Prima documenta, juxta peritos, 150 annis post mortem Budhæ scripta esse videntur: lapideæ inscriptiones regis Açokæ, sæc. III ante Christum, sculpta sunt.

deinde in totam Indiam septentrionalem, prædicavit et monachorum ordinem instituit, qui se totos praedicationi devoverent. Mortuus est (480?) ex porcinæ carnis indigestione.

(2) Legenda. Veritas historica paulatim in legendam evolvit. Gotama, postea Budha seu sapiens dictus, millies forsan antea vixerat, et successive fuerat monachus, mendicus, leo, columba, elephas, mercator, rex, etc., summamque perfectionem jam attigerat et in *nirvana* ingredi poterat, sed rursum nasci ac vivere voluit, ut perfectam scientiam adipisceretur hominesque multos ab hujus vitæ miseriis liberaret. Nascitur ex regina Maya, antea sterili : ejus conceptio et nativitas miraculosæ sunt, eumque nascentem spirituum chori in ctelo canticis salutant. Mirabilis pariter fuit ejus infantia et adolescentia; omnibus deliciis abdicatis, in desertum sese recepit, ubi malorum spirituum impugnationes superavit donec tandem supremam sapientiam attingeret, quæ in cognoscendis variis malorum causis atque remediis consistit. Quo tempore multa patravit miracula, ipseque transfiguratus factus est *Budha* seu illuminatus. De sua sorte securus, hanc sapientiam aliis manifestare intendit, et, per 45 annos, homines docuit praesertim pauperes et peccatores, quomodo, cupiditatibus despectis, ab omnibus malis liberari valeant et *nirvana* ingredi. Ipse tandem mortuus est, nunquam denuo nasciturus.

575. — (B) Doctrina. Habetur doctrina Budhismi : \. *primitivi,* 2. *posterioris.*

(1) *Primitivus Budhismus* doctrinam docet satis obscuram, sæpe agnosticam, practicam potius quam speculativam, (a) Dogmata. De *Deo* nihil certum prædicatur, quia Deus vel non existit, vel ejus existentia cognosci nequit. De *anima* pariter altum servatur silentium. Unum videtur esse ens immutabile, nempe *Lex (samsara),* vi cujus bonæ actiones, (actio vocatur *Karma),* necessario retributionem, malæ autem castigationem secum afferunt. Alia entia essentialiter sunt æqualia. Quare animaç ab uno ad aliud transire possunt per *metempsychosim* seu transmigrationem, donec omne *potentiale,* sive malum sive bonum, actuum nostrorum evacuetur. Quando hic scopus attingitur, *nirvana* l *seu* statum perfects quietis homo possidet. Dogma-

' De *natura nirvana disputatur.* Multi Budhistæ, *phanonunalista* dicti, putant *nirvana* nihil aliud esse, juxta *Budha,* nisi perfectam annihilationem omnis personalis existentia; cum vero annihilationem non pauci abhorreant,

tibus ergo suis Budhismus est quædam pessimismi et phænomenismi forma.

(b) Ethica. Hæc in Deo non fundatur et exclusive ad hominem ordinatur. Perfectio obtinenda est per omnis desiderii et activitatis annihilationem in otio integerrimo; quare omnibus desideriis et voluptatibus praesentis vitæ renuntiandum est.

Ad hunc scopum, Budha tres jubet disciplinas : *rectitudinem, meditationem, sapientiam,* i. *Rectitudo* quinque officia imponit : ne occidas qualecumque ens, ne fureris, ne adulteres, ne mentiaris, ne fermentatum aliquid bibas. Monachi budhistæ *{bikhus)* paupertatem, poenitentiam et castum coelibatum colere debent. 2. *Meditatio* non est precatio, sed operatio psychica et physiologica simul, quæ ad annihilationem cogitationis tendit '. 3. *Sapientia* tandem consistit in cognitione legis Budhæ.

Mediante eleemosyna monachis facta, permittuntur omnia vitia. Matrimonium prohibet ab immediato ingressu in nirvana. Superbia, egoismus, sympathia naturalis, otiositas videntur esse quidam præcipui caractères ethicæ budhistæ.

(c) Cultus. Omnis cultus primum rejicitur ab atheo Budha. Sed, sæculis posterioribus, ejus asseclæ cultum externum cum ritibus, floribus, etc. Budhæ exhibuerunt

(2) *Budhismus posterior* admittit tres sectas præcipuas : 1. *Minus vehiculum* (i. e., via salutis) cujus asseclæ sunt præsertim *monachi,* qui Budhismo genuino viciniores sunt; hæc secta in India et Ceylan præcipue viget. 2. *Majus vehiculum* (seu *Mahayana)* cujus discipuli multi sunt *laid* et autumant salutem consequi per caritatem erga alios quos juvant ad salutem adipiscendam. Sub hac forma, Budhismus extra fines Indiæ propagatus est. 3. *Tantrismus* saltem a sæc. VII° post Christum, docet quomodo, per *magiam* et *superstitiosos ritus,* homo sanctitatem assequi valeat. In hac secta, innovatus est antiquus polytheismus, cum suis impudicis diis.

576. — (C) **Propagatio.** Budhismus sat velociter diffusus est. Adhuc vigente Budha, ejus religio, favorem divitum et mercato-

quidam ejus discipuli qui dicuntur *pcrsonalista, nirvana* tanquam locum *quietis* depingunt. De doctrinis utriusque scholæ disserit L. de la Vallée-Poussin, *Boitdhisnie,* p. 156-178.

* Cf. Oldenberg, *op. cit.,* p. 309'3'5 ; Roussel, *op. cit.,* p. 255.

2 Ita nominatur a vocabulo *tantras,* quo designantur libri apocalyptici quibus

rum adepta, partem oriento-septentrionalem *India* pervasit. Sæc. IIP ante Christum, rex Açoka Budhismum usque ad insulam *Ceylan* propagavit. Brahmanismus tamen et Islamismus religionem budhicam fere ex tota India exstirparunt. A 300 ad 589, Budhismus imperium *Sinense* penetravit, unde in *Coream* et *Siam* transiit. Anno 552, ex Corea, in insulas *Japonice* penetravit. Anno 638, in *Thibetum* ingressus est, ubi formam specialem *Lamaismi* induit : monachi budhistæ, */ama* vocati, potestate etiam civili gaudent, eorumque dux ut reincarnatio Budhæ habetur.

II. Judicium apologeticum.

577. — Budhismus non est religio divinitus revelata. Quod deducitur ex consideratione : 1. *Budhæ,* 2. *budhistæ doctrinæ,* 3. *ejus propagationis.*

(i) Persona Budhæ. (a) Budha ingenio suo inter illustres philosophos recensetur; sed humanam conditionem non excedit, imo caret humilitate et sanctitate præsertim in sua morte. (b) Aliunde, nunquam sicut *legatum divinum* vel Redemptorem sese exhibuit, sed tantum ut prædicatorem et exemplar vitæ moralis, (c) Præterea *miracula* vera non patravit : mirabilia quæ ei tribuuntur, in libris continentur qui nonnisi longe post eventum scripti sunt et historicitatem non habent; aliunde tam *ridicula* sunt ut prorsus incredibilia videantur x. (d) Insuper hæc prodigia a Budha usurpantur solum ad probandum se *propriis viribus* sapientiam adeptum fuisse, quam quilibet homo consequi potest.

578. — (2) Doctrina, (a) Hæc doctrina certe *non gaudet universalitate :* est enim essentialiter aristocratica, de parvulis et humilibus non curans; nec aspirationes hominis implet quoad ipsius et mundi originem finemque supremum, (b) Præterea *affirmat errores* multos : I. Quoad *dogma :* atheismum vel agnosticismum de Deo 2 defectum libertatis

' Sic, v. g., Budha cum rege serpentium pugnaturus, totum suum corpus convertit in ignem; alio tempore cucurrit per totum firmamentum a parte orientali usque ad partem occidentalem, interim ex uno oculo mittens aquam, ex altero ignem; postea magnum exstruxit axlificium, ut in eo cum adversariis patraret miracula, et ita quis potentior esset dijudicaretur. Cf. C. Pesch, *op. cit.,* n. 205; Bonruot, *Le miracles et ses contrefaçons,* 2e part., c. I.

Toute religion est fausse, qui, dans sa foi, n'adore pas un Dieu comme principe de toutes choses, et qui, dans sa morale, n'aime pas un seul Dieu comme objet de toutes choses ". Pascal, *Pensées,* édit. Brunschwicg, n. 554, 595.

in homine, metempsychosim, etc. 2. Quoad *ethicam :* hæc non oritur a Deo, sed procedit cx hominis tendentiis; vitia non efficaciter reprehendit; quædam ut superbia et pigritia commendantur; virtutes plures vel ignorantur, v. g., humilitas, vel falso concipiuntur, v. g., caritas erga homines. 3. Quoad *cultum* : rejicit omnis cultus necessitatem. (C) *Fructus mali* logice ex hac doctrina orti sunt : ita polygamia, divortium, pigritia aliaque vitia apud Budhistas multiplicantur.

579. — (3) Propagatio. Hæc tria notare licet : (a) Budhismi diffusio est *localisata :* post 25 sæcula, multos adhuc sectatores retinet, sed *non extra Orientis fines,* (b) Præterea hoc saltem *sufficienter explicari potest* per qualitates et defectus hujus religionis. 1. *Veritates* quas edocet attrahere potuerunt homines, eo vel magis quod in India tunc vigebat solus Brahmanismus, qui, tum propter suam obscuritatem, tum propter sacerdotum superbiam, populo minime placebat 2. Ex alia parte, Budhismus essentialiter *passionibus* non adversatur, cum unicuique liceat ea sequi præcepta sibi complacentia. Unde etiam a regibus fuit propagatus, quia ne quidem continebat ideam supremæ auctoritatis, cui terreni principes subjiciuntur, (c) *Essentialiter mutatus est* Budhismus in sua diffusione, siquidem atheismus vel agnosticismus quem profitebatur, in polytheismum, idololatriam ao magiam evolutus est. Adoratur ipse Cakiamuni cum aliis innumeris Budhis ; adorantur illius reliquiæ ac imagines, quibus etiam miracula tribuuntur. Item cultus plenus est magicis formulis, quibus virtus fere omnipotens adscribitur. Nirvana jam locum cessit cuidam cælo, ubi electi per sæcula deliciis fruentur.

580. — Conclusiones apologeticæ.

(1) **Quoad Budhismum.** Certissime *Jicec religio non est divina,* nam ejus auctor non se dicit a Deo missum; aliunde docet doctrinam quæ profitetur res contradictorias et falsas : v. g., atheismum, metempsychosim ; et non affert historica miracula in signum divinæ prædicationis suæ, denique suæ religionis propagatio causis naturalibus sufficienter declaratur.

(2) Quoad Christianismum comparatum Budhismo. (a) *Similitudines* quædam observatæ fuerunt inter Budhismum et Christianismum. 1. Legenda Budhæ sæpe conformis est evangelicæ Jesu historiæ. 2. Præterea, in *utraque doctrina,* quædam ethicæ principia videntur eadem esse : profunda conscientia peccati ac miseriarum hujus vitae, virtutis difficultas, desiderium attingendi ultimum finem, contemptus mundi, qui plenus tentationibus atque illecebris exhibetur, suipsius abnegatio atque carnis mortificatio, voluntaria paupertas ac continentia, monachorum institutio, benevolentia erga omnes homines, etc. 3. Aliunde vita monachorum budhistarum æquiparatur sanctitati monasticae apud Christianos.

(b) Sed *hoe similitudines sunt mere extrinsecæ et accidentales.* i. *Legenda Budhæ,* multum discrepans ab ejus historia, probabiliter scripta fuit sub christiano influxu, mediantibus sectis nestorianis in India existentibus : exinde quædam analogiæ inter legendam budhistam et Christi evangelium. 2. *Doctrina* [1] autem budhica, etiam quoad mores, substantialiter differt ab ethica Christiana : nam fundatur non in Deo sed in egotismo et naturali sympathia, superbiæ et aliis vitiis favet, laborem non promovet, etc. Sed Christianismus veritates, his falsitatibus oppositas, edocet[2]. 3. *Analogiæ* quædam *in ascesi monastica* observatæ oriri possunt ex communi desiderio ad Deum operibus

[1] Cf. Oldenberg, *op. cit.*, p. 185. "Où que nous ouvrions nos Evangiles, nous découvrons à chaque page les traits les plus délicats et les plus profonds de l'influence de Jésus : attentive, consolante, salutaire, réconfortante, nous la voyons s'exercer d'âme à âme, de personne à personne. Combien autre est l'image que l'ancienne communauté boudhiqne nous a conservée de l'influence de son maître, combien pauvre de cette puissance de sympathie qui remue l'être jusque dans ses profondeurs!... tout se cache derrière le schéma, derrière la formule

[2] Oldenberg, magnus Budhismi admirator, scribit, *Boitdha,* p. 289 : **1a** langue du boudhisme n'a aucun mot pour exprimer la poésie de l'amour chrétien, de cette charité décrite par saint Paul, qui est plus grande que la foi et l'espérance, sans laquelle celui qui parlerait toutes les langues des anges et des hommes serait un airain sonnant et une cymbale retentissante... Le boudhisme ordonne moins d'aimer son ennemi que de ne le point haïr ; il excite et nourrit une disposition de bonté et de compassion pour tous les êtres, mais ce sentiment n'est pas l'effet spontané, mystérieux et non raisonné de l'amour, c'est bien plutôt une sagesse réfléchie, une persuasion que tout ira mieux par l'effet de cette bienveillance et l'attente que la loi de la nature procurera une récompense à ceux qui se conduisent ainsi ".

perfectioribus tendendi, sed ascctica budhista non attingit heroismum et perfectionem catholicorum monachorum.

58L — (c) *Christianismus essentialiter transcendit Budhisnium* ratione : 1.*fundatoris :* Christus sapientiam et sanctitatem exhibet Budhæ ignotam; 2. *doctrinæ :* religio Christiana harmonice una et completa est, dum Budhismus contradictiones et doctrinam incompletam affirmat; ^.*fructuum :* Christianismus mirabilia opera sanctitatis in individuis et societatibus promovet; econtra in Budhismo vitia pullulant; 4. *diffusionis :* Budha adhibet media praecipue naturalia; Christus autem utitur mediis supernaturalibus. Christianismus exhibet signa multa suæ divinæ originis; Budhismus vero, nullum; ideo, sub omni respectu, religioni Christianæ omnino inferior est : quod a multis agnoscitur ».

ARTICULUS II

De Islamismo[2]

582. — Islamismus, a voce arabica *Islam* (i. e., resignatio seu submissio Deo), vel *Mahumetismus* ab ejus auctoris

1 " Aussi les hommes impartiaux, même dans le camp des rationalistes, ont-ils renoncé à comparer le boudhisme au Christianisme et professent hautement que le Christianisme est infiniment supérieur, autant que la vie est au-dessus de la mort, un corps réel et vivant au-dessus d'un fantôme De Broglie, *Problèmes et conclusions de Γhistoire des religions,* p. I00; P. Follet, *Quelques sommets de la pensée indienne,* in *Archiv. de philos.,* vol. IX, pars III, p. 134'177.

3 Optimam editionem Alcorani edidit Flügel, *Al-qoran, Corani textus arabicas,* Leipzig. Cf. Maracci, *Refutatio Alcorani,* Paduæ, 1698; Kazimirski, *Le Koran,* Paris, 1840; J. La Baume, *Le Coran analysé,* Paris, 1900; Th. Ņoldeke *Geschichte des Qorans,* i860; Abou Ąbdallah *Senoussya,* petit traité de théol. musulmane, *gallice* redditum a J. D. Luciani, Alger, 1890; Caussin de Perceval. *Essai sur ΓHistoire des Arabes avant ΓIslamisme,* Paris, 1847-4S; A. Sprenger ;* *Das Leben und die Leh^e des Mohammed,* Berlin, 1861-65; Syed Ameer Ąly *A Critical examination of the Lije and Teachings of Mohammed,* 1873; J. Barthélemy St Hilaire, *Mahomet et le Coran,* Paris, 1865; Abbé de Broglie, *Problèmes de l'Hist. des Relig, c.* VII; H. de Castries, *EIslam,* Impressions et Etudes, Paris, 1896; L. Gondal, *Islamisme et Christianisme,* Paris, 1906; Carra de Vaux, *La doctrine de ΓIslam,* 1909; *Les penseurs de l'Islam,* 5 vol., Paris; art. *Islamisme et ses sectes,* in *D. A.,* col. 1135-1154» Lammens, *Le berceau de l'Islam,* Rome, 1914; art. *Mahomet fut-il sincère?,* in *R. S. R.,* 1911, p. 25-53; 140-166; J. Huby, *Christus,* c. XIII; E. Power, art. *Mahomet,* in Z>. *A.,* col. 74-87; *E Islam* in Bricout, I, c. XIII; Rev. des Etudes islamiques, Paris, Geuthner.

nomine, ortum habuit in Arabia, et inde in Asiæ, Africæ et ipsius Europae partem propagatus fuit. Computat circiter 238.000.000 asseclas 1.

Islamismus *i.summaiim exponetur, 2.apologeticejudicabitur.*

I. Expositio summaria

Pauca dicemus de ejus : 1. *auctore,* 2. *doctrina.*

(A) Auctor.

Mahumes (i. e., laudabilis) (syoP-ô.v), orphanus factus, diu pavit greges, postea mercaturam exercuit, et diviti viduæ *Khadidja,* cujus res gerebat, placuit eamque in uxorem duxit. Silentii et solitudinis amator, ambitione plenus, israeliticas et Christianas institutiones admirans, quamvis Christiana dogmata parum cognosceret, religiosam revolutionem promovere studuit. Maxime credulus quoad somnia, angelum Gabrielem sibi apparuisse fingens vel credens, se prophetam esse divinitus missum asseruit. Secreto primum prædicavit, postea autem publice; cum autem concives, suis assertionibus tam religiosis quam præsertim politicis commoti, ejus doctrinæ maxime obsisterent, e Mekka in Medinam cum amicis nocte migravit (622); postea hæc dies (vocata *hegira* seu fuga) qua fugerat, initium fuit æræ mahumetanæ. Medinenses sibi cito conciliavit, et cum eis, vi armorum, suam religionem per totam Arabiam prædicavit a Mekka incipiendo. Mox totum orbem intendit suæ subjicere doctrinæ.

r

Post Mahumetis mortem (632), *khaliffa* (vicarii) ejus successores, Islamismum celerrime et late diffundunt in Persiam, Egyptum et Syriam. Sæculo VIII0, India, Africa, Hispania invaduntur2. Sæc. XIV0, Turcæ,ad fidem islamicam conversi, Asiam minorem et Europam orientalem ditioni et fidei suæ subdunt; sequentibus sæculis, et etiam nostris diebus, Sina et Africa centralis Mahumetismo portam aperiunt.

583. (B) Doctrina3.

(1) *Alcoranus (Al Coran,* lectio) est sacer Islamismi liber qui continet ejus civilem et religiosam legem, ita ut sit codex juridicus judicis simul et sacerdotis; narrat præ-

' Cf. Tabella, n. 610.

' " En moins de cent ans, le fanatisme musulman créa un empire double de l'empire romain, sextuple de celui de Charlemagne, décuple de celui de Napoléon". L. Marion et V. Lacombe, *Histoire de l'Esdise* t II Paris 192S, p. 657. 5 ' ' '

3 A. Palmieri, art. *Coran (sa théologie).* in *D. T. C.*. col. 1779-1835 Carra de Vaux, art. *Coran (sa composition), lac. cil.,* col. 1772-17-9

sertim fictitias revelationes a Gabriele archangelo Mahumeti factas et dividitur in 114 *suras* seu *azoaras* vel capita. Hic liber a Mahumete scriptus non fuit, sed a khaliffa Abou-Bekr, ejus successore, compilatus (657); dicitur æternus, Deo immanens et libros a patriarchis traditos longe superans \

(2) *Doctrina* ipsa refertur ad : 1. *dogma,* 2. *ethicam,* 3. *cultum.*

(a) Dogma. *Dei* existentiam, unitatem, omnipotentiam docet, Trinitatem vero rejicit. *Christum* esse vere prophetam et miracula egisse affirmat, sed negat ejus divinitatem, crucifixionem, resurrectionem, redemptionem et consequenter ejus sacramenta et oeconomiam salutis. *Angeli* existunt mali vel boni, qui Dei sunt legati et homines custodiunt. *B. Maria* Jesum concepit et genuit miraculose. *Prophetæ* multi sunt : ita Abraham, Jacob, Moyses, Jesus et ultimo Mahumes qui est omnium maximus. Hinc illud effatum : " Non est ullus Deus nisi Allah, et Mahumetus est ejus propheta". *Homo* gaudet anima, quæ est divinitatis emanatio, et subditur Dei prædeterminationi *fataliste?..* De *novissimis* docet animæ immortalitatem et corporum resurrectionem; paradisus, quem promittit, est locus libidinosis voluptatibus repletus; negat inferni æternitatem saltem pro mahumetanis.

(b) Ethica complectitur leges : 1. *preeeeptivas,* 2. *prohibitivas,* 3. *permissivas.*

1. *Præceptivæ* leges *quinque* omnibus præscribunt : 1) *fidem mahumetanam* cum recitatione cujusdam symboli (sura 112); 2) *preces* quinque per diem, quas sæpe *ablutiones* comitantur; 3) *jejunia,* præsertim *Rhaniadan,* quod per unum mensem perdurat et consistit in abstinentia ab omni cibo et potu ab ortu solis usque ad occasum ; 4) *eleemosynas* mahumetanis factas non autem infidelibus, 5) pias *peregrinationes* maxime ad Kaaba in Mekka semel saltem in vita. Quibus addi potest : odium et *bellum sanctum* adversus infideles ferro trucidandos.

2. *Prohibitive?* leges spectant ludos aleatorios, vinum, carnem suillam, imagines, occisionem fidelium, etc.

1 "C'est tout à la fois un hymne, un psaume, une prière, un code, un sermon, un bulletin de guerre, une polémique et même une histoire". Barthélemy Saint-Hilaire, *Mahomet et le Coran,* 1865, p. 1S9.

xz·.-

3. *Pennissivæ leges :* i) *Polygamia* et *divortium* ad mariti nutum licent; communiter quatuor tantum uxores habere licet, sed illimitatus concubinarum numerus adjungi potest. 2) *Servitus* infidelium approbatur et effrenata mahumetanorum voluptas causa fuit cur mulieres raperentur et venderentur. Hinc hodie, etiam in Africa, Arabes nefandam servorum emptionem et venditionem, immo et violentum raptum indesinenter prosequuntur. 3) *Circumcisio* a multis servatur, sed est tantum de consilio.

Hinc vides Alcoranum parum curare de *interioribus* dispositionibus, sed in praescriptionibus *externis* totum fere versari.

(c) Cultus. Mahumes respuit sacramenta et verum sacrificium, admittit tantum preces, ablutiones et quosdam concomitantes ritus.

II. Judicium apologeticum[1]

584. — Islamismus non fuit a Deo praedicatus.

Certum est ex dicendis circa ejus : I. *prophetam,* 2. *doctrinam,* 3. *propagationem.*

(A) Prophetae persona, (a) Qualecumque sit Mahumetis ingenium in ordine oeconomico, politico et religioso, *non dicere licet eum fuisse Ifei legatum :* nam pietatem simulavit, ambitione claruit, fraudibus et caedibus criminosis usus est, foetidissima exarsit libidine in polygamia et adulterio. Hæc omnia indicant certe non Dei sancti sed diaboli perversi praeconem!

(b) Mahumes se aflfirmat prophetam ad totum genus humanum divinitus missum. 1. Sed *de ejus sinceritate merito dubitatur;* nam ex una parte, etiam pessimas concupiscentiae suggestiones revelationi attribuit[2] : quod vix sincere fieri potuit; et ex altera parte, ambitio politica et luxuria

coL 1835-1844. D. Siderski, *Lis originis dis ligindes musul/n, dans h Coran it lis viis dis Prophitis,* Paris, 1935.

3 Ita revelationi divinæ attribuit jus sibi concessum novem uxores habendi, dum ceteris credentibus tantum quatuor conceduntur. Koran, *Sur.* XXXIII, 49‘52· cf. ? 3· etiam, licet... jam novem uxores et plures concubinas haberet, commercium carnale habuit cum quadam juniore serva coptica, et ad sedandas uxorum querelas, contendit se revelationem accepisse qua jussius est has querelas contemnere. Cf. *Sacred Books of the East,* 6, XL; 9, 290; C. Pesch, n. 207.

de die in diem mentem ejus invaseruntr. 2. Præterea solus fuit testis apparitionum in quibus Gabriel angelus suam divinam legationem annuntiat. Sed testis unus, testis nullus. 3. Aliunde missionem suam *miraculo nullo firmavit;* ipse fassus est se non posse miracula operari, addens tamen ea non esse signum revelationis certum, cum antea fuerint prophetæ qui miracula fecerint, quin tamen hisce incredulos converterint. 4. Arroganter excellentiam revelationis suæ tanquam unicum motivum credibilitatis enuntiavit[1]. Quod quidem verum non est, ut patet ex ejus multis erroribus.

5 85. — (B) Doctrina. Islamismus non a Deo docetur : (a) Etenim *vera unitate non gaudet,* cum sit confusa quædam *collectio* elementorum plus minusve inter se oppositorum; præterea saltem 250 *contradictiones* continet. **(b)** Aliunde *gravissimos errores* prædicat : 1. in ordine *speculativo :* v. g., fatalismum, animam divinitatis emanationem, voluptates carnales in cælo, etc.; 2. in ordine *practico :* v. g., obligationem credendi sine rationis inquisitione de fundamentis Alcorani, licentiam plures uxores habendi et cum subditis et ancillis luxuriose agendi; injustitias et violentias erga infideles; neglectum dispositionum moralium in anima, etc.

(c) *Pessimos fructus* ex Corano oriuntur. Sed ex fructibus malis dignoscitur arbor mala non divina. 1. *Individuorum profectui* valde nocuit prohibendo religiosam discussionem in intellectu et voluntatem enervando per doctrinam fatalismi et voluptates; quare inauditam dissolutionem produxit. 2. *Familiam destruit,* negando matri-

1 " Mahomet ne sut jamais résister aux séductions de ia politique plus il •'avancera dans sa carrière agitée, plus la politique et les préoccupations terrestres s'imposeront à lui, au point de l'envahir totalement ". Lammens, *loc. cit.,* p. 158-162.

2 De *sinceritate* Mahumeti valde disputatur. Eam negant plerique ecclesiastici auctores cum Voltaire. Hodie vero multi agnoscunt Prophetam sincerum fuisse initio suæ vitee. ''Sans sincérité, ''comment (Mahomet) aurait-il fait passer sa conviction dans Tame de ses adhérents? Ce résultat, — et il l'a obtenu, la ruse grossière, la simulation personnelle, ne suffisent pas à l'expliquer". ''Nous nous trouvons devant un phénomène d'autosuggestion, en face d'un personnage possédant la redoutable faculté de voir en lui-même, habitué à y lire ce qu'il souhaitait y découvrir, une révélation! Or cette révélation se trouva composée de réminiscences, d'emprunts, aux religions antérieures. De cette disposition d'esprit il devait aboutir à des visions. II les a eues[3?] Lammens, *loc. cit.,* p. 26; 45'46.

monii unitatem et indissolubilitatem : quarc polygainia et divortium paulatim conjugalem amorem exstinguunt, uxores ad servarum conditionem reducunt, pacem turbant filiorumque bonæ educationi obstant. 3. *Societatis fundamenta evertit :* fatalismus enim cito pigritiam fovet et industriæ progressui obstat; insuper, corruptis familiis, jam tota societas dissolvitur; consociatio utriusque potestatis spiritualis et temporalis, in eodem principe, favet incurabili tyrannidi, omnemque libertatem paulatim tollit. Igitur non affirmare licet civilisationis islamicæ superioritatem relate ad Christianam civilisationcm, quæ philosophia, scientia, arte et civili organisatione præessc historice demonstratur.

586. — (C) **Propagatio.** Equidem Mahumetismi expansio celerrima fuit. Attamen, sine Dei speciali interventu, explicatur *causis naturalibus* : I. *extrinsecis,* 2. *intrinsecis.*

(i) *Extrinsecæ* desumuntur ex parte : 1. *conversorum.* 2. *convertentium.*

"a) *Conversi* populi ad Alcoranum parati erant. Inter eos, aliqui ad Christum nuperrime venerant et eorum fides instabilis erat'; alii ad hæresim vel schisma pertinentes, et quidam scmitici generis, in fide sua firmi non erant propter dogmaticas disputationes et gubernii byzantini persecutiones, et exspectabant Arabes tanquam liberatores a jugo Romanorum, ut aiebant. Islamismo igitur obstare neque poterant, neque volebant -. |9

(b *Convertentes* Mahumctani fortissimos exercitus ducebant, qui religioso fanatismoet spe divitiarum aut voluptatis excitabantur et quibus victoria sæpe arrisit. Aliunde *vi armorum* multos etiam invitos suæ religioni subjiciebant; Christianos episcopos et presbyteros trucidabant; mortem aut onerosa tributa minitabantur eis qui Mahumetismum non amplecterentur, multa vero bona iis qui converterentur promittebant; hinc populus, pastoribus orbatus et timore perculsus, ad Islamismum transibat; neoconversi iisdem mediis utebantur ad alios convertendos, et ita humano

E. populi *dnaifiet.* Pargoire, *l'Eglise byzantine de 527 à* 2" <·<!., laris, l90ϬϬ> P· 1*49- 5 ; Quoad populos *Africa* christianæ, cf. Duchesne ; *Hist. ane. dc ΓEglise** I, p. 393. I j

Cf. Pargoire, r/. r?/.. p. 144-149. Quod sequenti facto confirmatur : Mamismus in locis ubi ecclesias firmiter stabilitas, gubernio byzantino addictas, invenit, fere frustra laboravit.

modo late diffusa est nova religio. Aliunde sub poena mortis apostasia a Mahumetismo vetabatur.

(2) *Intrinsecæ.* Etenim Islamismus consociabat varia elementa Judæis, Christianis hæreticiset Arabibus complacentia.

(a) *Dogma* ejus simplicissimum unitatis divinæ, sine mysteriis, rationem non humiliat, simulque nobilibus humanæ mentis propensionibus alimentum præbet. (b) Aliunde *ethica* passionibus non adversatur, sed potius eis favet, dum quædam bona opera proponit, quæ conscientiam pacant; jejunium quidem austerum præcipitur per mensem *rhamadan;* sed, statim ac sol occubuit, omnibus voluptatibus indulgere licet. *Paradisus sensualis,* iis omnibus promissus qui in bello sancto occiduntur, non paucos attrahit præsertim ex iis populis qui bello delectantur l. —Quapropter has causas tum extrinsecas tum intrinsecas attente consideranti velox Islamismi diffusio tanquam naturale factum apparet.

587. — Conclusiones apologeticæ.

(A) *Islamismus dici nequit religio revelata :* nam ejus *fundator* virtutibus, sanctitate et miraculis Dei legato convenientibus, omnino destituitur; ejus autem *doctrina* diffundit errores in ordine speculativo et practico ; denique ejus *profagatio* extenditur sæpe per illicita media et naturaliter fieri potuit : quare hic non agnoscitur " digitus Dei ",

(B) *Christianismus comparatus Islamismo.*

(1) **Prior non completur a posteriori.** Mahumes quidem declarabat suam religionem esse Christianismi instaurationem et complementum. — *Sed falso.* Si enim res ita esset, Islamismus saltem christianæ religionis essentiam

‹*| Mahumetismus equidem *spiritus malefici prâcipuum opus* censeri debet. Ipse modo *altioribus* aspirationibus, modo *vilioribus* nostræ nature instinctibus satisfacit; atque ita hominem in omnibus potentiis suis obstrictum tenet. 1. Fide in Deum unum, vitæ future præmiis et pœnis, oratione et religiosa contemplatione, ardentissima sæpe et perexaltata, huic nostræ naturæ aspirationi satisfacit qua ad nostrum auctorem, uti vitæ superioris fontem, tendimus; 2. præceptorum facilitate, plena ac effusa sensuum libertate, lege belli sancti, quod promovet oppressionem, depopulationem, excidium sine pietate, et precise ordinatum, omnium qui Islam non amplectuntur, Mahumetismus sectatores suos vinculis quæ, *humane* loquendo, frangi nequeunt, adstringit. Si dissolvitur, id ipsius principiis *e]ns,/atalismo* et corruptioni tribui debet, quæ ubique incurabilem *pigritiam, dissolutionem mortemque* generant. Quod efficaciter orientale exprimit proverbium : *Unius ex Tureis umbra centum annis sterilem reddit campum quo ipse transiit".* DD. Lavigerie, *Lettre sur les Missions de Tunisie,* Annales de la Propagation de la Foi, Mai 1SS5.

servasset. Porro ejus essentia complectitur mysteria Trinitatis et Incarnationis, quæ Mahumes prorsus negat; iterum Christianismus unitatem et sanctitatem matrimonii promovet, servitutemque gradatim abolevit; dum Islamismus polygamiam, divortia ac servitutem tuetur. Si igitur Christus vere Messias est, Mahumes ipse nihil aliud est nisi impostor, cum verum vero opponi nequeat.

(2) Christianismus omnino transcendit Islamismum, sub omni respectu, ratione :(a) ipsius *auctoris :* Mahumetem voluptuosum Christo sanctissimo et thaumaturgo æquiparare pudet; (b) *doctrinæ :* Evangelium elucet sublimitate, puritate, simplicitate et universalitate, quæ in Alcorano desunt;(e) *diffusionis :* Mahumetismus conversiones operatur sine obstaculis internis vel externis quæ Christianismo opponuntur, et utendo mediis, nempe armis, divitiis et sensualitate, modo a Jesu prohibito r.

EPILOGUS

Credibilitas et credentitas Christianismi

588. — Credibilitas. **(a)** Ex tot tantisque argumentis invincibiliter sequitur *Christum* esse verum Messiam, seu *Dei legatum,* missum ut nos veram et definitivam doceret religionem revelatam. *Doctrina* quam Jesus prædicavit tam excellens et transcendens fulget ut divinæ revelationi tribuenda sit. Insuper ejusdem origo divina demonstratur ex *ministerioprophetico* V. Testamenti atque ex ipsius Christi *persona, testimonio* de sua missione, *miraculis, vaticiniis* et præsertim *resurrectione.* Praeterea *mira* Christianismi *propagatio* divinum interventum denotat; imprimis si inspiciuntur simul *morum instauratio,* necnon *martyrum constantia.* Tandem *comparatio cum aliis religionibus* ita transcendendam Christianismi confirmat ut hic tanquam divinus agnosci debeat.

’ Recte Pascal scripsit. *Pensées,* éd. Brunschvicg, η. 599 ı “··· Si Mahomet a pris la voie de réussir humainement, Jésus-Christ a pris celle de périr humainement; et... au lieu de conclure que, puisque Mahomet a réussi, Jésus-Christ a bien pu réussir, il faut dire que, puisque Mahomet a réussi, Jésus-Christ devait périr”. Cf. S. Thom., *Cont. Gent.,* I, 6, 7.

Ex omni igitur argumentorum genere et cumul»Ttiva evidentia apparet Christum vere divinum esse legatum, (b) l Jubemus ergo eum ut talem agnoscere, proindeque ejus doctrinam, i.e.,religionem christianam,quatenus vere revelatam et de fide divina credibilem accipere. Igitur cum RlCUARDO a S. VlCTORE l concludere licet : " *Domine, si error est, a Teipso decepti sumus :* nam ista in nobis tantis signis et prodigiis confirmata sunt et talibus, quæ nonnisi *per Te* fieri possunt".

" *Vera religio quæ sit,* inquit Leo XIII, non difficulter videt qui judicium prudens sincerumque adhibuerit; argumentis enim permultis atque illustribus, veritate nimirum vaticiniorum, prodigiorum frequentia, celerrima fidei propagatione, martyrum testimonio aliisque similibus liquet eam esse unice veram quam Jesus Christus et instituit ipsemet et Ecclesiæ suæ tuendam propagandamque demandavit " 2.

589.— Credentitas. Christianismi ejusdem credentitas est etiam *certissima,* ex parte : i. *hominis,* 2. *Dei.*

(1) Ex parte hominis. Homo enim stricte tenetur adhibere necessarium medium ad sui finis ultimi consecutionem. Atqui religio vera est medium absolute 'necessarium ad hunc finem, ut jam vidimus. (Cf. n. 147-157). Ergo.

(2) Ex parte Dei. (a) Revera Deus nobis, per Jesum Christum, docuit evangelicam religionem. Sed, ratione sive nostræ infirmitatis, sive ejus infinitæ perfectionis, debemus Deo loquenti ex toto corde credere, (b) Præterea Christus, divinus præco, pluries declaravit suam doctrinam et Ecclesiam esse omnibus obligatorias. Apostolis enim suis præcepit : " *Prædicate euangelium omni creatiirce... Docete omnes gentes"* 3. Sed huic præcepto respondet auditorum obligatio prædicationem accipiendi; ita ut " *qui crediderit salvus erit; qui vero non crediderit condemnabitur* " 4.

Infideles igitur sapienter et alacriter properent ad Jesum Dei legatum ejusque doctrinam in mente per fidem recipiant. *Nos* autem, jam cælesti luce exterius interiusque illuminati, cum amore et fervore Dei donum fideliter custodiamus, vivamus et omni non habenti per opera missionaria dispertiamur.

1 Richardus a S. Viet., *De Trinit.,* l. I, 2; *P. L.,* CXCVI, 891.
3 Leo XIII, Encycl. *[ntmortale Dei, 1* nov. 1885.
3 *Marc.,* XVI, 15; *Matth.,* XXVIII, 19, 20. — 4 *Marc.,* XVI, 16.

TRACTATUS III

DE VERA CHRISTI ECCLESIA

SEU

DE RELIGIONE CATHOLICA REVELATA

ECCLESIASTICA DOCUMENTA I DE ECCLESIA

I. C. Vaticanum (1869-1870)

Constitutio dogmatica de fide catholica

SESSIO III, 24 APRILIS 1870

CAP. III. De fide

Ecclesia est cognoscibilis per suas notas.

... "Ut officio veram fidem amplectendi, in eaque constanter perseverandi satisfacere possemus, Deus per Filium suum unigenitum *Ecclesiam instituit, suaque institutionis manifestis notis instruxit, agnosci.* Ad solam enim catholicam Ecclesiam ea pertinent omnia, quæ ad evidentem fidei christianæ credibilitatem tam multa ct tam mira divinitus sunt disposita. Quin etiam *Ecclesia per se ipsa,*

Ecclesia ipsa csi magnum credibilitatis motivunt.

Ex Scripturarum fonte, studiose considerentur *Evangelia. Actus Apostolorum* et *Epistola,* et, intensiori modo, verba quibus promittitur vel confertur tum auctoritas tum primatus in Ecclesia : cf. *Matth.,* XVI, 15 sq.; XVIII, 18 sq.; XXVIII, iS sq.; *Joan.,* XX, 21 sq.; XXI, 15 sq.; etc.

symbolorum, Friburg. Br., 1932.

ob suam nempe admirabilem propagationem, eximiam sanctitatem et inexhaustam in omnibus bonis fecunditatem, ob catholicam unitatem, invictamque stabilitatem, *magnum quoddam et perpetuum est motivum credibilitatis ‹·/ divincc sute leçationis testimonium irrefragabile.*

Quo fit, ut ipsa veluti signum levatum in nationes et ad se invitet, qui nondum crediderunt, et filios suos certiores faciat, firmissimo niti fundamento fidem, quam profitentur.

2° Constitutio dogmatica prima de Ecclesia Christi

SESSIO IV, 18 JULII 1870.

Prooemium.

1821 Pastor æternus et Episcopiis animarum nostrarum, *ut salutiferum redemptionis opus perenne redderet, sanctam cedificare Ecclesiam decrevit,* in qua veluti in domo Dei viventis fideles omnes unius fidei et caritatis vinculo continerentur. Quapropter, priusquam clarificaretur, rogavit Patrem non pro Apostolis tantum, sed et pro eis qui credituri erant per verbum eorum in ipsum, ut omnes unum essent, sicut ipse Filius et Pater unum sunt2. Quemadmodum igitur Apostolos, quos sibi de mundo elegerat, misit, sicut ipse missus erat a Patre : ita *in Ecclesia sua Pastores et Doctores* usque ad consummationem saeculi esse voluit Ut vero *episcopatus* ipse unus et indivisus esset, et per cohaerentes sibi invicem sacerdotes credentium multitudo universa in fidei et communionis unitate conservaretur, *beatum Petrum* ceteris Apostolis praeponens, *in ipso instituit perpetuum utriusque unitatis principium ac visibile fundamentum,* super cujus fortitudinem aeternum exstrueretur templum, et Ecclesiæ cælo inferenda sublimitas in hujus fidei firmitate consurgeret 3.

Christus Ecclesiam unam instituit cum epis Cofatu et perpetuo\ B. Petri primatu.

Et quoniam portæ inferi ad evertendam, si fieri posset, Ecclesiam, contra ejus fundamentum divinitus positum . majori in dies odio undique insurgunt; Nos ad catholici gregis custodiam, incolumitatem, augmentum, necessarium esse judicamus, sacro approbante Concilio, *doctrinam de institutione, perpetuitate, ac natura sacri Apostolici primatus,* in quo totius Ecclesiæ vis ac soliditas consistit, cunctis fidelibus credendam et tenendam, secundum antiquam atque constantem universalis Ecclesiæ fidem, proponere, atque contrarios dominico gregi adeo perniciosos errores proscribere et condemnare.

Hujus sessionis objectum.

* //., XI, 12.
a Cf. *Joan.,* XVIII, r, 20 sq.
3 S. Leo M., serm. IV de natali ipsius, c. 2; *P. L.,* LIV, 150.

CAP. I. De Apostolici Primatus in beato Petro institutione

Primatus jurisdictionis B. Petro promissus et collatus.

Docemus itaque et declaramus, juxta Evangelii testimonia, *primatum jurisdictionis in universam Dei Ecclesiam immediate et directe beato Petro Apostolo promissum atque collatum a Christo Domino fuisse.* *Unum* enim *Simonem,* cui jampridem dixerat : Tu vocaberis Cephas ', postquam ille suam edidit confessionem inquiens : Tu es Christus, Filius Dei vivi, sollemnibus his verbis *allocutus est Dominus* : Beatus es, Simon Bar-Jona : quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est; et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam : et tibi dabo claves regni cælorum : et quodeumque ligaveris super terram, erit ligatum et in cælis : et quodeumque solveris super terram, erit solutum et in cælis '. Atque *uni Simoni Petro contulit* Jesus post suam resurrectionem summi pastoris et rectoris jurisdictionem in totum suum ovile, dicens : Pasce agnos meos; pasce oves meas 3.

Pravit sententiez huic dogmati opposite?.

Huic tam manifestæ sacrarum Scripturarum doctrinæ, ut ab Ecclesia catholica semper intellecta est, aperte opponuntur pravæ eorum sententiae qui, constitutam a Christo Domino in sua Ecclesia regiminis formam pervertentes, *negant solum Petrum* præ ceteris Apostolis, sive seorsum singulis sive omnibus simul, vero proprioque *jurisdictionis primatu fuisse a Christo instructum;* aut qui *affirmant eumdem primatum* non immediate, directeque ipsi beato Petro, sed *Ecclesia,* et per hanc illi ut ipsius Ecclesiæ ministro *delatum fuisse.*

nitio de Petri auctoritate in Ecclesia.

(Canon) Si quis igitur dixerit *beatum Petrum* Apostolum a Christo Domino constitutum non esse Apostolorum omnium principem et *totius Ecclesiæ militantis visibile caput;* vel eumdem honoris tantum, non autem *vera propriceque jurisdictionis primatum* ab *eodem Domino nostro Jesu Christo directe et immediate accepisse, anathema sit.*

CAP. II. De perpetuitate Primatus beati Petri in Romanis Pontificibus

'erpetuitas primatus B. Petri.

Quod autem *in beato Apostolo Petro, princeps pastorum* et 1824
pastor magnus ovium. *Dominus Christus Jesus in perpetuam salutem ac perenne bonum Ecclesiæ instituit, id* eodem auctore in Ecclesia, quæ fundata super petram ad finem sæculorum usque firma stabit, *jugiter durare necesse est.* Nulli sane dubium, immo

sæculis omnibus notum est, quod sanctus beatissimusque Petrus, Apostolorum princeps et caput, fideique columna et Ecclesiæ catholicæ fundamentum, a Domino nostro Jesu Christo, Salvatore humani generis ac Redemptore, claves regni accepit : qui ad hoc usque tempus et *semper in suis successoribus episcopis sancta Romana Sedis* ab ipso fundatæ, ejusque consecratæ sanguine, vivit et *prasidet etjudicium exercet*\ Unde *quicuthque in hac Cathedra Petro succedit is secundum Christi ipsius institutionem primatum Petri in universam Ecclesiam obtinet.* Manet ergo dispositio veritatis, et beatus Petrus in accepta fortitudine petræ perseverans suscepta Ecclesiæ gubernacula non reliquit '. Hac de causa *ad Romanam Ecclesiam* propter potentiorem principalitatem *necesse semperfuit omnem convenire Ecclesiam* hoc est eos qui sunt undique fideles 3, ut *in ea Sede e* qua venerandæ communionis jura ·» in omnes dimanant, tamquam membra in capite consociata, *in unam corporis compagem coalescerent.*

qui lemfer in R. Pontificibus, ejus succès soribus, judicium exercet. R. Pontifex primatum obtinet.

*Ad Romanani Ecclesiam et Sedem necesse est convenire**

1S2; *(Canon)* Si quis ergo dixerit non esse *ex ipsius Christi Domini institutione seujure divino ut beatus Petrus in primatu super universam Ecclesiam habeat perpetuos successores aut Romanum Pontificem non esse beati Petri in eodem primatu successorem;* anathema sit.

Definitio de perpetuitate pri matus B. Petri et de succession R. Pontificis in eodem primatu.*

CAP. III. De vi et ratione Primatus Romani Pontificis.

1826 Quapropter apertis innixi sacrarum litterarum testimoniis, et inhaerentes tum Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum, tum conciliorum generalium disertis perspicuisque decretis, innovamus œcumenici concilii Florentini definitionem, qua credendum ab omnibus Christi fidelibus est, *sanctam Apostolicam Sedem et Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum et ipsum Pontificem Romanum successorem esse beati Petri principis Apostolorum* et verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, et *omnium Christianorum patrem ac doctorem existere;* et ipsi in beato Petro pascendi, regendi ac gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Jesu Christo *plenam potestatem traditam esse;* quemadmodum etiam in gestis cecumenicorum conciliorum et in sacris canonibus continetur.

Definiuntur existentia et essentia primatus in R. Pontifice.

Docemus proinde et declaramus, *Ecclesiam Romanam* disponente Domino, super omnes alias *ordinaria potestatis obtinereprin-*

Doles qua Potestati E, Ponti ficis conveniunt.

' **Cf.** *C. Efihesini* **Act. III.**

3 **S. Leo M., serin. Ill de natali ipsius, c# 3;** *P- L*y* **LIV, 146.**

1 **S. Iren.,** *Adv. hares*.* 1. **III, c. 3;** *P. G.y* **VII, 946.**

1 **S. Ambroa., Ep. II, n. 4:** *P. L*.* **XVI, 946.**

cipatum, et *hanc Romani Pontificis jurisdictionis potestatem,* quæ vere episcopalis est, *immediatam* esse : erga quam cujuscumque ritus et dignitatis *pastores atquefideles,* tam seorsum singuli quam simul omnes, *officio hierarchies subordinationis, veraque obedientia obstringuntur,* non solum in rebus quæ ad fidem et mores, sed *land.* etiam in iis quæ ad disciplinam et regimen Ecclesiæ per totum orbem diflusæ pertinent; ita ut custodita cum Romano Pontifice tam communionis quam ejusdem fidei professionis unitate, Ecclesia Christi sit unus grex sub uno summo pastore. Hæc est catholicæ veritatis doctrina, a qua deviare salva fide atque salute nemo potest.

Potestas R. Pontificii roborat episcoporum potestatem.

Tantum autem abest, ut *hac Summi Pontificis potestas officiat* 1S2S *ordinaria ac immédiates illi episcopalis jurisdictionis potestati, qua episcopi* qui, positi a Spiritu Sancto, in Apostolorum locum successerunt, *tanquam veri pastores assignatos sibi greges,* singuli singulos, *pascunt et regunt, ut eadem a supremo et universali Pastore* asseratur, *roboretur* ac vindicetur, secundum illud sancti Gregorii Magni[: " Meus honor est honor universalis Ecclesiæ. Meus honor est fratrum meorum solidus vigor. Tum ego vere honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur".

R. Pontifex jus habet libere ‹ommunicandi cum universa Jicclesia.

Porro ex suprema illa Romani Pontificis potestate gubernandi 18'0 universam Ecclesiam *jus eidem esse consequitur,* in *hujus sui muneris exercitio libere communicandi cum pastoribus et gregibus tutius Ecclesia,* ut iidem ab ipso in via salutis doceri ac regi possint. Quare *damnamus ac reprobamus* illorum sententias, qui *hanc supremi capitis cum pastoribus et gregibus communicationem licite impediri posse* dicunt, aut *eamdem reddunt sceculari potestati obnoxiam,* ita ut contendant, quæ ab Apostolica Sede vel ejus auctoritate ad regimen Ecclesiæ constituuntur, vim ac valorem non habere nisi potestatis sæcularis placito confirmentur.

Damnantur errores oppositi.

R. Pontifex est judex supremus fidelium.

Et quoniam divine Apostolici primatus jure Romanus Pontifex j 8JO universæ Ecclesiæ præest, *docemus* etiam et *declaramus, eum esse judicem supremum fidelium* -, et in omnibus causis ad examen ecclesiasticum spectantibus ad ipsius posse judicium recurri 3, Sedis vero Apostolicæ, cujus auctoritate major non est, judicium a nemine fore retractandum, neque cuiquam de ejus licere judicare judicio «. Quare a recto veritatis tramite *aberrant, qui affirmant licere a judiciis Romanorum Pontificum ad CEcumenicum concilium* tanquam ad auctoritatem Romano Pontifice superiorem *appellare.* " ^3

' Gregor. M., A/·. *ad Eulog.,* cp. Alex., I. VIII, <X\ II. 933. — Pius VI, Breve *Sujer soliditate,* 28 nov' *J.tt-dun.* //. – * Nicolaus I. A/. ,/7 I/AA,μ Λ,ζ,

1831 *(Canon)* Si quis itaque dixerit, *Homanum Pontificem habere* tantummodo officium inspectionis vel directionis, *non autem plenam et supremam potestatem jurisdictionis in universam Ecclesiam,* non solum in rebus quæ ad fidem et mores, sed etiam irriis quæ ad disciplinam et regimen Ecclesiæ per totum orbem diflusæ pertinent; aut *eum habere tantum potiores partes, non vero totam plenitudinem hujus suprema potestatis;* aut *hanc ejus potestatem non esse ordinariam et immediatam* sive in omnes ac singulas ecclesias, sive in omnes et singulos pastores et fideles : anathema sit ”.

Drfiftitio de doiibus fotesfatis in K. Pon· tifice.

II. Pius X (1903-1914)

i° Ex encycl. **Pascendi** (8 sept. 1907). Ecclesiæ origo a Modernistis ita explicatur :

2'>S8 “ *Ecclesia,* inquiunt, et sacramenta *a Christo ipso instituta minime credenda sunt.* Cavet id *agnosticismus,* qui in Christo nil præter hominem novit, cujus conscientia religiosa, ut ceterorum hominum, sensim efformata est : cavet *lex immanentia,* quæ externas, ut aiunt, applicationes respuit : cavet item *lex evolutionis,* quæ, ut germina evolvantur, tempus postulat et quamdam adjunctorum sibi succedentium seriem : cavet demum *historia,* ()uæ talem reapse rei cursum fuisse ostendit. Attamen *Ecclesiam* et *sacramenta mediale a Christo fuisse instituta retinendum est.* Quid vero? Conscientias Christianas omnes in Christi conscientia virtute quodammodo inclusas affirmant ut in semine planta. Quoniam autem germina vitam seminis vivunt, christiani omnes vitam Christi vivere dicendi sunt. Sed Christi vita secundum fidem divina est : ergo et Christianorum vita. Si igitur hæc vita decursu ætatum Ecclesiæ et sacramentis initium dedit : jure omnino dicetur initium hujusmodi *esse a Christo ac divinum esse.* Sic omnino conficiunt divinas esse etiam Scripturas sacras, divina dogmata ”.

2091 ... “ Ponunt (Modernistæ) initio eam (Ecclesiam) ex *duplici necessitate* oriri, *una* in credente quovis, in eo præsertim, qui primigeniam ac singularem aliquam sit nactus experientiam, ut fidem suam cum aliis communicet : *altera,* postquam fides communis inter plures evaserit, in *collectivitate* ad coalescendum in societatem et ad commune bonum tuendum, augendum, propagandum. Quid igitur Ecclesia? *Partus est conscientia collectiva* seu *consociationis conscientiarum singularium,* quæ vi permanentiæ vitalis a primo aliquo credente pendeant, videlicet, pro Catholicis a Christo. — Porro societas quæpiam moderatrice auctoritate indiget, cujus sit officium consociatos omnes in communem finem dirigere, et compagis elementa tueri prudenter, quæ in religioso coetu *doctrina* et *cultu* absolvuntur. Hinc in Ecclesia catholica *auctoritas terge-*

mina : disciplinaris, dogmatica, cultualis. — Jam auctoritatis hujus natura ex origine colligenda est, ex natura vero jura atque officia repetenda. Praeteritis ætatibus vulgaris fuit error, quod auctoritas in Ecclesiam extrinsecus accesserit, nimirum immediate a Deo; quare *autocratica* merito habebatur. Sed hæc nunc temporis obsolevere. Quo modo Ecclesia e conscientiarum collectivitatc emanasse dicitur, eo pariter *auctoritas ab ipsa Ecclesia vitaliter emanat. Auctoritas* igitur, sicut Ecclesia, e.v *conscientia religiosa oritur* atque ideo eidem subest; quam subjectionem si spreverit, in tyrannidem vertitur. Ea porro tempestate nunc vivimus, cum libertatis sensus in fastigium summum excrevit. In civili statu conscientia publica populare regimen invexit. Sed conscientia in homine æque atque vita una est... Auctoritati Ecclesiae officium inest democraticis utendi formis, eo vel magis quod, in faxit, exitium imminet. Nam amens profecto fuerit, qui in sensu libertatis, qualis nunc viget, regressum posse fieri aliquando autumet. Constrictus vi atque inclusus, fortior se profundet. Ecclesia pariter ac religione deleta. — Hæc omnia Modernistæ ratiocinantur, qui propterea toti sunt in indagandis viis ad auctoritatem Ecclesiæ cum credentium libertate componendam. ”

20 Ex decreto **Lamentabili** (3 jul. 1907) sequentes propositiones damnante :

52. “*Alienum fuit a mente Christi Ecclesiam constituere veluti* 2052
societatem super terram per longam sæculorum seriem *duraturam;* quin immo in mente Christi *regnum cœli una cum fine mundi jamjam adventurum erat.*

53. *Constitutio organica Ecclesiæ non est immutabilis;* sed 2053
societas Christiana perpetua. evolutioni æque ac societas humana est obnoxia...

54. Dogmata, sacramenta, *hierarchia,* tum quod ad notionem 2054
tum quod ad realitatem attinet, non sunt nisi *intelligentice Christiana interpretationes evolutionesque,* quæ exiguum germen in Evangelio latens externis incrementis auxerunt perfeceruntque.

55. *Simon Petrus* ne suspicatus quidem unquam est, sibi 20iÇ
a Christo demandatum esse *primatum* in Ecclesia.

56. *Ecclesia Romana* non ex divinæ providentiæ ordinatione, sed 2056
ex mere politicis conditionibus *caput omnium Ecclesiarum* effecta est”.

3° Ex **jurejurando antimodernista** (1 sept. 1910) :

“Firmiter amplector ac recipio... præsertim ea doctrinæ capita 2145
quæ hujus temporis erroribus directo adversantur... *Tertio :* Firma pariter fide credo *Ecclesiam,* verbi revelati custodem et magistram. *per ipsum verum atque historicum Christum,* cum apud nos degeret, *proxime ac directo institutam* eamdemque *super Petrum,* apostolicæ hierarchiæ principem, *ejusque in avum successores adificatam*

Proœmium.

590. — (A) Objectum [1] et scopus. Christianismum esse religionem divinitus revelatam, antea probavimus; sed plures religiones dicuntur christianæ.

Quaritur quænam ex illis sit authentica Christi religio; et respondetur Jesum Ecclesiæ *catholica* eique *soli* commisisse revelationem definitivam quam generi humano prædicavit. — Quare hic Tractatus est pars Apologeticæ, quæ dicitur *demonstratio catholica* [2] (Cf. n. 38). Ejus *momentum* oritur præcipue ex ipsa praestantia veræ religionis a Christo revelatae.

591. — (B) Adversarii. Agimus directe cum Christianis extra Ecclesiam catholicam romanam viventibus, sive simpliciter *schismaticis,* sive *hæreticis,* quorum hodie magna pars, principiis rationalism! et naturalism! imbuta, fere totam Christi revelationem quoad rem amisit.

[1] Tractatus *de Ecclesia,* vix ante sæc. XVIII forma scientifica completus, per partes jam a tempore Patrum inchoatus fuerat, (a) Olim quæstio non fuit *num esset,* sed *ubinam* esset Ecclesia; quam Patres solvebant *notas* determinando *externas,* quæ ex ejus *interna constitutione* fluebant. Ita S. IGNATIUS hierarchicam constitutionem describit, S. IRENÆÜS unitatis centrum, S- Cyprianus universalis Ecclesiæ unitatem, S. Augustinus catholicitatem et sanctitatem, S. Vincentius Lirinl legem progressus in eodem sensu, (b) In *Medio Ævo,* Ecclesiæ *constitutio factis* magis quam *theoriis* manifestatur. Quædam tamen prodeunt opera, tum circa schisma Græcorum, tum circa sacerdotii et imperii dissensiones; præterea, sæc. XIV et XV, Ecclesiæ independentia et in rebus religiosis suprema potestas contra incipientem Gallicanismum vindicantur, (c) A tempore autem *Reformationis:* r. *contra Protestantes* auctoritatem Supremi Pontificis, immo episcoporum a presbyteris distinctionem, ipsiusque Ecclesiæ sub forma societatis institutionem negantes, necesse fuit Ecclesiæ institutionem, naturam et proprietates vel notas apprime describere, ut exinde vera detegi posset Ecclesia; 2. *contra Jansenistas* et *Gallicanos,* potestatis ecclesiasticæ exercitium nimis coarctanies, supremæ et infallibilis Romani Pontificis auctoritatis objectum et exercitium determinare; et sic paulatim præcipua *Tr. de Ecclesia* lineamenta descripta sunt. Quod egregie exponit L. Brugère, *De Ecclesia Christi,* Præfatio, Paris, 1878.

[2] Generaliter auctores omnia ad Ecclesiam pertinentia exponunt in *unico* tractatu *de Ecclesia,* in quo tamen *duas* distinguunt *partes :* 1. priorem *apologe* ticam, de vera Christi Ecclesia,* in qua demonstrant *Ecclesiam Catholicam* e^se vere Ecclesiam *a Christo institutam ;* 2. posteriorem *theologicam, de constitit* tione Ecclesice Catholiccc,* qualis nunc existit, ubi exponunt varia munera Ecclesiæ ministrorum et membrorum. Hic solummodo de *priore* parte agimus; de *posteriore* ulterius inquiretur in tractatu sequenti *de divina constitutione Ecclesia catholica.*

592. — (C) Fontes et argumenta rationis, (i) *Fontes.* Cum Ecclesiæ institutio sit historicum factum, demonstrari potest tantum ex fontibus seu documentis, quæ narrant Christi vitam et ipsius Ecclesiæ primordia; nempe ex *Scriptura* et *Tradilion Unis apostolicis.*

(a) Scriptura. *Γ. Testamentum* prophetias de Messiæ regno ab Ecclesia impletas continet. .V. *Testamenti* libris imprimis utemur, quia verba et facta ipsius Christi et etiam Apostolorum in ipsis referuntur. Libri autem sacri sumi possunt, contra adversarios omnes, ut auctoritate tantum humana præditi; contra acatholicos inspirationem Bibliæ accipientes, tanquam divinitus scripti ideoque infallibiles. — *Notetur* Scripturam nobis præbere omnia Ecclesiæ organa essentialia ab ipso Christo determinata, sed non ejusdem Ecclesiæ scientificam et completam delineationem.

b; Traditiones apostolicæ. Hæ traditiones de Christi historia nobis referunt multa quæ in libris inspiratis non scripta suntr. Præstantis sunt valoris, quia primitivi fideles de Jesu verbis et operibus diligenter inquirebant; præterea, quia paulo post Salvatoris mortem vixerunt, traditione orali ab Apostolis accepta, multa ad Christi religionem et Ecclesiam spectantia certo scire potuerunt. Quapropter hoc testimonium est utilissimum ad veram Christi Ecclesiam dignoscendam; et optime valet ad Protestantes redarguendos.

(2) *Rationis argumenta* in hac re non sunt ex se apodictica. sed historicis probationibus viam præparant indicando quæ aptiora videntur ad christianam revelationem servandam et docendam. (Cf. n. 617 sq.).

593. D) Divisio. Utrum *Ecclesia catholica* sit *vera Christi Ecclesia?* Ad hujus quaestionis apologeticæ solutionem, cognoscere debemus quænam sit authentica Ecclesiæ notio, utrum eadem Ecclesia visibiliter existât in terris et quænam sit ejus forma socialis? Ouibus cognitis, constat catholicam Ecclesiam omnia hæc elementa possidere. Insuper probatur eamdem Ecclesiam ornatam esse notis, quæ sunt vera miracula, ad ejus divinam originem comprobandam. Quare jure concluditur : Ecclesia catholica est

vera Christi Ecclesia.— Unde in hocTractatu,/ruerunt *sectiones :* pde *notione et existentia Ecclesnc Christi ;* 2a de *ejusdem natura;* 3' de *apologeticis Ecclesia Romano-Calholicic notis.*

594. _ (E) Conspectus generalis.

Serf. I. De notione et existentia Ecclesiæ Christi.

Prolegomena ile *ratibus christianis acatholicis.*

Cap. 11. De Christi Ecclesiæ *notione.*

Cap. III. De *convenientia* alicujus auctoritatis seu *societatis christiana' exterme.*

Cap. IV. l)e *institutione Ecclesia Christi* ut *societatis proprie dicta et visibilis.*

Sect. II. De natura Ecclesiæ Christi.

Cap. I/ De Ecclesia Christi, *societate hierarehica.*

Cap. II. De Ecclesia Christi, *societate monarchica.*

Cap. III. Dc Ecclesia Christi, *societate infallibili.*

Sect. III. De apologeticis Ecclesiæ Romano-Catholicæ notis.

Cap. I. *De unitate catholica* et *invicta stabilitate* Ecclesiæ Romanæ.

Cap. II. *De eximia sanctitate* et *inexhausta fecundifate* Ecclesiæ Catholicæ.

Epilogus. De necessitate Catholicæ Ecclesiæ.

SECTIO I

De Notione et Existentia Ecclesiæ Christi

notionem, quæ a ccetibus christianis acatholicis contradistinguitur; posteaque ostendemus *convenientiam* alicujus societatis christianæ externæ ad revelationem christianam conservandam; denique demonstrabimus Jesum instituisse suam Ecclesiam quatenus visibilem societatem. (Cf. conspectus n. 594 : *Sect.* 7.) Porro hæc omnia adæquatc apud catholicam Ecclesiam ostenduntur.

CAPUT I

PROLEGOMENA DE CCETIBUS CHRISTIANIS ACATHOLICIS

596. — Conspectus.

Cœtuum horum doctrina de Ecclesia

1. *Hccreticce secta minores.*
2. Ecclesiæ *Orientis separati.*
   Ecclesiæ *Protestantimn.*
   (a) De Lutheranismo.
   (b) De Calvinismo.
   (c) De Anglicanismo.
   (d) De Protestantisme libe-rali.
4. *De Modernisme.*

Ut lucidius detegatur germana Christi Ecclesia, pauca præmittemus de diversis Christianorum *astibus acatholicis;* inter quos, ex una parte, plures ex hæresi ortæ sunt *scctæ minores;* ex alia vero, ecclesiæ duæ, nempe *Orientis separati* et *Protestantismi,* majoris sunt momenti. Breviter dicemus etiam de *Modernistarum* circa Ecclesiam opinione.

I. — Hæreticæ sectæ minores

597. — *Sectæ hareticce minores* vel *in Oriente,* vel *in Occidente,* recensentur : (r) Inter Orientales [1] : (a) *Nestoriani* eflbrmant ecclesiam *chaldaicam* in Mesopotamia, sub patriarcha, qui *Catholicos* dicitur, et c. roo.ooo fidelibus præest; quibus accedunt 70.000 alii in India.

(b) *Eutychiani* seu Monophysitæ, qui plures efformant ecclesias : *x.Jacobitam* in Syria, quæ agnoscit patriarcham titulo antiochenum,

[1] De *hodierno statu* harum Ecclesiarum, vide R. Janin, *Les Eglises sipatees d'Orient,* Paris, 192S; C. de Clercq, *Les Eglises unies d'Orient,* Paris, 1935· cf. p. 400. nota 2. — S. Congregatio Orientalis, in sua *Statistica con retint stonci delta Gerarchia et deifedeli di rito orientali* (1932) notationes indicat : ex variis seclis nonnulli ad unitatem Ecclesiæ rediere et R. Pontifici subduntur : ita 1. in ritu *alexandrine,* : sive copti, sive ethiopii (62.137); 2. in ritu antiocheno : sive syrii, sive maronitæ, sive syro-malabari (446.369); 3. in ritu *artneno* (99.274): 4. in ritu *byzantino et grato* (6.966.649); 5. in ritu chaldæo (603.993).

circiter 80.000 fidelibus imperantem; 2. *Copticam* tum in .Z^i/Ah udi c. r.000.000 fidelibus, sub patriarcha in Cairo; tum in *Abyssinia,* cum c. 8.000.000, sub metropolita qui dicitur Abouma seu Pater; 3. *Armenam,* cum c. 2.300.000 fidelibus sub diversis patriarchis; 4. ecclesiam *Christianorum Thomtc apostoli,* complectens c. 250.000 fideles in duas sectas separatos.

(2) Inter Occidentales. *Jansenistw* (9.000) in Hollandia; *Parva Ecclesia* fideles (2.000) qui, praecipite in diœcesi Pictaviensi, concordatui a *Pio VII* concesso restiterunt; *Veteres Catholici,* qui post C. Vaticanum a Roma recesserunt, præsertim in Germania, Helvetia et aliquantulum in Gallia (vix 40.000); *Mariavita* in Polonia (ante bellum, circiter 20.000)1.

II. — De Ecclesiis Orientis separati2

Summatim declarabimus earum : i. *originem, 1. nomina,* 3. *statum hodiernum,* 4. *doctrinam de Ecclesia.*

598. — (1) Origo. *Schisma Orientis,* a quo procedunt haï divers® ecclesiæ, fuit*prteparalum* jam in C. Constantinopolitano (381) dicente : " Constantinopolitanæ sedis episcopus habeat honoris primatum post R. Pontificem, eo quod ipsa sit nova Roma": et postea a sectis nestorianis et eutychianis, quæ S. Sedis declarationibus adversabantur; deinde *completum* a Photio (857)3; et, post brevem extinctionem, renovatum a Sergio (1034) et *consummatum* a Michaele Cærulario (1054); denique, cessante concordia a conciliis Lugdunensi II (1274) et Florentino (1439) inita, dentio revixit et adhuc perdurat.

(2) Nomina. Cœtus harum ecclesiarum separatarum varia recipit nomina. Vocatur Ecclesia *greeettj photiana, constantinopo-*

1 DD. d'Herbigny, *op. cit.,* t. II, p. 11-13; 326*3-7·

2 De *historia, symbolis* et *theologia* orientalium ecclesiarum, cf. Assemani, *Bibliotheca Orientalis,* Romæ, 1719-1728; E. Renaudot, Liturgiaruin orientalium collectio, Parisiis 1716; M. Jugie, *'I'keoL dogmal·. dinsiiaiionun orientalium a/› Ecclesia catholica dissidentium,* 5 vol aris, 19261935; Pitzipios, *L'Eglise orientale,* Rome, 1855; P. Michel, *L'Orient et Jlome,* Paris, 1895; Pisani, *A travers POrient,* 1S90; L. Duchesne, *Eglises séparées,* Paris, 1S96; P. J. Pargoire, *L'Eglise Byzantine,* de 527 à S47, Paris, 1905: S. Vailhé, art. *Eglise de Constantinople,* in *D. T. C.,* col. 1300· 1519; J. Bousquet, *L'Unité de ΓEglise et le Schisme grec,* 1913 ; *Les divers schismes ιΓOrient, Ἀρ.* Bricout, *op. cit.,* t. II, p. 313-375 ; Quénet, *L'unité de ΓEglise,* Paris, 1923; M. Jugie, art. *Grecque (Eglise),* in *D. A.,* col. 344 396; P. Janin, *Les Eglises séparées d'Orient,* 1930, p. 138-187; DD. Lagier, *L'Orient chrétien des Apôtres jusqu'à Photius,* Paris, 1935. Mulla invenies in periodicis : *Orientalia Christiana, Echos d'Orient, L'union des Eglises,* etc.

1 Jugie, *op. cil.,* t. II, Paris, 1926, p. 47-391; Amann, art. *Photius,* in

litana; sæpe dicitur *orthodoxa* », quia hæresim nestorianam et eutychianam plurium sectarum orientalium vitavit, vel potius quia sola fidem Chalcedonensem (C. oecumen. quartum) et septem priorum conciliorum generalium integre servavit.

599. — (3) Status hodiernus. Ecclesia orthodoxa constat ex diversis ecclesiis distinctis et independentibus, quæ dicuntur "autocephales, autonomie, sorores", sub invisibili Christi potestate et præeminentia quadam honoris tantum patriarchæ Constantinopolitani

' Omnes ritu byzantino utuntur sed non eadem lingua. Generarim ut "autonoma" agnoscitur ecclesia existens in qualibet regione politica autonoma ideoque "nationalis" dicta.

Hodie numerantur saltem 19 ecclesiæ "autocephales". Vivunt, sub suo *patriarcha,* ecclesia *Constantinopolitana* (circa 250.000?); *Alexandrina* (c. 100.000); *Antiochena* (c. 250.000); *Hierosolymitana* (c. 45.000); *Serbica* (Yougoslaviæ) (c. 5.000 000) ; *Russica*[3] seu Ruthena (c. 105.000.000); *Rumanica* (c. 13.000.000); — sub suo *metropolita,* ecclesia insulæ *Cypri* (c. 250000); ecclesia *Estlwnia* (1923) (c. 200.000); — sub 5. *Synodo;* ecclesia *Gracia* (c. 6.000.000); *Bulgaria* (c. 4.500.000); *Polonia* (1924) (c. 3.000.000); *Georgia* (1918) (c. 2.500.000); *Albania* (1922) (c. 200.000); *Finnia* (1923) (c. 160.000). Nominantur etiam ecclesia *Lettonia* (c. 240.000); *'Lithuania* (c. 75.000); *Cecoslovachia* (1931) (c. 6.785.000); ecclesiæ autonomæ in *Statibus paderatis America* et *Japonia.*

600. — (4) Doctrina de Ecclesia[4]. (a) Orientales separati docent Christum instituisse Ecclesiam, veram societatem visibilem et stricte hierarchicam, sub invisibili ipsius auctoritate. In ea autem, potestas suprema non fuit concessa B. Petro, sed Apostolorum collegio, (b) Quare primatus R. Pontificis non est juris divini, sed tantum juris

' W. Guettée*, *Exposition de la doctrine de ΓEglise catholique orthodoxe,* Paris, 1884; S. Boulgakoff *, *L'Orthodoxie,* Paris, 1933.

' P. JuPe» art. *Slaves dissidentes (Eglises),* in *D. A.,* col. 1343-1395, ubi tractatur de ecclesia *Bulgaria, Serbia* et *Russia,* post bellum 1914-1918.

[3] A. Hubatzek, art. *Où en est ΓEglise orthodoxe Russe?* in *Vie intellectuelle,* 10 déc. 1935, p. 225-234.

[4] *A.* Palmieri, *Theolot>. dogmat. orthodoxa;* M. Jugie, *Theolog. dogmat. Christianorum orientalium,* præsertim t. IV, *De Ecclesia;* **Th. Spacil,** *Doctrina theologia Orientis separati de revelatione, fide, dogmate,* Romæ. — Cf. Encyc. Pii XI "*Rerum Orientalium Studiis*", 8 sept 1928, jubens, in Seminariis, accuratiorem notitiam theologiæ ecclesiarum separatarum · cf. *A. A. S.,* t. XX, p. 277 sq.

ecclesiastici, ob Urbis dignitatem primitus Romæ concessus, sed postea idem primatus translatus fuit ad archiepiscopos Constantinopolitanos, saltem quoad Orientales ecclesias, (c) Auctoritas vero spiritualis residet in *corpore episcoporum,* jure divino inter se æqualium. Igitur Ecclesia est societas non monarchica, sed potius *aristocratica.* (d) Corpori autem episcoporum, sive per orbem dispersorum, sive in concilio coadunatorum, competit *magisterium infallibile, (e)* Agnoscitur ergo auctoritas *œcumenicorum conciliorum;* sed ut cecumenica habentur *septem tantum priora* concilia : Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonen.se, secundum et tertium Constantinopol., secundumque Nicaenum; quia in his utraque Ecclesia, Occidentalis et Orientalis, convenerat; dum in ceteris, inquiunt, sola Occidentalis Ecclesia præsens fuit. Unde ad infallibilia decreta condenda hodie desideratur concilium ex Græcis Romanisque episcopis constans.

III. — De Ecclesiis Protestantismi

601. — Prænotiones.

(i) **Nomina et origo, (a)** *Protestantismus* designat circa 164.000.000 christianos, haereticas doctrinas profitentes1, qui ab Ecclesia romana recesserunt, Lutheri et Calvini tempore. Indicamus imprimis *tres ejusdemformasprcecipuas* earumque *doctrinam de Ecclesia.*

(b) Sectatores hujus religionis collective et generice *vocantur :* i. vel *Protestantes,* eo quod civiles principes, Luthero faventes, *protestati sunt* contra conventum Spine habitum (1529), qui evangelicam libertatem ab ipsis diffusam restringebat2; 2. vel *Reformatores,* quia religiosam *reformationem* propugnant, quæ fit extra et contra Romanam Ecclesiam λ

1 C. Bouvier, art. *Réforme : Prine. et essence du Protest.,* in Zλ Λ., col. 792-810.

2 "Si le protestantisme porte toujours le même nom, quoique sa foi ait immensément varié, c'est que son nom étant purement négatif et ne signifiant qu'une renonciation au catholicisme, moins il croira et plus il protestera, plus il sera lui-même : son nom devenant tous les jours plus vrai De Maistre, *Du Pape,* IV, 5. — " Il faut recourir à cette observation de fait que ce qui unit *in concreto* les diverses confessions protestantes c'est plutôt une idée *contre* qu'une idée *pour...* Il n'est pas défendu de voir (dans le *Los von Rom),* " l'essence " des protestantismes d'autrefois et d'aujourd'hui". C. Bouvier, *op. cit.,* col. 810. — 3 Art. *Réforme,* ab auctoribus diversis, in *D. A.,* col. 582-810.

(Cl Præcursores. praecipui sunt : *Albigenses* (sæc. XI0) qui docebant Ecclesiam jam a tempore Constantini paulatim defecisse; *Ualdenses* (sæc. XIIe), *IFielr/iste* (sæc. XIV°) et Æwwzte (sæc. XV), qui Ecclesiam esse praedestinatorum congregationem ideoque invisibilem asserebant

(2' Præcipuæ formæ Protestantismi sunt : i. *Luthéranis-me* 2. *Calviiiismus,* 3. *Angticanisinus,* quibus addi potest 4. recens systema *Protestantismi liberalis.*

i° De Lutheranismo 2.

602. — (1) *Fautor* ejus est Lutherus (1483-1546), cujus errores damnati fuerunt a Leone X posteaque a *C. Tridentino.*

(2) Doctrina circa Ecclesiam. De ejus *constitutione* et *infallibilitate* sequentia docentur : (a) *De ejus constitutione.* Duas ecclesias Lutherus distinguit. 1. *Alia* est congregatio omnium credentium, qui justificantur per fidem in Redemptoris merita ipsis imputata. Hæc est authentica Christi ecclesia, " Ecclesia promissionum " constans solis membris sanctis per fidem. Talis ecclesia est necessario invisibilis, ideoque non societas vera. In ea, omnes fideles æquales sunt et divino lumine instructi sunt pariter sacerdotes etdoctores. Proinde nulla hierarchia nullusque primatus R. Pontificis jure divino existunt in Christi religione. 2. *Alia* vero ecclesia ad " ordinem rectum servandum " inter fideles existit. Hæc est equidem vera *societas visibilis,* proveniens non a Christo sed ab hominibus, quæ ab aliis sectis infallibiliter secernitur *tribus notis :* evangelii praedicatione, baptismo et cœna. Eamdem ecclesiam gubernat auctoritas externa, concessa sive civili principi seu statui 3, sive cuidam elemento religioso : v. g., episcopis, presbyteris aut fidelibus ipsis.

1 D. B., 617.632.

Dollinger, *Du Reformation. ihre innere Entwikelung und ihre Wirkun· t^e/i im Umfange des Lutherischen Bekenntnisses,* 1846-1848; *gallice* redditum a Perrot, item et *angine:* J. Jaussen, *Geschichte des deutschen Volkes; gallice* redditum, *L'Allemagne et la Réforme.* 1877-1902, 8 vol.; Card. Baudrillart, *II Eglise catholique. la Renaissance et le Protestantisme.* Paris, 1905; H. Denifle, *Luther un i Luthertum.* Mainz, 1904-1906; *gallice* redditum a Paquier, *Luther et le Luthéranisme.* Paris, 1910-1913; L. Cristiani, *Luther et le Luthéi anisme.* 1 aris, 1908: Id., *Luther, sa vie et sa doctrine* (Bruxelles, *Etudes religieuses.* n° 39); cf. P. Bernard, in *Etudes.* L 153 et 154, occasione quarti Reformationis centesimi anniversarii.

ζ Cristiani, *Luther et le Luthéranisme,* p. 259-307. C. Bouvier, art. *Réforme : Principes et essence du Protest.. \n D. A..* col. 792810.

(b) *De infalhbilitate.* Nulla infallibilitas in visibili ecclesia : nec R. Pontifex, nec alia externa auctoritas tali privilegio gaudet. *Scriptura sola,* privato examine interpretata, Deo tamen interius mentem fidelis illuminante, est *fidei regula infallibilis* pro singulis credentibus.

(3) Dissentiones doctrinales multæ, hodie sicut olini, dividunt Lutheranos, quorum nonnulli ad *Pietismum,* multi autem ad *Ralionalismuni* magis ac magis deflectunt. — Hodie Lutherani, qui in Germania et Scandinavia praevalent ', multosque asseclas in Hungaria et Foederatis Statibus Americæ numerant, per totum orbem sunt circiter 60.000.000.

20 De Calvinismo '.

603. — (1) Calvinus (1509-1564), qui ejus praedicator fuit, famosum opus *Institutiones religionis Christiana* edidit (1535), in quo Reformatorum doctrinas meliori methodo et stylo exposuit.

(2) De Ecclesia docet plurimas Lutheri sententias, (a) Ecclesia *duplex* est : 1. Alia *invisibilis* quæ continet omnes et solos electos seu prædestinatos. 2. Altera est *visibilis,* cui pertinent omnes qui fide in Christum uniti, Baptismi et Cœnæ participes, verbo Dei per prædicationem pascuntur. Extra hanc Ecclesiam plerumque fieri nequit ut quivis salutem consequatur 3. Romani Pontificis primatum tanquam figmentum humanum Calvinus rejicit·»; et contendit *presbyteros,* non ritu sacro consecratos sed *apofulo delegatos, jure divino episcopis esse æquales,* eisque competere Ecclesiæ administrationem. Hinc suum systema *Presbyterianisnius* nuncupatur. *Ministri,* nullam auctoritatem possident propriam, cum sola Scriptura sit fidei norma; possunt tamen sacramenta dare, Verbum prædicare, regulas statuere

' Bossuet, *Hist, des Variations des églises protestantes;* G. Goyau, *L'Allemagne religieuse,* Paris, 189S. De statu Reformationis in diversis regionibus, cf. art. *Réforme.* in *L). A.,* col. 733-792 .

- Card. Baudrillart, art. *Calvin, Calvinisme,* cum bibliographia, in *D. T. C.,* col. 1377-1398 ; 1398-1421; L. Cristiani, art. *Réforme:* V. *Calvin et le Protestantisme à Genève,* in *D. A.,* col. 622-647; L. Bouyer, art. *Le protestantisme français,* in *Vie intellect.,* fév. 1935, p. 367-392; Cl. Vignon, art. *Vie et activité du protestantisme français,* in *Vie intellect.,* oct. 1935, p. 9-35 ; cf. *ibid.,* p. 35-45; Kampschulte et Walter Goetz *, *Johann Calvin,* Leipzig, 1869-1899; T. H. Dyer *Life of Calvin.* London, 1850; A. Lecerf ;* *L'introduction à la dogmatique réformée,* Paris, 1931.

3 *Jnstit. Chrét.,* 1. IV, 1, 7. — 4 *Op. cil.,* IV, 2, 2; 4; 5; 6, 1.

ut omnia per ordinem et honeste fiant, et rebelles excommunicare Calvinus sic cæsarismum vitavit, (b) Quoad *Ecclesia infallibilitatem,* Calvinus sicut Lutherus affirmat Scripturam solam individualiter interpretatam esse fidei normam. (Cf. n. 602, 742 sq.)

(3) Diffusio. Calvinistæ in Helvetia, Hollandia, Scotia et Statibus foederatis præsertim vigent, et variis professionibus fidem suam exprimunt.*

E Calvinism© exierunt innumeræ sectæ, quæ hierarchiam fere excludunt, vel dogmata ad nihilum redigunt.

3° De Anglicanism© 3.

604. — (A) **Origo.** Hæc secta ortum habuit ex principibus Angliam regentibus (1507-1603). In exordio, sola negatione primatus in R. Pontifice a Catholicismo differebat; postea vero, Eduardo VI° regnante, Lutheranismi influxum subiit; et, sub Elisabeth, influxum Calvinism!; ita ut Anglicanismus sit veluti utriusque consociatio, servato dogmate catholico de episcoporum origine et auctoritate divina.

Breviter indicatur ejus : 1. *doctrina, 2. fractionesprœcipuæ.* 3. *secta minores.*

(B) Doctrina quoad Ecclesiam, (a) Hæc *continetur* in 42 articulis, ab Eduardo VI editis, qui postea, sub Elisabeth, ad 39 reducti sunt 4. (b) Ecclesia Angliæ regem ut ducem

' *Op. cit.,* IV, 3, 6, 8, 15; S. 4, 8; 9, 7, 8. 9-'' *3? b 7, 3°'32î '', r·

l *Praecipua Calvinismi symbola* sunt : Confessio Helvetica prior (1536), posterior (1566), Catechesis Heidelbergensis (1563), Confessio gallicana (1559), Confessio belgica (1561), Confessio scoticana prior et posterior (1560, t^So), articuli Arminiani sive remonstrantia (1610), canones synodi Dordrechtanæ (1619), Confessio Westmonasteriensis (1647). Cf. Schaff ;* *Creeds of Christendom.* New-York, 1884. t- L p- 354 sq., t. III. p. 190 sq.

' Cf. Burnet*, *History of the Reformation,* ed. *Pacok,* 1865; Lingard, *History of England,* L VI, Philadelphia, 1827; M. J. Spalding, *History of the Protestant Reformation,* Baltimore, 1865, t. II, p. 59 sq.; A. Capecelatro, *Newman e la Religione Cattolica in Inghilterra,* p. 1-118; A. Gatard, art. *Anglicanisme,* in *D. T. C.,* col. 1281-1302; J. Trésal, *Les origines du schisme anglican,* 1909; art. *Réforme :* VI, *Réforme en Angleterre,* in *D. A.,* col. 647-675 ; Ami du Clergé, 1911, p. 67-71.

4 Vide *textum* apud Karl Millier *, *op. cit.,* p. 505 seq. Præcipui *commentant* sont : T. R. Jones , *An exposition of the thirty-nine articles,* London, 1849; G. Burnet *, *An exposition of the jg articles,* revised with notes by Page, London, 1836; E. Browne*, *An exposition,* New-York, 1865; P. Forbes* *An explanation of the jç articles,* Oxford, 1867; B. J. Kidd ', *The thirty-nine articles, their history and their explanation,* London, 1001. Eosdem articulos,

habet etiam in rebus spiritualibus : unde *Ccesarismus.* Anglicani omnes rejiciunt supremam auctoritatem Romani Pontificis, etsi plerique agnoscunt ei competere primatum *honoris,* et pauci concedunt primatum *jurisdictionis* eidem collatum fuisse prioribus sæculis jure ecclesiastico. *Historico episcopatui,* ut aiunt, adhaerent, nec in suam communionem recipiunt ministros qui a legitimis episcopis ordinati non fuere; quidam tamen dicunt episcopatum non fuisse divinitus institutum, sed solum apostolica aetate de facto in Ecclesia praevaluisse. (C) Ecclesia non est infallibilis; Scriptura sola est regula fidei.

605. — (C) Tres præcipuæ fractiones, in Anglicanismo, inveniuntur : (a) *Ecclesia superior (High Church)* quæ dogmata et ritus Catholicorum fere universim admittit, si excipias Immaculatam B. V. Conceptionem, Romanique Pontificis infallibilitatem et supremam auctoritatem; affirmatque in Ecclesia divinam hierarchiam visibilem collatam *episcopis,* (unde nomen *Episcopalismi),* qui omnes sunt inter se æquales ideoquenon R. Pontifici inferiores. Ad eam pertinent *Puseyistce et Ritualisiez* \ (b) *Ecclesia inferior '(Low Church)* seu *euangelica,* parum curans de episcopatu, dummodo *justificatio per fidem* aliaque Calvini dogmata retineantur. (c) *Ecclesia latior (Broad Church),* semi-rationalista præcipue, quæ Christiana dogmata tanquam puncta disputabilia habet, et generalem tantum in Christum fidem ut essentialem requirit.

(D) Sectæ minores ex Anglicanismo ortæ innumeræ sunt. Inter eas citari possunt : (a) *Congregationalistæ* (1.200.000) qui, auctoritatem episcoporum et synodorum rejicientes, volunt singulas *congregationes* esse omnino *independentes :* (b) *Baptista* (6.000.000)

tantisper mutatos in generali Conventu Trentoniensi (1801) *ecclesia episcopalis americana* tanquam fidei regulam accepit; americanam recensionem habes apud Schaff ;* *op. cil.,* t. III, p. 4S6 sq.

l Sic nuncupantur quia, post conversionem J. H. Newman, hujus systematis in Universitate Oxoniensi promotoris, Pusey ut ducem habuerunt. De origine, variis falis et theoriis *Oxoniensis scholas* quæ vocata est *The Oxford Movement,* cf. J. H. Newman, *Apologia pro vita sua; Loss and Gain; The lia Media of the Anglican Church: Difficultés of Anglicans,* t. I; *Tracts for the Times,* opuscula ah Oxoniensibus edita ad suas opiniones propagandas : unde ctiam comm schola dicta est *Tractation Movement: VI.* Ward, *William G. Ward and the Oxford Movement*; Ragey, *La Crise Religieuse en Ançleteire,* Paris, 1S96; *L.'Anglo-Catholicisme,* 1897; P. Thureau-Dangin, *La Renaissance catholique en Angleterre,* Paris, 1905; A. d'Alès, art. *Réforme :* IX. *Afglianisine moderne,* in *D. A.,* col. 701-733; C. Gorman, art. *LLAnglicanisme contemporain,* in *Etudes,* t. 191, p. 513 sq.; *I?Anglo-catholicisme dans TEglise anglicane* iu *Doc. cathol.,* t. 30, col. 1305-1335; cf. t. 29, col. 259-294.

non admittentes ut validum nisi baptismum adultis per immersionem collatum ; (c) *Methodist, Jlesleyani*etiam dicti, quia*J. Wesley* (XVIII" sæc.) ut auctorem habent (16.000000), sensus pietatis, fiduciæ et caritatis in animos instillare satagunt; quoad regimen, non admittunt quidem divinam episcopatus originem, sed in America episcopos habent ad unitatem quamdam melius servandam; (d) *Salvationist* seu *Salutis exercitus* (1.000.000) qui auctorem habent *Booth* (XIX° sæc.) et, ad modum exercitus, duces et milites agnoscunt : de doctrina parum curantes, *enthusiasmum* inter populos excitant ut homines moribus perditos ad Christum et virtutem adducant'., (e) Ab anno 1921, *B. Buchman* creavit *cotium Oxoniensem (Oxford Group),* qui merito Christianam vitam censet intimam cum Deo unionem esse et etiam veram erga Christum amicitiam; sed simul erronee dogmaticum indifferentismum profitetur et publicam peccatorum confessionem suis asseclis præcipit3

4° De Protestantismo liberali.

606. — (1) Hæc est doctrina de Ecclesia quam tenent Protestantes, qui principia Rationalistarum sæpius profitentur3; et quæ e theoria judicii seu examinis privati logice defluit. Patres istius systematis fuere, præter Socinianos et Unitarios, philosophi et theologi qui, *it(Spinoza, Kanitud Schlciertnacker, Ritschl,* et non pauci exegetæ et historici, omne supernaturale e Scriptura et historia expungere conati sunt.

Juxta eos, *Christus* nullum dogma proprie docuit, nec ullam societatem ecclesiasticam instituit, quippe qui putaret regnum Dei et finem mundi brevi tempore venturum esse; solummodo docuit homines quomodo Deum ut Patrem colerent eique se totos subderent 4.

' Ami du Clergé, 1934. p. 593-603, cum bibliogr.

▮ Ibid., 1935, p. 613-617; cf. Etudes. 20 nov. 1934; Doc. cathol., *Le Groupisme,* 9 déc. 1933, col- JH3-II45.

' Cf. opera Harnack *, præsertim *UEssence du christianisme,* et libros Sabatier ♦, specialiter *Esquisse...* et *Religions d'autorité...* Cf. præterea H. Lichtenberger *, *L'Allemagne moderne,* Paris, 1918, p. 232-266; G. Goyau, *L'Allemagne religieuse, le Protestantisme,* Paris. 1898, p. 72-122; art. *Le Protestantisme allemand moderne,* in *D. A.,* col. 675-690. Pro *recenti Anglicanismo,* cf. art. *Affaires anglicanes,* in *Doc. cathol.,* 7 déc. 1935, col. 1027-1086; 14 déc., col. 1096-1101. Cf. Batiffol, *EEglise naissante et le Catholicisme,* c. III, excursus B, p. 172 sq.

4 t. Retinent quidem verba theologica ‘‘religionem, revelationem, peccatum originale, incarnationem, etc. ”, sed ea interpretantur ut mera symbola conscientia; religiosæ proposita, non tanquam dogmata credenda sed ut incitamenta ad

Hodiernis temporibus, *K. Barth,* ex Helvetia oriundus, protestans minister et professor in Germania, liberalis Protestantismi tendentias acerrime impugnat et proprie dictam Dei revelationem praedicat, juxta Calvini mentem et modum agendi, atque maximum ordinis religiosi influxum exercet apud Reformationis recentes sectatores ».

(2) *Institutionem* vero *Ecclesia naturali processu* sic *Liberales* explicare conantur, (a) Christo mortuo, ejus discipuli mox communitates efformarunt, quæ vinculo fidei et caritatis necnon spe proximi adventus Christi intime jungebantur. Omnes quidem æquales erant; nonnulli tamen a Spiritu diversa acceperunt *charismata ;* alii erant apostoli, alii prophetæ,alii autem doctores,qui varias ecclesias percurrebant, (b) Postea vero, electi sunt *seniores* seu *presbyteri* qui religiosis coetibus præsidebant : quibus adjuncti sunt *diaconi.* (c) Diversæ communitates, auspice præsertim Paulo, habentur tanquam membra unius *mystici* et *invisibilis* corporis, quod dicitur *Ecclesia* cujusque caput Christus est. (d) Ex hac autem mystica unione paulatim orta est unitas quædam *visibilis :* variæ enim communitates inter se quoddam foedus, quamdam societatem inire coeperunt, sicut et singuli fideles ultro in communitatem convenerant, (e) Primum unitatis centrum fuit quidem Jerusalem; destructa autem hac civitate, Roma, ûtpote caput civilis Imperii, christianæ societatis caput facta est, et Ecclesia provinciarum romanarum distributionem in suo regimine imitata est. (f) Grassantibus autem *haresibus,* necësse fuit contra Gnosticos *regulam fidei* instituere, doctrinam nempe ab Apostolis traditam; et contra Montanistas *auctoritatem* agnoscere qua hæc regula authentice exponeretur : episcopi, qui ecclesiis præerant, hujusmodi auctoritate potiti sunt, dicentes se apostolorum successores esse. Ita, jam exeunte sæculo secundo, Ecclesia catholica

praxim virtutum. 2. *Protestantismus liberalis* nihil aliud est igitur nisi *rationalismus quidam religiosus :* Christiani sunt ii omnes qui existimant Christum esse *doctorem aliis perfectiorem*^ qui suo exemplo eos docuit quomodo cum Infinito relationes habere valeant, et *perfectum exemplar vita* religiosæ, quam quisque, vestigiis Christi inhærens, experiri potest et suæ conditioni accommodare. Ad rem Lichtenberger \ *op. cit.y* p. 256-257 : " Nous voyons clairement, maintenant, dans quelle direction évolue le protestantisme. Il tend à dépouiller la religion de son caractère objectif, historique, absolu. Le christianisme ne lui paraît plus comme un ensemble de vérités révélées, extérieures au fidèles et qu'il doit *croire*^ mais comme un état de conscience que chaque individu doit *vivre.* Il n'exige plus du fidèle la foi dans la réalité de certains faits historiques... Le protestantisme enfin tend à dépouiller le christianisme de sa qualité de religion révélée, une et éternelle. Il n'est qu'une des formes innombrables de la conscience religieuse de l'humanité — Cf. M. Bœgner, *La vie chrétienne** Paris.

in suis fundamentis constituta fuit ; decurrentibus autem sæculis, potestas Episcopi Romani paulatim invaluit atque omnino suprema evasit, (g) Cum igitur hæc potestas sit mere humana, et sæpe sit tyrannica, impune contemni potest, et quilibet jus habet directe Deum adeundi et cum Eo intimam unionem ineundi.

607. — Seholion. Ecclesiae forma, juxta Protestantes.

Protestantes hodie secedunt in sectas, quæ relate ad doctrinam de Ecclesia, ex dictis, in tres classes præcipue dividi possunt.

(a) *Episcopalismus* agnoscit episcopatum saltem tanquam formam magis stabilem, ad auctoritatem ecclesiasticam tuendam moraliter necessariam; inter Anglicanoset Lutheranos Scandinaviæ viget. Immo quidam inter Anglicanos, cum Catholicis, admittunt episcopatum ab ipso Christo fuisse institutum : ita præsertim ii qui se *catholicos* dicunt et *superiorem ecclesiam* efformant *(High Church).* (Cf. n. 605). Rejiciunt tamen supremam auctoritatem Romani Pontificis.

(b) *Presbyterianismus* (cf. n. 603, 669, 670), qui apud Calvinistas reperitur, confitetur auctoritatem Dei per populum pastoribus vel presbyteris delegari, quibus obedientia debetur. Ministri non sunt tamen sacerdotes proprie loquendo; episcopatus vero et primatus romanus, nonnisi per fraudem et cupiditatem invaserunt Ecclesiam. — Ad hanc formam practice reducuntur plerique *Lutherani,* quorum pastores nihil aliud sunt nisi doctores fratrum suorum, quibus tamen tanquam Dei ministris quædam reverentia debetur.

(c) *Multitudinismus* seu *Démocratisants,* qui ex presbyterianismo logice defluit, practice viget præsertim in sectis a Calvinismo derivatis. Nullam admittit hierarchiam : Christus enim non instituit Ecclesiam per modum societatis sed per modum regni spiritualis.

Addemus tandem multas ecclesias protestantes in *Ccesartsmum* (cf. n. 604) incidisse, v. g., anglicanam vel lutheranas ecclesias.

IV. — De Modernismo [1]

608. — (1) Modernistarum de Ecclesia conceptus in generali eorum systemate inseritur, (a) Juxta eos, Ecclesia

Decret. *Lanient.,* D. B., 2052-2056; Encyc. *Pascendi,* passim. A. Loisy *Evangile et Eglise,* ch. III ; *Autour dun petit livre,* 157.186; *Simples réflexions,*

non fuit immediate a Christo fundata : revera Jesus ipse nullum dogma proprie docuit, nec ullam societatem ecclesiasticam stricte instituit, nam "in mente Christi regnum cæli una cum fine mundi jamjam adventurum erat"; sed tamen a Jesu provenire merito dici potest quia Jesus posuit germen ex quo orta est Christiana societas.

(b) *Constitutio visibilis* in Ecclesia oritur "ex duplici necessitate : una in *credente*... ut fidem suam cum aliis communicet; altera in *collectivitate,* ad coalescendum (credentes) in societatem, et ad commune bonum tuendum, augendum, propagandum". Hodierna Ecclesiæ forma, sæc. 11° et deinceps paulatim efformatur, studiis præsertim Pauli, ex Judaismo et Hellenismo, sub influxu conditionum hujus temporis; nam "christiana societas perpetuæ evolutioni æque ac societas humana est obnoxia".

609. — (c) *Auctoritas,* in eadem societate, non procedit a Deo; sed ab ipsa Ecclesia, nempe ex conscientia religiosa fidelium, vitaliter et democratice emanat; et proinde ab eadem pendet in sua existentia, juribus et officiis. Hæc auctoritas, licet gaudeat quadam docendi potestate, nullam habet infallibilitatem. *Petriprimatus* fuit posterioris inventio ætatis. *Primatus* autem *R. Pontificis* "ex mere politicis conditionibus" oritur. (Cf. n. 675, 698).

(2) *Comparari* possunt *Moderniste cum Liberalibus.* Cum ipsis *consentiunt* asserendo Ecclesiam non esse divinitus institutam nec infallibilem, et ejus auctoritati antenendum esse privatum conscientiæ judicium. Sed ab eis *distinguuntur* in eo quod quamdam socialem Ecclesiæ constitutionem admittunt ideoque religiosum individualismum rejiciunt.

610. — Scholion. Tabella de religionibus in mundo.

Non raro catholica Ecclesia cum aliis religionibus comparatur. Hæc autem collatio erit facilior sequentem tabellam consideranti, in qua describuntur præcipuæ religiones atque, pro singulis, numerus asseclarum, in diversis orbis terrarum partibus.

p. 98; G. Tyrrell*, Z>x *orandi,* 1903; *Through Scylla and Charybdis,* 1907; *Programma dci Modernists,* Roma, 1908. — Quas theorias breviter contrahit M. Lepin, *Les Théories de M. Lossy,* Paris, 1908, p. 8-17.

Religiones in mundo

A'e/igiones	A/rtca	Pro too	America	ro	Asia	Pro too	Europa	1'0 100	Oceania	Γτο 100	Nunierut totalis in mundo	ro 100
Catholici	5 387 678	3,8	125 569 905	53,	17 038 874	1, 7	201 855 900		1 987 308	Ti	351 839 665	10
Protestantes	4 554 200		36 138 802	15,	4 566 458	0. 5	113810 400		5 604 160	62, 4	164 683 02(	8, 0
Orthodoxi	4 549 519,		963 000	0.	4 884 087	0, 5	120 710 175	5, 8	364 041	+. 1	131 460 821	
Judæi	382 376	0,3	4 222 828	8	284 103	—•<	10 842 168	2. 3			15 731 475	0, 9
Musulman!	51 907 828	37,1	253 952	0.	178 595 889	17, 9	8 235 525	1, 8	4 400	o' 1	238 997 594	13
Buddhistic	110 000	0,1	13 369		199 338 263	20					199 461'632	10, 8
Confucianistæ			27 114		304 000 000	30, 5					304 027 114	16, 4
Hinduistæ			24 233		223 984 586	22, 5					224 008 819	
Shintoistæ					16 644 437	1, 7					16 644 437	0, 9
Pagani	72 397 905		2 330 548	1	40 482 901	4, 6			1 022 463	n, 2	122 239 817	6» 6
Sihe religione			65 674 697	27, «			10 923 498	3			76 598 195	
Ignotæ religionis	776 830	0,6	1 332 040	0,4	1 024 435	0. 1	1 339 625	0, 6	8 802	0, 2	4 481 738	0. 2
Numerus totalis	140 06» 342	100	236 556 494	100	996 844 033	100	467 726 294	100	8 991 174	100·	174 334	100

Hæc tabella desumitur ex *Docum. cathol.*. col. 33-3U; Cf. A. d'Espierres, *relif· dans its différents fays dtt monde,* 1929, et P. Lesourd, *L'Année missionnaire,* Pans, 1931.

dederunt; quandoque fideles *actu* coadunatos vel *omnes fideles ejusdem civitatis*[3], aut varias Christianas communitates ejusdem regionis-'; tandem *universalem fidelium societatem* per totum orbem [4][5]

(c) Sæpissime Ecclesia *metaphorice* designat locum in quo fideles congregantur [1].

(B) Quoad rem. Apud *Catholicos,* definitur : *Societas religionem a Christo revelatam profitons*[2] vel fusius : *Societas, a Christo instituta, hominum , qui ejusdem fidei professione et eorumdem sacramentorum participatione, sub R. Pontificis auctoritate, coadunantur, ad gratiam et salutem*

In Tractatu præsenti, agitur de Ecclesia sic intellecta, i. e., de Ecclesia Christiana terrestri, universali et integra.

613. — (C) Ecclesiæ nomina et figuræ.

In Scriptura S., varia Ecclesiæ *nomina exfigura* continentur.

(1) Nomina. Ecclesia metaphorice sequentibus appellationibus designatur; dicitur : *Civitas Dei* (Ps. XLVII), *Domus Dei* (I *Tim.,* III, 5), *Regnum Dei, calorum, Christi {Luc.,* XIII; *Matth.,* XIII ; *Joan* , XVIII), *Ovile Christi, {Joan.,* X, 16), *Corpus Christi {Col.,* I, 24; *Ephes.,* I, 22), *Sponsa Christi {Cant.,* IV, 8; *Osee,* II, 19).

(2) Figurae. (1) Figuræ Ecclesiæ *ante Moysen,* sunt : (a) *paradisus terrestris,* in quo solo beatitudo possidebatur; (b) *Eva* formata e latere Adami præfigurans Ecclesiæ originem a Christi morientis latere; (c) *arca Noe,* extra quam nullus a diluvio salvus fuit. (2) *Sub mosaica lege,* tres saltem figuræ Ecclesiæ dantur : (a) *lapis* de monte abscissus qui universum orbem implet; (b) *templum hierosolymitanum,* religionis populi hebraici centrum;

'Si ergo conveniat universa ecclesia in unum...". I *Cor.,* XIV, 23;

1 " Paulus Apostolus... Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi... " II *Cor.,* I, i.

3 " Paulus Apostolus... Ecclesiis Galatiæ ". *Gal.,* I, 1-2 ; cf. I *Cor.* XVI, I ; II *Cor.,* VIII, 2.

4 *Matth.,* Xλ I, 18; *Act.,* XX, 28. Cœtum etiam *profanum* significat, cf. : ''Alii autem aliud clamabant. Erat enim *ecclesia* confusa... Si quid autem alterius rei quæritis, in legitima *ecclesia* poterit absolvi". *Act.,* XIX, 32, 39. Cf. Deissmann, *Licht von Osten,* 1909, p. 79-80; Zorell, *.Vovi Testamenti leocicum gracuin,* Parisiis, 1911 ; ad vocem : ἐζζλησια. A. Vacant, art. *Eglise,* in *Dia. de la Fhble,* col. 1599-1601. P. Batiffol, *L'Eglise naissante,* Paris, 09, p. 46 sq.

5 ⁄ *Cor.,* XIV, 34; *Cad.,* c. 1161-1187.

S. Bellarmin., *De Eccles.,* l. Ill, c

(c) *gens judaica,* quæ juxta S Augustinum ‘, “ magnus quidam propheta fuit Christi, christianique regni”. (3) In *N. Testamenti libris,* parabolæ citandæ sunt : piscatio duplex jussu Christi ab Apostolis facta, inconsutilis tunica Jesu, vas descendens de cælo, quod vidit S. Petrus, “ in quo erant omnia quadrupedia et serpentia terræ et volatilia cæli ” ’, etc.

814. — Scholion. Notio Ecclesiæ juxta acatholicos.

Inter *acatholicos :* (a) Alii, omne supernaturale respuentes, affirmant Ecclesiam esse omnino similem, quoad substantiam,aliis societatibus religiosis : ita *Rationaliste, Protestantes liberales* et *Modernistе.* (b) Alii vero, Scripturam S. accipientes, putant Ecclesiam esse coetum ‘‘fidelium quorum fides nunquam deficit’’*(Donatiste),* hominum ‘‘qui nullum habent peccatum” *(Pelagiani),* ‘‘sanctorum qui vere credunt et obediunt Deo” *(Lutherani), "prcedestinatorum",* vel ‘‘justorum prædestinatorum ’’3 *(Hussite, Calviniste).* (c) Hæ sententiæ erroneæ catholicam Ecclesiæ notionem partim vel totaliter rejiciunt; earum vero falsitas in Tractatus decursu demonstrabitur.

II. De Ecclesiæ Divisione

615. — (A) Ecclesia in genere, est universalis cœtus eorum qui Deo uniuntur per Christum, cujus mysticum corpus efformat. Ratione status dicitur : (a) *Triumphans in cælis,* ubi angelos et electos cohæredes divinæ gloriæ coadunat; (b) *Patiens in purgatorio,* ubi sanctorum animae integre purificantur; (c) *Militans in terris,* quæ contra infensissimos hostes dimicat, ad cæleste regnum acquirendum.

616. — (B) Ecclesia vero **militans** dividitur ratione : I. *historice,* 2. *extensionis,* ^.*officii.*

(1) Ratione **historiae,** (a) Large,sumpta, continet omnes homines, qui ab Adamo usque ad sæculi finem Deo per Christum adhærebunt. S. GREGORIUS M. asserit “ universalem Ecclesiam, incipere ab Abel justo, usque ad ultimum electum qui in fine mundi nasciturus est ” 4.

(b) *Dividitur* in ecclesiam *legis naturæ, legis scriptce* seu mosaicæ, et *legis gratice* seu evangelicæ. “ Sancti *ante legem,*

1 **S. August,** *Cont. Faust.,* 1. **13, c. 4** ; *P.* **XLII, 283.**
2 Act., **X| 12- — 3 Mazzella,** *De Religione et Ecclesia,* **n. 404.**
< S. Gregor. M., *Hom.* **ζρ** *in Evang.;* **S. Thom.,** *Sum. theol.,* **3, q. 8, a**
C. Pesch, *Op. cit.,* **n. 311 sq.**

sancti *sub lege,* sancti *sub gratia,* omnes hi perficientes corpus Domini, in membris sunt Ecclesiæ constituti"

Duæ priores efformant ecclesiam veterem, transitoriam; posterior est Ecclesia nova et perpetua.

(C) " Hinc considerari potest triplex Ecclesiæ status in hac vita, ait *Mazzella* 3 : status *legis naturæ,* status *legis scripta,* et status *gratia.*

i. In statu legis natura, nullam proprie habebat determinatam formam; etsi aliqua superaddebantur successive a Deo per revelationem... 2. *In statu legis scripta,* forma ecclesiæ erat ad tempus determinata quoad populum hebraicum; sed gentes ad eam non tenebantur : idcirco quoad eas ecclesia erat sicuti in lege naturæ. 3. *In statu* autem *legis gratia,* Ecclesia novam ac perfectam formam accepit a Christo; atque ad ei adhærendum obligantur omnes populi". . MaH

(2) Ratione extensionis. Ecclesia Christi est : 1. vel *universalis,* i. e., integer pastorum et fidelium ccetus in mundo; 2. vel *particularis,* seu quædam portio totius Ecclesiæ, v. g., Ecclesia Gallica, Lugdunensis λ

(3) Ratione officii. Habetur Ecclesia : Ï. *docens,* quæ ccetu pastorum constituitur; 2. *discens* quæ constat fidelium plebe·».

⟨

|

⟩,

t

* S. Gregor. M., I. V, Ep. 18; *P. L.,* LXXVII, 740; cf. S. Leo, Serin. 3 de Natal, c. 4; *P. L.,* LIV, 147; S. August., *In Jean.,* tr. 45, n. 9; *P. L.,* XXXV, 1722. — 2 Mazella, *op. at.,,* n. 396.

3 Cf. *Epius.,* V, 25; *Galat.,* I, 1-2; *[Cor.,* XVI, 1.

4 *Matth.,* XVIII, 17; *Aot.,* XX, 28. — Sacerdotes et parochi ad fidelium coetum, sub hoc respectu, pertinent.

CAPUT III

De Convenientia alicujus Auctoritatis seu Societatis Christianæ externæ.

617. — Christus revelatam religionem prædicavit, ut in præcedenti Tractatu probatum est. Sed *quomodo ejusdem difiusioni providit?* Antequam quæstio historice solvatur, *ratio* merito potest *a priori affirmare* convenientiam alicujus auctoritatis vel societatis seu ecclesiæ *externæ* ad Christi religionem omnibus populis proponendam. His considerationibus præparabuntur mentes ad vim historicæ demonstrationis in capitulo sequenti.

Thesis. Ad religionis Christianæ diffusionem, a priori omnino conveniens est auctoritas seu societas externa.

Talis convenientia elucet ex parte : I. *hominis,* 2. *religionis,* 3. *revelationis christianæ,* 4. *experientia confirmatur.*

(1) Ex parte hominis. Natura sua homo est *ens sociabile,* quod intime tendit ad socialiter vivendum et agendum in omni ordine, v. g., oeconomico, politico, et etiam in morali vita ad religionem addiscendam et cultum exprimendum. Atqui Jesus certo suam revelationem posuit naturæ humanæ conformem. Ergo saltem probabile est Christum societatem religiosam instituisse ad suam doctrinam servandam et vivendam.

Præterea homo naturaliter indiget ab extrinseco doceri quoad rudimenta, scientias, artes, labores, etc. : quod experientia constat; a fortiori quoad religionem, quæ res est difficilior et magis necessaria. Plerique homines, hujus indigentiæ conscii, in rebus præsertim religiosis, necessitatem alicujus auctoritatis, cui plane fidere valeant, vivide sentiunt [1].

[1] Ita A. Thierry, circa finem vitæ, dicebat : “ Je vois, par l’histoire, la nécessité manifeste d’une autorité divine et visible, pour le développement de la vie du genre humain. Or. tout ce qui est en dehors du christianisme ne compte pas. De plus, tout ce qui est en dehors de l’Eglise catholique, est sans autorité... Donc l’Eglise catholique est l’autorité que je cherche; et je m’y soumets”. Gratry, *De la connaissance de Pâme,* Préface, p. XXXI, note 9.

Quare omnino convenit Christum dedisse externae auctoritati munus rite proponendi suam doctrinam humano generi.

618. — (2) Ex parte religionis, (a) Nulla est enim religio quæ unquam floruerit absque quadam constitutione sociali et visibili. Cultus primum per patremfamilias, mox per ministros ad id specialiter delegatos, pro tota civitate offerebatur, et quidem ritibus lege determinatis : omnibus enim persuasum erat religionem esse rem socialem, publica auctoritate statuendam. — Ita apud Judæos, religio pariter positivis legibus determinabatur; et, quando populus ab his recedebat, Deus *prophetas* suscitabat, quorum praedicatione ad legem et monotheismum reverteretur. Nonne verisimile est Christum,qui non venit legem solvere sed adimplere,auctoritatem religiosam externam statuisse? Et hoc probabilius apparebit,si præ mente habetur quod ipsius religio est revelata.

(b) Insuper historice patet varias religiones, auctoritate suprema sapientissima orbatas, non potuisse vitare errores et ruinam. Ita paganae religiones de die in diem mendaciis et superstitionibus gravius deturpatae sunt. Imo religio primaeva patriarchis revelata, hoc præsidio non praemunita, celeriter in idololatriam et vitia decidit, dum religio mosaica, sub auctoritate Moysis, Legis et prophetarum, fideliter servavit divinam revelationem. Quare concludere licet Christum, qui religionem suam usque ad finem mundi existere volebat,probabiliterdesignavisse auctoritatem externam, quæ eam sine alteratione generationibus transmitteret.

619. — (3) Ex parte revelationis christianæ. Etenim religio christiana complectitur *dogmata, præcepta* et *ritus.* Jamvero ad hæc tria *diu* et *integre* servanda requiritur auctoritas quædam externa supremaque.

i. Si agitur de *veritatibus credendis* multi homines, propter ingenii infirmitatem, aut necessitates rei familiaris, vel innatam pigritiam (cf. n. 242-244), nonnisi imperfecte eas intelligent et aliis transmittent, ideoque mox *imminuta* erunt *veritates a filiis hominum;* aliunde, ratione vitiorum, veritates revelatæ sensim et sine sensu *adulterabuntur* et errores passionibus faventes admittentur. Nisi igitur adsit auctoritas externa et suprema qua hi errores præcaveantur aut corrigantur, paulatim evanescent dogmata. Ergo omnino

conveniebat ut Christus hujusmodi auctoritatem in sua Ecclesia constitueret '.

2. De *præceptis* valent a fortiori prædicta. Cum enim homo ad *teges* negandas, vel benignius interpretandas aut violandas pronus sit, necesse est ut adsint legum divinarum authentici interpretes, qui harum observationi sedulo invigilent et poenas violatoribus infligant. Insuper, cum leges christianæ ad omnes populos sese extendant, necesse est ut sit legislativa auctoritas, quæ generales regulas a Christo propositas variis temporum ac locorum *circumstantiis accommodet;* secus omnia inconstantiæ et libidini permittentur.

3. De *ritibus* idem dici potest. Revera, ex una parte, cultus externus et publicus requiritur ad exprimendum fovendumque cultum interiorem (cf. n. 174-176); et ex altera, nisi suprema quaedam auctoritas externo cultui praesit, mox superstitiones praevalebunt Deo injuriosae, ut videtur in historia.

620. — (4) Convenientia alicujus auctoritatis extemæ et supremæ experientia confirmatur. Nam a tempore quo *religio spiritus,* i. e., sine ulla auctoritate visibili, apud Christianos propagari cœpit, pessimi errores inducti sunt : Kantius negavit transitum theoretice fieri posse de subjectivo ad objectivum, et dogmata christiana sensu prorsus rationalistico explicavit; Schleiermacher in mysticum pantheismum incidit; Fichte, Schelling, Hegel pantheismum idealisticum docuerunt; Strauss atheismum propugnavit; Ritschl, dogmata quoad nomen retinens, eadem ita explicat ut nil supematurale in eis maneat; Harnack totum Christianismum in unum dogma contrahit, nempe Dei paternitatem; A. Sabatier ad quemdam mysticum pantheismum redit, Deum vocans ens universale; uno verbo, religio spiritus nihil aliud est nisi vagus deismus aut mysticus pantheismus, viam parans atheismo 2.

Et sane nihil evidentius demonstrat quam necessaria sit quædam auctoritas externa ad religionem Christi integre servandam.

Conclusio. Quibus omnibus attente consideratis, declarandum est : I. quod quædam auctoritas seu societas externa *omnino conveniens* est ad religionem Christi propagandam; 2. quod *probabile* est Jesum hanc auctoritatem seu societatem instituisse ad hunc finem assequendum.

* J. H. Newman, *Développement of Christian doctrine,* p. 75-98; Card. Dechamps, *Entretiens sur la démonstration catholique,* 1861, Ier Entret.

3 De quo vide Lichtenberger*, *Histoire des idées religieuses en Allemagne,* Paris, 1888; G. Goyau, *L'Allemagne religieuse, Le Protestantisme,* Paris, 1808, præcipuj . 72-122.

CAPUT IV

De Institutione Ecclesiæ Christi ut Societatis proprie dictæ et visibilis

621. — Conspectus.

De institutione Christi Ecclesiæ

i. Ut *societatis proprie dicta :*
   (a) Praenotiones de societate; status quaestionis.
   (b) *Thesis: Factum* hujus institutionis. Christus eam *praparavit, promisit* et *peregit.*
   (c) *Scholia.*
   De Ecclesia, *Regno Dei eschatologico.*
   Tempus ejus institutionis,

2. Ut *societatis visibilis :*
   (a) Status quæstionis.
   (b) *Thesis.*
   (c) *Scholion.* De Ecclesia *regno Dei interno.*
3. *Corollaria.*
   Quoad Ecclesiam societatem : i. *externam, 2. visibilem.*

Nunc *historice queerimus* num Jesus Ecclesiam instituerit ad revelationem Christianam generi humano prædicandam : *Affirmative respondetur.* Et immediate, in *duplici articulo,* statuitur fundatio a Christo Ecclesiæ : 1. ut *societatis proprie dictce, 2.* et *societatis visibilis.*

ARTICULUS I

De Institutione Ecclesiæ Christi ut Societatis proprie dictæ

622. — Prænotiones de societate.

(i) Definitio. Societas in genere est : *Unio moralis et stabilis plurium ad communem finem mediis communibus consequendum.*

Dicitur :

(a) *Unto moralis,* i. e., conjunctio per intellectum et voluntatem, resultans ex vinculis saltem partim spiritualibus;

quare super terram inter homines tantum vigere potest. Et sic differt ab omni coetu entium irrationabilium.

(b) *Unio stabilis :* et sic indicatur status aliquis permanens, et non actualis aut casualis agglomeratio hominum.

(c) *Plurium :* scilicet plures, sive pauci sive multi sint homines, qui dicuntur *socii,* vel *membra* societatis.

(d) *Ad communem finem :* hic finis est principium unionis sociorum, quo societates specificantur, ab invicem distinguuntur et aliæ aliis subordinantur.

(Θ) *Mediis communibus consequendum* : idem finis socialis obtinendus est a membris ipsis, qui, junctis viribus, utuntur iisdem mediis socialibus, quæ a mediis mere individualibus differunt.

623. — (2) Causa efficiens societatis est extrinseca huic societati nec ejus essentiam necessario indicat. Potest esse vel *homo,* agens vi suæ naturæ, sub influxu circumstantiarum aut libera voluntate; vel *Deus* sive mediate per causas secundas, sive immediate per seipsum.

(3) Elementa. Societas constat *duplici* elemento : (a) *Materiali,* quod est pluralitas vel multitudo hominum sociorum, (b) *Formali,* quod consistit in unione morali et stabili, quæ resultat tum ex communi *fine* societatis, tum ex *auctoritate,* una physice vel moraliter, quæ intelligentias voluntatesque et activitatem membrorum conjungi: in ordine ad socialem finem obtinendum.

(4) Species societatis. Ratione finis. Societas est : (a) *Temporalis* vel *profana,* aut *spiritualis* vel *religiosa :* prout ejus finis communis est bonum temporale seu profanum, aut spirituale seu religiosum, (b) *Naturalis* aut *supernaturalis,* prout bonum obtinendum est naturale aut supernaturale. (c) *Perfecta* aut *imperfecta,* secundum quod ejus finis seu bonum est, vel non, sibi sufficiens in suo o'dine, nec ab alio dependens : v. g., Status est societas per.ecià, familia est societas imperfecta. (Cf. n. 1031).

Alice partitiones societatis infra declarabuntur. (Cf. n. 643).

624. — Status quæstionis.

(i) Errores. — (a) *Lutherani* et *Calvinistce* asserunt veram Christi Ecclesiam constare solis justis orædestinatis Deo soli

cognitis; visibilem autem Ecclesiam procedere non a Jesu sed ab hominibus. Quare Christus non fundavit Ecclesiam ut societatem stricte dictam, (b) *Rationaliste* multi declarant Christum praedicavisse doctrinam ethicam, religionem *mere internam* pro unoquoque, non vero instituisse societatem aliquam externam, (c) *Protestantes liberales* et *Moderniste* docent Christum historicum, qui finem mundi instantem putabat, non cogitasse de Ecclesiæ instauratione, sed annuntiasse tantum *Dei regnum eschatologicum.* Attamen Ecclesiæ institutio Christo tribui potest, quia ipse Christus posuit germen ex quo Ecclesia orta fuit [1] (cf. n. 608).

(2) Doctrina catholica. Christus vivens in terris, immediate et deliberate, per se et non per Apostolos aut eorum successores, annuntiavit et instituit Ecclesiam ut veram societatem in mundo usque ad finem mundi duraturam.

625. —Thesis. Christus immediate instituit Ecclesiam ut societatem proprie dictam in mundo duraturam. Historice *certum,* theologice *de fide.*

Ecclesiæ magisterium.

(a) *C. Vaticanum* hæc docet : " Pastor aeternus (i. e., Christus)... sanctam aedificare Ecclesiam *decrevit...* In Ecclesia sua pastores et doctores... esse *voluit...* B. Petrum... *a Christo Domino constitutum* (fuisse) totius Ecclesiæ visibile caput..." (b) Et *Juramentum antimodemisticum :* " Firma fide credo Ecclesiam... per ipsum verum atque historicum Christum...*proxime ac directo* institutam " [2].

626. — Probatur : 1. ex *vita Christi,* 2. ex *apostolica historia.*

1° Ex vita Christi[3], qui Ecclesiæ institutionem *promisit* et *peregit.*

(A) Ex *promissione Christi.* Quod Christus, Dei legatus, quoad religionem promisit, hoc certe implevit. Atqui suæ fundationem Ecclesiæ, expressis declarationibus, promisit, cum ait Petro : " Tu es Petrus, et super hanc petram *cedificabo Ecclesiam meam* "[4], et cum declarat Apostolis :

[1] D. B., 2052, 2088, 2091. A. Loisy, *La religion d'israil; La naissance du Christianisme* Paris, 1933

[2] *C. Vatican.,* sess. IV, proœm., etc., D. B., 1821-1823; 17935 cf. Decret. *Lamentabili,* D. B., 2052*Jusjurandum,* D. B., 2145; Sum. theol., 2' 2æ, q. 88, a. 12.

[3] P. Batiffol, *L'Eglise naissante et le catholicisme* Paris, 1 P. 94-113.

[4] *Matth.,* XVI, 18.

" Alias oves habeo...; et illas oportet me adducere; et *vocem meam audient et fiet unum ovile et unus pastor* " *l.* Porro suam Ecclesiam Christus prædicit, non ut multitudinem confusam, sed ut domum vel ovile in quibus elucent unitas et auctoritas determinata; aliis verbis, ut societatem veram et unam.

627. — (B) *Ex ipsa institutione Christi.* Hæc fuit prius *præparata,* deinde *peracta.*

(i) **Praeparavit Christus Ecclesiam per suam praedicationem Regni Dei**[2] Christus est Messias prophetatus cujus adventus exspectabatur ; consequenter dux est regni messianici instaurandi. Quare sapientissime, præsertim initio vitæ publicæ [3], Dominus Jesus prædicat missionem suam (i. e., Ecclesiæ fundationem), sub figura traditional! *Adventus regni Det* seu *regni calorum* [4]. Hujus autem regni declarat : (a) *scopum,* qui est hominum sanctificatio; (b) *subjectum :* extendetur in totum orbem [5] et non tantum apud Judæos; (c) *caractères internos :* animas eripiet a diabolo et adducet ad vitam æternam per abnegationem, puritatem,

[1] *Joan.,* X, i6.

[3] H. Diekmann, *De Regno Dei, De Constitutione Ecclesiæ,* Friburg. Br., 1925 ; J· B· *ar*·· *L** *Royaume de Dieu* in *Diet, de la Bible,* coi. 1237-1257 ; Y. de la Brière, art. *Eglise,* in *D. A., L'Eglise hiérarchique dans ГEvangile,* col. 1221-1248 ; L. de Grandmaison, art. *Jésus-Christ,* in *D. A.,* col. 1423 sq. ; M. Lepin, art. *Le Royaume de Dieu dans les Evangiles,* in *R. A.,* I. XIV, p. 914-933; A. d'Alès, art. *Le régne de Jésus-Christ,* in *D. A.,* col. 815-821.

[3] Ultimo vitæ suæ anno, Christus magis explicite *seipsum* prædicavit, cum jam mentes præparatæ essent ad doctrinam suam intelligendam. Cf. *Matth.,* IV, 17 et XVI, 21. Remansit tamen idea Regni Dei velut centrum prædicationis Jesu.

[4] *Regnum Dei* et *regnum calorum,* a Matthæo præsertim usurpatum, idem significant ; nam *cali* apud rabbinos Deum designant. Ambæ locutiones inveniuntur apud *Afare.,* 14 vicibus, apud *Luc.,* 39, apud *Matth.,* 51. — Significant aliquando *regnum territoriale Dei,* plerumque tamen *dominationem Dei (royaume ou régne de Dieu) :* ex contextu, in quantum fieri potest, sensus definietur.

[5] Id enim significat parabola *grani sinapis : Marc.,* IV, 30-32. Aliqui textus missionem Christi *adJudaos restringere* videntur, v. g., *Matth.,* X, 5; XV, 24. Sed hic agitur solummodo de missione *personali* Christi, vel de missione *temporali* Apostolorum ; dum clare annuntiatur alibi Apostolos evangeliuin Regni Dei, post Christi necem, usque ad ultimum terræ nuntiaturos esse : sic, præter locos citatos, cf. *Mare.,* XIII, 9-10; *Matth.,* V, 13, 14;

orationem et fidem [1]; (d) *externum conspectum :* hoc regnum erit terrestre, sub auctoritate Messiæ, et simul progressivum; jam inchoatum fuit et, post præsentem periodum, habebit phasim eschatologicam et cælestem. — Porro complexus hujus prædicationis Christi est realis descriptio Ecclesiæ, quæ inter homines cito instituenda erat [2].

628. — (2) Institutionem Ecclesiæ Christus peregit. Revera Jesus, non per alios, sed per se et directe, determinavit suæ religionis : (a) *finem communem* [3], i. e., animarum salutem præparandam et consequendam; (b) *subjectum* scilicet omnes gentes usque ad sæculi finem in unum corpus congregatas [5]; (C) *auctoritatem unicam :* nam primos rectores elegit Apostolos sub principe Petro, et ipsis dedit potestatem quosdam discipulos mittendi ad docendum et baptizandum; (d) *media* apta et determinata, quibus fideles salutem obtinebunt, scilicet : professionem ejusdem fidei a prædicatione acceptæ[6]; participationem iisdem ritibus [7], præcipue Baptismo et Eucharistiæ; submissionem Apostolis eorumque successoribus[8]. Porro hæc omnia veram societatem spiritualem et externam constituunt,

[1] *Mare.,* III, 20-30; *Luc.,* X. iS. Unde vides sanationes possessorum a dæmone esse vere opus messianicum. — *Marc.,* XII, 34 : ‘‘Non longe es a regno Dei ” i. e., ab acceptione gratiæ præstitæ per evangelium ; *Marc.,* X, 15 : ‘‘Quisquis non receperit regnum Dei velut parvulus, non intrabit in illud”, ubi opponitur acceptio gratiæ Evangelii receptioni æternæ gloriæ. Necessitas abnegationis ad gratiam et gloriam accipiendam patet ex parabola margaritæ, J/αZZA., XIII, 44-46. Cf. etiam *Mare.,* VIII, 34-38 etc.

[3] “ Il ne faut pas confondre l’Eglise du Christ en ce monde “ avec le “ royaume de Dieu”. L’Eglise est quelque chose du ‘‘royaume”, elle n’est pas tout le ‘‘royaume Le concept évangélique du “ royaume " est beaucoup plus large et plus compréhensif que le simple concept d’une communauté hiérarchique établie en ce monde. royaume" est, sans doute, extérieur et social; mais il est également intérieur et spirituel. Le “ royaume ” est chose actuelle et terrestre; mais il est également chose à venir et céleste, En un mot, le ‘‘royaume de Dieu”, c'est l’œuvre entière de la Providence divine, pour conduire les hommes à leur fin éternelle ; c’est l’œuvre entière de Jésus-Christ Rédempteur; c’est toute l'épopée du salut Y. de la Brière, art. *Eglise,* in *D. A.,* col. 1247.

[5] *Mm.,* III, 17; X, 27, 28; XVII, 19; JAzrr., XVI, 15.

[6] M/a/ZÀ., XXVIII, 19-20;

[7] *Matth.,* X, 1; XVI, 18, 19; XVIII, 17; *Luc.,* X, 16.

[8] *Marc.,* XVI, 15, 16.

[9] *foan.,* III., 5; VI, 52-54; *Luc.,* XX, iq.

[10] *Matth.,* XVIII, iS.

quam Jesus aliique Ecclesiam vocant. Ergo Christus ipse immediate eam instituit l.

629. — 2° Ex apostolica historia.

Apostolorum tempore, Christi fideles veram societatem constituebant.

(i) *A die Pentecostes,* coetus discipulorum Jesu in *Palestine, vivens,* immediate apparet ut societas habens : (a) *Suam doctrinam,* quæ profitetur Christum esse vere *Messiam* nuntiatum, *Dominum* a nobis colendum, *Salvatorem* pro nobis passum in cujus solo nomine salvari possumus 8 Hæc est veluti *regula fidei* quam neo-conversi profiteri debent 3. (b) *Suos ritus proprios,* præsertim : *baptismum,* distinctum a variis baptismatibus Judæorum et a baptismo Joannis j *Jol* *impositionem manuum* qua Spiritus S. modo speciali confertur 5; *fractionem panis*6, seu celebrationem Eucharistiae 7. (C) *Suos duces,* qui sunt Apostoli, vel discipuli ab ipsis designati, quibus omnes alii Christi fideles obedire debent. Atqui omnia ejusmodi elementa concordant cum partibus essentialibus societatis a Jesu ipso indicatis. Præterea Apostoli hanc religiosam societatem,domum spiritualem seu Ecclesiam, Christo ut auctori vel capiti constanter attribuerunt.

l "Le mot Eglise veut dire assemblée, association. Depuis l'origine du Christianisme, ce terme est adopté pour désigner la communauté chrétienne elle-même, la société visible des disciples de Jésus. Nous pouvons indiquer maintenant les traits essentiels de l'Eglise du Christ, d'après l'Evangile.

Collectif et social, le " royaume de Dieu" comporte, avantsa consommation glorieuse, une première période, moins parfaite, dans les conditions mêmes de la vie présente. Les disciples de l'Evangile forment donc, ici-bas, une communauté visible : l'Eglise du Christ. Pour la régir, son Maître a constitué une hiérarchie perpétuelle, qui possédera un magistère enseignant et une juridiction gouvernante. Cette hiérarchie sera formée par le collège des Douze et par les successeurs des Apôtres, sous le principal nécessaire et permanent de Pierre et des successeurs de Pierre. A l'enseignement du magistère ecclésiastique est conférée une divine garantie : l'infaillibilité doctrinale. Ainsi organisée, l'Eglise devra perpétuer ici-bas l'œuvre de Jésus-Christ et porter, à travers le monde, le message du "royaume". Telle nous apparaît l'Eglise hiérarchique dans l'Evangile". Y. de la Brière, art. *Eglise,* in *D. A.,* col. 1246; cf. E. Vacandard, *Eludes de critiq. et d'hist. relig.; 2e* série : *L'institution formelle de l'Eglise parle Christ,* Paris, 1910. — 3 *Ad.,* II, 36; IV, IO-I2. —*Ad.,* II, 42. •*Ad.,* XI, 16; XIX, ^5. — s *Ad.,* VIII, 14-17. — 6 *Ad.,* II, 42-46. 7&Γ·'· ' ■·£

i I Cor., I, 9. A Deo vocati sumus " in societatem filii ejus Jesu Christi * ' Domini nostri". *Eph.,* I, 23; V, 23-30, Christus est caput Ecclesiæ; dilexil Ecclesiam et tradidit seipsum pro ea, ut exhiberet sibi gloriosam et mundam sponsam. Cf. *Col.,* I, 18; II, 6-7; *Heb.,* III, 1, 6, 14; *I Petr.,* II, 4-5.

(2) *In Imperio romano, 20-30 annis post Jesu crucifixionem,* constat etiam, ex historicis testimoniis, fidelium Christi cœtum constituere societatem : (a) *Unam.* B. Paulus sic eam describit : ‘‘Unum corpus, et unus spiritus sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ. Unus Dominus, una fides, unum baptisma. Unus Deus et Pater omnium ” ›. ƀ"» *Visibilem.* Hoc elucet ex variis comparationibus a S. Paulo adhibitis. Ecclesia enim, non localis sed universalis, dicitur *templum *corjus sponsa Christi*4 (cf. n.635 sq.) C) *Usque adfinem mundi permansuram :* permanentia enim N. Testamenti opponitur veteri Legi, quæ solummodo transitoria erat 5. (d) **J** *Jesu fundatam.* Apostoli enim crebris allusionibus, ostendunt institutionem Ecclesiae a Christo esse omnibus notam, certe et inconcusse agnitam 6. (e) Hæc autem societas *Ecclesia* vocatur atque est ccetus convocatus a Deo 7 vel a Christo 8.

Concludamus ergo quod, si, brevi tempore post Christi mortem, ejus discipuli sunt in veram societatem coadunati, hoc provenit ex ipsius magistri voluntate et institutione.

Quare Leo XIII scribit : “ Mortales Jesus Christus, quotquot essent, et quotquot essent futuri, universos advocavit, ut ducem se eumdemque servatorem sequerentur, non tantum seorsum singuli, sed etiam consociati atque invicem re animisque juncti, ut ex multitudine populus existeret jure sociatus; fidei, finis, rerum ad finem idoneorum communione unus, uni eidemque subjectus potestati ” 9.

Scholia.

630. — I. Christi Ecclesia xox est Dei regnum mere ESCHATOLOGICUM ‘°.

l *Eph.,* IV, 4-6. — ’ *Eph.,* II, 13-22.
ı *Eph.* I, 22-23; IV, 3-16; *Col.* II, 19.
‘ *Eph.,* V, 22 33. — 5 *Cor.,* III, 4-11; *Gal.,* IV, 22-31.
4 *I Cor..* I. 9. — ' *Ad.,* XX, 2S; Z *Thess.,* II, 14.
Rom., X\ I, 16; *Gal.,* I, 22. — 9 Leo XIII, Encyc. *Satis cognitum.*
’’Cf. B. Alio, *L'Apocalypse,* Paris, 1921, p. XCVII-CXXVIII; L. M. J. Lagrange, art. *L''avènement du Fils de l'homme,* in *R. B.,* 1906, 382-411, 561-574; Lepin, *Jésus Messie.* ïo» ed., p. 377-410; A. Cellini, *La questione èatusiaca,* Monza, 1908; L. Billot, *La parousie.* Paris, 1920; L. de Grandmaison, art. *fisus-Christ,* in *D. A.,* col. 1428-1446; A. Lemonnyer, art */;« du monde (Piophêtie du Christ sur la),* in *D. A.,* col. 1911 sq.

(A) Error, (a) *Eschatologista* (a græco ἐσχατο , λογο , *ultimus, sermo,* seu ad rerum finem pertinens) dicuntur Modemistæ et Rationalistæ nonnulli, juxta quos, Christus prædicavit *unice Regnum cceli seu Dei, una aim fine mundi proxime adventurum,* quod ipse dominaturus et recturus erat; seu aliis verbis, nuntiavit regnum *mere eschatologicum,* non vero societatem extemam in præsenti sæculo. (b) Eorum *argumenta :* i. Christus nonnisi ideas coævorum exposuit. Atqui isti, ut ex apocalypsibus apocryphis apparet, adventum imminentem et gloriosum Regni Dei exspectabant. 2. Apostoli ipsi finem mundi adventumque Domini ut proximum considerabant f. 3. Insuper in evangeliis, multi sunt textus ex quibus deducitur clare quod Christus adventum gloriosum Regni Dei imminentem crediderat 2.

831. — (B) Refutatur : 1. *directe;* **2.** *indirecte.*

•(1) Directe. Christus prædicat totale Dei Regnum, quod habebit prius phasim terrestrem et præsentem; deinde phasim cælestem et finalem seu eschatologicam. (a) Certe Jesus annuntiat regnum quod stabilietur post judicium universale, et in quo gaudebunt omnes sancti : de hoc regno eschatologico intelligi possunt multi ejus sermones. (b) Sed, in evangelio, Christus exhibet simul *phasim terrestrem* et *socialem* ejusdem regni. Revera hoc Dei Regnum dici nequit mere eschatologicum, nempe pro futuro sæculo tantum : nam, ex Christi locutionibus, jam inchoatur et ad Judæos pervenit 3, sicut sinapis granum crescere debet4, nunc continet malos cum bonis, zizaniam frumento mixtam 5, auferetur a Judæis et ad Gentes transibit 6. Nemo autem scit quo momento Dei Regnum in finali adventu Christi atque rerum consummatione sit complendum ?. Atqui hujusmodi notiones convenire nequeunt regno cælesti seu mere eschatologico. (Cf. n. 625-629).

632. (2) Indirecte. Adversariorum argumenta prædicta sunt insufficientia, (a) Christi enim *coavi multi* agnoverunt realem distinctionem inter Messiæ temporalem existentiam et gloriosam regni Dei consummationem; aliunde apocryphæ apocalypses non sunt unicus fons quo dignoscitur eorum mentalitas. Insuper Jesus, ut Dei legatus, multa docuit contraria falsis suorum coæta-

* V. g., *Roni.,* XIII, II-12; Z *Thess.,* IV, 14-16; ***I** Petr.,* IV, 7; ***II** Petr.,* III, 5-10. — 1 *Matth.,* X, 23; XVI, 28; XXIV, 34; XXVI, 64 et loc. parall.

3 *Luc.,* XI, 20. — 4 *Matth.,* XIII, 32.

s *Matth.,* XIII, 24 sq., 47 sq.

6 *Matth.,* XXI, 33-46.

t Marc., XIII, 32. Paraboke de *servis vigilantibus, Marc.,* XIII, 34-37; de *talentis, Matth.,* XXV, 14-30; *Luc.,* XIX, 12-27; forsan de *virginibus* sapientibus et prudentibus, *Matth.,* XXV, 1-13.

norum conceptibus, (b) Præterea *Apostoli* persuasionem erroneam de imminenti parousia nunquam tribuerunt Christo; nec ipsi eamdem fidelibus docuerunt, siquidem aperte declarant consummationis tempus incertum esse (C) *Verba Christi* ab eschatologistis allata eorum sententiam non statuunt. Etenim in sermonibus alicujus viri, sine absoluta necessitate, *contradictiones non sunt admittenda,* sed loci difficiliores ex facilioribus explicandi. Porro Jesus, Apostoli et evangelistæ clare affirmaverant incertitudinem ultimi judicii et durationem Regni Dei in terris/ Ergo de textibus qui ab eschatologistis objiciuntur', quærendaest rationabilis explicatio his declarationibus conformis.

Conclusio. Possunt itaque allati textus rationabiliter interpretari, quin contradictio inveniatur in verbis Christi, vel inter Christum et Apostolos; quin etiam partem notabilem N. Testa-Π·^ menti expungere debeamus tanquam adulteratam ve- idealisatione progressiva transformatam. Solutio catholica de Regno Dei quod cum Ecclesia sæpe identificatur, *toto fulcitur eoangelio;* solutiones vero adversariorum *aliquibus tantum textibus a priori selectis* nituntur, ceteris contemptis aut praeternrssis. Facile videtur ubinam vera adhibetur historica methodus

633. — II. De tempore fundatio vis Ecclesiæ a Christo. (a) *Ante mortem suam,* Jesus Eccles jam a religione primæva et mosaica præparatam, primum prredicavit et proxime præparavit per Apostolorum electionem, institutionem sacerdotii et praecipuorum sacramentorum, etc. (b) *Post suam resurrectionem* tantum, Christus fundationem Ecclesiæ complevit, sacram potestatem con-

1 Cf. *Com. bibi, decisio,* 18 jun. içif,; D. B., 2179-2181.

' In prophetiis sæpe adhibentur *imagines poetica,* non litteraliter sumendæ. Sic apud Isaram, XIII, 2-22, excidiurr· Babylonis describitur quasi finis mundi evenisset. 1. Ita expressio "Fitius hominis *veniens in regno suo" (Matth.,* XVI, 28), vel "i» *nubibus cedil' (Matth.,* XXVI, 64; X, 23) desumitur ex Daniele (VII, 13), ubi significat solummodo adventum Regni Dei in terris tempore Messiae, sine ulla indicatione circa ejus periodum terrestrem vel finalem. 2. A fortiori hæc explicatio valet quando simpliciter agitur de *Regno Dei veniente in potentia (Mart\,\\,* i; *Luc.r*IX, 27). 3. Superest *ultimus textus in quo finis mundi simul cum excidio Jerosolymce describitur,* et in quo affirmari videtur ambo facta mox eventura esse *(Matth.,* XXIV, 34; *Marc.,* XIII, 30; *Luc.,* XXI. 32). Hic textus pars est magni sermonis eschatologici a Christo prolati, Tam quæstionesab Apostolis positæ in initio narrationis, quam descriptiones quæ; . ')3',3 - decursu textus inveniuntur clare ostendunt Christum ibi duos eventus separatos descripsisse, excidium urbis et finem sæculi. Primus annuntiabitur signis et mox eveniet; alter subito superveniet, die quam nemo nisi Deus novit. Inter duos eventus, cvangelium ubique prædicabitur. Textus ab adversariis allatus ad solam urbis sanctæ direptionem se extendit, ideoque ad rem non pertinet. Ci. Ami du Clergé, 1919, p. 170 sq.; L. de Grandmaison, art. */isus-Christ,* m *D.* **J.,** coi. 1427-1432; M. J. Lagrange, *L'Evangile de Jisus-Christy* , *,!r,n* W F 473'488. *ρ,.I*

/i'^r

ferendo Apostolis et Petro capiti ·. (c) *Promulgata* vero fuit Ecclesia, in die Pentecostes, et publici juris facta, ideoque omnibus obligatoria.

ARTICULUS II

De institutione Christi Ecclesiæ ut Societatis visibilis2

634. — Status quæstionis.

(1) Notio visibilitatis Ecclesiæ.

Ecclesia gaudet visibilitate *materiali* et *formali,* (a) Est *materialiter visibilis* ratione: I.sive *membrorum,* i. e., pastorum et fidelium qui sunt homines; 2. sive *mediorum,* nempe signorum aut rituum sensibilium; ita ut cognosci possit in concreto, sicut ecclesia græca vel anglicana, aut sicut natio civilis aliqua, v. g., Italia, Gallia. Omnes concedunt Ecclesiam possidere hanc visibilitatem, (b) Est etiam *formaliter visibilis,* quatenus ut *vera et sola Ecclesia a Christo fundata* ad visibilem ejus missionem in terris continuandam, certo cognosci potest ex criteriis manifestis.

(2) Errores. Ecclesia est essentialiter invisibilis, secundum multos haereticos : constat enim ex solis fidem indefectibilem habentibus, juxta Donatistas; juxta autem Pelagianos et Lutheranos, ex iis solis qui non sunt peccatores; denique juxta Calvinistas, ex solis praedestinatis (cf. n. 614). Ecclesia autem visibilis, quae in orbi existit, juxta praedictos, mere humanam originem habet.

(3) Doctrina catholica docet Ecclesiam visibilitate tam materiali quam formali gaudere, ita ut omni tempore tanquam vera Christi Ecclesia agnosci valeat.

635. — Thesis. Vera Christi Ecclesia est essentialiter visibilis. *De fide.*

Ecclesiæ magisterium.

C. Vaticanum expresse declarat : " Ut ofificio veram fidem amplectendi... satisfacere possemus, Deus per Filium suum Unigenitum *Ecclesiam* instituit *suceque institutionis manifestis notis instruxit* " 3.

Probatur.

(i) Script. *Christus* Ecclesiam suam visibilem inculcat *verbis* et *factis,* (a) *Verbis :* etenim eam nominat

1 *Matth.*. XXVIII, 16-20; *Joan.*. XX, 21 ; XXI, 15-17.

3 Franzelin, *De Ecclesia Christi,* sect. 4, p. 337 sq. ; Mazzella, *De Religione et Ecclesia,* p. 369-385 ; C. Pesch, n. 322 sq. ; L. Billot, *De Ecclesia Christi,* th. 2. — 3 *C. Vatican.*. Sess. III, cap. 3, D. B», 179?.

sponsam, ovile, regnum; eam comparat civitati supra montem ædificatæ »; in *parabolis* autem eam assimilât : *areæ,* in qua sunt grana cum palea; *reti* quod pisces bonos et malos congregat; *convivio,* in quo boni et mali simul discumbunt; etc. Atqui hæ locutiones affirmant Ecclesiam hominibus esse manifestam.

(b) *Factis.* Revera actiones quibus Ecclesiam Jesus fundavit, evidenter thesim nostram probant. Nam ex ipsius voluntate, inveniuntur in ea : visibile magisterium a quo fides credenda publice proponitur; visibile ministerium, quod sensibilia sacramenta dispensat; visibile regimen per quod publica fidelium vita dirigitur; visibile demum totum Ecclesiæ corpus constans ex omnibus baptizatis ab ea non separatis.

636. — (2) Tradit. Patres Ecclesiæ visibilitatem materialem et formalem voce unanimi proclamant. Origenes[1] dicit quod "Ecclesia *plena* est *fulgore* ab Oriente ad Occidentem"; et S. Cyprianus[3], quod "*luce perfusa* per orbem totum radios suos porrigit"; et S. Augustinus[4] Ecclesiam comparat civitati "super montem constitute, quæ *certum signum* hoc habet, quod *abscondi non potest*[n].

637. — (3) Rat. theol. (a) Omnes tenentur ingredi veram Christi Ecclesiam, quæ est necessarium salutis medium. Sed hæc obligatio universalis et stricta supponit Christi Ecclesiam ut talem secerni posse, scilicet esse essentialiter visibilem.

(b) Revera " vel nullam omnino Ecclesiam fundavit Christus, vel, si quam fundavit, talem profecto fundavit, qualem necessario exigit natura hominum, inter quos instituebatur, adeoque visibilem. Visibilem dico *visibilitate* primum *constitutionis,* quia non est societas, si se mutuo socii non agnoscant, et non est unde homines se ut socios agnoscant, si socialis structura per sensus externos attingi non potest. Visibilem etiam *visibilitate discernibilitatis* a non genuinis ecclesiis, quia ideo sane fundata est, ut ad eam evocati homines se aggregarent; si ergo non esset discernibilis,

[n] V, 14, 15.

[1] Origen., *In Matth.,* hom. 30. — [3] S. Cyprian., *De Unitate Eccles.,* 5.
[4] S. August, *Cont. Utt. Petii.,* II, c. 104; *Epist.* 52.

frustra et inutiliter fuisset a suo auctore instituta, quod de Christo cogitare nefas ”

(c) Et de facto, integer hic Tractatus visibilitatem tum materialem tum formalem Ecclesiæ catholicæ demonstrat.

638. — Scholion. Christi Ecclesia non est regnum Dei UNICE INTERNUM.

(i) Error. Hæc est opinio multorum Protestantium liberalium[1] et Rationalistarum, qui admittunt Christum prædicavisse regnum Dei *mere internum,* morale, spirituale; ceteros autem aspectus ejusdem regni rejiciunt ut imagines e conceptibus popularibus desumptas. Quare Christus declarat : “ *Regnum Dei intra vos est",* i. e., in cordibus vestris; et alibi : *“Regnum meum non est de hoc mundo* ”[3].

639. — (2) Refutatio. Hæc opinio est rejicienda, (a) Certe Dei regnum importat internum maximi valoris elementum, quod consistit in repressione vitiorum, concupiscenliæ et peccatorum; in praxi prius interna virtutum, præsertim caritatis, et cultus religiosi erga Deum Patrem[4]. (b) Sed regnum Dei non est *exclusive internum,* sicut homo, licet habens spiritualem animam, non est exclusive spiritus. 1. Revera moralis aspectus hujus regni non supprimit ejus essentiam vi cujus est societas externa, ut jam probatum est. (Cf. n. 622-629). 2. Aliunde hoc regnum non est mere internum, cum gaudeat potestate judicandi et puniendi[5], quæ necessario exterior est ratione auctoris, expressionis et executionis; cum contineat malos, mercenarios et latrones; cum in eo distinguantur oves a pastoribus.

3. *Textus alliati* sic intelligendi sunt : 1) “ Regnum Dei *intra vos est",* scilicet jam inchoatum in medio vestri existit[6]. 2) “ Regnum meum *non est de hoc mundo* ” nempe ratione originis et naturæ, nec modo integro et perfecto; sed hujus regni locus initialis et temporaneus est equidem mundus præsens in quo crescere debet[7].

[1] L. Billot, *De Ecclesia Christi,* th. 2, p. 107.

[2] A. Sabatier*, *Esquisse d'une philos, de la religion,* l. II, c. II; *De l'essence du christianisme,* p. 183-187; 191-194; A. Harnack *, *L'essence du christianisme* (trad, franç.) Paris, 1907, p. 70-100.

[3] *Luc.,* XVII, 20-21 *Joan.,* XVIII, 37.

[4] *Matth.,* V, 3-17; 44-45; VI, 8 sq. *Joan.,* VIII, 23; XVII, 13-16.

[5] *Matth.,* XVIII, 15-17.

[6] Hæc interpretatio magis convenit quæstioni a Pharisæis propositae : *Ubi* est regnum Dei, *quibus signis* cognoscetur? — Non enim quærunt quæ sit natura regni. Alioquin impossibile est Christum *Pharisceis* respondisse : “ Regnum Dei est in cordibus vestris”, cum corda ipsorum erant pravitatis plena.

[7] L. Billot, *op. cit.*, p. 115 sq.

640. — Corollaria.

(1) Quoad Ecclesiam societatem externam, (a) Ecclesia existi· *jure divino positivo,* i. e., ex Christi voluntate; ideo ipsius natura et proprietates non proveniunt ex naturalibus causis, (b) Ecclesia est *immutabilis* in suis essentialibus : quia ejus origo et constitutio sunt a Deo positive, non autem ab homine, (c) Ecclesia est societas *divino-humana : divina,* quia procedit immediate a Christo Deo; *humana,* cum ejus duces et membra desumantur ex hominibus.

(2) Quoad Ecclesiam visibilem. Hæc visibilitas omnino concordat sive cum obligatione stricta et universali, qua omnes eam ingredi tenentur; sive cum humanitate Jesu, ejus fundatoris, cujus est continuatio in hoc mundo.

SECTIO II

DE NATURA ECCLESIÆ CHRISTI

641. — Christus suam fundavit Ecclesiam ut societatem veram et visibilem : hoc ex præcedenti sectione patet. Ordo logicus nunc expostulat ut hujus societatis *constitutionem* seu *naturam* inquiramus. Hæc autem quæstio in nostro Tractatu ceteris pondere et extensione antecellit. In *triplici* capite, demonstrabitur Christi Ecclesiam esse societatem : i. *hierarchicam,* 2. *monarchicam,* 3. *infallibilem.*

Conspectus generalis.

De natura Ecclesiæ Christi

Cap. *De Ecclesia Christi societate hierarchica.*
Institutio hierarchiæ in Apostolis.
n. De hierarchia ad Episcopos Apostolorum successores transmissa.
Cap. II. *De Ecclesia Christi societate monarchica.*
De Primatu B. Petri.
II. De Primatu R. Pontificis.
Cap. III. *De Ecclesia Christi societate infallibili.*
De convenientia magisterii infallibilis vivi in Religione Christiana revelata.
II. De existentia historica infallibilitatis in Ecclesia.

CAPUT I

de Ecclesia Christi

SOCIETATE HIERARCHICA '

642. — Conspectus.

De Ecclesia societate hierarchica

i. *De institutione hierarchies in Apostolis.*

(a) *Prcenotiones* de societate, hierarchia, apostolo, collegio apostolico, apostolatu.

(b) *Thesis :* Institutio Ecclesiae ut *societatis hierarchies,* ex evangeliis et historia primævæ Ecclesiae.

2. *De hierarchia in Episcopis, Apostolorum successiribus.*

(a) De Apostolorum *perpetuis successoribus.*

(b) De *Episcopis successoribus Apostolorum.*

Status quaestionis.

Thesis constat ex *praxi Apostolorum* et ex *episcopatu monarchico primitivo.*

Scholion. S. Hieronymi sententia de Episcoporum superioritate.

Ecclesia, ex dictis, est societas externa et visibilis; nunc autem asserimus eamdem esse *hierarchicam.* Porro ut ejus constitutio hierarchica melius explanetur, institutionem i. *Apostolorum,* 2. *Episcoporum,* a Christo peractam exponemus.

ARTICULUS I

De Institutione Hierarchise in Apostolis '

Prænotiones.

643. **i° Species societatis ratione auctoritatis.** Quænam sint societatis (cf. n. 623) species ratione : i. *subjecti, 2. formez* auctoritatis in ea?

' D. B., 42, 45, 272, 655, 960, 966; Leo XIII, Encyc. *Satis cognitum ;* Pius X, Encyc. *Vehementer,* Petau, *De Ecclesiastica hierarchia libri quinque,* t. VII, VIII, Parisiis, 1867; Dolhagaray, art. *Hiérarchie,* in *D. T. C.,* coi. 2362 sq. ; Y. de la Brière, art. *Eglise : L'Eglise hiérarchique dans ГEvangile,... la chrétienté primitive,* in *D. A.,* col. 1221-1268; Médebielle, art. *Eglise,* in *Diet, de la Bible, Supplément,* col. 596 633.

' Franzelin, *De Ecclesia Christi,* th. 15, 16; Mazzella, *op. cit.,* η. 422-445; Billot, *De Ecclesia Christi,* th. 26; Wilmers, *De Ecclesia,* π. 12-28; C. Pesch., *op. cit.,* n. 333 sq. ; J. Bainvel, art *Apôtres,* in *D. T. C.,* col.' 1647-1660; P. Batiffol, art. *Apôtre,* in *D. A.,* col. 251-261; J. Lebreton et J. Zeiller, *L'Eglise primitive,* Paris, c. XI,

(1) Ratione **subjecti.** Societas est : **(a)** *Æqualis,* si, vi ipsius institutionis, omnibus ejus membris eadem jura et munera competunt; (b) *Intcqualis* autem, si uni vel pluribus jura et munera, ceteris non concessa, communicantur, ita ut unus vel plures praesint, alii vero subditi sint». Societas aequalis est societas improprie dicta.

(2) Ratione formae. Societas inæqualis, ob *regiminis formam* quam induit, *triplex* præcipue distinguitur : I. *manarehica,* 2. *aristocralica,* 3. *democratica.* (a) *Monarchia* est societas in qua *plenitudo potestatis* residet *in uno,* qui multitudinem universam regit. (Cf. n. 736). (b) *Aristocratia* adest, quando *suprema potestas* est *penes collegium paucorum optimatum,* qui collective eam exercent. (C) *Democratia* est societas, in qua potestas radicaliter est in *omnibus civibus collective* sumptis, et ab his committitur quoad *exercitium* aliquot magistratibus libere selectis. — Hæ autem tres formae possunt inter se quasi permisceri et temperari, v. g., monarchia potest temperari aristocratia vel democratia, vel duabus simul.

644. — 20 Hierarchia.

(A) *Notio.* (1) **Etymologica.** Venit a græco : Ιερά, *sacra; àçc/j, auctoritas,* et idem est ac *sacer principatus.* (2) **Realis ».** **(a)** *In genere,* hierarchia designat principatum qui a personis sibi invicem subordinatis exercetur, **(b)** *In Ecclesia,* hierarchia est auctoritas *sacra,* quae sic vocatur utpote proveniens a positiva Dei voluntate aut a Christo derivata et ad finem sacrum per sancta media tendens. Quare *societas hierarchica* est societas inæqualis, seu subditis et præpositis constans, quam regit hierarchia.

(B) *Divisio.* Hierarchia in Ecclesia dividitur ratione : I, *objecti,* 2. *originis.*

(a) Ratione objecti, hierarchia distinguitur duplex, *ordinis* scilicet et*jurisdictionis. Prior* exercet soiritualem potestatem ad fideles sanctificandos per sacramentorum confectionem et administrationem. *Posterior* ordinatur ad homines docendos et regendos in ordine ad æternam salutem.

l Cf. Ottiger, *Theolog.fundament.,* t. H, p. 241
* *Sum. theol.,* 1, q. 109, a. 3; *Cod.,* c. 108.

(b) Ratione **originis,** hierarchia est vel *divina,* vel *ecclesiastica,* prout procedit ex immediata et positiva institutione Christi vel Ecclesiæ.

645. — 3° Apostolus.

(**A**) *Notio,* (i) **Etymologice,** Apostolus (a græco αποστέλλω, mitto) dicitur qui missus est. (2) **Realis** : **(a)** *7n genere,* apostolus vocatur qui ad aliquod munus exercendum a superiore mittitur, (b) *Stricte,* Apostoli nominantur qui per specialem electionem et immediatam missionem Christi quem viderunt, 1 aut per Dei præceptum, ad evangelium regni cælorum prædicandum fuerunt deputati, et membra fuerunt apostolici collegii.

(B) *Numerus.* Primum sunt duodecim, quibus, post Ascensionem, *Matthias*2 et postea *Paulus'b;* imo juxta quosdam, *Barnabas* sociati fuerunt. Inter eos, Petrus ubique primum locum tenet.

(C) *Origo et missio,* **(a)** *Rationalisiez* cum *Loisy* * s et *Harnack* * 6*dicunt Apostolos, qui externa auctoritate erant prædiți, institutos fuisse non ab ipso Christo, sed a primæva Ecclesia, quæ eos mutuavit a Judaismo qui nuntios habebat, (b) *Catholici* vero declarant Jesum ipsum veram auctoritatem super Ecclesiam suam Apostolis directe contulisse.

646. — 40 Collegium apostolicum.

Coetus Apostolorum effbrmat corpus *unum,* non tantum interne per caritatem 7; sed etiam *externe* et *socialiter :* nam simul a Christo accipiunt potestatem ligandi et solvendi 8,

l *Marc.,* III, 13, 14; *Act.,* I, 8; 7 *Cor.,* IX, 1. (a) Paulus quidem aliquando Apostolos vocat et alios quam Duodecim a Christo electos. Sic *Phil.,* Π, 25; // *Cor.,* VIII, 23; *I Cor.,* IX, 6-7; XV, 7; *Pom.,* XVI, 7 : sed sunt *Apostoli* late sumpti, *rents Apostolus* solummodo dici potest is qui *a Christo missus est.* (b) Apostolatus non est ergo simplex donum Spiritus S., sicut donum linguarum vel curationum, quamquam vera sit Spiritus Sancti gratia, ut apparet ex 7 *Cor.,* XII, 28-30; *Eph.,* IV, 11. Cf. Batiffol, art. *Apôtre,* in *D. A.,* col. 254-255. — 3 *Act.,* I, 15-26.

3 *Act.,* IX, 1-lS; cf. XXII, 6-16; XXVI, 12-18; *Gal.,* I, 18-19; II, 9; /7 *Petr.,* Ill, 15.

‹ *Ad.*. XIII, 2-4; IV, 36; IX, 27; XI, 22; XIII, 2-4; XIV, 4, 13.

' A. Loisy *, *Les Actes des Apôtres,* p. 166-171.

6 A. Harnack *, *Mission und Ausbreitung des Christentums,* I, 314-318.

'*Joan.,* XIII. 34; XV, 12.

» *Matth.,* XVIII, 18.

consecrandi ;* remittendi peccata a; designantur nomine speciali, οι δώὸεχα. Præterea. juxta S. CYPRIANUM,3 socialis unitas qua gaudet Apostolorum cœtus, præsertim elucet ex eo quod omnes, sub et cum Petro, vivunt et agunt quoad christianæ religionis diffusionem.

647. 5° Apostolatus.

(1) *In genere,* Apostolatus est missio legitime data omni apostolo, quicumque sit.

(2) *Stricte,* designat munus speciale duodecim Apostolis a Christo collatum, quod *duplex* distinguitur : (a) *Extraordinarium :* istud competit Apostolis quatenus Ecclesiæ *fundatoribus* et continet privilegia stricte personalia : *immediatam missionem* a Christo ipso s, quoad praedicationem et doctrinam 6; 2. *infallibilitatem personalem* in docendo evangelio; 3. *jurisdictionem in tota Ecclesia* 4. *potestatem miracula et prophetias* peragendi.

(b) *Ordinarium,* convenit Apostolis ut fidelium *pastoribus* et gaudet *triplici potestate* hierarchica docendi, regendi et sanctificandi, quæ sola ad Ecclesiæ essentiam pertinet, et proinde in ea semper remanebit.

648. — Thesis. Christus Ecclesiam ut societatem hierarchicam instituit, Apostolis conferendo triplicem potestatem docendi, regendi et sanctificandi fideles. Historice *certum,* theologice *de fide.*

Ecclesiæ magisterium.

Doctrina Ecclesiæ de hierarchia partim continetur in declarationibus *C. Tridentini* de sacramento Ordinis et *C. Vaticani* de constitutione Ecclesiæ 7, et affirmat ipsum Christum immediate sacrum principatum in Apostolorum collegio constituisse.

649. — Probatur : 1. ex *evangeliis,* historiam Christi referentibus; 2. ex *historiaprimava Ecclesia.*

(A) Ex Evangeliis.

Apostolos suos Christus *pratraravit* ad auctoritatem pastoralem, quam eis *promisit* et reapse in suæ vitæ fine *contulit.*

l *Luc.,* XXII, 19. — '*Joan.,* XX, 23. —' S. Cyprian., *De Unit. Eccles.,* 4.
* *Ephes.,* II, 20. — s *Marc.,* XVI, 15. — 5 *Gal.,* 1 sq.
7 D. B., 960, 966, 1S21, 1823, 1828.

(i) Praeparavit Jesus Apostolos ad ministerium pastorale. Etenim ab initio, discipulos duodecim elegit et vocavit quos et Apostolos nominavit [1], ut cum seipso praedicarent Dei regnum. Posteaque ipsis apostolicam educationem præbuit; eos modo speciali instruxit, coram eis evangelizans et lucide parabolas exponens; ipsis indicavit et jussit vitia fugienda, virtutes colendas, modumque agendi in evangelii diffusione; ut efficacius ad apostolatum disponeret, eos misit prædicare regnum Dei filiis Israel, daemones ejicere, ægros oleo ungere, varia monita eisdem tradendo pro praedicatione sive præsenti sive futura [3]. Hi autem vere Domini vices gerunt [4].

650. — (2) Promisit Apostolis solis potestatem in Ecclesia, (a) Christus enim ipsis, tempore futuro, ait : " Arnen dico vobis, quæcumque *alligaveritis* super terram, erunt ligata et in cælo; et quæcumque *solveritis* super terram, erunt soluta et in cælo "[5]. 1. Hæc verba ad *solos Apostolos*^ diriguntur. 2. Metaphoræ *ligare* et *solvere,* ex modo loquendi rabbinorum desumptæ, significant, apud istos, illicitum vel licitum aliquid declarare. Hic autem sensus latior est et amplectitur, ut patet ex contextu [7] præcipue autem ex promissis Petro factis [8], veram regendi fideles potestatem, leges condendi et abrogandi, indignos ab Ecclesia arcendi, peccata remittendi. 3. Oppositio verborum " *i'n terris... in cælis"* significat Deum ratum habere quidquid Apostoli in terris statuent.

(b) Ad *potestatem docendi* exercendam, Jesus Apostolis suis pluries pollicitus est Spiritum S., "Spiritum veritatis", eos illuminaturum. Post ultimam ccenam, ipsis declarat :

1 Marc› b *6-20 ; L,lc-> v» i-11 :j ⋋ cJCl / ?:
a *LdcZvCvi,* 13 ; *Matth.*. X, 2-4. *3t*
3 *Matth.y* X, 1-42; *Marc.y* VI, 7-13; *Luc.y* IX, 1-6-
‹ *Matl£>*^X/40; *Luc.y* X, 16. — s *Matth.y* XVIII, 18.
6 Protestantes, quidam, ut B. Weiss *, contendunt hanc potestatem tradi *multitudini fidelium.* Sed *immerito;* nam potestas *judiciaria* neque apud Judæos, neque apud Christianos multitudini commissa fuit. Quod animadvertit ipse Loisy *, *Les Evang. synoptiques*[*] t. II, p. 91 : u Mais, outre que le parallélisme de cette sentence avec la parole que Jesus a dite à Pierre, contredit cette hypothèse, la nature de la chose ne s'y prête pas, un groupement acéphale ne pouvant être censé investi du pouvoir judiciaire".
7 *Matth.y* XVIII, 15-17. — 8 *Matth.y* XVI, 18-19.

" *Spiritus S.* quem mittet Pater in nomine meo, ille *vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia quacumque dixero vobis"*[1]. Quod promissum post resurrectionem iteravit : " *Accipietis virtutem* supervenientis *Spiritus Sancti in vos, et eritis mihi testes* in Jerusalem, et in omni Judæa, et Samaria et usque ad ultimum terræ " [a].

651. — (3) Contulit Christus Apostolis potestatem promissam; quæ collatio fit post Resurrectionem duplici modo. Λ) *Modo generali :* i.nam eis communicat potestatem a Patre acceptam, quam externe manifestat, speciatim facultatem fideles sanctificandi, horum peccata remittendo : " *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos...* Accipite Spiritum Sanctum : quorum *remiseritis peccata, remittuntur eis;* et *quorum retinueritis, retenta sunt"* [3]. 2. Quibus verbis vere conferri potestatem remittendi aut retinendi peccata, alibi probamus, (cf. n. 679). Sed, etiamsi admittatur cum Protestantibus, hic agi de potestate *declarandi* peccata recte dispositis remitti, sane vera auctoritas, et quidem divinitus accepta, Apostolis committitur.

(b) *Modo speciali :* 1. revera Christus confert distincte potestatem docendi, regendi et sanctificandi : nam, ante Ascensionem, undecim ait : " Data est mihi omnis potestas in cælo et in terra : euntes ergo *docete* omnes gentes, *baptizantes* eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti : docentes eos *servare omnia quacumque mandavi vobis :* et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi " [4]. 2. His verbis, Jesus Apostolos mittit cum potestate : 1) *docendi* omnes gentes modo auctoritativo : hic est enim sensus graecae vocis μαθητεύσατε (discipulos efficite); et affirmat se semper esse cum eis docentibus, 2) *regendi :* cum omnes fideles servare teneantur praecepta ab Apostolis praedicata; 3) *sanctificandi :* Apostoli enim debent credentes baptizare eisque gratiam conferre. " Sic oportebat... praedicari in nomine ejus poenitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes "[5].

[1] *Joan.,* XIV, 26; XVI, 13.
[2] *Act.,* I, 8.
[3] *Joan.,* XX, 21-23.
[4] *Matth.,* XXVIII, 18-20.
[5] *Luc.,* XXIV, 44-49; ci. *Marc.,* XVI, 15-16.

Ergo evangelia[*] pluries narrant Christum dedisse suis Apostolis veram et visibilem potestatem docendi, regendi et sanctificandi credentes in ipsum; aliis verbis, instituisse Ecclesiam hierarchicam.

652. — (B) Ex historia primævæ Ecclesiæ[1].

A die Pentecostes, Christi Ecclesia apparet, non ut coetus quidam mysticus, quod *Liberales* contendunt; sed *ut societas hierarchica,* in qua Apostoli Christi nomine agunt : i. primum *in Palæstina,* 2. mox *inter Gentes.*

(i) In Palaestina et præsertim Hierosolymis, Apostoli triplicem exercent potestatem, quam a Christo receperunt. (a) *Docent* auctoritative circa Jesum et ejus missionem divinam, et quidem jubente Deo, cui obedire oportet magis quam hominibus; immo irruentibus persecutionibus, non cessant evangelizare Christum[8].* Aliunde discipuli eos fideliter audiunt, et in eorum perseverant doctrinae (**b**) *Regunt* nascentem Ecclesiam seligendo Mathiam, in locum Judæ proditoris[3], diaconos instituendo ut ministrarent mensis et eleemosynarum distributioni[6],* mittendo quosdam ministros ad imponendas manus super neo-baptizatos[7], administrando bona communitatis, et coercitivam potestatem exercendo, etiam miraculose, contra Ananiam et Saphiram qui fraude usi fuerant[8], decreta condendo circa mores[9]. (c) *Sanctificant* animas, ministrando baptismum in remissionem peccatorum[10], et conferendo Spiritum S. ".

653. — (2) Inter Gentes. Ecclesia, etiam extra romanum Imperium[12], diffunditur ad *normant societatis hierarchicæ,* in qua Apostoli plenam habent auctoritatem.

(a) *In qualibet ecclesia particulari,* Apostolus, ejus fundator, potestatem retinet divinitus · acceptam doctrinam Christi authentice interpretandi et communitatem regendi.

[1] Quod si hæc conclusio rejicitur cum Rationalistis, tota evangelicæ narrationis tela destruitur negatione horum factorum et verborum Christi.

[3] J. Renié, art. *L'enseignent, doctrinal des Actes des Apôtres,* quoad Ecclesiam, in *N. R. T.,* mars 1935, p. 268-278; F. Cayré, *Précis de Palrologie,* t. II, p. 897, n. 88. —[3] *Act., II,* 14-36; III, 12-26; IV, 16-20; V, 26-32, 40-42.

<^£££,11, 4?· — [5] *Ad., I, 25.* — [4] *Act.,* VI, 1-6. — [7] *Ad.,* VIII, 14-17.

[8] *Ad.,* IV, 34-37; V, 1-11.

♦*Ad.,* XV, 29. Cf. *Ad.,* XVI, 4, ubi litteræ Apostolorum vocantur δόγμα, decretum. — '° *Ad.,* II, 38. — " *Ad.,* VIII, 17.

" ***I*** *Cor.,* IV, 17; *Col.,* I, 6; *Rom.,* I, 8.

Ita S. *Paulus* multoties affirmat quod, ob suam electionem a Jesu Christo et Deo Patre,est verus apostolus', qui in Christo per evangelium genuit Christianos a, cui proinde hi obedire tenentur. *Veritatem docet* in nomine et virtute Dei ·; quod præcipit, Dominus ipse praecipit·»; quæ scribit, Domini sunt mandata s. *Præcepta* varia tradit ad fideles *regendos* et *sanctificandos* ·· v. g., circa idolothyta vel usum charisma-tum 6, abusus corrigit circa sacram synaxim 7, incestuosum corinthium excommunicat8; uno verbo, vere loquitur et agit tanquam auctoritatem habens in fideles. — Quod praesertim constat ex duabus *Ep. ad Corinthios.*

(b) *In tota communitate Christiana,* viget pariter Apostolorum auctoritas. Constat : i. ex *decreto 'Hiero-solymitano* quod non solum in Palaestina, sed etiam in Syria, Cilicia, Asia minori, etc., pro lege habitum est 9; 2. ex *interventu Apostolorum* in ecclesiis a se non fundatis : ita *Galatæ,* a Paulo conversi, agnoscunt auctoritatem *Petri* aliorumque Apostolorum I0; etsi *Paulus* Romanos non evan-gelizaverat, eis tamen *authentice* exponit doctrinam justifi-cationis 11 ; aliunde *Petrus* ad ecclesias Ponti, Galatiae, Cap-padociae, Asiæ et Bithyniae scribit tanquam in eas aucto-ritatem habens 12, quamvis quædam ex his ecclesiis a Paulo constitutae fuerint; pariter *Jacobus* ad duodecim tribus dispersas Epistolam catholicam mittit T3, et *Joannes* Apoca-lypsim ad septem ecclesias quæ sunt in Asia M. — Ita manifestatur *auctoritas collectiva* et *socialis* Apostolorum in Ecclesiam universam T5.

654. Nec dicatur : In primis Ecclesiæ temporibus, *Charisma-tici* multi fuerunt, qui fideles docebant et regebant; ipsis autem

1 *Gala/.,* L I. — ' *I Cor.,* IV, 15. K.i /
1-5. — 4*1 Cor.,* VII, I0.
5 *I Cor.,* XIV, 37; IV, IV, r-6. Cf. *Galal.,* I, 6-9.
6 *I Cor..* VIII, ı-ı3;X, 14-22; XIV, 26-35.

3 *Act.,* XV, 23-31, 41; XVIt 4. Nota hic verbum δόγμα, quod designabat decreta imperatoria.

0 *Galat.,* I, 17-24; II, 1-16. — Xl *Rom.,* I, 1-7. — *13 I Petr.,* I, I.
1 3 I· — 14 *Af>oc.,* I, 4.

: Apostoli *Mtfundatores* Ecclesiarum, etiam singulariter sumpti, in universas Ecclesias jurisdictionem retinebant (salvo tamen Petri primatu) : hæc autem universalis potestas in eorum successores non transiit (cf. n. 647) ; episcoporum enim auztoritas localis est. ut infra declarabitur (cf. n. 663 sq., 986 sq.)

deficientibus, instituta fuit ecclesiastica hierarchia stabilis cum muniis stabilibus. Ergo hæc hierarchia non a Christo oritur. — Resp. (a) Revera Charismatic! ad Ecclesiæ fundationem et propagationem non parum contulerunt : de iisdem 5. *Paulus* ter saltem agit item S. Irenæus eadem cognoscit (b) Sed Charismatic! ad hierarchiam non pertinebant, ipsi vero subjiciebantur Ecclesiæ pastoribus, qui usum charismatum in fidelium coetibus regebant : quod constat ex verbis *B. Pauli* 3 et *Didache* .

Concludamus ergo, quod Apostolorum historia post Ascensionem demonstrat eos religiosam externam potestatem exercuisse in nomine Christi, ideoque confirmat quod Jesus veram auctoritatem ipsis dedit; seu, aliis verbis, suam Ecclesiam ut societatem hierarchicam instituit.

Notetur etiam quod : i. nostra thesis non solum ex uno vel altero textu probatur, sed ex tota evangelica narratione, necnon ex Actibus Apostolorum et Epistolis; ideo negari nequit, quin rejiciatur auctoritas omnium librorum N. T.; 2. eadem assertio statuitur ex omnibus argumentis, quæ B. Petri primatum demonstrant. (Cf. n. 680 sq.)

ARTICULUS II

De Hierarchia ad Episcopos Apostolorum successores s transmissa.

Auctoritas spiritualis a Christo commissa fuit Apostolis, ut jam vidimus. Porro eadem auctoritas perpetpa esse debet, et, de facto, ad Episcopos Apostolorum successores transmissa fuit. Propterea disseremus : 1. *de Apostolorum.perpetuis successoribus*, 2. *de Episcopis successoribus Apostolorum.*

1 *Rom.,* XII, 6-8 ; *I Cor.,* XIV,'28-30; *Ephes.,* IV, n.-AJ

3 S. Iren., *Adv. Hares.,* II, 24, 4; V, 6, n.

3 Z *Cor.,* XIV, 28-30. B. Allo, *Irt Ep. aux Corinth.,* Paris, 1935, c. XII-XIV. — * *Didache,* c. XI, XIV, XV.

5 Petau, *Dissertationum theologicarum libri duo,* Paris, 1641; *De ecclesiastica hierarchia libri quinque,* Theol. dogm., ed. Vives, Paris, 1867, t. VII et VIII; de Smedt, art. *Dorganisation des Eglises Chrétiennesjusqu'au milieu du IIIe siècle,* in *Revue des questions historiques,* t. XLIV, 18S8; t. L, 1891 ; Michiels, *L'origine de l'épiscopat,* Louvain, 1900; art. *Evêqves,* in *D. A.,* col. 1750-1786; Bruders, *Die Verjassung der Kirche,* Mainz, 1904; P. Batiffol, *La Hiérarchie primitive,* in *Études d'histoire et de théologie positive, i''* serie, Paris, 1907» P- 225-280; *L Église naissante et le catholicisme,* Paris, 1909; F. Prat, art. *Évêques (Origine de l'épiscopat),* in *D. T. C.* t. V, 1656-1701; Id., *La théologie de S. Paul,* t. I, 1924; t. II, 1923; d'Herbigny, t. Ii, p- 255-285; L. Marchai, art. *Évêques (Origine divine des),* in *Diet, de la Bible, Supplém.,* col. 1297-1333.

I. — De Apostolorum perpetuis Successoribus.

655. — Thesis. Apostoli debuerunt habere perpetuos successores In auctoritate sua t Theologice *de fide*\

Probatur : i. ex *voluntati positiva Christi,* 2. ex *natura ipsius Ecclesiæ conservanda et perpetua.*

(A) Ex voluntate positiva Christi.

Christus pluries ' hoc expressit, praesertim quando Apostolos mittendo, praedicandi causa, addit : " *Ecce ego vobiscum sunt omnibus diebus usque ad consummationem saculi, ἑω τ,* συντέλεια του .αιωνο 4.

Explicatur textus.

(ἳ) α *Ecce ego vobiscum sum* His verbis Jesus ad eorum missionem adimplendam Apostolis promisit assistendam continuam et auxilium efficax, ut ex sensu litterali et contextu patet. (2) " ... *usque ad consummationem saculi* ". (a) Hæc *expressio* designat *finem totius mundi.* Invenitur enim solum quinquies in N. T. et quidem apud Matthaeum solum : porro, quatuor prioribus locis 5, juxta omnes, hunc sensum retinet. Ergo hic eodem modo est accipienda. (b) Et *contextus* hanc interpretationem requirit : nam agitur de praedicando evangelio omnibus gentibus omnique creaturæ.

Argumentum ex textu.

Christus, in hoc sermone, assistendam suam promittit Apostolis, ut doceant omnes gentes, omnibus diebus; ut eas baptizent et regant ad salutem usque ad finem mundi. Atqui evidenter Apostoli, non per seipsos viventes, sed per eorum solos successores, in perpetuum talia praecepta adimplere possunt Ergo eorum auctoritas spiritualis cum Christi auxilio efficaci est transitura semper ad eorum

‘ Franzelin, th. 15-16; Tepe, n. 241 sq., 281 sq.; Brugère, n. 23-24; Wilmers, n. 73-78; Segna, *De Ecclesia Christi constitutione,* p. 25-60 et 257-362; P. Batiffol, *L'Eglise naissante et le Catholicisme,* p. 115-378.

‘ Est *defide,* utpote *ordinario* Ecclesiæ magisterio fidei proposita ; cf. *C. Trident.,* sess. XXIII, cap. 4; D. B., 960.

3 *Matth.,* XVIII, 18; *Joan.,* XIV, 16-17; XX, 21-23! *J Cor.,* XI, 26.

« *Matth.,* XXVIII, 20.

5 *Matth.,* XIII, 39, 40, 49! XIV, 3.

successores; seu Christo jubente, eorum auctoritas spiritualis est perpetua.

656. — (B) Ex natura Ecclesiæ conservandæ et perpetuae. (a) Etenim Apostolis collata est vera potestas seu jurisdictio ut evangelium praedicetur, unitas fidei servetur, et corpus Christi ædificetur per observationem præceptorum et rituum. Sed hæc omnia difficiliora evadunt sub Apostolorum successoribus. Etenim evangelium annuntiandum, altissima mysteria, sophismata scientifica, error facilis, vividæ passiones, obstacula nova semper remanent; aliunde desunt personalis Apostolorum infallibilitas et neophytorum fervor. Quare perpetuitas auctoritatis Apostolorum in eorum successoribus ad *Ecclesiæ conservationem* magis necessaria videtur.

(b) Insuper Christi Ecclesia debet esse indefectibilis et ad mundi finem usque duratura. Sed si. mortuis Apostolis cessasset eorum auctoritas spiritualis, jam Ecclesiæ essentia non *perpetua* servaretur.

(c) Hinc, teste historia, nunquam sine ministerio apostolico extitit Ecclesia; et hoc ministerium est Ecclesiæ quasi aliquid parallelum, i. e., term late extenditur quam ipsa Ecclesia. Hanc autem connexionem, non ex fidelium arbitrio, sed ex Christi voluntate derivare semper declaratum fuit.

II. — De Episcopis, successoribus Apostolorum.

Status quæstionis.

657. — (A) Praenotiones : circa : i. *episcopum, 2. collegium episcoporum.*

(1) Episcopus, (a) *Nomen*[2]. *Etymologice :* venit a græco : Επίσκοπο (ἐπ.-σχοπέω, intendo super). 2. *Usus :* Apud *profanos,* episcopi dicebantur sive dii patroni alicujus loci, sive magistratus, præsertim magistratus in colonias missi. In *Scriptura,* vocabulum *episcopos* vertit verbum hebraicum *paqid* designans custodes templi vel administratores domus, (b) *Definitio :* Episcopus est *prælatus, qui cum plena sacerdotii dignitate, peculiari ecclesiæ præficitur, quam regit suit auctoritate Romani Pontificis*[3]

[1] *Eph.,* IV, n.

[2] Cf. Bailly, *Did. grec-français;* Zorell, *N. T. lexicum gracurn;* Daremberg· et Saglio, art. *Episkopos* in *Did. des antiquités grecques et romaines ;* F. Prat, *La thiol, de S. Paul,* t. I, p. 388-390. — [3] *Cod.,* c. 329.

(2) Collegium episcoporum est corpus seu ccetus episcoporum, vel episcopi collegialiter sumpti. Quod convenit huic corpori non necessario tribui potest singulis episcopis.

658. — (B) Errores'. *Calviniani, Presbyteriani, Moder ꝛtista* et *Rationalisiez* negant variis modis originem divinam et apostolicam hierarchiæ episcopalis, et ipsius institutionem explicant causis naturalibus diversis : ita in hunc finem citantur imitatio organisationis romani Imperii, recta ordinatio communitatum Christianarum, fidelium passivitas, episcoporum ambitio et ingenium, denique defensiva reactio adversus practicos Marcionismi errores, etc. 3.

659. — (C) Doctrina catholica. Ex una parte, *Episcopi sunt successores Apostolorum* 4 ; ex altera vero, *collegium Episcoporum succedit collegio Apostolorum ;* scilicet episcopi, non singulatim sed collegialiter sumpti, locum tenent Apostolorum et succedunt *eisdem, utpote pastoribus Ecclesiæ,* quoad ordinarium apostolatus elementum (cf. n. 647); quare gaudent triplici potestate docendi, regendi et sanctificandi fideles. Hæc autem episcoporum successio apostolica fit, non ex humana institutione, sed ex ordinatione divina Christi, i. e., *jure divino.*

660. — Thesis. Episcopi collegialiter sumpti sunt jure divino successores Apostolorum in spirituali auctoritate. Historice *certum,* theologice *de fide.*

Ecclesiæ magisterium.

C. Tridentinum " declarat... *episcopos,* qui *in Apostolorum locum successerunt,* ad hunc *hierarchicum ordinem præcipue Pertinere";* et definit : " S. q. d., in Ecclesia catholica *non*

1 Calvin ;* *De Institutione Christiana,* l. IV ; Salmazius ;* *De fanore trapezetico,* Lugd., Batav., 1640; Blondellus ;* *Apologia pro sententia Hieronymi de episcopis et presbyteris,.* Amstelodami, 1646; Dallæus ;* *Descriptis qua sub Dionysii Areopagita et Ignatii Antiocheni nominibus circumferuntur,* Genève, 1666; Hamack ;* *Dogmengeschichte,* 3 ed., Leipzig, 1894, I, p. 204-207, 363-389; *Texte und Unlersuchungen,* IL fasc. I et 2, p. 88-128; Hatch ;* *The organisation of the early Christian church,* Oxford, 1881 ; J. Réville ;* *las origines de Vepiscopate* Paris, 1881 ; Sabatier ;* *Les religions de Γautorité et la religion de Tesprit,* Paris, 1904. L I, c. 4.

2 *Modernistarum* sententia partim exprimitur in propositione sequenti, reprobata a Decret. *Lamentabili,* D. B., 2050 : ‹s Seniores qui in Christianorum cœtibus invigilandi munere fungebantur instituti sunt ab Apostolis presbyteri aut episcopi ad providendum necessariæ crescentium communitatum ordinationi, non proprie ad perpetuandam missionem et potestgtem apostolicam Cf. Loisy ;* *Autour d'un petit livre,* p. 253.

3 Cf. C. Pesch, *op. cit.,* n. 356. — 4 Van Noort, *De Ecclesia Christi,* n. 34-41.

esse hierarchiam divina ordinatione institutam, quæ constat ex *episcopis,* presbyteris et ministris, A. S."

Duplex pars in thesi distingui potest : i. *Episcopi sunt Apostolorum successores,* 2. *Hæc successio est ex jure divino.*

661. — *la Pars.* Episcopi sunt Apostolorum successores.

Hoc constat : i. ex *praxi Apostolorum,* 2. ex *episcopatu monarchico primitivo.*

i° Ex praxi Apostolorum.

(1) Apostoli, vi potestatis a Christo collatæ, ad evangelii propagationem, mox *elegerunt coadjutores :* (a) quorum priores chronologice sunt *diaconi* a fidelibus præsentati et a collegio apostolico acceptati[2] ; (b) postea vero iidem Apostoli seponunt et constituunt *alios ministros,* a populo non electos, qui diversimode designantur[3], ut in rebus religiosis sint veri eorum cooperatores.

(2) Hi ministri præpositi sunt ad particulares ecclesias regendas modo stabili et ad localem efformandam hierarchiam ubique instituendam, etiam praesentibus fidelibus qui charismata possidebant, (a) Ita S. *Paulus,* civitatibus quas evangelizaverat, constituebat "illis per singulas Ecclesias *presbyteros*" [4]. Idem Tito jubebat ut per civitates presbyteros præponeret [5]. Pariter Ephesi coexistebant prophetæ, doctores et presbyteri[6]. (b) Similiter agebant *alii Apostoli :* nam in ecclesiis judæo-christianis, adsunt presbyteri, ut patet

[1] *C. Trident.*, sess. XXIII, cap. 4, can. 6, D. B., 966, 960; cf. *C. Vatican.,* D. B., 1S21; Decret. *Lamentabili,* D. B., 2049, 205°, 2054F *Jusjurand. contra Modernistas,* D. B., 2147. — [2] *Act^* VI, q; VIII, 5; XII, 38.

[3] Hi ministri ab Apostolis electi vocabantur variis *nominibus : Jac.,* v, 14. 2. επ.σζοπο *[epicopus) : .-ia.,* λλ|_ z zzw«, III, 1 sq.; 77/., I, 5-9. — Hæc *duo nomina* sunt frequentiora ct de eorum stricto sensu *contrarvertitur :* juxta plures, promiscue designant sacerdotes primi vel secundi ordinis, nempe simplices sacerdotes vel episcopos. — Præterea duces communitatum vocantur etiam': 3. προϊστάμενοι *(présidentes) : I Thess^* V, 12; 4. ηγούμενοι *(duces) : Act.y* .XV, 22j *Hebr.y* XIII, 7, 17, 24. — Omnia hæc nomina exclusive sumpta thesim non probant; sed ex eorum contextu merito concluditur saltem aliquas primitivas communitates habuisse pnepositos et duces determinatos, quorum munus et auctoritas essentialiter respondere videntur episcopali dignitati in sensu traditional! sumptæ. Cf. Ermoni, *Les premiers ouvriers de ΓEvangiley 2* vol., Paris, 1905; J. Lebreton et J. Zeiller, *L'Eglise primitive^* p. 373'387- —[4] XIV, 22. — [5] 7/Z, I, 5. — [6] *Ephes.,* IV, 3 sq.

ex testimonio : tunj *Petri' ;* " *Seniores* (ποεσβύτεροι), pascite qui in vobis est gregem Dei tum *Jacobi :* " Infirmatur quis in vobis, inducat *presbyteros* Ecclesiae"[2]. Hinc concludere licet Apostolos hierarchiam stabilem presbyterorum necessariam existimasse et ubique eam instituere curavisse.

662. — (3) Hi autem praepositi in ecclesiis localibus *triplici potestate spirituali* gaudent quam ab Apostolis tenent et sub ipsis exercent : quod probatur ex *Actibus* et *Epistolis.*

(a) Habent enim potestatem : I. *Regendi :* nam Dei gregem pascunt[3], una cum Apostolis *leges ferunt* in Ecclesia *pressants,* et ideo omnes eis *obedire* debent[6], et honore digni sunt[7]. 2. *Sanctificandi :* in sacramentis enim ministrandis partem habent : v. g., oleo sacro ungunt infirmos[8], imponunt manus[9], et liturgiam celebrant'[0]. 3. *Docendi,* nam " laborant in verbo et doctrina " ", debent " exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere"[12].

(b) Auctoritas similis competit ministris *specialiter a S. Paulo adhibitis* in apostolatu : v. g., Timotheo et Tito, qui habent potestatem : 1. *Regendi* et judicandi : "Reliqui te Cretae, ut ea quae desunt corrigas[13]... Peccantes coram omnibus *argue,* ut et ceteri timorem habeant"[14]; possunt constituere presbyteros[15]. 2. *Docendi* sanam doctrinam : " Præcipe haec et *doce...* Attende tibi et *doctrinæ*[16]... Depositum custodi[17]... *Prædica verbum,* opus fac evangelistae, ministerium tuum imple[18]... Increpa illos dure ut *sani sint*

III, 5; ***I*** *Tetr.,* V, 2. — * *Act.,* XV et XVI.
s Z *Tim.,* V, 17; cf. *Hebr.,* XIII, 7. — 6 ***I*** *Thess.,* V, 12-14.

' ***I*** *Ttm.,* IV, 14 : Impositio manuum *presbyterii* videtur forsan mere cæremonialis, nam Apostoli sibi (vel delegatis) reservare impositionem manuum videntur, ***II*** *Tim.,* I, 6; *1 Tini., V, 22.* In quibusdam tamen eeclesiis, presbyteri apparent charactere episcopali insigniti, v. g., Alexandriæ; cf. Dom Cabrol, *Dictionnaire d'archéologie,* I, col. 1204.
" Cf. *Didachè,* XV, i ; *1 Clem.,* XLIV, n. 2-6. * ,3|
" Z Tim* V. Ï7- — " *Tit.,* I, 9; cf. *Hebr.,* XIII, 17.
13 Tit., I, 5; cf. II, I. — u ***I*** *Tim.,* V, 19-20.
15 Til., I, 5; cf. ***I*** *Tim.,* III. — '4 ***I*** *Tim.,* IV, II, 13, 16.
*7 ***I*** *Tim.,* VI, 20; cf. ***II*** *Tim.,* I, 13-14; ***II*** *Tim.,* II, 2; II, 15.
" ***II*** *Tim.,* IV, 2-5.

*in fide*l. 3. *Sanctificandi ;* "Manus cito nemini imposueris " a.

Atqui hæc triplex spiritualis potestas præpositorum in primævis ecclesiis, similis est potestati episcoporum nostri temporis, cum utrisque plena auctoritas in ecclesiam determinatam commissa fuerit. Ergo episcopi successerunt Apostolis.

663. — 2° Ex episcopatu monarchico primitivo.

(A) *Notio.* Episcopatus *singularis, unitarius* vel *monarchicus ille est in quo unus episcopus solus suam ecclesiam regit,* sicut hodie fit apud Catholicos. — *Differt* ab episcopatu *plurali* seu *collegiali,* in quo plures qui nominantur episcopi, collegialiter aliquam ecclesiam administrant.

664. — (B) *Origo ejus apostolica.* (1) Certe, in Ecclesiæ exordiis, episcopatus unitarius institutus fuit nec in omnibus ecclesiis, nec cum omnibus praerogativis hodiernis; præterea episcopatus collegialis existentia non affirmatur modo certo in documentis, nec adversariorum validis argumentis refutatur.

(2) *Episcopatus monarchici existentia* probatur *scriptis N. T.* (a) *Jacobus,* frater Domini, solus cum senioribus, regit Hierosolymitanam ecclesiam (circa 59) 3. 1. Quasi verus episcopus ibidem apparet : huic enim Petrus annuntiat se e carcere liberatum fuisse 4; hic, in C. *Hierosolymitano,* statim post Petrum, loquitur 5; ad eum Paulus ingreditur tanquam presbyterorum ducem, ab eoque mittuntur legati Antiochiam 6 : uno verbo, in omnibus tanquam civitatis præses et episcopus apparet. 2. Hoc autem confirmat *Traditio,* nam hunc Jacobum, fratrem Domini, tanquam Hierosolymarum *primum episcopum post Apostolos,* HEGESIPPUS (c. 180) 7, Clemens Alexandrinus (c. 200)8, et Eusebius postea designant, (b) Epistolæ pastorales exhibent *Timotheum,* Ephesi ; *Titum,* Cretæ, ut vera dignitate episcopali

3 **Cf.** *Act.,* **XXI, 18; cf. XII, 17; XV, 13; XXI, 18.**

* *Act.,* **XII, | 7.** — 5 *Act.,* **XV, 13.**

6 *Act.,* **XXI, 18;** *Galat.,* **I, 19; II, 12.**

' **Apud Euseb.,** *H. E.,* 1. **II, c. 23;** *P. G.,* **XX, 197;** *ib.,* 1. **IV, c.** *22;* *P. G.,* **309. Cf. S. Hieron.,** *De viris illustribus,* **c. 2;** *P. L.,* **XXIII, 608.**

* **Apud Euseb.,** *H. E.,* 1. **II, c. 1;** *P. G.,* **XX, 135.**

ornatos, (c) *S. Joannes* præsertim consideratur ut " principalis auctor sedium episcopalium " in Asia Minori : " Angeli " ecclesiarum quos alloquitur [1] sunt episcopi harum ecclesiarum, ut deducitur ex contextu. Quod aliunde confirmat *antiqua Traditio,* in fragmento Muratoriano[2] (c. 180) relata, a Clemente Alexandrino explicite confirmata [3], necnon a S. IRENÆO et TERTULLIANO·» approbata.

(3) Præterea aliqui *Catalogi episcopales* [5] antiqui, vero fruentes historico valore, seriem episcoporum singulorum usque ad Apostolos ascendentem exhibent. Ita catalogus *romanus antiochenusi* et *alexandrinus* [6].

665. — (4) S. IREN.EUS (c. 180)[9], qui S. Polycarpum aliosque proximos Apostolorum discipulos optime noverat, et Ecclesiarum tam Orientalium quam Occidentalium traditionem in se colligit, *aperte declarat episcopos monarchicos ab Apostolis institutos fuisse, et eorum esse successores,* ut clare patet ex sequentibus textibus :(a)" Traditionem Apostolorum in toto mundo manifestatam, *in omni Ecclesia* adest respicere omnibus qui vera velint videre; et habemus annumerare *eos qui ab Apostolis instituti sunt episcopi et successores eorum usque ad nos...* sed, quoniam longum est in hoc tali volumine *omnium Ecclesiarum* enumerare successiones ", tunc duo exempla tantum proponit, l. *Ecclesia*

[1] *Apoc.,* I, II.

[2] Muratori, *Antiquitates itahca medii avi,* III, 253; K.f 157. In hoc textu fit mentio de Joanne et episcopis suis.

[3] Clem. Alex., *Quis dives salvetur,* c. 42; Λ *G.,* IX, 647-651; R., 438.

[4] Juxta S. Irenæum, qui Polycarpum in sua prima ætate vidit, *Polycaipus* [11] constitutus est episcopus *ab Apostolis* in Asia, in ea quæ est Smyrnis ecclesia *Adv. Har.,* III, c. 314; R., 212; quam traditionem retulit quoque Tertullianus, *De prascript.,* c. 32; R., 296, qui alibi, modo generali expresse ait : 'Ordo episcoporum ad originem recensus in Joannem stabit auctorem". *Adv. Marc.,* IV, 5; R., 341. Confirmationem in eo invenies quod tempore Pauli *Ephesi* solummodo presbyteri Ecclesiam gubernabant, *Aet.,* XX, tempore autem Ignatii, episcopus : interdum Joannes Ephesi morabatur, ut testatur Polycrates Ephesinus, in /Z. *E.,* l. V, XXIV, 2; K., 92.

[5] *A..* Michiels, *loc. cit.*9 coi. 1772-1778.

[6] S. Iren., *Adv. har.,* l. III, c. III. Cf. Euseb., *H. E.,* l. V, c. VI.

[7] Euseb., /Z. *E.,* l. III, c. XXVI, 2; Origenes, *Hom. in Luc.,* VI.

[8] Euseb., ZZ. *E.,* l. II, c. XXIV.

[9] Vide *textus* S. *Irenai* apud Rouet de Journel, 209, 212, 237, 242, 257; vel in A. Dufourq, S. *Irénée* (collect. *Pensée chrétienne},* Paris, 1905, p/123-199-203.

Romance, cujus administrationem Petrus et Paulus Lino tradiderunt, cui successit Anacletus, et postea Clemens qui et vidit ipsos Apostolos; 2. *Ecclesiæ Smyrnceorum,* in qua Polycarpus ab Apostolis constitutus fuit episcopus x.

(b) " Eis qui in Ecclesia sunt, presbyteris obaudire oportet, his qui *successionem habent ab Apostolis,* sicut ostendimus; qui, cum *episcopatus* successione, charisma veritatis certum... acceperunt " 2.

(C) "Agnitio vera (γνώσι αληθη) est Apostolorum doctrina et antiquus Ecclesiæ status, in universo mundo, et character corporis Christi *secundum successiones episcoporum, quibus ////*(Apostoli), *eam, quæin unoquoque loco est, Ecclesiam tradiderunt...* " 3.

Conclusio. Igitur ex hucusque dictis : **(a)** tam evidenter apparet episcopatum monarchicum in 11° sæc. pro institutione apostolica haberi, episcoposque tanquam Apostolorum successores ab omnibus agnosci, ut ab aliis textibus ævi posterioris abstinere possimus : quod ipsi adversarii concedunt 4.

(b) Aliunde, in negativa hypothesi, explicari non potest, qua ratione, jam in II' sæc. decursu, sine ulla synodorum convocatione aut Romani Episcopi interventu, unitarius episcopatus tam late diffusus fuisset. Si enim omnes Ecclesiæ ministri ab initio æquales fuerint, quomodo factum est, ut tam cito presbyteri et fideles mutationem in regimine Ecclesiæ tam essentialem, nullo renitente, aut reclamante, ubique acceperint? Si hæc mutatio in Ecclesia orientali originem sumpsisset, quomodo, absque contentionibus, in Ecclesia occidentali accepta fuisset?

666. — Nec dicatur : (1) Christus *expresse prohibet quemquam* ex suis discipulis majorem haberi aut *in aliis dominari.* Ergo in sua Ecclesia omnes sunt æquales,ideoque hierarchiam Jesus non instituit — Resp. Christus vetuit disceptationes de præcedentia ex meritis

r. **Cayré,** *tory of the s,* ch. X. Fortement rie catho- Carthage,

propriis. *C.;* de præcedentia ex légitima auctoritate : *Subdist.* prohibendo superbiam et vanum fastum in auctoritatis usu. *C.;* rejiciendo existentiam diversarum auctoritatum. A. Revera Christus, " mitis et humilis corde " humilitatem exercendam in omnibus vitæ actibus praecipit; sed simul affirmat legitimam auctoritatem Patris cælestis, suiipsius, Apostolorum quos misit in mundum, imo Cæsaris.

(a) Primis Ecclesiae temporibus, *sacri ministri a populo elige-bantur.* Ergo ecclesiastica potestas seu hierarchia originem habuit humanam. — Resp. *Nego.* Etenim simplex personæ designatio non auctoritatem confert, sicut patet de cardinalibus, designantibus subjectum primatus, qui immediate a Deo oritur. Ita, in primis sæculis, ob prudentiæ motiva, ministrorum sacrorum electio ad fideles non raro devoluta fuit; sed semper hujus electionis confirmatio et potestatis collatio reservatæ fuere Apostolis vel eorum successo-ribus, ut patet pro *diaconis,* ex *Actibus,* VI, 1-6; pro *presbyteris,* v. g., ex *Actibus,* XIV, 22.

667. — ***IIa Pars.*** Episcoporum successio apostolica est jure divino.

(1) Script, (a) Etenim *Christus* ipse Apostolis contulit auctoritatem perpetuo duraturam, proindeque successoribus Apostolorum communicandam. Quare hæc potestas eodem jure existit tempore præsenti. Porro ex una parte, qui illam possident ignoti esse non possunt; ex alia vero, præter episcopos, nulli apostolicam successionem in hierarchia sibi vindicant. Ergo episcopi sunt successores Apostolorum ex voluntate Christi, (b) De facto, ut ex dictis constat, *Apostoli* mox selegerunt ad potestatem spiritualem inter fideles exercendam, præpositos ministros quorum plures dignitate vere episcopali insigniti fuerunt. Certe hoc agendi modo Apostoli, Spiritu S. edocti et de doctrina et præceptis Jesu maxime solliciti, adimpleverunt voluntatem Christi, præsertim cum agebatur de institutione quæ ad Ecclesiæ essentiam spectabat, nempe de ordine episcoporum qui eis succedere debebant in perpetuum.

668. — (2) Tradit. *Testes antiquissimi* affirmant epis-copatum qualem ipsi noverant, nempe " monarchicum ", *provenire ab ipso Christo* per Apostolos; seu aliis verbis, *esse ex jure divino.*

(a) CLEMENS Rom. declarat (96-98?) Christus a Deo (mittitur) et Apostoli a Christo : et factum est utrumque

ordinatum r.r *voluntate Dei*... Per regiones igitur et urbes, (Apostoli)... constituerunt *episcopos* et *diaconos* eorum qui crediturі erant "... acceptis mandatis" Christi, episcopos posuerunt sibi cooperatores et successores[1].

(b) S. IGNATIUS, martyr,idem profitetur:dicit enim episcopum esse "Dei præceptum"[2] "juxta sententiam Christi designatum", ita Ecclesiæ essentialem, ut sine eo non sit Ecclesia[3]. Ex his sequitur episcopos cum sua potestate a Christo derivare[4].

(C) S. CYPRIANUS asserit Ecclesiæ præpositos" Apostolis vicaria ordinatione succedere"[5]. Igitur Christi jussu, episcopi succedunt collegio apostolico : " *Spiritus Sanctus* (revera)*posuit episcopos regere Ecclesiam Dei"*[6].

Conclusio. Ergo, in quantum sinit paucitas exstantium documentorum, clare constat *hierarchiam a Christo* in Ecclesia *Apostolis commissam, legitime continuatam esse ab episcopis,* tempore Apostolorum jam creatis et quidem *ex Christi voluntate* et mandato

669. — Corollaria.

(a) In Ecclesia, ex divina institutione, *discrimen adest inter laieos* seu simplices fideles et *clericos* seu sacræ potestatis depositarios qui hierarchiam constituunt[8] : nam Ecclesia a Christo fundata est vere hierarchica.

(b) *Multitudinismus et Cœsarismus sunt rejiciendi,* i. *Multitudinismus* seu *Democratismus* (cf. n. 603, 604, 607) viget præsertim in sectis a Calvinismo derivatis et docet genuinam Christi Ecclesiam hierarchia privari; sed simul admittit quamdam auctori-

- S. Ignat., *Ephes., X.* 1 ; *Phil.*. ⧹. 1 ; *Smyrn.,* I. 2.

'S. Ignat, *Magn.,* II: *Trail.*. II. 1; III, i; VII, 7; *Philad.,* III, 2; VII, i: *Smyrn.*s VIII, 1-2.

4 S. Ignat, zr›/zz/(î(7., Proœmium, loquitur de unione fidelium u cum episcopo et presbyteris ejus et diaconis, *juxta sententiam* (ἐν *γνώμη) Jesu Christi designatis^ quos secundum propriam voluntatem suam firmavit in stabilitate per Sanctum suum Spiritum* ; et statim (L 1), de episcopo loquens, ait : " Hunc episcopum cognovi *non a seipso^ neque per homines»* neque ob inanem gloriam, sed *caritate Patris et Domini Jesu Christi* obtinuisse ministerium regendi coetum ⧹ — Cf. etiam III. 2; *Trail.»* VII. 1 ; XII. 1-2; *Èph.*. III, 2; *Smyrn.»* λ'III, 1.

' S. Cyprian., Epist. 66 *ad Pior.,* n. 4; cf. epist. 27, *Lapsis:* epist. 55. *ad Eogat.,* c. 3. — 6 *Act.*. XX. 28.

ᵏ P. Batiffol, Λ *Eglise naissante et le Catholicisme»* Paris, 1909; speciatim "*Conclusions générales',* p. 4S5-496. — 6 *Cod.»* c. 10S, llS, 94S.

tatem visibilem ab hominibus institutam, cujus ministri designantur a fidelium *multitud.ne* seu ut externa pax inter Christianos servetur. 2. Multæ protestantes sectæ inciderunt in *Casarismum,* qui religiosam potestatem tribuit *Casari,* i. e., temporali Statui. 3. Sed hæ duæ theoriæ *necessario excluduntur* a doctrina jam demonstrata de auctoritate a Christo data tum Apostolis, tum episcopis eorum successoribus.

670. — Scholion. — S. Hieronymi sententia de episcoporum superioritate ›.

(1) **Objectio.** Thesis nôstræ adversarii, præsertim veteres Protestantes, allegant S. Hieronymi *verba,* quæ episcopos et presbyteros æquales esse affirmare videntur. S. Hieronymus revera scribit : "*Idem est presbyter qui et episcopus.* .Apostolus perspicue *docet eosdem esse presbyteros quos episcopos...* (Propter dissensiones) "in toto orbe decretum est, ut unus de presbyteris electus superponeretur ceteris, ad quem omnis ecclesiæ cura pertineret... *Episcopi noverint se magis consuetudine quam dispositionis dominica veritate presbyteris . sse majores* ".*

671. — (2) **Appreciatio. (a) S.** Hieronymus i. *episcoporum superioritatem* alibi explicite docet : siquidem eis tribuit potestatem : tum *ordinis :* " Quid enim facit (episcopus), *excepta ordinatione,* quod presbyter non facit?"3, tum *jurisdictionis :*" Episcopi habent constituendi presbyteros per singulas civitates potestatem ".

2. Et simul declarat *episcopos hanc superioritatem habere ex jure divino.* "Apud nos (Catholicos), *Apostolorum locum episcopi tenent;* apud eos (Montanistas), episcopus tertius est"4. S. Hie-

' J. Forget, art. *Jérôme (Saint),* in *D. T. C.,* col. 894-983; Dom L. Sanders, *Etudes sur S. /ironie,* Bruxelles, 1903; F. Cayré, *Précis de Patrol.,* Paris, 1927, t. I, p. 574, 575. I I

- S. Hieronym., *In Tit.,* I, 5; *Ep. /46 ad Evangeluni; In Tit.,* 1. c. ; R. 1357, 1371. *Ambrosiaster* affirmat etiam episcopalem dignitatem seniori ex presbvterali collegio competere, *P. I..,* XVII, 45-508.

3 S. Hieronym., *Ep. 146 ad Evaiig.* ; cf. *Com. in Tit.,* I, 5.

4 S. Hieronym., *Ep.* 41, n. 3, *ad Marcet., ; P. L..* XXII, 476; cf. *Ep.* 146 *ad Evangelum :* "Omnes Apostolorum successores sunt". *Com. in Matth.,* XXV, 26-28 : *P. L.,* XXVI, 188; *Dial. adv. Luc.,* c. 9; *P. L.,* XXIII, 164. *In epist. adF-vangel.,* vocat hierarchiain tripartitam " traditionem *apostolicam " ; In Com. in Til.,* ait " magis consuetudine quam dispositionis dominicæ veritate ".quibus verbis S. Hieronymus asserit episcopos esse superiores presbyteris (jurisdictione) non quidem ex dispositione Christi, (primis temporibus, collegium presbyterorum regebat ecclesiam), sed ex consuetudine, seu potius, ut supra latius exposuit, *ex decreto legitimo ecclesiastico* (apostolico) quo in toto orbe unicus episcopus unicuique ecclesiæ præpositus fuit ad vitanda schismata.

RONYMus vero loquitur de *episcopis monarchicis,* nam hypothe· sim plurium episcoporum in eodem loco ut impossibilem habet. (Λζ *ep. ad dit.,* i). Attamen *quamdam cequalitatem* inter episcopos et presbyteros affirmat ex eo quod, primis temporibus et speciatim in S. Pauli epistolis, non designabantur nominibus distinctis : siquidem, *presbyteri,* vocabantur ratione ætatis; *episcopi* autem, ratione dignitatis et officii.

(bi Quomodo autem *talis doctrina* S. Hieronymi *eum ejus verbis prius objectis conciliai i possit!* . i. Quidam fatentur S. Doctorem mere ecclesiasticam episcopatus originem docuisse Sed si ita esset, hæc opinio Traditioni contraria rejici deberet. 2. Alii ægrc admittunt S. Hieronymum in re tanti momenti sibi pluries contradixisse : quare, juxta ipsos, forte S. Doctor tractat de episcopis et presbyteris in priori ætate, ubi nomine et praxi vix inter se distinguebantur ; postea autem affirmat episcoporum superioritatem ex dissensionibus in Ecclesia finiendis provenire : eo sensu quod schismata fuerunt non origo et causa præeminentiæ episcopalis, sed tantum occasio, vi cujus usu et praxi magis praevaluit episcoporum jurisdictio a Christo primitus instituta. Et sic explicatur quomodo S. Hieronymus, sine contradictione, affirmare potuit divinam et ecclesiasticam episcopatus originem. Quidquid sit, ejus auctoritas ad hæresim presbyterianismi statuendam omnino insufficiens est.

I **J. Tixeront,** *Hist, des dogmes,* **t.,11, p. 328.**

CAPUT II

De Ecclesia Christi Societate Monarchica *

672. — Conspectus.

De Primatu in Ecclesia.

(A) De primatu B. Petri.

1. *Status quastionis.* Prænotiones, errores, doctrina catholica.

2. *Existentia* primatus B. Petri:

(a) Ex verbis Christi hunc *promittentis* et *conferentis.*

(b) Ex antiqua Ecclesiæ historia.

Scholion. De B. Petri primatus habitudine ad Christum, alios Apostolos et speciatim S. Paulum.

(B) De Primatu R. Pontificis.

i° *De perpetuitate primatus B. Petri in ejus successoribus.*

20 *De primatu Romanorum Pontificum.*

1. De B. Petro *episcopo romano.*

2. De 7?. *Pontificibus in B. Petri primatu successoribus.*

(a) *Existentia* hujus primatus.

(b) *Quonam jure* R. Pontifices primatu B. Petri gaudeant?

1. Ut Petri successores, *jure divino.*

2. Ut episcopi Romani, *varice sententice.*

Scholion. De Ecclesia societate monarchica.

Conclusio apologetica quoad *Ecclesiam catholicam* et *sectas separatas.*

Christi Ecclesia, ex dictis, est societas quæ veram hierarchiam possidet. Nunc quæritur quænam sit *hujus hierarchiesforma?* Et respondetur Ecclesiam Christi *monarchica*

* D. B., Index III», 247, 351, 694; 1821 sq.; i960, 1976; Cajetan, *De divina institutione pontificatus R. Pontificis* (1521); *Opuscula,* Lyon, 1575» t- I, 48-67; S. Bellarm., *Contrat/.; De Summo Pontifice,* l. I, c. 10 sq.; Livius, *S. Peter, bishofiof Rome,* London, 1888; Franzelin, th. 10; Mazzella, η. 847 sq.; De Groot, q. 14; Palmieri, *De Romano Pontifice;* C. Pesch, η. 285-304; Van Noort, η. 42-58; M. Jugie, *De Ecclesia,* Paris, 1931, p. 320-463; G. Jacquemet, *Tu es Petrus,* Paris, 1934, p. 3-26; de la Brière, art. *La Primauté de S. Pierre dans le Λ". T.,* in *Études.* 1909, 5 et 20 juin, 5 juil.; G. Glez, art. *Primauté du Pape,* in *D. T. C.,* col. 247 sq.

forma gaudere. Hæc quæstio tractatur in *duplici* articulo : i. *de primatu B. Petri,* 2. *de primatu Ⱥ. Pontificis,* qui est Petri successor.

ARTICULUS I

De Primatu B. Petri.

673. — Status quæstionis.

(A) Praenotiones : i. de *primatu in genere,* 2. de *primatu in Ecclesia.*

(i) *Primatus in genere.*

(a) Notio. In genere, ex etymologia et usu, primatus super ceteros præeminentiam in quocumque ordine designat.

(b) Species. *Triplex* distinguitur : 1. *Primatus honoris* est quædam prærogativa tituli, cui jura mere honorifica annexa sunt, sine ulla auctoritate : v. g., circa praecedentiam.

2. *Primatus directionis seu inspectionis* ille est cui tribuitur potestas societatem non gubernandi sed dirigendi, atque invigilandi ut omnia ordinate et juxta leges fiant : v. g., in præside senatus vel reipublicæ.

3. *Primatus jurisdictionis* confert supremam potestatem vere regendi et gubernandi membra alicujus societatis secundum ejusdem naturam et principia.

674. — (2) *Primatus in Ecclesia.*

Notio. Primatus B. Petri et R. Pontificis definiri potest : *Potestas suprema et plena docendi et regendi universalem Ecclesiam.* Quare, ob præeminentiam et suæ potestatis extensionem, Petrus et R. Pontifex omnes Christi fideles superant et totam Ecclesiam regunt. Hinc gaudent primatu non tantum honoris et directionis, sed etiam strictæ jurisdictionis.

Hic primatus complectitur potestatem, non quidem ordinis, sed tantum magisterii et regiminis, quoad res ad christianam religionem spectantes. Consequenter ratione primatus, omnes fideles debent B. Petro et R. Pontifici obedire.

675. (B} Errores. Præcipui errores de primatu in Ecclesia sunt sequentes. 1. In B. Petro et R. Pontifice quemlibet primatum proprie dictum negant *Wiclef J. Hus* et *Protestantes orthodoxi;*

primatum honoris tantum vel ex jure ecclesiastico admittunt *Anglican* cl *Græa separati* ' ; *Gallicani* vero solummodo primatum honoris et directionis agnoscunt. 2. *Liberales* autem, *Modernisiez* multique *Nationaliste* putant primatum R. Pontificis provenire ex causis naturalibus, nempe ex necessitatibus socialibus et ex conditione urbis Rouiæ; ex ambitione, ingenio et activitate Romani Episcopi. 3. Denique *Janséniste* (XVII sæc.), post *Marsilium Patavinum* (XIV sæc.) et cum *Eebronianis* (XVIII sæc.), dicunt primatum existere ex divina institutione, sed datum fuisse primario fidelium ccetui et pertinere nonnisi secundario ad R. Pontificem, quatenus ministrum populi Christiani. — Hi omnes adversarii non admittunt Ecclesiam esse societatem vere monarchical^.

676. — (C) Doctrina catholica. B. Petro eorumque successoribus R. Pontificibus, Christus historicus dedit directe et immediate primatum non solum *honoris* et *directionis,* sed *veræ jurisdictionis* seu potestatem docendi et regendi *universam Ecclesiam,* nempe omnes Christifideles seu totum christianum orbem 2. Igitur Ecclesia Christi est societas stricte monarchica. (Cf. n. 643).

677. — Thesis. Christus B. Petro contulit immediate primatum veræ jurisdictionis in universam Ecclesiam. Historice *certum,* theologice *de fide.*

Ecclesiæ magisterium.

(a) *C. Vaticanum* declarat et definit... "*primatum jurisdictionis in universam Dei Ecclesiam immediate et directe beato Petro Apostolo promissum atque collatum a Christo Domino fuisse...* Si quis igitur dixerit *beatum Petrum apostolum* non esse a Christo Domino constitutum *apostolorum omnium principem* et *totius Ecclesiæ militantis visibile caput;* vel eumdem honoris tantum, *non* autem *veræ propriæque jurisdictionis primatum* ab eodem Domino nostro Jesu Christo directe et immediate accepisse, A. S. 3". (b) Decret. *Lamentabili* sequentem damnat propositionem (prop. 55) : " Simon Petrus ne suspicatus quidem unquam est sibi a Christo demandatum esse primatum in Ecclesia "4. (c) Præterea in *Juramento antimodernista* dicitur : " Firma fide

' Cf. P. Jugie, *Thesi, dogin. Christianorum Orientalium,* Paris, 1931, t. IV, p. 320-463. Id., art. *La primauté dans les Eglises séparées d'Orient,* in *D. T. C.,* col. 344-391. — ' D. B., 1821-1840; cf. 1503.

3 *C. Vatican.,* Const. *Pastor atem.,* cap. I; D. B., 1822, 1823.

4 D. B., 2055.

credo Ecclesiam... *suffer Petrum, aposlolicce hierarchia piincipem...,* ædificatam " r.

Probatur : i. ex *verbis Chisti, 2.* ex *antiquis testimoniis.*

678. — I. Ex VERBIS Christi B. Petro verum primatum i. *promittentis, 2.* et *conferentis.* 3. quod *multis indiciis confirmatur.*

1° EX PROMISSIONE PRIMATUS.

(A) Textus =.

Christus interrogat discipulos de seipso : "Quem dicunt homines esse Filium hominis? " Responso accepto, iterum ait : "Vos autem, quem me esse dicitis?" Petrus autem dixit : " *Tu es Christus, Filius Dei vivi". Respondens autem [esus dixit ei : " Beatus es Simon Barfona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est. Et ego dico tibi quia tu es Petrus (kefa) et super hanc petram (kefa) adificabo Ecclesiam meam, et porta inferi non prevalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni calorum. Et quodeumque ligaveris super terram, erit ligatum et in calis : et quodeumque solveris super terram, erit solutum et in calis* " 3.

' D. B., 2145.

J Authentia et valor historicus textus *Tu es Petrus* sæpe a criticis impugnantur. — Sed immerito, (a) Ejus *authentia* constat ex eo quod continetur in omnibus manuscriptis et antiquis versionibus. Præterea Patres, jam a sæc. 11°, illum citant : invenitur plus ininusve explicite apud S. Justinum, *Dialog, cum Tryph.;* Tatianum ; Tertullianum, *De puditilia,* XXI ; R., 387; K., 221; Origenem; S. Cyprianum, *De unit. Eccles.,* 4, *Ep.* XXIII; R., 555-571; S. Firmilianum, *Ep. Cypr.* LXXV; R., 602; probabiliter in *"Evangelio Hebnzorum".* Cf. *Biblica,* 1921, p. 65-69. (b) Ejus *valor historicus* probatur authentia, metaphoris aramalcis, concordantia inter textum omniaque de Petro in *Evangeliis* et *Actibus* narrata, necnon similitudine hujus textus cum aliis Domini verbis.

Absentia ejusdem textus in *Marco* et *Luca* facile explicatur. Marcus enim et Lucas, qui Christum ipsum Gentibus annuntiabant, textum de Ecclesia directe agentem et verbis aramaicis refertum optime omittere poterant; dum *Matthaus*^ Hebræis impletionem prophetiarum demonstrans, ea quæ ad Ecclesiam spectant, quæ regnum Dei constituit super terram, piætermittere nequibat, nec aramaica verba dedignari. Cf. H. Dieckmann, *De Ecclesia*^ n. 360 sq.; A. Michiels, *L'origine de ΓEpiscopat,* p. 36 sq.; L. Fonck, art. *Tu es Petrus*^ in *Biblica.* 1920, p. 240-264; P. Schepens, art. *Eauthenticité de S. Matthieu.* XVI, 18, in *R. S. R..* 1920, p. 209-302; et omnes commentatores probati. — Denique, si *Patres* hunc textum in sensu morali vel accommodatitio citant, non ex hac agendi ratione, sensum litteralem excludunt aut rejiciunt.

3 *Matth..* XVI, ITrlQ.

679. — (B) Explicatio textus.

(a) " Tu es Petrus... Jesus Simoni dixerat : “ Tu vocaberis *Pephas* ” [1] ; et nunc hanc promissionem adimplet, modo sollemni et efficaci. — “Tu es *Petrus (Kefa)* ” seu saxum vel rupes firmissima. “ Et super *hanc petram* ” : in lingua aramaica et gallica, idem substantivum dicitur : “ Tu es *kefa* et super hoc *kefa* sed non in textu graeco[2] (Πέτρο , Πέτρα), nec latino[3] (*Petrus, petra).* Deinde Jesus novi hujus nominis significationem declarat : “*Super hanc petram* (i. e., ipsum Petrum) *adificabo Ecclesiam meam* (i. e., Ecclesiam universalem). Hujus ædificii Christus est architectus, Petrus vero exhibetur, sub imagine petræ, fundamentum firmum et immobile'.

(b) “ Portæ inferi... ”. *Infernus,* ἀδη , in Scriptura, significat habitaculum in quo manent dæmones, damnati ; uno verbo, omnes inimici adversus Christi regnum debellantes. — *Porta,* ex usu biblico, designat arcem vel potestatem regiam aut judiciariam. — *Porta inferi* sunt ergo potentiæ diaboli et hominum spiritui diabolico inservientium, qui adversus Christum ejusque Ecclesiam incessanter pugnant «.

(C)‹f Non praevalebunt... ”. Inferni vires et malitia non evertent Ecclesiæ ædificium.

(d) “ Claves regni caelorum... τὰ χλεἰ ... Qui habet *claves* jure potest aperire et claudere ædificium; gaudet auctoritate independent! circa actus qui ad claves spectant et ab eo pendent omnes qui ædificium ingredi volunt. Quare, ex usu profano apud orientales et occidentales et ex usu biblico tum Veteris[5], tum Novi[6] Testamenti, traditio clavium exprimit collationem veræ et absolutæ potestatis in res aut personas, quæ sunt in habitaculo seu in regno clavibus aperiendo vel claudendo. — *Regnum calorum* in genere est Ecclesia sive terrestris sive cælestis. Sed hic agitur

2 In textu *graco,* habetur : i. *ri/ primo loco :* Πέτρο , (Tu es *Kefa}* : hoc nomen exprimit raro saxum aliquod, sed aptius videtur ad hominem significandum; 2. *in secundo* autem : Πέτρα (super hanc *petram}* : quæ vox saepissime saxum designat. — 24*Matth.y* VII, 24.

4 Apud *Semitas,* nomine *portae* vel *portarum* alicujus civitatis designatur ipsa *civitas* et præsertim *auctoritas* quæ civitati praesidet ; ita ut, v. g., etiam recenter imperialis Turearum potestas vocatur *Sublimis Porta;* quæ quidem appellatio ex eo forsan oritur quod reges et magistratus ad portas civitatis judicia exercebant; proinde *porta inferi* designant *regnum* seu *potestatem diaboli.* — Attamen alii cum Schepens, *loc. cit.*. p. 271-281, Fillion, A. Loisy *, *op. cit.,* p. 10, putant *portas inferi* hic designare *mortem;* Cf. Zr., XXXVIII, IO; *Sap.y* X\ I, 13, et sensum esse Ecclesiam nunquam delendam esse, sed *indefectibilem* permapsuram : quod in idem recidit.

.*4poc.y* I, 17-18; III

tantum de militanti Ecclesia, in qua sola potestas ligandi et solvendi exerceri potest.

(e) "Quodcumque ligaveris,... solveris...". *Quodcumque...* indicat universalitatem completam potestatis promissæ, circa res quæ Ecclesiam spectant ratione doctrinæ, morum, personarum, rerum, locorum, etc. *Ligaveris... solveris... :* hi sunt actus veræ jurisdictionis apud Petrum, qui sunt omnino efficaces et a terrestri potestate independentes : siquidem Deus ipse in cælis eos confirmat.

680. — (C) Argumentum ex textu.

Primatus est vera et suprema auctoritas in Ecclesiam universalem. Atqui *soli Petro* Christus, in textu citato, *promittit directe supremam auctoritatem* in tota Ecclesia. Ergo.

Minor probatur per partes.

681. — (i) Agitur de *promissione* / Christus enim loquitur in tempore futuro : "*dabo, adificabo, ligaveris, erit ligatum,* etc."

(2) Christus promisit *supremam auctoritatem in tota Ecclesia.*

Etenim, vi hujus auctoritatis, B. Petrus erit : I. *Ecclesia fundamentum,* 2. *claviger regni calorum,* 3. *ligans et solvens* in eodem regno.

(a) Petrus erit Ecclesiæ fundamentum. Revera Christus declarat Petrum fore in Ecclesia, ædificio spirituali, id quod rupes fundamentalis est in ædificio materiali. Sed petra, basis totius ædificii, essentialiter præbet omnibus et singulis ejus partibus unitatem et stabilitatem. Atqui, in qualibet societate, ejusdem stabilitas atque membrorum unitas defluunt ex exercitio veræ jurisdictionis in omnes et singulos subditos, qui sic modo stabili ad eumdem socialem finem diriguntur. Ergo B. Petro auctoritas stricta in tota Christi Ecclesia promittitur, vi cujus Ecclesia eadem contra impugnationes hostiles stabilis et una permanebit.

(b) Petrus erit claviger regni cælorum. Ipse enim hujus regni claves accipiet. Sed qui dat domus claves, *potestatem realem, plenam et efficacem* tradit, non ad ædificium construendum vel modificandum, sed *ad eum administrandum ;* ita ut nisi dependenter a clavigero, nullus intrare vel exire aut disponere de bonis in ea contentis possit. Talis erit ergo suprema potestas Petri relate ad Ecclesiam Christi.

(c) Petrus **habebit potestatem ligandi et solvendi.** Ex dictis, hæc potestas est vere jurisdictionalis seu regiminis proprie dicti. Erit *summa :* nam in caelo approbatur et a potestate terrestri non pendet; erit etiam *universalis:* sic Petrus omnia ad totam Ecclesiam gubernandam perficere jus habebit:

Ergo tres metaphorae a Christo adhibitae totum quoddam efibrmant, cum eadem significatione supremae auctoritatis in Ecclesia B. Petro promissae.

682. — (3) Promissio Christi ad *solum Petrum dirigitur.* Hoc deducitur : (a) Ex textu. Revera singularis persona Petri designatur multis et explicitis modis : Jesus enim indicat ejus nomen : *Sinton;* ejus patrem : *Bar Jona;* ejus cognomen : *Kepha,* atque utitur pronominibus et verbis secundae personae : *tibi, tu, es, solveris, ligaveris.*

(b) Ex contextu. Christus alloquitur eum qui confessus fuerat suam messianitatem et divinitatem, quem pro hac confessione remunerat, quem beatum declarat, ratione revelationis a Patre acceptae et favoris quem ei concedit, cui nomen novum jam cognitum imponit. Sed hæc omnia soli Petro ab aliis Apostolis distincto conveniunt " Quia (Petrus) solus profitetur ex omnibus, omnibus antefertur", ait S. Ambrosius ».

(C) Ex parallelis locis, ubi Christus soli *Petro* specialem et supernaturalem assistentiam promittit ut in fide non deficiat, *eique soli* potestatem totum pascendi gregem confert. p P l S l - *3'I* **H**

683. — Objectionum solutio.

Protestantes nonnulli ad argumenti vim enervandam, asserunt vocem "*petra"* (v. 18) dici non de *Petro,* sed tantum de *Christo* yel de *Petrifide.* Hæc autem *interpretatio* est *rejicienda.*

(a) *Petra non identificatur cum ipso Christo.* 1. Hæc identificatio gratis a Protestantibus asseritur; præterea nec in textu nec in contextu invenitur. 2. Litteraliter verba " super *hanc petram* " unice ad Petri personam referri possunt Christus enim aramaice loquendo eadem voce bis utitur : "Tu es *Kepha* et super hunc *Kepha*... . Hinc evidenter apparet *Ecclesia. Kepha* eumdem esse qui immediate antea a Christus *Kepha* nominatus fuit, scilicet

' S. Ambros., *In Luc.,* c. 24; l. 10, n. 175.

Λ'. *Petrum.* 3. Aliunde explicatio ab adversariis proposita absurdum vel inintelligibilcm redderet contextum. 4. De facto, Christus ipse est Ecclesiæ primarium fundamentum, sed modo invisibili; quare munus visibilis fundamenti B. Petro collatum non excludit sed potius exigit. (Cf. n. 696).

(b) *Petra non identificatur exclusive cum personati B. Petri jide.* Sermo enim ad determinatam personam, non ad aliquam virtutem dirigitur. Præterea de munere quodam sociali et externo in Ecclesia tractat, quod natura sua tribui non potest internæ et invisibili dispositioni, qualis est fides alicujus hominis. Denique nunquam vox *petra* significavit fidem potestate ligandi et solvendi præditam. Equidem multi Patres [1] alteram textus interpretationem dederunt, sed ita ut explicationem de propria Petri persona includeret [2].

§ 84. -- 2° EX COLLATIONE PRIMATUS.

<A) Textus.

Jesus redivivus, præsentibus Apostolis, B. Petro contulit supremam potestatem ipsi antea promissam; post exactam triplicem amoris professionem, ei commisit jus et officium spiritualiter pascendi et regendi totam Ecclesiam.

" Cum ergo prandissent, *dicit Simoni Petro Jesus : Simon Joannis diligis me plus his?* Dicit ei : Etiam, Domine, tu scis quia amo te. *Dicit ei : Pasce agnos meos* (βόσκε τα ἀρνία μου). Dicit ei iterum. *Simon Joannis, diligis me?* Ait illi : Etiam, Domine, tu scis quia amo te. *Dicit ei : Pasce agnos meos* (Ποίμἀ.νε τα προβάτιά μου). *Dicit ei tertio; Simon Joannis, amas me?* Contristatus est Petrus quia dixit ei tertio : amas me? Et dixit ei : Domine, tu omnia nosti; tu scis quia amo te. *Dixit ei : Pasce oves meas* (βόσκε τα προβάτ.ά μου) *"3.*

685. — (B) Explicatio textus.

(a) "Diligis me" : αγαπά , (in ia et 2a interrogatione), dicitur de voluntario et forti amore potiusquam de sensibili inclinatione; φιλεί , (in 3a) : hoc verbo amor tenerior et humanior indicatur.

1 Palmieri, *De Romano Pontifice.* Romæ, 1902, th. 1, V, p. 317 sq.

- "Duplex horum verborum : *"et supei hanc petram"* expositio catholica est : tum ea quæ de tide Petri ipsa interpretatur, tum quæ ad ipsam Petri personam illa refert. Sed inter utramque expositionem id interest discriminis, quod ista immediata sit, illa mediata; ista primitiva et perpetua, altera adventitia et temporanea, ista ab initio Ecclesiæ... sola tradita; altera vero data .xxasione prolata". Natalis Alexander, *Hist. Ecd..* sæc. I. Diss. IV, § 3.

(b) "Plus his ", i. e., Apostolis præsentibus, non vero retibus, piscibus, etc. Petrus enim omnia jam reliquerat ad Jesum sequendum. Præterea grammatice τούτων, *his,* ad ultimum nomen, nempe, *discipuli* (v. 14), se refert.

(C) "Tu scis quia amo te". Petrus sibi diffidens infallibilem et supernaturalem Jesu scientiam allegat.

(d) " Dicit ei : Pasce " : βοσκέ, (in 1a et 3a quæstione) : hoc verbum significat gregi nutrimentum præbere; Ποίμαινε, (in 2a), omnes pastoris actus gregem regentis importat.

(e) " Agnos meos ", τὰ ἀρνία αοϋ (v. 15), " Oves meas ", τὰ προβάτιά αοὐ (v. 17). His verbis, Christus omnes fideles et pastores *(agnos et aves)* regendos B. Petro commisit. — Juxta *Lagrange,* duo nomina sunt synonyma [1].

686. — (C) Argumentum ex textu.

Vera et suprema jurisdictio in omnes christianos est primatus. Atqui *ejusmodi jurisdictio soli Petro datur* ex verbis Christi. Ergo.

Minor probatur per partes :

(1) Christus *unum Petrum alloquitur.* Quod ab evangelio declaratur : " *Dicit Simoni Petro Jesus* " [2]. Christus Petrum nomine personali et proprio ter vocat : " *Simon Joannis ";* ei loquitur in numero singulari : " *Pasce,* βόσκε, ποίαινε "; ter eum interrogat certe ad trinam Petri negationem alludens; et in sua interrogatione eumdem distinguit ab aliis Apostolis : " *Diligis me plus his?".* Aliunde solus respondet Petrus, cui Jesus potestatem confert quam ipsi soli promiserat [3]. Ergo de uno Petro non autem de Apostolorum collegio hic agitur.

687. — (2) *B. Petro confertur vera jurisdictio in omnes fideles,* (a) *Vera jurisdictio* datur. Etenim sicut pastor ovile suum vere regit, ita Petrus Ecclesiam Christi vere

[1] Loisy * explicationem alteram tradit, in versione syr.-sin. innixam, quæ tria refert verba *(agnos, aves, parvas oves),* sed quæ substantialiter in explicationem traditionalem reincidit : « Ces termes ne sont pas allégoriques de façon à représenter trois catégories de membres dans la société chrétienne; pris à part ou collectivement, ils désignent l'ensemble du troupeau chrétien ; mais la variété des termes sert à montrer qu'il n'y a pas d'exception, et que tous les fidèles du Christ, quelle que soit leur place dans la communauté, sont confiés à la sollicitude de Simon-Pierre » *Le quatr. Evangile,* p. 942.

[2] *Joan.,* XXI, 15.

[3] Joan., XVI, 18, 19.

gubernat. Aliunde voces zûiuy.'.vî *sensu proprio* significant *pascere* et *regere* gregem; *metaphorice* autem *docere* ct *gubernare,* ut liquet usu profano et sacro.

Ita *Homerus* [1] sæpe reges vpeat o··!'·/»; λαών, pastores populoniai, et *Hesychitts* declarat zobxiva idem esse ac *regem,* Ita *Scriplura* in / . *T. : TTfi&gg* v. 2 , *Ps* , II : *Pzeeh., XX* et etiam m A' 7. ; 5: XIX, 5. Juris-"^-^^^^ dictio ecclesiastica hoc nomine vocatur in *Act..* XX, 28 ; ***I*** *Petr., N,* 2. 'Σ\-^ g

(b) Jurisdictio B. Petri *in omnes fideles* seu in totam Ecclesiam est exercenda. Nam Christus vult a Petro pasci et regi omnes *agnos* et *oves suas,* i. e., omnes fideles et pastores seu universam Ecclesiam.

Hinc merito S. EUCHERIUS Lugdunensis ait : " Prius agnos, deinde oves commisit ei (Petro); quia non solum pastorem sed pastorum pastorem eum constituit. *Pascit* igitur *Petrus agnos, pascit et crees;* pascit filios, pascit et matres, *regit et subditos etpredates* " -.

6 88. --- 1° PETRI PRIMATUS MULTIS INDICIIS CONFIRMATUR.

Hæc indicia inveniuntur in agendi modo : I. *Christi,* 2. *Petri,* 3. *aliorum Apostolorum.*

(1) Christus, ante mortem et post resurrectionem suam Petri primatum indicat, (a Soli Petro novum nomen imponit; quod, ex usu biblico, v. g., pro Abram et Jacob [3], insignis beneficii vel missionis præsagium est. Petrum Jesus assumit ut specialem amicum. Quando vult prædicare, turbis irruentibus, ascendit in navim Petri, paulo post eidem Petro dicit : " Duc in altum ", et, post mirabilem piscationem : " Noli timere, ex hoc jam homines eris capiens " [4], Quibus omnibus innuitur Petrum principem fore in spirituali animarum piscatione, et Christum ex navi Petri (i. e., Ecclesia a Petro gubernata) omnibus gentibus prædicaturum esse. — (b Post resurrectionem Christi, angelus mulieres ad Apostolos mittens, solum Petrum nomine suo vocat : " Ite, dicite discipulis ejus *et Petro* " 5. Et Petro Jesus redivivus primum apparuit 6.

[1] *Iliad..* II, 243: IV, 414; XIV, 35. 251; *Odyss.,* IV, 532; XIV, 497, etc. S. Eucher., *Seimo d.· naf. SS. Apostol.* Cf. S. Leo M., *Semi. IV;* S. Ambros., in Luc. X. 175. Quod Bossuet eloquenter exponit, *Discours sur l'Cmté de ΓEglise.* — [3] *Gen.,* XVII, 5, 15; XXXII, 2S.

[4] *Lue.. V.* 10. — [5] *Mate..* XVI. 7. — [4] Z *Cor..* XV.

(2) Petrus, statim ab Ecclesiæ initio, *primatum exercuit :* alterius discipuli electionem in locum Judæ proditoris Apostolis proponit1; primus evangelium Judæis prædicat, et praedicationem miraculis confirmat2; quando accusantur Duodecim, sive a populo, sive a magistratibus, ipse unus loquitur omnesque defendit 3; primus Ecclesiæ januam Gentibus aperit, ipso Deo jubentem; ipse solus judicat et punit Ananiam et Saphiram 5; ipse varias visitat ecclesias6; et in C. Hierosolj-mitano primus sententiam suam proponit, cui omnes assentiunt?; uno verbo, tanquam Apostolorum princeps specialem auctoritatem exercens in Ecclesia ubique exhibetur.

(3> Apostoli ceteri præeminentiam Petri agnoverunt. ka) *Evangelistæ,* cum Apostolorum catalogum tradunt, Petrum constanter primum nominant, licet non eumdem servent ordinem quoad alios 8. Petrus explicite ut *primus* a S. Matthæo 9 agnoscitur : porro primus est ratione non vocationis, ætatis, amicitiæ, consanguinitatis, sed tantum dignitatis et auctoritatis.

689. — b *Paulus 10* speciatim, licet de B. Petri primatu ex professo non loquatur, tamen pluries ad eum alludit, præsertim scribens ad *Corinthios* et ad *Galatas.*

i. *Ad Corinthios.* Corinthii, in varia schismata divisi, dicebant : " Ego quidem sum Pauli : ego autem Apollo : *ego Cephee :* ego autem Christi " Facile intelligitur exstitisse factionem Pauli et Apollonis, ecclesiæ corinthiæ condi-

' *Act.,* I, 15 sq. *Act.,* II. (4 ; HI, 6.
s *Act.,* IV, 8; V, 29. — * *Ad.,* X, 1 sq.
5 *Ad.,* V, 3-5. — 6 *Ad.,* IX, 32.
7 *Ad.,* XV, 7, 12. Protestantes ipsi non potuerunt non videre Petrum ibi præcipuas egisse partes, licet id ejus personali, non autem officiali auctoritati ascribere conentur. Ita Schaff®, *History of the Christian Church,* vol. I, P· 343 cd· 1S91. Attamen ille modus *audoritaiwe* loquendi in civitate cui Jacobus præsidebat, vix concipi potest nisi Petrus ut *primus* non solum honore, sed auctoritate *agnitus fuerit.* Loisy ipse scribit : "Pierre est devenu en toute vérité le prince des apôtres, le fondateur de la tradition chrétienne, le fondement de l Eglise . *Actes des Apôtres,* p. 580. Valorem tamen historicum narrationis negat.
8 *Matth.,* X, 2-5; *Mare..* III. γϊ, ι4- ιὸ ; *Ad.,* I, IJ.
' *Matth.,* X, I.
*° X. Boiron, art. 5. *Paul témoin de la primauté de S. Pierre,* in *R. S. R.,* 1913. p· 4S9-531·
" *I Cor..* I. 12.

torum. Sed ad *Cepham,* i. e., Petrum, appellare poterant fideles solummodo quia Petrus inter Apostolos præeminebatr.

2. *Ad Galatas.* Paulus, ad sui apostolatus legitimitatem probandam, narrat quomodo, post suam conversionem, Jerosolymam venit *Petrum videre* (Ιστοοή,σα'.), i. e., visitare cum magna reverentia. Ratio autem cur Petrum singulariter visere vellet, et cum eo sermonem habere in civitate, cujus Jacobus episcopus erat, non alia esse potest nisi quia ut Apostolorum caput eumdem habebat 1.*

Hæc indicia singulatim sumpta B. Petri primatum non stricte probant; sed cumulatim considerata optime cum eodem primatu concordant et sine eo inexplicabilia videntur.

Ergo, ex N. T. libris, B. Petrus a Christo immediate primatum accepit, seu ut dux Ecclesiæ qui suprema et independent! auctoritate in totam Ecclesiam pollet, constitutus fuit.

690. — II. Ex ANTIQUIS TESTIMONIIS : 1. *Patrum,* 2. *acatholicorum.*

(A) Ex testimoniis Patrum, (i) *In genere.* Patres B. Petri primatum diversimode profitentur : (a) *demonstrationibus,* quæ ex Christi dictis de ejusdem promissione et collatione desumuntur 3; (b) *titulis* et *sententiis* innumeris, quæ B. Petri præeminentiam extollunt : ita S. Petrum vocant "petram firmam et solidam Ecclesiæ, Apostolorum principem, pastorem Ecclesiæ sicut Moysen synagogæ, totius orbis præfectum, etc.

(2) *In specie,* **(a)** Tertullianus scribit : "Latuit aliquid Petrum, *cedificanda Ecclesice petram* dictum, *claves regni calorum* consecutum "s. (b) S. Cyprianus, qui R. Pontifici S. Stephano restitit (cf. n. 715, 716) tamen declarat : " Deus unus est, et Christus unus et una Ecclesia et *Cathedra una supra Petrum Domini voce fundata".* Et alibi, citatis verbis, *Matth.* XVI, 18, 19, ait : *'"Super unum adificat Ecclesiam suam"6,* (c) Audiamus ex Syria

1 Cf. / *Cor.,* IX, 5. Quod confirmatur *gradibus ascendentibus* quos Paulus clare instituit : / *Cor.,* I, 12; III, 22.

2 *Gal.,* I, 18. Quod jam multi Patres animadverterant; inter quos Victorinus, (apud *Aligne,* P. L., t. VIII,' coi. 1155) : " 1'ost tres» inquit, annos Jerosolymam veni ", deinde subjungit causam : *videre Petrum.* Etenim si *in Petro fundamentum Ecclesia:* positum est, ut in evangelio dictum, cui revelata erant omnia, Paulus scivit, videre se debere Petrum, *t/uasi eum cui tanta auctoritas a Christo data esset,* non ut ab eo aliquid disceret". Cf. Chrysost., Hieronymum, etc. in h. loc.

3 R., 381, 4S9, 555, etc. — 4 5C. Manzoni, *De ttomano 1'onlifhe,* n. 430.

5 Tertull., *De prescriptions,* 22.

0 S. CvPG.^X, *40 adpleb.; De Unit., Eccies.,* 4).

Aphraatem : *"Simoni discipulorum principi...* suscepit eum Dominus, *posuit eum in fundamentum, vocavitque cum petram,* Ecclesiæ ædîficaiionem "

Historice ergo constat Patres semper habuisse B. Petrum tanquam supremum universalis Ecclesiæ pastorem, quem Christus suum in terris visibilem vicarium constituit, per quem Ecclesiæ unitas et firmitas fundantur. Quare axioma habetur : " *Ubi Petrus, ibi Ecclesia* et qui Petro non superstruitur, extra Christi Ecclesiam vivit.

691. — (B) Ex acatholicis testimoniis. Sectæ ob hæresim vel schisma separatæ, in liturgus et variis scriptis, B. Petro tribuunt eosdem honorificos titulos primatum exprimentes ac Catholici. Sed talis consensus nonnisi ex originaria doctrina provenire potest. Revera ab his sectis B. Petrus dicitur "caput et coriphæus Apostolorum, fundamentum et pastor Ecclesiæ, claviger regni cælestis, pastor (qui) a Christo gregem accepit, etc. "[a].

Conclusio. Igitur B. Petri primatus, ex *Novo Testamento* et *antiquissimis testimoniis,* tam certissime comprobatur, ut confidenter concludamus Ecclesiam a Christo fundatam esse proprie *societatem monarchicam.*

692. — Objectionum solutio.

Adversarii multa congerentes argumenta ex parte *Christi, Petri, Pauli aliorumque Apostolorum,* asserunt B. Petri primatum in Scriptura non plene declaratum. — *Sed inaniter.*

(A) Ex parte Christi, (i) *Christus solus* est Ecclesiæ fundamentum, lapis angularis, petra λ Ergo Petrus non habet primatum.

R. Christus est Ecclesiæ fundamentum primarium unicum. *C.;* fundamentum primarium excludens aliud ab ipso positum. *N.* Revera Christus ipse Redemptor, Petrum tanquam suum vicarium constituit in Ecclesia, cujus fundator et dux principalis remanet. (Cf. n. 683).

(2) *Christus* potestatem quam Petro promisit[4], eamdem ceteris Ajrostolis largitus est : " *Quacumque alligaveritisA...* Ergo Petrus non majorem quam alii Apostoli obtinuit auctoritatem.

R. -V<ÿy. Petrus et alii Apostoli ordinis potestatem et multa privilegia (cf. n. 647) communiter habuerunt, sed non æqualem auctoritatem sortiti sunt. Nam Christi verba quæ objiciuntur non excludunt textus de promissione et collatione primatus ad

[a] Aphraat., *Demonstr.,* VII. 15; cf. X. 4; XI, 12; XXIII, 12. De Maistre, *Du Pape,* I. I. c. 7-10.

[1] *Coi-.,* III. II; *Ephes.,* II. 10; *Petr.,* II. 7.

[4] *Matth,.* XVI. 19. — [i] *Matth..* XVIII. iS; *Ioau.,* XX, 21.

Petrum solum, proindeque cum illis conciliari debent. Igitur dicendum est omnes alios Apostolos maxima auctoritate pollere in Ecclesia, sed tamen semper sub vera jurisdictione singularis Petri, a quo dependent tanquam a supremo capite seu principe.

693. — (B) Ex parte B. Petri. *Petrus primatum suum non cognovit :* nam *de eodem omnino silet,* tum in evangelio Marci, quod prædicationem suam refert, tum in suis epistolis. Ergo.

R. *Nego anteced.* Etenim in Marci evangelio, Petrum inter Apostolos primum locum tenuisse ex tota narratione et Apostolorum catalogo constat. Aliunde relativum silentium B. Petri de hac re, non ex ignorantia procedit, sed ex humilitate vi cujus Petrus, quæ sibi laudabilia erant, occultat

694. — (C) Ex parte B. Pauli, (i) Paulus *primatum non recenset inter charismata* [3]. Ergo Petri primatum ignorat.

R. B. Paulus nullibi completum charismatum elenchum refert; præterea agit præsertim de charismatibus quæ fidelibus concedebantur, non vero de iis quæ ad hierarchiam spectabant. Aliunde positivis testimoniis B. Paulum agnovisse S. Petri primatum jam probavimus. (Cf. 689. 697).

(2) *Paulus Petrum reprehendit* et in faciem ei restitit[3]. Sed inferior non exprobrat superiorem.

R. Disceptatione hac inter Paulum et Petrum thesis nostra confirmatur, (a) B. Paulus enim reprehendit Petrum *quasi repugnanter,* non *auctoritative* quidem, sed *caritative,* neque in materia fidei, sed in *re disciplinari.* Petrus siquidem optime noverat leges mosaicas non amplius obligatorias esse, ut id ipse aperte declaraverat[4]; et cum Gentilibus gentiliter vivebat, non judaice, ut Paulus ei objicit[5]; sed advenientibus Judæis, a Gentibus sese subtraxit, prudentiæ causa, timens ne scandalum Judæis præberet, sicut postea Paulus ipse Timotheum circumcidit, ne eum Judæi despicerent[6]. Hoc autem Petri exemplum tantam vim habuit, ut ceteri Judæi et Barnabas ipse illud imitarentur; idcirco Paulus, timens ne tali acendi ratione Gentiles a fide averterentur, B. Petrum reprehendit et quidem sat vehementer, (b) Jamvero ex ipsa rei expositione patet, hic solum quæstionem esse de re *ad disciplinam* spectante, et de prudenti legum applicatione; in quibus superiores etiam ab inferioribus modeste carpi possunt, dummodo sufficiens adsit ratio. Neque *ex hoc facto* evellitur, sed potius

[1] **Euseb.,** *Demonstr. evangel.,* l. **III, η. 5; S. Joan. Chrysost.,** *In Matth.,* **hom. 58, n. 2; hom. 85, η. I.**

[2] *I Cor.,* **XII, 28** ; *Eph.,* **IV,** 11. — [3] *Galal.,* **II,** I **I-i4.**

[4] *Ad.,* **XV,** 7_-io, **28-20.** — [5] *Galat.,* **II,** 14. — [6] *Ad.* **XVI, 3.**

confirmatur primatus. Quomodo enim factum est ut Petrus *solo exemplo* plus potuerit quam Paulus *verbis et exemplis* suis, ita ut etiam Barnabas, Pauli amicus, Petrum secutus fuerit, nisi quia i]le ut *Apostolorum princeps, speciali insignitus auctoritate,* ab omnibus agnoscebatur?

695. — (D) Ex parte aliorum Apostolorum, (i) Superior primas a subditis non *mittitur,* nec eisdem *rationem reddere* tenetur. Atqui Petrus ab aliis Apostolis Samariam mittitur ad fideles confirmandos, et, in quadam occasione, Apostolis de gentilium admissione in Ecclesiam se purgavit :*

R. *Dist. major.* Superior a subditis non mittitur *auctoritative,* nec eis rationem reddere *judicialiter* de suis actibus. *C.* ; non potest, sine auctoritatis suæ damno, mitti *missione exhortatoria,* vel reddere rationem *ex prudentia motivo. X.* Et revera ita evenit B. Petro in duplici testimonio allato.

(2) Juxta S. Paulum, *omnes Apostoli* vocantur *Ecclesia fundamentum*[2]. Ergo primatus non soli Petro pertinet.

R. *Dist. major.* Omnes Apostoli sunt Ecclesiæ fundamentum, *servato ordine determinato. C.; aqualiter* et eadem ratione. A". (Cf. n. 696).

696. — Scholion. De B. Petri primatus habitudine ad : i. Christum, 2. alios Apostolos, 3. et speciatim S. Paulum.

(1) B. Petrus primas et Christus, (a) B. Petrus est "totius Ecclesiæ militantis visibile caput"[3] quoad ejusdem externam gubernationem tantum; Christus vero est invisibile caput totius Ecclesiæ triumphantis, purgantis et militantis; quam ultimam interno influxu regit. Uterque est Ecclesiæ caput : sed Christus auctoritate propria, Petrus vero ex auctoritate Christi.

(b) B. Petrus est Ecclesiæ fundamentum secundarium et visibile; Christus autem solus, fundamentum primarium et invisibile[4]. Consequenter B. Petrus consuevit vocari Christi *vicarius,* non successor : nam successor ille dicitur qui munus exercet in locum alterius suam potestatem deponentis.

(2) B. Petrus primas et Apostoli alii.

(a) *B. Petri auctoritas quoad inulta similis est aliorum Apostolorum auctoritati.* Utraque enim procedit immediate

Act.y VIII, 14; XI, 2-18. — - *Ephes.'* II, 20.
3 D· B·» 1823. — 4 *1 Cor.,* HI, ii; D. B,, 1S21.

a Christo historico; tendit ad Dei glorificationem per hominum salutem, adhibitis iisdem mediis, quæ sunt revelatio et sacramenta : gaudet extraordinariis apostolatus prærogativis; hinc Patres sæpe asserunt omnes Apostolos inter se aequales fuisse.

(b) *B. Petrus solus suprema gaudet auctoritate,* non vero alii Apostoli, i. Etenim solus est Ecclesiæ caput, fundamentum, claviger et pastor omnium, ex iteratis ipsius Christi declarationibus. 2. Præterea hæc potestas universalis Petro confertur ut munus pastorale et ordinarium; Apostoli vero privilegia sua, modo extraordinario tanquam Ecclesiæ fundatores, possident, et quidem sub B. Petri jurisdictione. 3. Primatus est *B. Petro personalis :* in eo sensu quod Petrus solus et non alii Apostoli, hac praeeminentia gaudet; non vero in eo sensu quod concessus est Petro ut personae privatae : siquidem datus fuit ei ut personae publicae, ita ut non desinat cum ipso, sed ad ejus in officio successores transmittatur.

697. — (3) B. Petrus primas et Paulus Apostolus.

(a) De auctoritate Pauli generatim eadem dicenda sunt ac de aliorum Apostolorum auctoritate. (Cf. n. 696).

(b) Praeterea notetur Paulum doctrinam et missionem suam a Christo redivivo immediate accepisse, eumdem notiorem esse ob suas epistolas et plus omnibus in evangelii prædicatione laboravisse : ideoque "*Apostolum" per excellentiam nominatum fuisse.* Sed non obstantibus his factis, Paulus indubitanter supremam auctoritatem B. Petri agnovit, ut probatum est[1]. (Cf. n. 689, 694).

(c) *fansenistæ* et *Veteres Catholici*[*] Petrum et Paulum dignitate aequales fuisse asserunt. — Sed *immerito.* 1. Etenim constans est praxis dicendi : Petrus et Paulus sunt "*Ecclesiæ fundamentum, Principes Apostolorum, principes* aut *patres Romæ"* aliaque ejusmodi. 2. Sed hae formulae Patrum et Theologorum, v. g., S. Alberti M. et S. THOMÆ citationes, quas allegant adversarii, non negant B. Petri primatum. Significant enim aequalitatem Petri et Pauli,

1 Cf. *Rom.,* XV, 20-28; *I Cor.,* I, 12; *Gal.,* I, 18.

- Langen, unus eorum, textus Patrum de æqualiute Petri et Pauli collegit contra R. Pontificis primatum.

non quoad dignitatem et potestatem; sed tantam ratione apostolatus, vel infallibilitatis doctrinalis, vel specialis laboris et muneris in mundi evangelizatione et præsertim Ecclesiæ Romanæ fundatione; porro hæc omnia cum B. Petri præeminentia concordant. 3. De facto citata verba etiam hodie inveniuntur in pontificiis documentis quæ de primatu B. Petri nullo modo dubitant[1]. Quare INNOCENTIUS X damnavit ut *hareticas* propositiones affirmantes "*omnimodam tequalitatem inter S. Petrum et S. Paulum sine subordinatione et subjectione S. Pauli ad S. Petrum in potestate suprema et regimine universalis Ecclesia*" [2].

ARTICULUS II

De primatu R. Pontificis [3]

B. Petri primatu demonstrato, nunc agendum est de ejus continuatione per A'. *Pontifias primatum.* Duæ principaliores quæstiones sunt solvendæ : i. Utrum Christus voluerit *B. Petri primatum ad ejus successores in perpetuum transire?* 2. Utrum *B. Petri primatus vere existât in R. Pontificibus?* Prior est basis et fundamentum posterioris.

§ I. — De Perpetuitate primatus B. Petri in ejus Successoribus

698. — Status quæstionis.

i° Errores. *Protestantes* orthodoxi et liberales, *Moderniste* et *Rationaliste* vel negant primatum Petri, vel dicunt eum fuisse praerogativam stricte personalem et temporariam, non vero perpetuam. Item *Grceci schismatici* permulti respuerunt transmissionem primatus B. Petri, antequam ipsum primatum R. Pontificis^ impugnarent.

2° Catholici vero docent, juxta *Vaticanum :* * n beato apostolo Petro princeps Apostolorum et pastor magnus ovium Dominus Christus *in perpetuam salutem ac perenne bonum Ecclesiæ instituit, id eodem auctore in Ecclesia, qute*

[1] *Sum. theol.,* Supplem., q. 40, n. 6. — [2] D. B., 1091.

[3] D. B., Index IIIMIR; *Codex J.* C., 218-221; S. Bellarm., *Contrat'., De Summo Pontifice,* l. I. c. 10 sq.; De Maistre, *Du Pape;* Mazzella, n. 9iS sq.; Franzelin, th. 11 et 12; Brugere, p. 114 sq.; Billot, p. 586 sq.; C. Pesch, p. 328 sq.; M. Jugie, *Theol. Dogrn.,* t. IV, *De Ecclesia,* p. 362-463: G. Jacquemet, 7« *es Teints,* Paris, 1934.

Jundata super petram adfinem saeculorum usque firma stabit, jugiter durare necesse est... " \

699. — Thesis. Ex Christi institutione, primatus B. Petri transit ad successores in perpetuum. *De fide.* **Ecclesiæ magisterium.**

C. Vaticanum definit : " Si quis dixerit, non esse *ex ipsius Christi Domini institutione* seu *jure divino,* ut beatus *Petrus in primatu super universam Ecclesiam habeat perpetuos successores..., A. S. "* 2

700. — I. Probatur : i. ex *verbis Christi,* 2. ex *natura et fine primatus.*

(A) Ex verbis Christi. Etenim Christus primatum contulit B. Petro ut Ecclesiæ *fundamento* et dedit ei *claves regni cælorum;* præterea ei tradidit omnes oves suas pascendas et fratres in fide confirmandos. Ergo Petrus in suo summo munere permanere debet quousque perdurat Ecclesia seu regnum caelorum, quousque sunt oves Christi regendae, vel fratres confirmandi in doctrina vera; sed hæc aderunt usque ad finem mundi. Ergo etiam ut primas, Petrus manet usque ad finem mundi. Sed certe non in carne propria, ergo in suis successoribus 3; seu, aliis verbis, suus primatus ad suos successores est transiturus 4.

701. — (B) Ex natura et fine primatus. (1) Primatus B. Petro collatus est elementum essentiale in constitutione Ecclesiæ, cui præbet formam socialem intimam. Sed quod essentiale est Ecclesiæ tamdiu durare necesse est, quamdiu perdurat ipsa Ecclesia. Cum igitur Ecclesia usque ad sæculi consummationem existet, primatus in ea, ex Christi institutione, eamdem perpetuitatem habebit.

1 D. B.. 1S24.

- C. *Vaticanum,* Constit. *Pastor citemus,* cap. 2 ; D. B., 1825 ; cf. 468 sq., 766.

3 S. Leo M., *Serm. 2, de annivers. assinnpt. suce,* c. 3; Λ £·> LIV, 144.

4 " Simon-Pierre n'est pas que le fondement historique de l'Eglise, il vit encore, aux yeux de Matthieu, dans une puissance qui lie et délie, qui détient les clefs du royaume, et qui est l'autorité de l'Eglise elle-même, non pas sans doute son autorité diffuse, le régime particulier des· communautés, mais une autorité générale et distincte, qui est aux autorités particulières ce que Simon-Pierre a été relativement aux disciples et à Paul lui-même... La conscience de cette primauté inspire tout le développement de Matthieu, qui n'a pas eu seulement en vue la personne historique de Simon, mais aussi la succession traditionnelle de Simon-Pierre A. Loisy *, *Les Evangiles synoptiquest* t. II, p. 9, 13.

(2) (a) Christus B. Fetro primatum tribuit, ut ex eo *unitas ct soliditas Ecclesiæ* | consisterent contra omnes externas vel internas impugnationes : primatus est enim petra angularis firmissima ejusdem ædificii. Ergo oportet hujusmodi primatum durare, quamdiu unitas et soliditas in Ecclesia sunt servandæ, quousque portæ inferi adversus eam insurgent, scilicet usque ad sæculorum finem, (b) Insuper si Christus primatum instituit pro tempore quo minus necessarium erat ratione Apostolorum infallibilitatis et parvi numeri fidelium; a fortiori voluit illum permanere quando magis necessarius erit, i. e., in sæculorum decursu, crescente numero Christianorum et sævientibus persecutionibus.

(C) Hujus *perpetui primatus convenientia* demonstratur historia *Gracorum schismaticorum* et *Protestantium,* qui carent primatu R. Pontificis. Etenim 1. *Ecclesiæ orientales separatee* neque independentiam, neque unitatem servare potuerunt, deficiente duce, nec eis possibile est professionem fidei constituere omnibus probatam. (Cf. n. 778). 2. *Protestantes,* quamvis omnes Jesum ut invisibilem ducem agnoscant, unitatem fidei nunquam servare potuerunt; sed in sectas innumeras divisi sunt atque quotidie dividuntur, quæ etiam de rebus ad salutem necessariis acriter inter se disputant.

702. — Nec dicatur : Christiani, sine Petro capite, majoritati legitimorum pastorum adhærere possunt et ita suam socialem unitatem servare. — Resp. Hoc medium ad unitatem est *insufficiens.* i. Etenim cum pastores sint per orbem dispersi, difficile admodum est invenire ex qua parte sit majoritas. 2. Etiam, quando simul in concilio congregantur, aliquis desideratur qui eos *ex officio* oonvocandi jus habeat, cœtui præsideat, et decretorum promulgationi et exsecutioni invigilet : hoc autem commode fieri nequit, nisi adsit episcopus majori dignitate ac potestate ornatus. 3. Aliunde non semper nec frequenter haberi possunt concilia, dum continuo requiritur auctoritas suprema ad regendam Ecclesiam : hæc enim, utpote societas semper agens atque militans, constanter fideles in recto veritatis virtutisque tramite dirigere debet, eosque contra hostiles impugnationes protegere.

' *C. Vaticanum* hæc docet : "Ut episcopatus ipse *unus et indivisus* esset, et per cohérentes sibi invicem sacerdotes credentium multitudo universa *infidei ct communionis unitate* conservaretur, (Christus) ... in ipsum (Petrum) instituit *perpetuum utriusque unitatis principium ac visibile fundamentum*". D. B., 1821; cf. S. Thom., *Cont. Gent.,* 1. IV, c. 76.

703. — **II.** Confirmatur **testimonio Patrum.** Patres enim dicunt Ecclesiam esse *unant* quia *supra Petrum* fundatam et Petrum in Ecclesia præsidere, loqui, docere, regere. Ita Tertullianus asserit Dominum "*claves* regni cælorum *Petro* et *per Petrum Ecclesiæ* reliquisse" [1]. S. Cyprianus scribit : "Una Ecclesia et cathedra una *super Petrum* Domini voce fundata" [2]. S. Petrus Chrysol. ait : "B. Petrus, qui in propria sede et vivit et *præsidet,* præstat quaerentibus fidei veritatem" [3]. Philippus, R. Pontificis delegatus in C. Ephesino, declarat : Petrus "ad hoc usque tempus et semper in suis successoribus vivit et judicium exercet" [4]. Multi docent primatum Petri in Episcopo Romano perseverare, ex dicendis. (Cf. n. 713 sq.).

Porro, tempore quo hæc testimonia proferebantur, S. Petrus jam mortuus erat. Ergo Patres docent supremum B. Petri munus in suis successoribus permanere.

Conclusio. Igitur Leo **XIII** declarat : "Ejusmodi principatum quoniam *constitutione* ipsa... *Ecclesiæ,* velut *pars præcipua,* continetur, videlicet *ut principium unitatis* ac *fundamentum incolumitatis perpetuæ,* nequaquam cum B. Petro interire, sed recidere in ejus successores ex alio in alium oportuit" [5].

§ II. — De primatu Romanorum Pontificum.

Christus voluit ut primatus, in B. Petro institutus et inchoatus, perpetuo continuaretur in ejus successoribus. Porro B. Petrus fuit episcopus romanus et R. Pontifices sunt ipsius in munere ordinario successores. Hinc statuemus : 1. 7>. *Petrum fuisse romanum episcopum, 2. P. Pontifices esse ejus in primatu successores.*

I. — DE B. PETRO EPISCOPO ROMANO [6].

704. — Status quæstionis.

(i) Ut R. Pontificibus competeret Petri primatus, stricte necesse non erat Petrum Romam venisse, ibique definitive

[1] Tertullian., *Scorpiace,* 10.
[2] S. Cyprian., *Epist.* 43, n. 5; R., 573.
[3] Petr. Chrysolog., *Epist. ad Eutychen.y* R., 2178.
[4] Philipp., Cl. *C. Ephesini* Act. III.
[5] Leo XIII, Encyc. *Satis uognitinn,* 29 jun, 1S96.
[6] Sanguinetti, *De sede romana S. Petri.* Romæ, 1867; M. Lecler, *De romano S. Petri episcopatu.* Lovanii, 18S8; C. Fouard, *S. Pierre^* Paris, 190},

suam constituisse sedem. Christus enim, immediate aut per Petrum, determinare potuisset ut Episcopus Romanus tanquam Petri successor haberetur, licet hic nunquam Romæ vixisset. Facilior tamen et strictior erit demonstratio primatus in R. Pontifice, posito quod B. Petrus ut Episcopus Romanus vitam finivit : nam Petri successor in sede episcopali esse debet simul ejus in primatu successor, nisi aliud constet.

(2) Errores. Negaverunt Petri adventum in Romam : *WaPdenses* (sæc. XIII), *Marsilius Patavinus* (sæc. XIV) posteaque *Protestantes* ac *Rationaliste* multi ', imprimis e Tubigensi schola cum *Eichhorn* ,* *Baur* ,* etc. et recentius ***J.*** *Haller* * 3. — Hodie vero inter eos multi doctiores admittunt Petrum Romæ 3 prædicasse, ibique mortem subiisse, sed plerique simul negant eum fuisse Romæ episcopum. B

(3) Catholici vero a) affirmant B. Petrum Romam venisse, ibique suam sedem episcopalem definitivam constituisse et martyrium subiisse. (b) In thesi agemus tantum de *romano B. Petri episcopatu,* qui non necessario.continuam et longam commorationem Principis Apostolorum in urbe; Roma supponit, sed tantum requirit ejusdem civitatis habitualem et specialem curam, saltem in ultimo ejus vitæ stadio, pro Romanæ Ecclesiæ gubernatione, (c) Cum autem omnes eruditi, etiam acatholici, fateantur romanum Petri episcopatum, jam a medio sæculo tertio, in universo orbe christiano fuisse admissum, satis erit testimonia adducere huic epochæ anteriora.

append. IV; J. Guiraud, art *La venue de S. Pierre à Rome,* in *R. P. An* i nov. 1905, p. 97-109; P. Monceaux, art *L'Apostolat de S. Pierre à Rome,* in *R. H. L. R.,* 1910, p. 216-240; A. d'Alès, art *Pierre (S.} à Rome,* in *D. A.,* col. 25-36; M. Besson, § *Pierre et les origines de la primauté romaine,* Genève. 1929; O. Marucchî, *Pietro e Paulo a Roma,* Turin, 1934.

| Udalncus Velenus ,* *Tractatus quo XVIII argumentis asseritur Petrum numquam Roma fuisse,* 1520; F. Spanheim ,* *Dissert.,* Lugduni Batav., 1629, et *Opera,* 1700, t II, p. 301; F. C. Baur *Kirchengesch. der drei ersten Jahrh.,* Tubingen, 1863; R. A. Lipsius ,* *Chronologie der rom. Bisch.,* Kiel, 1869 ; *Die apokryphen Apostelgeschichte und Apostellegenden,* Brunswick, 1S83-1887. |T|

" J. Haller ", *Das Papstlum,* Stuttgart

I A. Hamack ,* Hj.._Lictzrnann ,* in suo opere *Petrus und Paulus in Rom.,* p. 238, ait : " Toutes les sources les plus anciennes laissent clairement entendre que S. Pierre a séjourné à Rome et qu'il y est mort... Je ne vois pas meme la possibilité d'une hésitation ",

705. — Thesis. **B. Petrus fuit Romanus Episcopus.** Historice *certum* b

i° Probatur ex : i. *testimoniis, 2. Episcoporum Romanorum catalogis, 3. consensu omnium orientalium ecclesiarum.*

(A) Ex testimoniis.

(1) **III0** sæc. ineuntç,^ plures sunt_^estes omni exceptione majores, (a) S. Cyprianus et Firmii.ianus, etsi Romanae Sedi aliquamdiu restiterint, manifeste supponunt Petri sedem Romæ collocatam fuisse. Cyprianus enim de quibusdam schismaticis Romam petentibus ait[2]3: " Navigare audent et ad *Petri cathedram* atque ad Ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est... " ; item declarat Firmii.ianus3 : "Stephanus (papa) qui per successionem *cathedram Petri* se habere prædicat ".

(b) Eodem fere tempore, Tertullianus 4 : " Percurre *ecclesias apostolicas,* apud quas ipsæ adhuc *cathedra apostolorum* suis locis president... Si autem Italiæ adjaces, habes *Romam*... cui totam doctrinam *Apostoli* cum sanguine suo profuderunt; ubi *Petrus* passioni dominicæ adæquatur..." (c) Quibus accedit Clemens Alex., qui de prædicatione Petri in Urbe Roma tractat5; (d) Origenes tandem *te Petro* loquitur qui *"ad extremum Romam veniens* cruci suffixus est capite deorsum demisso " 6.

1 De B. Petri episcopatus romani *duralionc* non concordant auctores: sed *dissensio de tempore non incertam redditfacti ipsius existentiam.* Inter catholicos, *quatuor* distinguuntur sententiæ. *Prima*^ cum Baronio et aliis communiter, tenet Petrum Romæ episcopum fuisse per *25 et amplius annos; secunda,* quam propugnavit A. Pagi, docet Petrum Romam venisse exordio imperii Neronis ac ibidem episcopali munere functum fuisse *duodecim circiter annis: tertia,* duce Papebrochio, existimat eum Romæ sedisse *quindecim circiter annis ; quarta,* quam pauci Catholici cum multis Protestantibus sequuntur, statuit Petrum nonnisi paucis mensibus ante obitum suum Romam venisse, ideoque *minus quam integro anno* ibi commoratum esse. De quibus vide De Smedt, *Dissert, selectee in iam ictatem,* Gandavi, 1876. diss. I, cap. II, p. 29 sq. ; Jungmann, *Dissertat, selecta:,* Ratisbonæ, t. I, iSSo, diss. I, n. 42 sq. ; Guiraud, Z. *r.;* A. d'Alès, /. *c.*

3 S. Cyprian., Ep. 55^'7 *Cornelium,* n. 14: *P. L.,* **III,** 81S; R., 580: cf. cp. 52 *ad Antoniam,* n. 8; *P. L.,* **III,** 770; R., 575.

3 Firmill., Ep. *ad Çyprian., P. L.,* **III.** coi. 1169. Romanos Pontifices in episcopatu *Petro* successisse, et privilegia Petro concessa ad eos transiisse, manifeste supponunt Callistus (ap. Tertullianum, *De pudicitia,* XXI, 9; 7'. II, 1025, R., 387): et Hippolytus (ap. Euseb., 77. *E.,* \'. 20).

Tertullian., *De prescript.,* c. 36;/'. *L.,* II, 49, R., 297; K., 194: cf. 32,2; R., 296; K., 192; cf. etiam *Adv. Marc.,* 1. IV, c. 5; *ib.,* 366; R., 341: K., 210: *Scorpiaco,* c. 15; *tb..* 151. K., 216; *de Baptismo,* c. 4: /'. 7.., I, 1203.

s Ap. Euseb., 7/. *E.,* II, 15; VI, 14; *G..* XX, 171 ct 552. K., 150, 426, 434·

6 Ap. Euseb., 77. *E..* III, 1; *P. G.,* XX, 215.

706. — (2) II sæc., habemus ; (a) S. Irenæum, qui diserte asserit Ecclesiam Romanam ab *Apostolis Petro et Paulo* fuisse fundatam : " Matthæus Hebræis ipsorum lingua Scripturam edidit evangelii, cum Petrus et Paulus *Eomæ evangelisarent et fundarent Ecclesiam"* (c. 1)'. Et infra (c. 3) declarat eosdem Apostolos, hujus ecclesiæ administrationem et episcopatum Lino reliquisse, (b) Dionysium Corinthium -, qui Romanis de Petro et Paulo ait : " In Italiam simul profecti, *cum vos instituissent,* eodem tempore martyrium **pertulerunt(c)** Præterea Caius, adversus Proclum scribens, de tropæis seu tumulis Apostolorum Petri et Pauli ait [14]: " Ego vero *Apostolorum tropcea* possum ostendere. Nam sive in Vaticanum, sive ad Ostiensem viam pergere libet, occurrunt tibi tropæa eorum qui *Ecclesiam illam fundaverunt".*

(3) Patres Apostolici : (a) S. Ignatius ad Romanos scribit (c. 4) : ''Non ut *Petrus et Paulus* vobis præcipio. Illi *apostoli,* ego condemnatus; illi liberi, ego usque nunc servus''[4]. Porro verba hujusmodi bene quidem explicantur, si Petrus et Paulus Romæ apostolicam auctoritatem exercuerint : secus autem, vix intelliguntur. (b) S. Clemens Papa loquitur de martyrio Petri et Pauli tanquam Romæ consummato (iv r4jxsv), ut ex contextu patet Â — Quibus positis, constat 111° et 11° sæc., diserta esse testimonia de romano Petri episcopatu, eademque firmari verbis implicitis Patrum apostolicorum, nemine contradicente; quod sane ad certitudinem historicam sufficit [6]. K

707. — (B) Ex Episcoporum Romanorum catalogis.

(a) Omnes antiqui catalogi [7] sive orientales sive occidentales

1 S. Iren., *Ado. Heres.,* l. III, c. I; *P. G.,* VII, 844. R., 208, 210. 21 r; K., 123, 125, 126, 186; cf. Euseb., *H. E.,* V, 6, 8; *P. G.,* XX, 446, 450.

3 Ap. Euseb., *H. E.,* II, 25; *P. G.,* XX, coi. 210. K., 60.

3 Ap. Euseb., *II. E.,* II. 25; *P. G.,* XX, 207, K., 137, 138. Hic agitur de *tumulis* ubi reconduntur corpora Petri et Pauli, non de *cellis* seu *memoriis* in eorum honorem erectis; nullum enim haberet valorem Caii argumentatio, ad .Romanam Sedem exaltandam, si de memoriis tantum ageretur, et ex contextu patet hunc locum ab Eusebio ita intellectum fuisse.

4 S. Ignat., *Rom.,* IV; Funk, *Patres Apostol.,* Tubing., 1901, t. I, p. 257;

5 / *Clem.,* c. 5-6; Funck, *op. cit.,* t. I, p. 104-106; cf. testimonium probabile Papiæ apud Euseb., *H. E.,* II, 14, 6-15, 2; K., 426.

6 Liber apocryphus, cui titulus *Testamentum Ezechioe,* (nunc in alio apocrypho inclusus, *Ascensio Italie* vocato), clare loquitur de *morte Petri in urbe Roma :* hoc autem documentum, secundum editorem anglicum Charles, ex fine 1' sæc. est; Tisserant, *L'Ascension d'Isaïe,* Paris, 1909.

7 L'sque ad initium III| sæc., saltem viginti sunt textus in quibus eventus secundum chronologiam Romanorum Pontificum indicantur. Cf. Iren., *Adu. Har.,* III, 3; III, 4; I, 25; I, 17; *Ep. ad Vici.,* ap. Euseb., V, 24; Frag. Murator., lin. 73 etc. : quod concedit Harnack*, *Chronologie,* Leipsig, 1897, p. 164 sq.

Romanorum Episcoporum retrogradiuntur usque ad S. Petrum quem primo loco l ponunt. Hos catalogos nobis tradiderunt S. Irenæus, Eusebius et Epiphanius. S. Irenæus (i8o) statim post Petrum et Paulum, Linum ponit Romæ episcopum, et post hunc, Anacletum, Clementem, Evaristum, Alexandrum, Sixtum, Telesphorum, Hyginum, Pium, Anicetum, Soterem, Eleutherium 3[illegible] (b) Citandus est *Catalogus Liberianus,* cujus prima pars, sæc. III0 confecta, Petrum recenset ut primum Romæ Episcopum λ (c) Eusebius (c. 324) eumdem catalogum, auctoritate Irenæi, Hegesippi, Julii Africani fulcitus, adhibuit ·». (d)S. Epiphanius (c. 376), ex veteri documento, eamdem seriem tradit s. Sed hi catalogi, juxta omnes, derivant ex *antiquiori,* qui probabilius redactus est ab *Hegesippo* Romam adeunti sub Aniceto (155) et ibidem romanorum catalogum episcoporum usque ad Anicetum 6 ex documentis scribente. Hinc, a medio sæc. II0, indubitanter ab omnibus agnoscitur episcopatum romanum a S. Petro originem habere.

l Contra Lipsius, *Chronologie der rbmischen Bischofe,* p. 269;-Wordsworth *, *The ministry of grace,* London, 1903, c. I, p. 125-128; Harnack *, *Chronologie,* I, p. 114-202, et recentiores qui contendunt *primum episcopum Roma:* fuisse Anicetum (c. 160), vel Pium (c. 150). — *Quam opinionem* solide *confutant* Duchesne, *Liber pontificalis,* I, introd., p. i-XXV; *Hist., ane.* *, I, p. 92; Lightfoot , *Early roman succession,* in S. *Clement of Rome,* Z, p. 201-345; J. Flamion, art. *Les anciennes listes épiscopales ctes quatre grands sièges,* in *Revue d'Histoire ecclésiastique*, 1900, p. 645-678; 1901, p. 209-238, P· 5°3"528; J. Chapmann, art. *La chronologie des premières listes épiscopales de Rome,* in *Revue bénédictine,* XVIII, 1901, p. 399-417; XIX, 1902, p. 13-37 et I45'I7°î Michiels, *Z'origine de Γépiscopat,* p. 306-336; H. Boehmer, art. *Zur altrbmischen Bischofsliste,* in *Zeitschrift fur die neutestam. Wissenschaft,* 1906, p. 333-339.

- S. Iren., *Adv. Hær.,* l. III, c. 3; P. *G.,* VII, 849. Cf. Euseb., *H. E.,* l. V, c. 6; Z\ *G.,* XX, 445 qui textum græcum affert; et l. V, c. 24; *P. G.,* XX, 505, ubi, in epistola Irenæi ad Victorem, plures romani episcopi in II0 sæculo enumerantur. Cf. R., 211;· K., 1S6.

1 De Smedt, Append., K, p. 90; cf. Duchesne, *Liber Pontificalis,* t. I, Introd., p. VI; K., 545.

4 Euseb., *H. E., l. c.,* et l. III, c. 2, 4, 13, 15, 34; l. IV, c. 1, 4, 10, 19; *P. G.,* XX, 215, 226, 247, 250, 2S6, 397...; *Chronic.,* an. 70, 82, 94, 102; *P. L·,* XXVII, 590, 598, 602, 606.

5 S. Epiphanius, *Hares.,* XXVII, 6; *P.* XLI, 372; R., 1092; cf. Lightfoot ;* *Apostolic Fathers,* I, p. 327-333.

6 Ι ενομενο δε έν Ρώμη διαδοχήν έποιησάμην μέχρι 'Ανίκητου, in libro *Memorialium,* apud Euseb., *H. E.,* l. IV, c. 22; *P. G.,* XX, 377-378; K., 69, 70. Post *Falesium* (XVII0 s., cf. *Migne, l. c.,* not. 12), Harnack *Chronol.,* I, p. 180-187, contendit Hegesippum Romæ fecisse *mansionem* (οια^ριβην), et non *successionem* (διαδοχήν) episcoporum. Quam opinionem criticam solide confutant Michiels, *op. cit.,* p. 309-313; Funk, *Kirchengeschichtlichte Abhandlungen,* I, p. 373-390; Chapman, in *Rev. bénéd.,* 1901, p. 411; 1902, p. 13.

708. — (C) **Ex consensu omnium orientalium ecclesiarum.** Omnes catholici et sectæ hereticæ, in Oriente, B. Petri praedicationem, episcopatum et martyrium Romæ consummatum in suis scriptis et liturgiis celebrant '. Sed nulla civitas sibi S. Petri sepulcrum vindicavit, et nunquam fuit haede re dissensio, licet omnes ejusdem mansionem in Jerusalem et Antiochia cognovissent. Ergo Orientales simul ac Occidentales de romano Petri episcopatu consentiunt; quod veritatis indicium est validissimum. ■

709. — 2° CONFIRMATUR praecedens argumentatio : i. ex *Scriptura,* 2. ex *antiquis monumentis.*

(1) Ex Scriptura. B. Petrus scribit, in fine primæ suæ Epistolæ (V, 13) : " *Salutat vos Ecclesia, qua est in Babylone collecta".* Sed hic nomine *Babylonis* designari *Romam* constat : ex eo quod nulla erat tunc temporis christiana communitas apud Euphratis Babylonem; nec testimonium de S. Petri prædicatione in hoc loco unquam inventum fuit. Præterea Joannes eodem nomine Romam vocat in *Apocalypsi* (XIV, 8; XVI, 19; XVII, 5; XVIII, 2 sq.); insuper veteres, ut Papias, Eusebius S. Hieronymus 3, quibus consonant fere omnes exegetæ multique Protestantes 4 eruditi, docent Petrum, in loco citato, loqui de urbe Roma.

(2) Ex antiquis monumentis 3. (a) Varia documenta ostendunt memoriam B. Petri Romæ affixam. Ita, *sepulcrum* ubi ejus

x Quod fuse probat **P. Martin**, art. 5. *Pierre, sa venue et son martyre à Rome,* in *Rev. des Quest, histor.,* XIII, 1873, p. 5 sq., XV, 1874, p. 5 sq., XVIII, 1875, P- 202 SQ·; c^. Livius, S. *Peter, bishof of Rome,* London, 1888, p. 349 sq., ubi plures invenies hymnos a Card. Pitra editos in opere *Hymnographie de VÉglise grecque.* Unum exemplum afferre sufficiat ex festo vinculorum Petri : " Κ« γέγονα Ρώμη ε πρώτο επίσκοπο την 0'ρθόδοξου των πόλεων κρηπ "; i. e., ""Et tu *Roma effectus es primus episcopus,* maxime orthodoxæ civitatis lapis angularis ac fundamentum

3 S. Hieronym., *De vir. illustr.,* c. 8.

4 Cf. C. **Peschj** *op. cit.*. n. 470. Hæc enim leguntur in *The* **Speaker's** *Commentary,* in ***I*** *Petr.,* V, 13 : ""Animadvertere licet civitatem Babylonis nullius christianæ communitatis fuisse sedem, neque in ullo veteri documento aliquid inveniri de commoratione Petri in Chaldæa, dum e contra juxta vetustissima documenta, ultimos vite annos in occidentali parte Romani imperii transegit. Aliunde nomine Babylonis metaphorice designabatur, tempore Joannis, ipsa civitas Romæ..., proindeque, *juxta unanimem consensum veterum, Babylon hic Romam significat* Ita etiam *Bishop* **Ellicott's** * *Commentary.* in h. loc. ; Farrar ", *Early Days of Christianity,* vol. II, p. 236, aliique apud Livius, *op. cit.,* p. 451 sq. — " En ce passage, Babylone désigne évidemment Rome '. Renan ;* *EAntéchrist,* Paris, 1873, P- I22› note 2·

5 Argumentum archæologicum late prosequitur Livius, *op. cit.,* p. 105 sq.; DD. Gerbet, *Esquisse de Rome chrétienne,* **t** I, c. 4; t. **III,** append. V;

corpus in *Vaticano* repositum est, locus *ad catacumbas* ubi ejus reliquiae translata; fuerunt; *cathedra* in qua sedebat; *piclurte* catacumbarum, et *scyphi vitrei* quibus effigies S. Petri sæpe exhibetur, *inscriptiones* (præsertim in catacumba Priscillæ) in quibus de Petro, jam initio II' sæc., fit mentio.

(b) Recenter, in basilica S. Sebastiani extra muros, permultæ inscriptiones manuales *(graffiti)* inventæ sunt, quæ antiquum cultum Apostolis Petro et Paulo præstitum in hoc loco testantur '.

710. — Nec dicatui : Petrum non fuisse Romæ episcopum probatur ex *silentio : Lucte* in Actibus /Xpostolorum, *Pauli* in Ep. ad Romanos, *Fl. Josephi* in epistolis quas Romæ degens scripsit, ubi de Neronis crudelitate agens, nihil de crucifixione Petri dicit. — Resp. Argumentum hujusmodi est *mere negativum* ac sufficienter enervatur rationibus positivis supra allegatis. — Præterea hoc silentium facile explicari potest, (a) *Lucas* in Actibus exordia Ecclesiæ christianæ satis accurate describit usque ad cap. XII, sed a cap. XIII, solos Pauli labores narrat, immo multa ad ejus historiam spectantia omittit, v. g., reprehensionem Cephæ, quam Paulus ipse commemorat. Aliunde quamvis Petrus, juxta communem opinionem, vigesimo sexto ante obitum suum anno Romam probabiliter venerit, non continue ibi mansit, sed inde potuit in alias civitates excurrere, (b) *Paulus,* in epistolis civitatum episcopos salutare non solebat; ergo ex ejus silentio in Ep. *ad Romanos* nil deduci potest; forsan speciales ad hos episcopos mittebat litteras per personam quæ epistolam.ad ecclesiam deferebat2, *iff)Josephus* autem expresse declarat se pleraque Neronis scelera silentio præterire voluisse; unde tacet de incendio Romæ, de nece Senecæ, etc. ; non est mirum igitur nil in ejus scriptis de crucifixione Petri inveniri.

Conclusio. Remanet igitur ut romanus B. Petri episcopatus, tot ac tantis testibus probatus, et a nullo antiquo auctore negatus, tanquam factum historice certum admittatur.

H. Marucchi, *Lc memorie dei SS. Apostoli Pietro et Paolo nella città di Roma,* 2' ed., Roma, 1900; Vigouroux, art. *Rome,* in *Diet, de la Bible,* col. 11S7-1193; O. Marucchi, *Catacombe ed il Protestantismo,* Romæ, 1911. Cf. de Jerphanion, in *Etudes,* 5 avril 1922. p. 60-68.

1 H. Chéramy, *Les eataeombes romaines,* Paris, 1932.

2 Alii dicunt Petrum nonnisi paucis mensibus ante obitum suum Romam venisse (cf. n. 705, nota 1), et proinde post redactionem *Actuum* (60-63), Epistolæ ad *Romanos* (57), et epistolarum Romæ scriptarum ; *Coloss., Ephes., Philip., Philent.*

II. — DE R. PONTIFICIBUS IN B. PETRI PRIMATU SUCCESSORIBUS[1].

Statuitur : I. *existentia primatus in R. Pontificibus, 2. jus quo R. Pontifices sunt B. Petri successores in primatu.*

1° DE EXISTENTIA PRIMATUS IN R. PONTIFICIBUS.

711. — Jam declarata primatus R. Pontificis *notione* et *erroribus* de hac re (cf. n. 674, 675), statim ejusdem *existentiam*[3] demonstramus.

Thesis. R. Pontifices in B. Petri primatu sunt successores. *Defide.*

Ecclesiæ magisterium.

C. Vaticanum affirmat : " *Quicumque in hac* (romana) *cathedra Petro succedit,* is secundum Christi ipsius institutionem *primatum Petri in universam Ecclesiam obtinet".* Et alibi : " S. q. d., *Romanum Pontificem non esse B. Petri in eodem primatu successorem, A. S. H".*

712. — I. Probatur *historico argumento* \ quod pluribus constat elementis : 1. *successione Petri* in R. Pontifice, 2. *testimoniis,* 3. *factis,* 4. *conciliis* quæ R. Pontificis primatum affirmant.

i. Successio B. Petri in R. Pontifice[4].

B. Petrus, qui in primatu per successores suos perenniter duraturus erat, Romæ episcopus mortuus est. Ergo ejus successor in romano episcopatu erit ejus successor etiam in

[1] D. B., Index IIP-III1; Van Noort, *De Ecclesia Christi,* Hilversum, 1932, n. 61-69; P. Batiffol, *L'Eglise naissante et le Catholicisme,* Paris, 1909; *Le Siège apostolique,* Paris, 1924; d'Alès, art. *Papauté,* in *D. .d.,* col. 1371-1388. J. Tixeront, *Hist, des Dogm.* t. II» p. 161, 162, 305, 306, 390, 453, 456; t III, p. 224-228, 362-365. Collationes fiunt de R. Pontifice in " Chaire de la papauté " apud " Catholicum Institutum Parisiense " fundata (1930). —' *C. Vatican.,* Sess. IV, cap. 2; D. B., 1824, 1825.

[3] Existentia primatus R. Pontificis in Ecclesia *a sac. V°,* a nemine negatur : quapropter anterioris ætatis testimonia imprimis afferemus. — (a) Sine dubio, in saeculis prioribus, R. Pontificis primatus non scientifice cognoscitur, nec sæpe dogmatice affirmatur, nec tam intense et universaliter exercetur, sicut fit tempore præsenti. Facile enim intelligetur, ex una parte, primos Petri successores jura sua non solemniter et constanter exercuisse præsertim in regiones dissitas; ex alia vero parte, eorum adversarios, data occasione, hunc primatum sæpius impugnasse, (b) Sed certum est historice in Ecclesiæ exordio, supremam R. Ponticis auctoritatem agnitam fuisse ab ipsis Summis Pontificibus, a fidelibus et episcopis; imo, non raro, ab ipsis hæreticis et schismaticis.

[4] L. Cristiani, *La liste des papes de S. Pierre à nosjours,* in R. Aigrain, *Ecclesia,* Paris, 1927, p. 752-768.

primatu, nisi contrarium probetur : nam jura alicui sedi episcopali annexa ad sedem occupantes transeunt. Sed certe R. Pontifex succedit B. Petro in romano episcopatu, ergo etiam in primatu : quam connexionem nulla gravis contradictio excludit et permulta argumenta supponunt

713. — 2. Testimonia de R. Pontificis primatu.

(a) S. IGNATIUS (f 107?), Antiochiae episcopus, Romanae Ecclesiæ præeminentiam proclamat, in sua ad Romanos epistola. " *Ecclesiæ dilectæ* et illuminatae voluntate ejus qui vult omnia... quæ etiam*præsidet in locu regionis Romanorum, digna Deo,* digna decore... digne casta et *caritatâœtuipræsidens,* Christi legem habens... " ». Vox autem *prcesidet,* προκάθηται, significat alicujus rei præsidium cum auctoritate exercere ad eam custodiendam seu veram jurisdictionem habere; *cœtus caritatis,* αγάπη , ex contextu et locis parallelis [1], coetum fratrum i. e. Ecclesiam designat; *in loco regionis Romanorum* indicat locum ubi præsidentia exercetur, non vero territorium integrum ad qpod extenditur. — Præterea S. Ignatius Romanam Ecclesiam, ratione tum ejus doctrinæ et superioritatis, tum obligationis ad eam adhærendi, ab aliis omnibus distinguit.

714. — (b) S. IRENÆUS (f 202) præclarum exhibet testimonium. Sub Eleutherio papa (175-189) indicat duplicem esse viam ad divinæ veritatis cognitionem : una singularum ecclesiarum omnes traditiones investigat quarum episcopi Apostolis succedunt; altera vero amplectitur doctrinam Ecclesiæ Romanæ, " *maxima et antiquissima et omnibus cognita,* a gloriosissimis *duobus Apostolis Petro et Paulo Romæ fundatæ* et constitutæ Ecclesiæ eam, *quam habet ab Apostolis traditionem* et annuntiatam hominibus fidem, per

[1] S. Iren., *Rom.,* Inscriptio, ap. Funk, *op. cit.,* t. I, p. 253; R., 52; K., 35. Ratio autem cur S. Ignatius *non magis explicite de R. Pontifice* loquitur est quia, ad sedandas locales dissensiones quæ in particularibus ecclesiis tunc temporis vigebant, non requirebatur Pontificis interventus, sed sufficiebat episcopi auctoritas, ut acute animadvertit J. H. Newman, *Development of Christian Doctrine,* London, 1906, p. 149-150, ubi, inter alia, hæc habet : " In medium Papam proferre, cum de rebus ab episcopis optime componendis ageretur, idem fuisset, ut ita dicam, ac exercitum ad furem deprehendendum mittere ".

[a] Ita, v. g., in ep. ad *Trallenses,* scribit : " Salutat *vos caritas,* ἀγάπη, Smyrnaeorum ", id est, fraternitas seu ecclesia Smyrnaeorum, 13, I; cf. *Rom., g,* 3; *Philad.,* II, 2; *Smym.,* 12, I.

successiones episcoporum usque ad nos indicantes, confundimus omnes eos qui quoquo modo... præterquam oportet, colligunt. JtZ *hanc enim Ecclesiam propter potentiorem* (alias potiorem) *principalitatem necesse est omnem convenire ecclesiam, hoc-est, eos qui sunt undique fideles, in qua semper, ab his qui sunt undique, conservata est ea, quæ est ab Apostolis traditio...* " r. Jam vero hic primatus Romanæ Ecclesiæ diserte affirmatur, cum hæc sit norma quam ceteræ ecclesiæ sequi debent, simulque declaratur rationem hujus primatus in eo sitam esse quod R. Pontifices sint B. Petri successores[2].

(c) Tertullianus (f 245?), *adhuc catholicus,* libenter affirmat B. Petri primatum, necnon Romanæ Ecclesiæ præeminentiam ejusque doctrinam maximi facit. Immo fatetur Christum B. Petro, deinde Petrum Ecclesiæ potestatem clavium reliquisse 3. *Montdnistafactus,* S. Callisti papæ auctoritatem deridet, sed simul eum appellat "*pontificem maxi-*

‘ S. Iren., *Adv. Hares.,* l. III, c. 3: *P. G'.,* VII, 848-849; R., 210-211; K., 125. De quo testimonio vide Massuet, in prævia dissert. III, art. 4, ad opera S. Iren.; Schneemann, S. *Irenai de Eccles. Rom. principatu testimonium,* Friburgi, 1870; Batiffol, *op. cit.,* p. 249-253; L. Duchesne, *Les Églises séparées,* p. 119, ubi totum argumentum sic contrahit : " Il est difficile de trouver une expression plus nette : 1’ de l'unité doctrinale dans l’Eglise universelle; 2° de l’importance souveraine, unique de l’Eglise romaine comme témoin, gardienne et organe de la tradition apostolique; 30 de sa prééminence supérieure dans l'ensemble des chrétientés ". Cf. Roiron, art. *Sur l'interprétation d'un passage de S. Irénée,* in *R. S. R.,* 1917, p. 36-51; L. Saltet, art. *S. Irénée et S. Cyprien sur la primauté romaine,* in *Bulletin de litt. ecclésiastique* de Toulouse, mai-juin 1920, p. 179 seq. : d’Herbigny, art. *Sur le second "qui sunt undique " dans Irénée.* III, 3. 2, in *Rev. bénédictine,* 1910, p. 103-108.

2 Vim hujus testimonii senserunt Protestantes, et ad eam enervandam, contendunt mentem S. Irænæi esse. " fideles Romam convenire propter negotia tractanda, quia hæc civitas erat inter alias principalis, et traditiones apostolicas ibi servari non per auctoritatem Ecclesiæ Romanæ, sed per vigilantiam fidelium Romam undequaque venientium "; ita Grabbius, Febronius, Janus et Puller. — Sed *immerito,* (a) S. Irenæus non loquitur de *Urbe,* sed de *Ecclesia* Romana, (b) Vox *principalitas* apud Irenæum 23 locis significat potestatem, dominationem; ideoque ludunt, qui hoc unico loco eamdem vocem de Urbis amplitudine interpretantur; significat enim spiritualem præeminentiam et primatum Ecclesiæ Romanæ, ut ex tota concatenatione textus colligitur; ratio enim assignata cur hæc Ecclesia immaculatas servet traditiones est quia a successoribus Petri gubernatur, (c) Tandem vox *convenire ad* multo probabilius significat *concordare* cum, ita ut sensus sit omnem ecclesiam teneri cum Ecclesia Romana concordare in rebus fidei; non enim intelligi potest de *locali conventione,* quasi omnes fideles Romam venire teneantur, ut per se patet et a multis Protestantibus conceditur.

muni, episcopum episcoporum " et declarat ejusdem decreta apud Catholicos esse decretoria zet^sic primatum R. Pontificis etiam affirmat (X.

715. — (d) S. Cyprianus 1 (f 258) testatur Ecclesiam super solum Petrum fundatam, Sedem vero Romanam esse *Petri cathedram, ecclesiam principalem* et *centrum unitatis,* " Ecclesiæ *catholiae radicem ac matricem* ", existimatque unitatem Ecclesiæ nonnisi per communionem cum R. Pontifice servari posse: aliunde practice Papæ suprematiam confitetur, cum ab eo excommunicationem Novatianorum rogat. Insuper *primatum* attribuit R. Pontifici, non vero aliis episcopis 3 (cf. n. 690).

716. — Nec dicatur : S. Cyprianus, cum multis episcopis in Africa et Asia Minori S. Stephani papæ decreto de non rebaptizandis hæreticis restitit; ergo ejus primatum practice non agnovit. — Resp. *Nego consequent,* i. Revera aliud est non obedire in casu particulari et aliud auctoritatem cui obediendum est non agnoscere : quod quotidiana experientia satis constat. 2. Equidem S. Cyprianus, in hac disputatione, minus recte scripsit et egit; sed, quando pacatus est, primatum Romanæ Ecclesiæ incessanter affirmavit. Ex ejus scriptis patet ipsi persuasum fuisse rem, dé qua agebatur, esse magis disciplinarem quam dogmaticam, et quemlibet episcopum retinere posse praxim quæ in sua ecclesia vigebat absque fidei dispendio. 3. De facto, non obstante Cypriani aliorumque vehementi oppositione, decretum S. Stephani ab Ecclesia universali paulatim acceptum est. Ex hac igitur controversia, nedum infirmetur, primatus R. Pontificis magis ac magis demonstratur4.

717. — 3. Facta quæ R. Pontificis primatum testantur. Permulta sunt facta, in quibus plus ininusve primatus R. Pontificis legitime exercitus apparets. Ex his citabimus plura desumpta ex modo agendi : 1. *R. Pontificum,* 2. *ad Sedem romànam appellantium,* 3. *hæreticorum.*

1 Id., *De pudicitia,* c. i; 21; /'. Z., II, 980-981; R., 383, 387; K., 219-221.

- A. d'Alès, *La théologie de TerluUien,* Paris, 1922, p. 91-223; art. *Baptême des hérétiques,* în *D. A.,* col. 390-418; P. Godet, art. *Cyprien (Si),* in *D. T. C.,* col. 2459-2470.

1 S. Cyprian., *De unitate Ecclesia·, P. L·,* IV, 465-494.

4 J. B. Bord, art. *J'autorité de S. Cyprien dans la contrat', baptismale, jugée d'après S. Augustin,* in *Per. Hist, ecelés. de Louvain.* t. XXVIII, p. 445 sq.

I lis factis splendet Sedis Romanæ auctoritas suprema. " Toutes les églises du monde entier, depuis 1 Arabie, l'Osroène, la Cappadoce, jusqu'aux extrémités de 1 Occident, sentent en toutes choses, dans la foi, dans la discipline, dans le

(A) *Ex R. Pontificum historia.* R. Pontifices loquuntur et agunt, relate aut ad fideles et episcopos, aut ad ecclesias omnes, tanquam *sui primatus plene conscii.* Quorumdam tantum exemplorum memoriam renovamus.

(a) S. Clemens Rom. (c. 97) Corinthiis inter se divisis celeberrimam scripsit epistolam,quæ " Primatus epiphania" vocata fuit. Ecclesia Romana jus et officium sibi incumbere Corinthios ad pacem revocandi censuit : quod per *Clementem',* ejus episcopum, de facto peregit. S. Clemens, licet adhuc vivente S. Joanne apostolo, auctoritative loquitur, Corinthios schismaticos graviter reprehendit, mandat ut dissidentes peccatum suum confiteantur et presbyteris se subjiciant : " Si autem quidam *non obtemperaverint iis quæ Ille* (Christus) *per nos dixit,* cognoscant *offensioni et periculo non parvo sese implicaturos esse,* nos autem innocentes erimus ab hoc peccato " 2. Præterea eos hortatur ut obediant eis quæ *per Spiritum S.* scripsit. Porro hæc S. Clementis epistola " potentissima " nedum rejecta fuerit, reverenter accepta et inter divina officia per plurimos annos lecta fuit, quasi canonicam auctoritatem præ se ferret 3.

gouvernement, dans le rituel, dans les œuvres de charité, l'incessante action de l'Eglise romaine. Elle est partout connue, comme dit saint Irénée, partout présente, partout respectée, partout suivie dans sa direction. En face d'elle, nulle concurrence, nulle rivalité. Personne n'a l'idée de se mettre sur le même pied qu'elle. Plus tard, il y aura des patriarcats et autres primaties locales. C'est à peine si, dans le cours du IIP siècle, on en voit se dessiner les premiers linéaments, plus ou moins vagues. Au-dessus de ces organismes en voie de formation, comme au-dessus de l'ensemble des églises isolées, s'élève l'Eglise romaine dans sa majesté souveraine, l'Eglise romaine représentée par ses évêques, dont la longue série se rattache aux deux coryphées du chœur apostolique ; qui se sent, qui se dit. qui est considérée par tout le monde comme le centre et l'organe de l'unité". Duchesne, *Eglises séparées,* p. 155.

' Epistolam fuisse per Clementem exaratam testantur, ut jam diximus, Hegesippus, ap. Euseb., *H. E.,* IV, 22; *Dionysius Corinthius,* ap. *Euseb. H. E.,* IV, 23, 13; S. *Irenerus. Adv. lueres.,* III, 3, 3; *Eusebius, H. E.,* I. Ill, 3S, I; 5. *Hieronymus, Catal.,* Cf. Funck, *Patres Apost.,* t. I, p. XXXIII. Vide textus D. B., 41 :

3 Z *ad Corinth.,* c. 59.

3 Non pauci *Protestantes* fatentur hac epistola manifestari prima pontificiæ auctoritatis initia; inter quos : G. Salmon', *Introd. to the study of the NT. Testament,* p. 646; Sohm ·, *Kirchenrecht,* p. 160; A. Harnack *Dogmengesihuhte,* t. I, 4' ed.. p. 4S5. Sed, cum A. Harnack, contendunt hanc auctoritatem non ex Christi institutione, sed ex naturali praeeminentia Komæ, ortam esse. *Immetito* tamen, cum Patres hanc præeminentiam tribuant successioni apostolicæ.

718. — (b) S. VICTOR papa (189-198/, vi primatus sui, in controversia de Paschate loquitur. In Asia Minore, fideles Pascha celebrabant die 14 nisan, sicut ipsi Judæi; dum alibi, præsertim Romæ, hoc festum agebatur die dominica proxima post aequinoctium. S. Victor, finem huic controversée imponere volens, ne forte ritus judaici Christianis ritibus miscerentur, episcopis mandavit ut, coactis synodis, de Paschate disceptarent. Fere omnes declararunt servandum esse usum romanum. Sed Asiæ Minoris episcopi usum suum tenaciter retinuerunt. Contra quos Victor excommunicationem pronuntiavit. Mox tamen usus romanus etiam in Asia Minori praevaluit : tanta enim erat Romanæ Sedis auctoritas! Hic certo elucet *primatus exercitium,* tum ex ipsa convocatione conciliorum per totum orbem catholicum, tum ex obtemperatione omnium episcoporum R. Pontificis decretis [1].

(C) S. ZEPHIRINUS (199-2i7) supremam suam auctoritatem spiritualem manifestat, Montanistas et ipsum Tertullianum ab Ecclesia expellendo[2].

719. — (d) S. Stephanus (254-257), declarans se "per successionem cathedram Petri habere", prohibuit sub excommunicationis pcena, Firmiliano aliisque episcopis in Asia Minori, Cypriano et suis asseclis in Africa, ne baptismum ab haereticis collatum iterarent. Et de facto universa Ecclesia ei fideliter obedivit [3].

(e) S. DIONYSIUS (259-268) papa, cum jussisset Dionysio, episcopo alexandrino, de sabellianismo apud eum accusato, ut

1 Euseb., *H. E.,* V, c. 23 et 24; K., 91 sq.; 97 sq.; R., 265. Contendunt Protestantes quidam, Victorem conatum esse Asiaticos a communione universalis Ecclesiæ abscindere, sed ejus auctoritatem agnitam non fuisse. — *Sed immerito :* licet enim *Polycrates,* episcopus Ephesinus, cum aliis, Victori restiterit, et S. Irenæus, propter bonum pacis, reverenter Papam rogaverit ne excommunicationem urgeret, ex hoc non sequitur eos R. Pontificis auctoritatem negasse; sed potius ex Irenæi epistola colligitur hanc potestatem fuisse recognitam, cum solummodo admoneat Victorem non expedire integras ecclesias, morem sibi a majoribus traditum servantes, a communione abscindere. — Quod sane intellexit A. Harnack * *Dogmengeschichte,* t. I, 4J ed. p. 489-490 : "Quomodo potuisset Victor tale excommunicationis edictum minitari, nisi jam fuisset *communiter agnitum* ad Romanam potius spectare Ecclesiam definire conditiones *communis unitatis,* in iis rebus in quibus de fide agebatur — Fusiorem hujus paschalis controversiæ expositionem invenies apud De Smedt, Diss. II, c. i sq.; Jungmann, *Dissertat, selectæ.* Ratisbonæ, 1880, diss. II, p. 155 sq. — 2 Euseb., *H. E.,* V, c. 1. — 3 D. B., 46, 47.

suam doctrinam explicaret; iste plene R. Pontificis primatum agnoscens, litteras misit in quibus se ab errore immunem asseveravitl.

(f) S. Sylvester I (325) per legatos suos Nicæno con-

(g) S. Julius I (337-352) docuit episcoporum causas Romæ esse judicandas 2, ab hæreticis advocatus ut arbitri partes susciperet, in gratiam Athanasii litem terminavit, eumque in Sedem Alexandrinam restituit 3.

(h) Liberius (352-366J, ab ipso imperatore Constantio rogatus, ut Athanasium deponeret, id præstare noluit, propterea in exilium missus fuit 4; sed exinde apparet *jus episcopos deponendi* ad Romanam Sedem spectare.

(i) S. SIRICIUS (385), ad Himerium, Tarraconensem episcopum, scribit : " *Portamus onera omnium qui gravantur;* quinimo *hæc portat in nobis beatus Apostolus Petrus* qui nos in omnibus, ut confidimus, *administrationis suæ* protegit et *tuetur hæredes".* His verbis docet in totam Ecclesiam se ut hæredem S. Petri habere jurisdictionem 5.

(j) S. Innocentius I (417) synodo africanæ declarat nihil *"finiendum nisi ad hujus Sedis* (romanæ) *notitiam perveniret"*; quare S. Augustinus ait : " Inde (a Roma) rescripta venerunt, causa finita est " 6. Idem ipse pelagianos errores reprobat, atque S. Hieronymum et S. Chrysostomum sua auctoritate protegit.

(k) ZoziMUS (418) damnavit pelagianam haeresim in epistola *Tractoria* quam omnes episcopi subscribere tenebantur; quia " Patrum *traditio Apostolicæ Sedi auctoritatem tantam tribuerit ut de ejusjudicio disceptare nullus auderet",* et revera *potestate Petri* gaudet ideoque *curam omnium ecclesiarum* habet 7.

1 S. Athanas., *De decret, nie. Synodi,* 25.

2 Athanas., *Apol. contra Arianos.* n. 33; *P. G.** XXV, 304; Héfélé-Leclercq, *Hist. des Conciles,* t. I, p. 699-702.

3 " Ne prater sententiam Romani Pontificis quidquam ab Ecclesiis decernatur". Socrat, *H. E.,* II, c. 17, 5. Cf. K., 852; D. B., 3003; Batiffol, *Le Catho/. et la paix const.** p. 426-42S.

4 Athan., *Hist. Arianorûm.* 35; *P. G.** XXV, 733: Héfélé-Leclercq, *o/>. cil.,* p. S66. — 5 D. B., 87. J

- D. B., 100; S. Innocent., epist. 34; R., 2014, K., 720-721. 724-726.

D. B., 109; cf. Prosper., *Adz·. Collator.,* c. 21.

720. — (B) Ex *modo agendi ad Sedem Romanam appellantium.* R. Pontifex primatu gaudet, si semper et ubique, inter Christianos, agnoscitur *jus ad eunt ut ad summum superiorem appellandi.* Sed historice constat hoc jus a fidelibus, episcopis, hæreticis et schismaticis, jam a primis saeculis, multoties exercitum fuisse.S. POLYCARPUS (t 155), notissimus Asiæ episcopus, fimnfchpeHim interrogat de. Paschatis quaestione solvenda [1] ; S. IREN/EUS (f 202) Pontificem rogat, ut Montanistae damnentur [2]. *Basilides et Martialis* ad Sedem romanam recursum habent quia se illegitime a concilio particulari (250^, depositos dicunt. Testibus S. Hieronymo et S. Basilio ¡M., episcopi, tum in Oriente, tum in Occidente, ad S. Damasum frequenter appellant. Decurrentibus IV° et V° sæc., multi episcopi, a conciliis etiam cecuinenicis depositi, *ad Romam appellant :* ita, inter Orientales, Athanasius, Chrysostomus, Flavianus, Joannes Talaïa, etc. Formulæ vero appellationis sæpe explicite primatum Romanæ Sedis profitentur[4]. Insuper communio cum R. Pontifice signum legitimitatis apparet.

721. — (C) Ex *hæreticis.* Inter eos : (a) Quidam, ut *Marcion* et *Montanistæ,* verbis et agendi modo, R. Pontificis primatum explicite professi sunt, (b) Alii multi, ante vel post suam condemnationem, per se vel eorum legatos, venerunt Romam, ut hujus Urbis Episcopum in suum favorem determinarent : ita *Novatus* adit Cornelium; *Pelagius,* Innocentium; *Nestorius,* Xystum **III**; *Eutyches,* Leonem, (c) Post condemnationem suam ab Episcopo Romano, quidam ejus sententiam accipiunt, alii eam ignorare fingunt ut in Ecclesia maneant, alii probare eorum opinionem esse Sedi Romanæ consentaneam satagunt. Igitur ‘‘testimonium ex inimicis nostris ” R. Pontificis præeminentiam clare confirmat [5].

722. — 4. Concilia cecumenica.

R. Pontificis primatus a prioribus conciliis practice agnoscitur; sed a sæc. V°, non raro explicite contra adversarios affirmatur, et quidem pluries unanimiter[6] ab episcopis universalis Ecclesiæ.

(a) C. Ephesinum (431). Quamvis nestoriana hæresis in Oriente solo propagata esset, S. Cyrillus Alexandrinus,

[*] Euseb., *H. E.*. V, c. 24, n. 16 ; K., 87. — [3] Id., *op. cit.,* l. V, c. 4 ; K., 53.
[’] S.Cyprian.,ep.67,3,5; R., 588.—[‘] S. Hieronym., ep. 15, n. 2; R., 1346.
[5] P. Batiffol, *Le siège apostolique,* Paris, 1924, p. 416-492; J. Tixeront, *Hist, des dogmes,* t. II, III.
[6] Apud Mansi, *Cone.* IV, 1295; Harduin, I, 1478; D. B., 112

inter ceteros Orientis patriarchas primus, a R. Pontifice definitionem rogavit ad fidei unitatem servandam. Cælestinus papa Cyrillum creavit suum vicarium, ut concilio præsideret, legatosque misit quorum unus, Philippus presbyter, Patres concilii, nullo reclamante, sic allocutus est : " Nulli dubium, immo saeculis omnibus notum est quod *sanctus beatissimusque Petrus Apostolorum princeps et caput, fideique columna, et Ecclesiæ catholicafundamentum,* a D. N. Jesu Christo, Salvatore humani generis ac Redemptore, *claves regni accepit, solvendique ac ligandi peccata potestas ipsi data est : qui ad hoc usque tempus et semper in suis successoribus vivit, etjudicium exercet. Hujus itaque secundum ordinem successor et locum tenens* sanctus beatissimus *Papa noster Calestinus episcopus,* nos ipsius praesentiam supplentes, ad hanc sanctam synodum misit... Quamobrem intelligat Nestorius se a communione sacerdotali Ecclesiæ catholicae alienum esse

723. — (b) C. Chalcedonense (451)[1] clare testatur R. Pontificis primatum. S. Leo papa Eutychetis errores diserte damnavit in celebri epistola [2], quae cum lecta fuisset coram synodi circiter 600 Patribus, qui fere omnes orientales erant, ab ipsis accipitur exclamantibus : " Hæc Patrum fides; hæc Apostolorum fides. Omnes ita credimus; orthodoxi ita credunt. Anathema ei qui ita non credit. *Petrus per Leonem ita locutus est".* R. Pontifex ipsis per suos legatos praefuit. Patres vero relationem omnium in concilio actorum ad Leonem mittentes, inter alia asserunt : "Quam (fidem) veluti auro textam seriem ex veste Christi... usque ad nos ipse servasti, *vocis beati Petri omnibus constitutus interpres...* Quibus (episcopis in Concilio congregatis) tu quidem, *sicut membris caput, praeras* per eos qui tuum tenebant ordinem (i. e. legatos)... Rogamus igitur, et *tuis decretis nostrum honorajudicium ;* et sicut *nos capiti* in bonis *adjecimus consonantiam,* sic et summitas tua filiis, quod decet adimpleat "[3].

(c) C. Constantinopolitanum **III** (680) ad Agathonem papam scribit : " Tibi, ut *prima Sedis Antistiti Universalis Ecclesia, quid agendum sit, reliquimus,* stanti super firmam

fidei petram, libenter *acquiescentes* veræ confessionis *litteris* a vestra paterna beatitudine ad piissimum Imperatorem *missis, quas ut a summo Apostolorum vertice divine prescriptas* agnoscimus Hinc a sermone acclamatorio Patres exclamarunt : " *Per Agathonem Petrus loquebatur"*

724. — (d) C. Nicænum II (787) plene approbat Adriani papæ litteras, affirmantes Petri auctoritatem exerceri per Sedem Romanam, quæ " *in omnem terrarum orbem primatum tenens effulget* " 2.

(e) C. Constantinopolitanum IV (870), voce episcoporum græcorum latinorumque libenter accipit Hormisdæ papæ formulam, Sedis Romans primatum vindicantem 3.

(f) C. Lateranense IV (1215) asserit Ecclesiam Romanam, disponente Domino, super omnes alias *ordinarios potestatis obtinere principatum* 4.

(g) C. Lugdunense II (1274) et C. Florentinum (1438-1445), ubi utriusque Ecclesiæ romanæ et græcæ convenerant episcopi, primatum R. Pontificis explicite docuerunt. C. *Lugdunense* hæc habet : " *Definimus* Sanctam Apostolicam Sedem et *Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum,* et *ipsum Pontificem Romanum successorem esse B. Petri,* Principis Apostolorum, et verum Christi vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, et omnium Christianorum patrem et doctorem existere, et ipsi in B. Petro pascendi, regendi et gubernandi universalem Ecclesiam a D. N. Jesu Christo plenam potestatem traditam esse ". Ita etiam *Florentinum* 5.

(h) C. Vaticanum (1870) jam citatum (cf. n. 711) verba CC. Constantinop. IV, Lugdunensis II et Florentini repetit et confirmat 6.

' D. B., 288, nota 2; Harduin, III, 1422, 1438.
1 D. B., 298; Harduin, IV, 102. — s D. B., 171, 172. — 4 D. B., 436.
s D. B., 466, 694; cf. Labbe, t. XIII, p. 515.
6 Si *juxta epocham* coordinate velis testimonia, videbis R. Pontificum primatum habuisse testimonium : I. Sæc. I : a I* Petri, V, 13; a Clemente Rom.; 2. Sæc. II : ab Ignatio M.; Papia; Dionysio; Herma; Irenæo; Hegesippo; Abercio; Victore; 3. Sæc. III : a Caio; Zephyrino; Hippolyto; Origene; Tertulliano; Cypriano; Dionysio; Stephano; 4. Sæc. IV : a Julio; Liberio; Eusebio; Athanasio; Ursacio; Valente; C. Sardicensi ; Basilio; Epiphanio; Damaso; Optato; Ambrosio; C. Aquileiensi; Siricio; Gregorio Nazianzeno; Cyrillo Hierosolymitano; Hieronymo ; Chrysostomo; 5. Sæc. V : a Prudentio: Innocentio; Cvrillo Alexandrino; Zosimo; Cælestino; C. Ephesino; Augustino;

Conclusio. Igitur constat ab universali Ecclesia primatum R. Pontificis fuisse agnitum et definitum ; ideoque huic veritati adhærere debent illi omnes Christiani, qui, ut Anglicani et Græci, episcopalem auctoritatem infallibilem in Ecclesia admittunt; qui autem doctrinalem Ecclesiæ auctoritatem respuunt, ob valorem historicæ demonstrationis peractae, profiteri tenentur hanc veritatem nonnisi ab Apostolis dimanare potuisse. 9

725. — II. Confirmatur primatus existentia in R. Pontifice : i. *experpetuitate primatus B. Petri,* 2. *ex præscriptione.*

{pi} Ex perpetuitate primatus B. Petri.

Ex dictis (cf. n. 699 sq.), B. Petrus successores perpetuos in primatu habere debet, juxta Christi institutum. Sed, si excipias Romanum Episcopum, nullus unquam et cum aliqua veri specie sese S. Petri successorem declaravit, neque ullus a fidelibus ut talis acceptus est. Ergo R. Pontifex primatum Petri tenet, vel explicita Christi voluntas quoad B. Petri primatus perpetuitatem fuit inefficax.

726. — (b) Ex praescriptione.

Historice constat ex documentis allatis, saltem a sæc. V°, R. Pontifices ab universali Ecclesia, tum Orientali tum Occidentali, ut Petri successores agnitos fuisse, et primatum jurisdictionis in tota Ecclesia legitime exercuisse. Atqui talis persuasio *nonnisi ab Apostolis dimanare potuit.*

Theodoreto; Socrate; Sozomeno; Leone Magno; Prospero; C. Chalcedonensi, Gelasio.

Si testimonia *juxta Ecclesias* distribuis, habes : I. in Ecclesia Latina : Clementem Rom.: Hermam: Irenæum; Victorem; Caium; Zephyrinum ; Hippolytum: Tertullianum; Cyprianum: Stephanum; Julium; Liberium ; Ursacium et Valentem; Damasum; Optatum; Ambrosium: C. Aquileiense; Siricium; Hieronymum ; Prudentium; Innocentium; Zosimum ; Cælcstinum: Augustinum; Leonem Magnum; Prosperum; Gelasium; 2. in Ecclesia Graeca, Ignatium ; Papiam ; Dionysium ; Origenem ; Eusebium ; Athanasium : C. Sardicense; Basilium ; Epiphanium; Gregorium Nazianzenum; Cyrillum Hierosolymitanum; Chrysostomum ; Cyrillum Alexandrinum; C. Ephesinum ; Theodoretum; Socratem; Sozomenum ; C. Chalcedonense; C. Nicænum II, C. Constantinopolit. IV; 3. in Ecclesia Syriaca, Hegesippum et Abercium.

Fides communis Ecclesiæ de primatu R. Pontificis probari potest etiam *e variis ecclesiarum liturgiis.* Quoad liturgias *orientales,* cf. Tondini, *La primauté de* S. *Pierre prouvée par les titres que lui donne l'Eglise russe dans sa liturgie.* Paris, 1867; anglice, *The Primary of St Peter demonstratedfrom the Liturgy oj the Greco-Russian Church,* 187Q; Livius, *op. cit.,* p. 378 sq.

Si enim temporibus apostolicis universaliter credebatur omnes episcopos jure divino æquales esse, ut contendunt adversarii, necesse est magnam in fide et praxi totius Ecclesiæ intervenisse mutationem. Jamvero talis mutatio, omnibus attentis, *moraliter impossibilis erat.* 1. Mutatio enim de qua agitur, summi erat momenti, in materia, non pure dogmatica et obscura; sed *practica* atque *plane obvia ad Ecclesiæ essentialem constitutionem* spectante. 2. Ergo mutatio fieri non potuit quin *ubique* et *a multis* præsertim *episcopis* cognosceretur. 3. Si vero talis mutatio cognita fuerit, sane reclamationes atque contefitiones oriri debuerunt : nam agebatur de re ad *omnes episcopos pertinente,* qua eorum *jura* et *privilegia aperte minuebantur.* Porro his temporibus multi sane erant episcopi quibus puritas fidei et institutionum Christi integritas maxime cordi habebatur; alii erant plus minusve ambitiosi, jurium suorum studiosi; utrisque talis mutatio odiosa fuisset, nec proinde sine contentionibus et reclamationibus accepta. 4. Harum autem contentionum nulla exstant vestigia. Ergo nulla intervenit mutatio; ideoque doctrina de R. Pontificis primatu vere apostolica est et ab omnibus Christianis admittenda.

727. — Conclusio. Extra dubium est igitur R. Pontificem, juxta Christi beneplacitum, in supremo Ecclesiæ regimine esse B. Petri successorem, ideoque catholicam Ecclesiam esse monarchicam societatem. Et cum LEONE XIII [1] concludimus : " Nec sine speciali Dei numine, ad illam idololatræ Orbis Μητρόπολιν B. Petrus Apostolorum Princeps gressus egit, ut *ejusdem Pastor evaderet, eique supremi Apostplaius auctoritatem in perpetuum transmitteretj'* Nam conveniebat ut Deus suam potestatem magis ostenderet in ipsa Roma, quæ caput mundi erat, ideoque caput Ecclesiæ suæ ibi statueret in signum perfectæ victoriæ, ut exinde fides derivaretur ad universum mundum[2].

728. — Scholion. Episcopalismus est rejiciendus.

(a) Error. Episcopalismus contendit Ecclesiam a solis episcopis jure divino inter se æqualibus gubernandam esse, ita ut quisque in sua diœcesi a nemine pendeat nisi a Deo et a collegio

[1] Leo XIII, Litter, ad Em. Card. Rampolla, 15 jun. 1S87.

[2] *Sum. theol.* 3, q. 35, a. 7, ad 3; *De Regimineprincipum,* l. I, c. 14

episcoporum in concilium generale convocatorum, non autem a Sede Romana. Quod systema a Græcis separatis necnon ab Anglicanis episcopalistis propugnatur. (Cf. n. 600, 604, 607).

(b) Refutatio. Episcopalismus rejici debet. Nam, ut ex dictis patet, conciliari nequit cum primatu B. Petri et R. Pontificis, qui super omnes fideles et episcopos jurisdictionem plenam et supremam exercet.

2° DE JURE QUO R. PONTIFICES SINT PETRI SUCCESSORES IN PRIMATU.

Hæc quæstîo in *duplici sensu* accipi potest : 1. Utrum R. Pontifex, *Petri verus successor,* primatum jure divino obtineat? 2. Utrum R. Pontifex, *ut talis,* sit, jure divino an ecclesiastico, successor B. Petri in primatu? — Unde *duplex* evolvitur solutio.

729. — I. R. Pontifices, ut Petri successores, jure divino tenent primatum. *De fide.*

(a) *Sollemne Ecclesiæ magisterium* docet hoc dogma. 1. Legitur enim in decreto *gelasiano :* " Sancta romana catholica et apostolica Ecclesia... *evangelica voce Domini et Salvatoris nostri primatum obtinuit* .-Tu es Petrus, inquiens... " [1]. 2. Et *C. Vaticanum* declarat : " *Quicumque in hac cathedra Petro succedit, is, secundum Christi ipsius institutionem,* primatum Petri in universam Ecclesiam obtinet " [2]. (b) *Traditio* tota eamdem sententiam propugnat. Et si interdum affirmatur quod primatus Romanæ Sedi conjungitur ex " Patrum decretis ", hæc decreta intelligantur non ut eumdem primatum constituentia sed tantum ut declarantia, quod ait Innocentius I [3]. *Codex J. C.* hæc habet : " R. Pontifex, legitime electus,... *obtinet, jure divino,* plenam supremæ jurisdictionis potestatem" (c. 219). (c) Et revera, ex una parte, Christus ipse directe B. Petri primatum et perpetuam successionem in hoc primatu instituit, quæ consequenter jure divino existunt. Ex altera vero parte, R. Pontifices sunt vere Petri successores. Ergo eodem jure divino R. Pontifices tenent primatum : voluntas enim Christi omnes illas determinatas personas respicit quæ B. Petro legitime succedunt.

* **D. B., 163 ; cf. 332.**

[1] *C. Vatican., De Eccles.,* **cap. 2; D. B., 1824; cf. 1826.**

[2] **D. B., 100. Cf. Franzelin,** *De Ecclesia,* **n. 168 sq.**

Quare, juxta *Vaticanum*, " *credendum ab omnibus fidelibus est... ipsi (R. Pontifici) in B. Petro* pascendi, regendi, ac gubernandi universalem Ecclesiam *a D. N. Jesu Christo plenam potestatem traditam esse* "

730. — Scholion. Quomodo primatus in R. Pontificem perveniat?

Duo sunt distinguenda : i. *electio personce,* 2. *collatio potestatis primatus.*

(a) *Electio persona* seu R. Pontificis pertinet ad Ecclesiam, nempe ad solos electores qui rite designantur et secundum leges canonicas libere agunt. Hæc legitima electio de facto nunc pendet unice a jure pontificio, saltem regulariter loquendo. Christus enim modum personam R. Pontificis designandi supremae auctoritati Ecclesiæ determinandum reliquit : hic modus variare potest et de facto diversus fuit in temporum successione[2].

(b) *Collatio potestatis primatus* immediate provenit a Christo, qui solus suum vicarium constituere et supremam potestatem in suam Ecclesiam dare valet : talis ergo collatio fit jure divino. Electio R. Pontificis non ipsi primatum confert, sed est tantum *conditio* quæ Petri successorem designat : quo facto humano posito, persona electa primatum jure divino consequitur[3]. Collatio ergo primatus nullo modo pendet a civili potestate, aut concilio, vel ab Ecclesiæ consensu. Incipit statim ab electione acceptata per eum quem Cardinales designaverunt *(Cod.,* c. 219); cessare autem potest per voluntariam renuntiationem, ut in Cælestino V *(Cod.,* c. 221); per amentiam et mortem; non vero per depositionem[4]. Proinde, post obitum cujuslibet R. Pontificis, nemo est in Ecclesia, qui primatialem potestatem habeat.

731. — II. De nexu primatus in Ecclesia cum episcopatu romano[5].

(A) Certum est *episcopatum romanum et supremum pontificatum esse* duas dignitates in se distinctas, ideoque absolute dividi potuissent, utpote diversis functionibus respondentes. Attamen non sunt *in actu episcopatus duo.*

[1] **D. B., 1826.**

[2] *Cod.,* **c. 160; Constitut.** *Pii X, Pacante Sede Apostolica,* **25 dec. 1904.**

[3] **D. B., 620, 646, 648, 650, 674-**

[4] **L. Billot,** *De Ecclesia,* **Romæ, 1903, p. 626 sq.**

[5] **Joan, a S. Thoma,** *in* *Stun, theol. S. Thoma,* **t. VII,** *De auctoritate S. Pontificis,* **disp. i, art. 4; S. Bellarmin.,** *op. cit.,* **l. IV, c. 4; M. Schultes,** *De Ecclesia cathol.,* **Paris, 1925, p. 453-456; J. Bainvel,** *De Ecclesia Chi isti,* **Paris, 1925, p. 200-203; A. Vandepitte, art.** *L'union indissoluble de la primauté et du siège romain,* **in** *Rev. augustinienne,* **1904, p. 209-227.**

Etenim duo episcopatus, qui actu tales existant, sunt duæ jurisdictiones distinctæ quæ simul sumptæ /></h/ï *potestatis* faciunt. Atqui episcopatus romanus cum summo Pontificatu non ponit *plus potestatis* quam summus pontificatus solus. Revera summus pontificatus ponit plenitudinem ecclesiasticæ potestatis, et quilibet episcopatus particularis ratione sui non ponit nisi participationem hujus plenitudinis.

732.·—VB Quæritur quonam jure primatus alligatur Romanæ Sedi? et proinde utrum et quomodo prior a posteriori sit separabilis?

V.ARIÆ SENTENTIÆ.

1' — Richerius, Eebronius, Jansenista et *Gallicani* tenent *unionem primatus cum Sede Romana ex Ecclesiæ consensu* seu jure ecclesiastico *oriri:* proinde concilium vel Christianus populus posset, si vellet, primatum ab episcopatu romano disjungere. — Sed *hac opinio est hæretica,* quia primatum R. Pontificis respuit; et fuit damnata a Pio VI (1794) contra Jansenistas, et a Pio IX, in Syllabo (1864). Idem papa antea (1851) hanc *Nuytzii* propositionem reprobaverat : " Nihil vetat *alicujus concilii generalis sententia aut universorum populorum facto, summum Pontificatum a Romano Episcopo* atque Urbe *ad alium episcopum* aliamque civitatem *transferri* "

/ZJ — Quidam *veteres theologi :* v. g., Soto, Paludanus, declarant primatum Sedi Romanæ alligatum fuisse *sola B. Petri humana auctoritate,* ideoque in aliam sedem R. Pontificis voluntate transferri posse. — Quæ sententia, licet formaliter a conciliis non condemnata. *non sine quadam temeritate,* præsertim post C. A^aticanum, *sustineretur.* Jam enim antea scripserat Benedictus XIV : " Non videtur posse sustineri illorum opinio qui asseruerunt *prafatam connexionem* (primatus cum Sede Romana) ita *esse de jure humano,* ut possit ab Ecclesia dissolvi et una ab altera separari "[2].

733. — Z/p — Primatus B. Petri jure divino est Sedi Romanæ indissolubiliter conjunctus.

(1) Hæc sententia est *saltem theologice certa* et *tenenda.* De hac re nihil est proprie definitum. Juxta *Billot,* doctrina secundum quam alligatio primatus ad episcopalem Sedem Romanam fuit divino jure sancita, est prope definibilis [3].

(2) Probatur assertio præsertim *Traditione.*

[1] D. B., 1500, 1503, 1735. — Benedict. XIV. *De Synod.,* II, 1, 1.
[2] L. **Billot**»p. 611 sq*

(a) Ex Ecclesiæ definitionibus. *C. Florentinum* et *C. Vaticanum* definierunt sine ulla restrictione, R. Pontificem esse B. Petri in primatu successorem. Sed quod hodie de fide tenetur, semper de fide tenendum erit. Igitur B. Petri primatus nunquam a Sede Romana disjungi poterit.

(b) Ex verbis C. Vaticani. In *C. Vaticano,* dicitur " B. Petrum *aci hoc usque tempus et semper* in suis successoribus, Episcopis sanctæ Romanæ Sedis vivere et praesidere ▾ ▾ Ergo B. Petrus incessanter vivet in Romanis Episcopis; aliis verbis, ejus primatus a Sede Romana nulla auctoritate est separabilis.

(c) Ex sensu catholico. Etenim hæc *doctrina optime concordat :* i. cum *Patrum dictis,* quæ conjunctionem primatus cum Sede Romana exhibent ut factam " ex institutione divina" et " evangelica voce Domini"2; 2. cum *Ecclesiæ consensu,* vi cujus, nec S. Pontifices, nec fideles, etiam saevientibus persecutionibus, hæresibus et schismatibus, nunquam de separabilitate supremi pontificatus a Sede Romana cogitaverunt.

734. — *(fi) Indissolubilis est connexio* primatus cum Sede Romana, quia *a Christi voluntate dimanat.* Sed hoc *dupliciter fieri potuit :* (a) Vel *jure divino antecedente,* factum episcopatus romani in B. Petro : tunc Christus ipse B. Petro legem imposuisset romanum episcopatum suscipiendi, ut primatus in eo perpetuo subsisteret 3. (b) Vel *jure divino consequente,* quatenus lex quædam a Domino Rostro revelata ordinasset primatum conjungendum esse immobiliter huic sedi quam Petrus definitive seligeret, ita ut sedes a Petro electa non possit amplius mutari.

735. — (4) Corollaria.

(a) *Certum* est, contra *Febronium* aliosque, nullam potestatem civilem, aut ecclesiasticam R. Pontifici inferiorem peragere posse hanc separationem.

(b) *Probabilissime* docetur etiam R. Pontificem vel concilium generale cum ipso non posse primatum a Sede Romatia disjungere : quia hoc juri divino contrarium videtur.

▌ D. B., 1824, 1825. — 2 D. B., 298, 436, 460, etc.

3 Ita S. Bellarm., 1. IV, c. 4, qui ait Deum ipsum jussisse Romæ figendam esse Apostolicam Petri sedem; quod finTiare nititur testimonio (apocrypho) S. Marcelli, papæ et martyris, el S. Ambrosii. Hic enim, inquit, " refert, Christum omnino voluisse ut Petrus Romæ moreretur; et idcirco ei fugienti dixisse : Venio Romam iterum crucifigi. Quod est manifestum signum, Deum voluisse per mortem Petri Romæ firmari ejus Sedem ".

(c) *Certum* est *R. Pontificis primatum* non identificari cum ejus *residentia in urbe Roma.* — Distingui enim debent : 1. *sedes, 3. titulus,* 3. *residentia.* 1. *Sedes* est locus ubi aliqua ecclesia fundatur : v. g., sedes antiochena, lugdunensis. 2. *Titulus* est nomen ecclesiæ, quæ sedi nomen communicat : v. g., titulus antiochenus, lugdunensis. 3. *Residentia* est commoratio in loco, ubi pastorale munus exerceri debet.

His positis : 1. necessarium non est ut S. Pontifex Romæ resideat; sed sufficit *Sedem Romanam* existere et S. Pontificem servare *episcopi Romani titulum.* Unde si Civitas destrueretur, quicumque eligeretur *Romæ episcopus,* cum jure Romanam Ecclesiam regendi, verus esset Petri successor ac primatum in universam obtineret Ecclesiam. 2. Ad factum quod spectat, Romæ mansit Sedes Apostolica non solum tempore persecutionum, sed etiam quando Romani Pontifices ab Urbe exsulare coacti sunt, vel Avenione degere maluerunt : semper enim ut episcopi Romani electi sunt, et spiritualem hujus ecclesiæ administrationem retinuerunt. Unde saltem maxime probabile est rem ita se habituram usque ad finem mundi r.

736. — Scholion. De speciali monarchiae ecclesiasticae forma.

(a) Ecclesiam esse monarchicam societatem jam probatum fuit (cf. n. 673-727). Sed ulterius quæritur quænam sit hujus monarchiæ forma individua, (b) Primum *prcevice notiones* declarantur, posteaque Ecclesiam esse *monarchiam sui generis* statuitur.

i° Præviæ notiones.

(A) Species societatis. Ratione *regiminis formæ,* societas potest esse *monarchica, aristocralica* et *democratica.* (Cf. n. 643). Dicitur : (a) *Monarchica,* cum plenitudo potestatis socialis residet in uno. (b) *Aristocratica,* quando auctoritas competit collegio optimatum, qui collective eam exercent, **(c)** *Democratica,* cum potestas manet in multitudine; licet exerceatur a quibusdam magistratibus quos cives eligunt.

(B) Species monarchiæ. Monarchia vero dividitur secundum supremæ potestatis : 1. *gradum,* 2. *totalitatem.*

(1) Ratione *gradus potestatis,* monarchia est : 1. *pura* seu *simplex, 2. mixta* seu *temperata.*

1 Quidam gravissimi theologi declarant Ecclesiam Romanam usque ad finem mundi extituram ita ut in ea, omni tempore futurus sit fidelis populus suo R. Pontifici obediens. Ita S. Bellarminus, *De R. Pontifice,* 1. IV, c. 4 Franzelin, th. 12, p. 209; Billot, th. 28, corol. 1; Mazzella, n. 946 sq. Bouix, *de Papa,* t. I, p. 2II.

(a) *Pura* seu *simplex* existit, quando potestas *suprema* in uno est tota, plena, indivisa et expedita, (b) *Mixta* seu *temperata.* quando suprema potestas, licet in uno residens, aliquo modo dividitur aut ligatur et ab aliis partialiter pendet : v. g., si monarcha non gaudet potestate legislativa aut judiciaria, sed tantum executiva : ita monarchia repræsentativa.

(2) Ratione *totalltafis potestatis,* monarchia est : 1. *absoluta,* 2. *non absoluta.*

(a) *Absoluta* dicitur, si *rex solus gaudet tota potestate suprema et ordinaria,* ita ut duces, qui ipsi subordinantur, sunt ejus meri delegati, qui ad placitum revocari vel supprimi possunt

(b) *Non absoluta* vocatur, quando suprema potestas est in uno tota et indivisa; sed simul alii institüuntur qui monarch® subordinantur, ad regendos de *potestate ordinaria* subditos.

737. — 2° Thesis. Ecclesia est societas monarchica.

(A) Regiminis forma in Ecclesia est monarchia :* *Certum.*

Ex dictis de potestate episcopis et R. Pontifici divinitus concessa, assertio nostra directe defluit. — (i) *Regimen in Ecclesia non est :* (a) *Democraticum,* nam potestas docendi, regendi et sanctificandi non christiano populo seu singulis Ecclesiæ membris collata fuit, sed solum Apostolis eorumque successoribus; (b) *Aristocraticum,* licet enim eadem auctoritas collegio Apostolorum et Episcoporum concessa fuerit, unus ex eis constitutus est *caput* collegii, ita ut singuli Apostoli vel episcopi non possint suam potestatem exercere nisi dependenter a capite. (2) *Ecclesia est vera monarchia,* siquidem plenitudo totius spiritualis potestatis soli Petro et R. Pontifici a Christo commissa fuit, ut ex probatis constat.

738. — (B) Quæritur utrum, in *Ecclesia, forma regiminis sit monarchia pura* et *non absolutal*

(1) *Major pars* theologorum *affirmativam* sententiam tenent; quidam vero docent Ecclesiæ regimen esse monarchiam aristocratia et democratia aliquatenus temperatam.

(2) Ecclesiæ regimen est monarchia pura sed non absoluta.

(a) *Pura seu simplex,* quia plenitudo indivisa potestatis in S. Pontifice residet, et quidem independens a fidelibus et episcopis,

1 **S. Thom., in *III* Politic., lect. VI;** *Cont. Gent..,* 1. **IV, c. 76; S. Bellarm.,** *De Rom. Pontif.,* 1. **I, c. 1-9; Zigliara,** *Propadeut.,* 1. **IV, c. 8, ii; Mazzella, n. 532 sq.; Pesch, n. 364 sq.**

ita ut vis et efficacia illius decretorum minime ab eorum suffragio procedat. Ideoque est *non temperata* in stricto sensu : sive a *démocratie,* cum nulla auctoritas sil apud fideles; sive ab *aristo-eratia,* nam episcopi, licet ex jure divino existant, tamen R. Ponti-fici sunt plene subordinati.

(b) *Xon absoluta :* etenim, sub R. Pontifice, Christus posuit episcopos qui jure ordinario et non mere delegato, diœceses regunt.

(C) Sed tamen *temperata,* sensu quodam lato, dici potest : i. tum quia S. Pontifex qui non est nisi *Christi vicarius,* non proprio arbitrio regit Ecclesiam; sed sub Christo, cujus leges immutare nequit; 2. tum quia habet aliquid *arislocratici,* quatenus Pontifex in partem sollicitudinis et gubernationis adsciscere debet episcopos; 3. immo continet aliquid *democratici,* quatenus Pontifex, episcopi aliique ministri non jure hereditario creantur, sed ex omni natione et quavis conditione etiam per electionem assu-muntur. — Et ita forsan componi potest controversia inter theologos catholicos, quæ de nomine est potius quam de re.

Igitur Ecclesia est monarchia *sui generis,* nam a qualibet naturali monarchia omnino disciejmt. Etenim supremæ auctori-tati quem S. Pontifex integre possidet, aliquo modo participat episcoporum ccetus, quatenus S. Pontifici, sicut suo capiti, unitus remanet.

CAPUT II

De Ecclesia Christi SOCIETATE INFALLIBILI

739. — Conspectus.

De Ecclesia societate infallibili.

i° *Convenientia magisterii in-fallibilis vivi:*
- (a) In Religione.
- (b) In *Ecclesia.*
  1. Regula fidei *protestan-tica* est *rejicienda.*
  2. Regula fidei *catholica* est *tenenda.*

2° *Existentia historica infalli-bilitatis in Ecclesia.*
- (a) Status quæstionis.
- (b) *Probatur :* ex verbis Christi, S. Pauli doctrina, praxi Apostolorum, anti-quitate Christiana, Eccle-siæ natura.

Ad christianæ revelationis diffusionem et conservationem omnino convenit auctoritas externa et visibilis, quam de facto Christus instituit, ut probavimus. (Cf. n. 625 sq.; 635 sq.). Sed quæri potest utrum *eadem auctoritas sit infallibilis?* Res consideranda est tum *a priori* seu *speculative,* tum *a posteriori* seu *historice.* Quare *duplex* erit articulus : I. *de convenientia magisterii infallibilis vivi in religione Christiana revelata, 2. de existentia historica infallibilitatis in Ecclesia.*

ARTICULUS I

De convenientia magisterii infallibilis vivi in Religione Christiana revelata.

740. — (a) Posito revelationis christianæ facto, inquirimus utrum *convenienter* hæc revelatio doceri debeat ab *infallibili* auctoritate et utrum hæc auctoritas reponenda sit in *libris sacris,* vel in *magisterio vivo Ecclesiæ.* Ejusmodi quæstio hic examinatur speculativo modo tantum.

(b) Auctoritatis religiosae infallibilis convenientia breviter demonstrata, fusius evolvemus magisterii vivi, (quod est *regula fidei catholica),* superioritatem supra Scripturam S., (quæ est *regula fidei protestantica).*

I. De Convenientia Magisterii Infallibilis in religione

741. — (1) Certissime auctoritas infallibilis, theoretice loquendo, est optimum medium ad prædicationem religionis christianæ omnibus obligatoriæ L

(2) Hujusmodi auctoritatis existentia omnino convenit ex parte : i. *religionis, 2. revelationis.*

(a) Ex parte religionis. 1. Homo enim legitime certitudinem desiderat, specialiter in rebus quæ ad æternam ejus salutem spectant. Sed talis certitudo obtineri nequit sine auctoritate infallibili. 2. Præterea auctoritas religiosa erroris capax, non est auctoritas et norma tuta, cum possit falsum docere et imperare malum; sed est solummodo

1 **Card. Dechamps,** *Entretiens sur la dim. cathoi. de la révélation chrét* **Conf.**

auctoritas humana, sicut Plato aut Cartesius, quibus ad libitum obedientiam praestare vel denegare possemus ?

(b) Ex parte revelationis. Auctoritas enim qu.e Dei nomine revelationem proponeret, si errare posset, ipso facto Deum erroris magistrum redderet. Atqui impossibile est Deum esse erroris fautorem. Ergo auctoritas revelationem proponens ab errore immunis esse debet ».

II. De Convenientia Magisterii Infallibilis vivi in Ecclesia

742. — Thesis. Ad religionem Christianam proponendam conveniens est a priori Christum instituisse infallibile et vivum Magisterium in Ecclesia. *Certum.*

Ad thesis probationem proficiscendum est a *notione* et *dotibus* regulae fidei, et exinde demonstrandum regulam fidei *a Protestantibus* excogitatam his dotibus carere, regulam vero *catholicam* his dotibus præditam esse.

De fidei regula.

(i) **Notio et dotes.** Regula fidei est critérium quo vera fides ab omni falsa doctrina infallibiliter secernitur; quod proponit revelatas veritates, et, secundum eas, in credendo et agendo secure fideles dirigit ad salutem.

' Ut sit *authentica,* ejusmodi regula debet esse : (a) *Tuta* et *completa,* i. e., omnia et sola revelata continens sine suppressione, additione, mutatione vel erroris admixtione; (b) *Universalis* et *omnibus obvia,* ita ut possit ab omnibus, omni tempore et ubique, cognosci et intelligi : fides enim sicut salus omnibus jubetur; (C) *Apta ad controversias dirimendas :* fides enim certa et inconcussa esse debet; necesse est igitur ut, exsurgentibus dubiis et litibus de rebus revelatis, certa sit regula has quaestiones definiens.

(2) Species. Inter Christianos duplex fidei regula praecipue distinguitur : (a) *Catholica,* quæ est verbum Dei in libris sacris et Traditione contentum et ab infallibili Eccle-

' Quod ipsi Liberales intellexerunt; ita A. Sabatier*, *Retirions d'autorité,* p. 419 : " Une autorité que l'on a le droit de discuter, d'approuver ou de blâmer n'en est pas one

3 L. Billot, *De Sacra Traditione** Romæ, 1904, p. 19-27.

siæ magisterio praedicatum, (b) *Protestantica,* quae est Scriptura S. sola, libero examine privato interpretata.

(3) Quisnam sit eorum valor speculative loquendo'? *Regula fidei protestantica* dotes authenticae regulae fidei non habet, dum *regula fidei catholica* eisdem fruitur. Quod probandum *est per partes.*

743. — p ***Pars.*** — Regula fidei protestantica neque tuta et completa, neque universalis aut ad controversias dirimendas apta dici potest.·

i° ***Non tuta neque completa.***

(A) Ut enim *tuta* et *completa* esset, oporteret Protestantes certo scire quinam sint omnes libri inspirati : si enim nonnulli ignorantur, forsan in eis continetur veritas scitu necessaria; si ut inspirati habentur qui revera non sunt, periculum erroris incurritur. Atqui impossibile est, secluso magisterio vivo et infallibili Ecclesiæ, determinare certo catalogum integrum Scripturarum. Talis enim catalogus potest cognosci : (a) non *ex Scriptura,* nam sine circulo vitioso, libri inspirati de se testimonium dare nequeunt (b) non *ex Spiritus S. instinctu,* quia hic divinus impulsus non probatur, illusionibus favet et excluditur opinionibus contradictoriis de hac re ; (c) *non ex rationis lumine,* nam inspiratio supematuralis percipitur nec mediate, nec immediate ab intellectu naturali hominis.

Igitur multi Protestantes hodie declarant quaestionem de canonis existentia et extensione, esse minoris momenti, ideoque seponendam 3; nam, juxta eos, in Scripturis multa

' Ch. Journet, *De la Bible catholique à la Bible protestante,* Paris; DD. Besson, *L'Eglise catholique et la Bible,* Paris, 1931.

2 Hinc protestans R. Barclaius* ait : "Canon Scripturæ, videlicet quod sint tot libri, nec plures nec pauciores, non potest probari Scriptura"; et exinde concludit vel recurrendum esse ad privatam inspirationem, vel Romam revertendum. *Theologice christ. Apologia,* th. 3

3 " Canonis problema non amplius in eo situm est ut librorum catalogus contexatur; hoc enim obsolevit. Theologia altiores (?) aspirationes habet". Ita Reuss ;* *Histoire du Canon des Ecritures Saintes,* Strasbourg, 1864, p. 43°'43L anglice versum *History of the Canon,* Edinburgh, 1884, p. 404. Idem tenent hodie *multi Calviniste,* cum Bovon ;* *Dogmatique,* t. I, p. 207-219. Nil sane melius ostendit Canonis determinationem, extra Ecclesiæ auctoritatem, esse opus impossibile. Cum Wallon igitur concludere licet : "*Hors dt Γ Eglise point de Canon·,* i. e., extra Ecclesiam nullus Canon. *Jésus-Christ,* Introd., p. 41.

non sunt vera, ideoque ad criticam et conscientiam Christianam spectat jus discernendi vera a falsis aut vanis opinionibus. Sed exinde multum augetur difficultas, cum ipsa fidei regula fiat incerta et corrigenda. — Ergo solum vivum et infallibile magisterium indicare potest cum certitudine libros sacros, juxta illud S. AUGUSTINI : " *Ego euangelio non crederent nisi me catholica Ecclesiæ commoveret auctoritas* " l.

(B) Præterea Protestantes, etiam completum Scripturæ catalogum habentes, minime certi sunt se *totam Christi doctrinam* possidere, (a) Multa enim *ore* tradere potuit Jesus, quæ scripta non sunt, et quæ tamen servari volebat. Ita *Christus* præcipit, etiam sub poena damnationis, ea accipere quæ voce traduntur : " Prædicate (non scribite) Evangelium omni creaturæ...; qui non crediderit, condemnabitur"2. Quod pariter docet *B. Paulus :* "Tenete traditiones quas didicistis, sive per *sermonem,* sive per epistolam " 3.

(b) *Apostoli* evangelium ore docuerunt, et nonnisi post aliquod temporis idem scripserunt; neque omnia scribere intendebant, sed tantum ea quæ magis necessaria videbantur. Hinc non exponebant *ex professo* totam Christi doctrinam, sed in memoriam revocabant ea quæ viva voce annuntiaverant, multaque nonnisi *obiter* et *per transennam* commemorabant tamquam alias explicata. Ergo regula fidei Protestantium non est tuta neque completa.

744. — 2° *Non universalis.*

I t esset *universalis,* i. e., omnibus etiam rudibus obvia, oporteret i. ut fideles semper totam Scripturam præ manibus facile habuerint, 2. eam legere et intelligere potuerint, et 3. ex ea expedite sibi conficere symbolum veritatum necessariarum. Atqui hæc tria impossibilia sunt, deficiente magisterio vivo et infallibili.

(A) Fideles *omni tempore Scripturas habere non potuerunt.* (a) Nam, ab initio, nulla fuit N. Testamenti Scriptura : siquidem Christus ipse nihil scripsit et Apostoli quidam tantum paucas paginas fidelibus dederunt Sic per aliquod tempus, christianæ Scripturæ non existebant. (b) Præterea, nondum inventa typographia, impossibile erat unicuique

1 S. August., C. *episL· Afanich.** c. V. n. 6.
3 J/a/r., XXVIII, 18-20. — 3 // *Thessal.,* II, 14.

fidelium Bibliam habere, quum manuscripta rara essent et nonnisi magno pretio comparari possent. Hinc si Christus voluisset Scripturam esse universalem fidei regulam, artem typographicam revelare debuisset!

iB) (i) Aliunde singuli fideles *non possunt legere* libros sacros : cum enim lingua hebræa et græca scripti fuerint, vel assidue horum idiomatum studio incumbendum est; vel utendum integra et fideli translatione; quis autem, seclusa infallibili auctoritate, scire poterit utrum versio quam legit, sit omnino accurata? Sed etiamsi fideles Bibliam legere capaces sint, permulti otio et quiete non fruuntur ad hanc legendam ut oportet. (2) Insuper *Scripturam totam intelligere* omnibus fere eam legentibus est impossibile. Quod provenit : (a) Ex *Biblice objecto.* Sane quædam ejus loca praesertim historica sunt clara et aperta; sed multa sunt "difficilia intellectu ", præcipue quando agitur de prophetiis V. et N. Testamenti, vel de dogmatibus novis non diserte expressis, vel dç regulis agendi quæ possunt esse aut præcepta aut consilia (b) Ex *multiplici sensu,* litterali, typico, allegorico, metaphorico qui in Scripturis, data occasione, usurpatur(cf.n.42 7')-IJcetenim regulæ tradantur ad genuinum textus sensum determinandum, harum applicatio sæpe valde est laboriosa, (c) Ex *apparentibus cautradictionibus,* quas etiam doctissimi conciliare difficile queunt, ut testatur S. AUGUSTINUS ipse in libris *de Consensu Evangelistarum.*

(C) Nec fideles possunt *symbolum fidei expedite ejformare* ex etiam intellecta Scriptura. Hujus enim symboli compositio exigeret : (a) integram Scripturæ. lectionem, ut ex contextu et locis parallelis genuinus sensus detegi possit; (b) justam appreciationem omnium sententiarum ejusdem libri; (c) æquam distinctionem inter res necessarias vel simpliciter utiles, vel sine relatione ad salutem. Jamvero nemo est qui non videat tale opus fere omnibus impossibile esse propter defectum temporis, ingenii et scientiæ convenientis.

745. — 30 *Non apta ad controversias dirimendas.*

Ad hunc finem requiritur suprema auctoritas, quæ dubia et litigiosa solvat in veritate et justitia. Sed Biblia sola nequit

* // /?/;., HI. 16.

hoc munus exercere. Etenim liber, quicumque sit, " idem semper dabit responsum " litigantibus, " nisi libri auctor succurrat, et viva voce rectum sensum determinet " ». Quare, in rebus civilibus, præter codicem legum, necessarius est judex qui legem explicat et applicat in casibus dubiis. A fortiori, quoad religionem revelatam, lites inter Christianos non dirimet Biblia cujus nec libri, nec textus, nec sensus ab omnibus admittuntur. Et revera schismata semper multiplicantur apud Protestantes, qui dicunt Scripturam esse solam fidei normam [1].

Ergo *protestantica* fidei norma, dotibus veræ regulæ fidei destituta, non convenire videtur ad doctrinæ christianæ diffusionem.

746. — *IIa Pars.* — Regula fidei catholica est tuta et completa, omnibus obvia, et ad lites componendas plane sufficiens.

1° *Est tuta et completa.* Regula fidei catholica est *verbum Dei* sive *scriptum,* sive *traditum, infallibili auctoritate Ecclesiæ interpretatum.* — Porro hæc regula est : (a) *tutissima,* siquidem constat verbo Dei qui nec falli nec fallere potest; (b) *completa :* nobis enim præbet totum Dei verbum revelatum, quod reperitur in Scriptura et Traditione. Ecclesia infallibiliter indicat libros sacros et præterea explicat authentice sensum genuinum omnium quæ propter nos revelata sunt.

2° *Omnibus obvia,* seu omnium captui ubique accommodata, (a) Etenim omni tempore existit : ante evangelii scriptionem,

[1] Plato, *Phad,* n. 60.

[2] Quod jam animadverterat Vincentius Lirinensis, quoad hæreticos sui temporis; hinc deducebat *necessitatem viva auctoritatis :* " Hic forsan requirat aliquis : Cum sit perfectus Scripturarum canon, sibique ad omnia satis superque sufficiat, quid opus est ut ei ecclesiasticæ intelligence jungatur auctoritas? Quia videlicet Scripturam sacram pro ipsa sua altitudine non uno eodemque sensu universi accipiunt, *sed ejusdem eloquia aliter atque aliter alius atque alius interpretatur, ut pene quot homines sunt, tot illinc sententia erui posse videantur.* Aliter namque illam Novatianus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit, aliter Arius, Eunomius, Macedonius; aliter Photinus, Apollinaris, Priscillianus... Atque idcirco multum necesse est, propter tantos tam varii erroris anfractus, ut propheticæ et apostoliçaé interpretationis linea secundum ecclesiastici et catholici sensas normam dirigatur". *Commonitor.,* c. 2; R., 2168. *Qua descriptio,* mutatis nominibus, *Protestantium variis sectis* apprime *convenit,* ut satis constat ex expositione eorum systematum.

jam verbum Dei tradebatur oraliter ab infallibili Apostolorum collegio; ante inventionem artis typographicæ, verbum Dei praedicabatur a pastoribus, sub infallibili Ecclesiæ magisterio, ideoque fides ex auditu propagabatur; quod nunc fit et semper eveniet, (b) Aliunde tale magisterium, quacumque ætate prolatum viris eo tempore viventibus, facillime revelatam doctrinam aptat coævorum mentibus «.

(C) Denique, hujus magisterii vivi auxilio, vitantur gravissinæ difficultates cognoscendi quinam sint libri sacri, eos legendi sive in textu primigenio, sive in fideli versione, vel ex eis symbolum integrum educendi.

747. — 3° *Ad lites componendas plane sufficiens.* Si errores et controversiæ appareant circa fidei dogmata, præcepta et ritus, præsto est Ecclesiæ vivum magisterium, quod auctoritative et infallibiliter judicat. Ecclesiastica historia probat hujus interventus efficacitatem ad veritatem et pacem in Dei familia conservandam. Ita controversia de die Paschatis a Victore Papa in C. Romano definita fuit; idem actum est in quæstionibus de lapsorum absolutione, de validitate baptismi ab hæreticis collati, etc.; idem fit etiam hodie, exortis difficultatibus; et cum decisio Ecclesiæ sit irreformabilis, licet verba S. AUGUSTINI iterum dicere : " *Inde* (a Sede Apostolica) etiam *rescripta venerunt : causa finita est* " 2.

Addere possumus magisterium vivum, i. e., personale, aptius esse quam librum ad personam Christi inter homines continuandam 3.

748. — Conclusio. Igitur catholica fidei regula, his qualitalibus prædita, multo perfectior et aptior est quam protestantica ad revelationem christianam populis conservandam. Quare Christus, qui mandaverat evangelium annun-

1 " L'Eglise a cette première supériorité sur la Bible, d'être un organisme social, vivant, contemporain, souple, en état de parer à toutes les questions nouvelles... A. Sabatier *Religions d'autorité* p. 306. — Immerito *objiciunt* Protestantes Traditionem non esse regulam fidei omnibus obviam, cum contineatur in innumeris fere libris quos legere non possunt ; nam, juxta catholica principia, horum documentorum investigatio non est opus fidelium, sed Ecclesiæ docentis, quæ, divino assistente Spiritu, veras traditiones a falsis secernit, easque authentice plebi proponit.

2 **S. August.,** *Sermo* **CXXXI, IO;** *P. L.* **XXXVIII, 734; R., 1507.**

3 **G. Goyau,** *Catholicisme et Protestantisme* **p. 313-319.**

tiare omnibus gentibus ut illud crederent et viverent, qui ita de salute hominum curabat ut pro eis sanguinem fuderit, verisimiliter medium selegit, quo sua doctrina tutius propagaretur, nempe *institutionem magisterii vivi et infallibilis;* quod *historice* jam demonstrandum est.

ARTICULUS II

De existentia historica Infallibilitatis in Ecclesia

749. — Status quæstionis.

(1) **Notio infallibilitatis.** Infallibilitas, in **re præsenti**, est *singularis fircerogativa, vi cujus Christi Ecclesia revelationem divinam sine errore fideliter in mundum prcedicat.*

Nunc ejus tantum existentia demonstratur; in sequenti tractatu ejusdem naturam, subjectum et objectum fusius exponemus (cf. n. 863-869.)

(2) Errores, (a) Protestantes *ortnodoxi* agnoscunt Apostolorum infallibilitatem, sed eam denegant eorum successoribus et generatim Ecclesiæ saltem visibili, (b) *Pistorienses* putant infallibilitatem datam fuisse principaliter et immediate toti fidelium communitati; pastoribus autem ministerialiter et mediate tantum. (C) *Protestantes liberales, Moderniste* et *Rationalistæ* respuunt omnem supematuralem infallibilitatem in Ecclesia; qui vero ejus nomen retinent, illud explicant sat communiter ex modo agendi Ecclesiæ approbantis opinionem inter fideles universaliter receptam.

(3) Doctrina catholica expresse affirmat infallibilitatem concessam fuisse Apostolis eorumque successoribus, ideoque Ecclesiæ visibili, quæ eam possidet in christianæ revelationis propositione.

750. — Thesis. **Ecclesia est infallibilis in doctrina fidei et morum.** *De fide.*

Ecclesiae magisterium.

C. Vaticanum definit R. Pontificem " ea infallibilitate pollere, qua divinus Redemptor *Ecclesiam suam in definienda doctrina defide vel moribus instructam esse voluit"* ». Præterea universalis Ecclesiæ prædicatio hanc infallibilitatem tanquam revelatum dogma docet.

1 **D. B., 1839.**

751. — Probatur[1] 1. ex *verbis Christi,* 2. *ex S. Pauli doctrina,* 3. ex *praxi Apostolorum, 4. ex antiquitate Christiana,* 5. ex *Ecclesiæ natura.*

1° Ex verbis Christi.

Christus enim *promisit* et *contulit* infallibilitatem Apostolis eorumque successoribus.

(1) Promissio infallibilitatis. Revera Christus Apostolis post cœnam dixit : " Ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis, ut *maneat vobiscum* in æternum, *Spiritum veritatis...* Ille vos *docebit omnia,* et *suggeret* vobis omnia quæcumque dixero vobis... Cum autem venerit ille *Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem* "[2]. Et post resurrectionem iisdem declarat : " *Accipietis virtutem Spiritus Sancti in vos,* et eritis mihi testes... *usque ad ultimum terræ*"[3]. His verbis Jesus Duodecim promittit assistendam specialem et mansionem semper duraturam Spiritus S., qui est *Spiritus veritatis,* ad suam doctrinam prædicandam. Sed talis assistentia excludit omnem errorem in omni tempore, seu importat infallibilitatem : nam ubi est error, Spiritus veritatis esse nequit.

752. — **(2) Collatio infallibilitatis.** **(a)** Christus Apostolis tradit potestatem docendi : " *Docete omnes gentes...* Et *ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*" [4] (cf. n. 655). Vult igitur Jesus Apostolos suos docere cum auctoritate (μαθητεύσατε) ; quod, ut tuto præstent, *est cum eis docentibus* usque ad finem mundi. Sed hoc efficax et continuum auxilium includit immunitatem ab errore seu veram infallibilitatem;si enim Ecclesia, assistente Christo, erraret, hic error in ipsum Christum redundaret.

(b) Promissio autem et collatio hujus infallibilitatis a Christo dirigitur non ad solos Apostolos *sed etiam ad eorum successores,* cum ipsi officium et munus habeant christianam religionem docendi, post mortem Apostolorum usque ad sæculi finem.

[1] i. Cum. ex probatis, Christus sit verus Dei legatus, *argumentari licet* ex ejus verbis, et consequenter ex doctrina et praxi tum Apostolorum, tum christianæ antiquitatis, quibus mens Christi fideliter exprimitur. 2. Argumenta afferenda in favorem infallibilitatis *B. Petri* et *K. Pontificis*[5] in materia præsenti, recte etiam allegari possunt.

[2] *Joan.'* XIV. 16, 17, 26; XVI, 13. —[3] *Matth.* XXVIII, 20.

(3) Praeceptum strictum et universale credendi. Revera Christus omnibus hominibus strictam imponit obligationem, sub damnationis poena, suscipiendi doctrinam ab Apostolis traditam : " Qui *crediderit* et baptizatus fuerit, salvus erit ; qui vero *non crediderit, condemnabitur* " [1]. Sed nemo obligari potest, sub pcena aeternae damnationis, ad credendam, sine ulla restrictione, doctrinam quæ falsa esse potest : quod adversatur veritati, sanctitati et justitiae Dei. Igitur Christiana doctrina ab omni errore semper divinitus praeservabitur.

753. — 20 Ex S. Pauli doctrina.

Quæ invenitur in epistola ad *Ephesios* et præsertim ad *Timotheum.*

(A) Ephesiis scribit : Et *ipse* (Christus) *dedit quosdam Apostolos,... alios autem pastores et doctores; ... donec occurramus omnes in unitatem fidei,... ut jam non... circumferamur omni vento doctrinæ,* in nequitia hominum, *in astutia adcircuminventionem erroris* " [3]. — Igitur, juxta S. *Paulum,* Christus instituit magisterium in Ecclesia, ut homines usque ad finem mundi, ita firmiter adhaereant revelatis veritatibus, ut vi nequitiae et astutiae doctorum perversorum in nullam unquam falsitatem trahantur. Sed, si Ecclesia infallibilis non esset, fideles hujusmodi assensum firmissimum nunquam praebere possent, cum nunquam certi essent Ecclesiam non falli in doctrinæ suæ propositione.

754. — (B) Celebrius testimonium *B. Pauli* legitur in Ia epistola *ad Timotheum :* " Hæc tibi scribo, sperans me ad te venire cito; si autem tardavero, ut scias, quomodo oporteat te *in domo Dei conversari, quæ est Ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis* " [3].

(1) Textus explicatur.

(a) "*Ecclesia Dei vivi*". Ex usu Scripturæ et ex vocibus adjectis *Dei vivi,* hæc verba generalia designant universalem Ecclesiam et non tantum Ecclesiam apostolicam ; aliunde in textu nulla invenitur restrictio, (b) " *Columna et firmamentum Veritatis*" : 1. *Columna* ; est præcipua ædificii columna, quæ est causa ejus firmitatis et securitatis [4]. 2. *Firmamentum* (ἑδραίωμα) : metaphorice designat rem firmam in se et principium firmitatis pro rebus ipsi innixis '. 3. *Veritatis* (τη ἀληΟεία), i. e.,

[1] *Marc.,* XVI, 16. — [2] *Ephes.,* IV, 11-15. — [3] *I Tini.,* III, 15.
[4] *Gal.,* II. 9. — [5] *I Car.,* XV, 58; *Colos.,* I, 2

totius veritatis christianæ contra hæreticos. (c) Verba : " *Columna. . veritatis* " referuntur, non ad sequentia, sed *ad incisum " Ecclesia Dei vivi ",* cujus est grammaticalis appositio. De hoc consentiunt Patres, exegetæ Catholici, imo quidam Protestantes *(Meyer, Weiss),* qui fatentur alias interpretationes provenire ex odio Romanæ Ecclesiæ.

755. — (2) Argumentum ex hoc textu.

(a) Ex S. Paulo, Ecclesia universalis est fundamentum, quo integra veritas a Christo accepta firmiter stat nec in ruinam abire potest. Porro si Ecclesia errorem in fide doceret, jam non esset columna et firmamentum veritatis, nec ejusdem custos sed potius proditor. Ergo hic asseritur Ecclesiæ infallibilitas. (b) Insuper hæc infallibilitas est *Ecclesiæ essentialis.* Etenim ratio est cur semper et ubique debet esse in Ecclesia praedicatio perfecta veritatis christianæ. Sed hujusmodi praedicatio est essentiale Ecclesiæ munus.

756. — 30 Ex praxi Apostolorum.

Apostoli, Christi mentem noverant, aequi valenter docent *se infallibiles esse,* (a) Ut *divini legati testesque authentici* evangelium praedicant : " Nos sumus *testes horum verborum* (Christi), et Spiritus Sanctus, quem dedit Deus omnibus obedientibus sibi " r; rati videlicet Spiritum Dei esse cum eis et per eos loqui. Hinc in C. Hierosolymitano, decreta condentes, sic incipiebant : " Visum est *Spiritui Sancto et nobis,* nihil ultra vobis imponere.. " 2, quasi Spiritus Dei eadem decreta condidisset. Propterea eorum praedicatio est *verbum Dei :* " Cum accepistis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, *non iit verbum hominum,* sed, *sicut est vere, verbum Dei* " 3. Quare Apostolis credendum est, etiamsi angelus contrarium evangelizaret : " Licet nos aut *angelus de cœlo evangelized vobis, præterquam quod evangelD zavimus vobis, anathema sit* " 4. (b) Præterea doctrinam suam *Apostoli multis confirmarunt miraculis,* ut narratur de Petro et Paulo 5. Erant ergo infallibiles : secus enim Deus miracula patrando in confirmationem eorum praedicationis, nos decepisset : quod admitti nequit, (c) *S. Joannes* pariter distinguit inter *pseudo-prophetas* qui errores spargunt, et

* *Act.*, V, 32 3 *Ad.*, XV, 28. — 3 *J Thess.*, II, 13
* *Gal.*, I 5 *Ad.*, II, 43; XIX, 11-12.

Apostolos, nomine Dei veritatem docentes .-priores vitandi sunt nec eis *ave* dicendum; posterioribus vero tanquam ipsi Deo obediendum : " Nos ex Deo sumus. *Qui novit Deum, audit nos* l ". Ergo Joanni indubium erat doctrinam a se praedicatam esse ipsam Christi doctrinam absolute veram. — Ita variis modis Apostoli donum infallibilitatis sibi vindicaverunt a.

757. — 4° Ex antiquitate Christiana s.

(**A**) *In genere :* Ecclesiæ doctrinam ut absolute veram seu inf ,ilibilem Patres asserunt : (a) *Practice,* haereticos confutando, non ex testimonio conscientiæ vel solius Scripturæ, sed per Traditionis auctoritatem, (b) *Speculative,* dicendo quod Ecclesia est *regula veritatis, via brevis* ad hæreses evertendas, nequaquam *habens erroris tenebras,* et alia ejusmodi.

(**B**) *In specie,* (i) Sæc. II0. Fatentibus adversariis, doctrina de Ecclesiæ infallibilitate jam a sæc. 111° prævaluit. Quare afferemus testimonia ex auctoribus sæc. II|, præcipue ex S. IGNATIO et S. ÏRENÆ0.

(a) S. IGNATIUS (+ 107?) declarat Ecclesiam veritatis charisma possidere et ipsam esse regulam fidei; et dicit : i. Ecclesia est *incorruptibilis* 4 (seu infallibilis in docendo) non obstantibus hæreticis qui ejus unitatem disrumpere conantur. Ad servandam vero catholicam unitatem et doctrinæ integritatem, obediendum est episcopis, qui Christo conjunguntur sicut Christus Deo : " Etenim *Jesus Christus,* inseparabilis nostra vita, *sententia Patris est,* ut et *episcopi,* per tractus terræ constituti, *in sententia Jesu Christi sunt.* Unde decet vos in episcopi sententiam concurrere, quod et facitis " λ 2. *Hceretici* autem salvantur qui sese episcopis subjiciunt, redeuntes ad unitatem Ecclesiæ quæ est *incorrupta* -."Quotquot enim Dei et Jesu Christi sunt, hi sunt *cum episcopo;* et quotquot *pcenitentia ducti redierint ad unitatem ecclesiæ,et* hi Dei erunt, ut secundum Jesum Christum vivant " 6.

---

* *IJoan.,* III, 5-6; *IIJoan.,* 10.

2 *Difficultatem* ex errore qui, *juxta criticos,* in mente Apostolorum erat *de proximo Christi adventu,* jam supra solvimus, (cf. n. 630-032).

3 F. Cayré, *Precis de Patrologie,* t. II, p. 883, n. 30.

‘ *Ephes.,* XVII, ed. *Funk.* – s *Ephes.,* III-IV, *ibid.*

° *Philad.,* III, *ibid.*

S. Polycarpus, (t 155), ad Philippenses scribens, hæreticos et fideles hortatur ut ad " *traditam ab initio doctrinam revertantur* ", quam *Apostoli* prædicaverunt '. Ita supponit doctrinam ab Apostolis traditam, et quidem solam, esse veram.

758. — (b) S. IRENÆUS (f 202) i. ut veritatis christianæ critérium explicite citat *consensum cum Ecclesia* et doctrina ab Apostolis tradita. 1) Ita scribit ad *Florinum* gnosticum : " *Hæc* vero *dogmata* (gnostica) ... non sunt sanæ doctrinæ. *Hæc dogmata dissentiunt ab Ecclesia... Hæc dogmata* hi qui ante nos vixere presbyteri, qui etiam apostolorum discipuli exstiterant, *nequaquam tibi tradiderunt*" 2. *2)* Ita, in libro *Adversus hæreses* (180?), Gnosticis opponit " *Traditione.n quæ est ab apostolis,* quæ *per successiones presbyterorum in Ecclesiis custoditur* " et "*per successiones episcoporum* pervenit usque ad nos ". 2. Hæc autem traditio Apostolorum, invenitur potissimum in Ecclesia romana, " in qua semper, ab his qui sunt undique, conservata est ea quæ ab apostolis traditio ". Hujus ecclesiæ episcopos recenset,et postea subdit: " Hac ordinatione et successione, ea *quæ est ab apostolis in Ecclesia traditio et veritatis præconatio* pervenit usque ad nos. Et est plenissima hæc ostensio, *unam et eamdem vivificatricem fidem* esse, quæ in Ecclesia ab apostolis usque nunc sit confirmata, et tradita in veritate "3. Postea declarat : " *Ubi Ecclesia, ibi et Spiritus Dei;* et *ubi Spiritus Dei, illic Ecclesia* et omnis gratia; *Spiritus* autem *veritas*" 3. Denique omnem concludit argumentationem his verbis : " Tantæ igitur ostensiones cdm sint, non oportet adhuc quærere apud alios veritatem, quam facile est *ab Ecclesia sumere, cum apostoli, quasi in depositorium dives, plenissime in ea contulerint omnia quæ sint veritatis :* ut omnis quicumque velit, sumat ex ea potum vitæ. Hæc est enim vitæ introitus; omnes autem reliqui fures sunt et latrones. Propter quod *oportet devitare quidem illos; quæ* autem *sunt Ecclesiæ* cum summa diligentia diligere, et *apprehendere veritatis traditionem* ".

* *Philip.,* **VI-VII.**

2 **Ap. Euseb.,** *H. E.,* **V, 20;** *P. G.,* **484 485· Vide textus 5.** *Irenai :* **R 191-267.**

3 **S. Iren.,** *Adv. H^r.,* 1. **III, c. 2-4;** *P. G.,* **VII, 847-855.**

4 **Ibid.,** 1. **Ill, 24; R·» 226.**

759. — (2) Sæc. IIP. **(a)** S. Irenæi doctrinam de Ecclesiæ infallibilitate affirmant Patres in hoc tempore. 1. Tertullianus (t 245?) asserit fidei regulam esse doctrinam *‘quam Ecclesia ab .Apostolis, Apostoli a Christo, Christus a Deo tradidit ” '. 2. Clemens Alex, (t 216?), hæreses confutat recurrendo ad traditionem ecclesiasticam quæ est veritatis critérium J. 3. Origenes (t 254?) declarat quod Ecclesia recipit suam doctrinam a Christo sicut luna a sole illuminatur; quare Ecclesia prædicat infallibililer. De hæreticis qui allegant Scripturas scribit : “ Sed nos illis credere *non debemus,* nec exire a prima et ecclesiastica traditione, nec aliter *credere nisi quemadmodum per successionem Ecclesia Dei tradiderunt nobis* ”3.

(b) Concilia, jam contra hæreticos coadunata, tanquam veritatis christianæ organa habentur, utpote doctrinam Ecclesiæ affirmantia. Ita S. CYPRIANUS, nomine *C. Carthaginensis,* ad Cornelium Papam scribit (252) Placuit nobis *Sancto Spiritu suggerente* ' 4... Pariter in *C. Arelatensi* (314) legitur : “ Placuit ergo, *prasente Spiritu Sancto* et angelis ejus ”s... Patribus *C. Nicæni* (325) persuasum erat decreta a se edita nihil aliud esse nisi ipsius Christi doctrinam : Quod trecentis sanctis episcopis visum est, non est aliud putandum, quam *solius Filii Dei sententia " 6.*

760. — 50 Ex Ecclesiæ natura.

Nam “ infallibilem auctoritatem sibi Ecclesia de facto vindicat, eamque omnibus sub anathemate credendam imponit, imo instar basis et fundamenti in oeconomia religionis collocat. Atqui impossibile omnino est ut aliqua religio sit a Deo et verum non sit ipsummet totius doctrinæ, quam religio illa prædicat, *fundamentale principium* ; impossibile est ut firma falsi dogmatis fides requiratur ut *essentialis conditio* ad ingressum arcæ, extra quam non est salus; impossibile demum ut *civitas Dei* ea dicatur, cujus *integra compages* mendacio vel certe errori superstrueretur ” L

* Tertullian., *De prescript.,* c. 37; P. *L.,* II, 50; R., 298.

’ Clem. Alex., *Stromata,* 1. VII, c. 16; *P. G.,* IX, 538.

’ Origen., *In /erem.,* homil. 5, n. 16; *P. G.,* XIII, 319; *In Matth. comment.,* n. 46; *P. G.,* XIII, 1667.

4 S. Cyprian., *Ep.* LIV; *P. L.,* III, 887. Cf. Hefele-Leclercq, *Histoire des condies,* t. I, p. 171.

5 Mansi, *Concit.,* t. II, 469. Cf. Hefele-Leclercq, *op. cit.,* t. I, p. 279.

6 Mansi, *op. cit.,* t II, 922.

' L. Billot, *De Ecclesia Christi,* Romæ, 1903, t. I, p. 278.

Conclusio. Constat igitur Christi Ecclesiam esse infallibilem in evangelii diffusione; quod optime consonat assertioni de ejusdem origine a Deo, qui est ip,sa Veritas. Itaque (piando certo patet aliquam doctrinam ubique ab Ecclesia prædicari, hunc consensum habere possumus irrefragabile veritatis argumentum,

Conclusio Apologetica ».

Duplex conclusio, ex prioribus capitibus, erui potest : i. quoad *Ecclesiam R. catholicam,* 2. quoad *Ecclesias separatas.*

761. — Ia. Ecclesia R. catholica sola est vera Christi Ecclesia. *De fide.*

(') Ecclesia Christi modo exclusive divinæ revelationis thesaurum possidet, ut constat ex tractatu *De Christo Dei legato.* Sed *Ecclesia R. catholica sola est authentica Salvatoris Ecclesia.* Ergo.

Historice enim probatum est Christum Ecclesiæ, societati visibili, revelationem et suam potestatem, reliquisse; et in Ecclesia potestatem regendi, docendi et sanctificandi, a Christo derivatam, sortitos esse tantum Apostolos, eorumque successores nempe episcopos, et, speciali modo, Petrum, ejusque in primatu successores, R. Pontifices. *Ea ergo vera et sola vera est Christi Ecclesia, quæ visibilitatem, episcopatum* et *supremum Pontificatum Romanum retinuit. Quod certe de sola Ecclesia R. catholica prædicari potest.*

762. —I (2) *Conlmunio* autem *cum Ecclesia Romana* seu cum *B. Petro* et S. *Pontifice* optimum est critérium ad germanam Christi Ecclesiam discernendam ab adulterinis sectis, (a) Pius IX auctoritative declarat : " Nec alia est Ecclesia catholica, nisi quæ super unum *Petrum* ædificata, in unum connexum corpus atque compactum unitate fidei et caritatis assurgit . (b) Et olim *Patres* eodem medio utebantur. i. S. CYPRIANUS scribit : ‘‘Probatio est ad fidem facilis compendio veritatis. Loquitur Dominus ad Petrum _ asce oves meas'J Super *illum unum ædificat ecclesiam suain^ei* illi pascendas mandat oves suas ¶ 3. 2. S. AMBROSIUS docet : " *Ubi* ergo *Petrus, ibi*

' **Van Noort,** *Dt Eccles. Christi,* **Hilversnm, 1932, n. 70.**
· **D. B., 1686. — 3 S. Cyprian.,** *De unitate Eccles*

Ecclesia; ubi Ecclesia, ibi nulla mors, sed vita æterna " ». 3. S. Epiph a NIUS post Episcoporum Romanorum catalogum affirmat : " Ne quis miretur, quod singula tam accurate percensuimus : per hos enim *semper quod verum certumque est ostenditur* " 2. 4. S. AUGUSTINUS Donatistas, ut ad Ecclesiam R. catholicam redeant, his verbis invitat : " Venite, fratres, si vultis ut inseramini in vite! Dolor est, cum vos videmus præcisos ita jacere! Numerate sacerdotes vel *ab ipsa Petri sede,* et in ordine illo patrum quis cui successerit videte : *ipsa est petra,* quam non vincunt superbæ inferorum portae "3.

Igitur indubie Ecclesia R. catholica genuinam Christi religionem prædicat ».

763. — IIa. Ecclesiæ separatae non sunt vera Christi Ecclesia. *De fide.*

Ex probatis de Christi Ecclesia socialiter et visibiliter instituta, cum hierarchica et monarchica organisatione, concludere licet :

(1) In genere : (a) Qui profitetur Ecclesiam essentialiter invisibilem vel episcopatum a R. Pontifice independentem, vel Papae primatum negat et cum eo communionem respuit, non est de domo et Ecclesia Christi ; porro Graeci separati et Protestantes hos errores propugnant, (b) Quilibet homo, ut salutem assequatur, Ecclesiam R. catholicam ingredi tenetur.

(2) In specie, quoad *Ecclesias sepcrratas.* (a) *Ecclesia Orientis separati* vera Christi Ecclesia esse non potest, quia : 1. propter humanas rationes ab Ecclesia universali secessit; 2. primatum R. Pontificis non agnoscit ; 3. saltem de facto Ecclesiam potestati laicæ subjicit, diversas ecclesias nationales constituendo5; 4. principio ecclesiarum nationalium

* S. Ambros., *Inpsal.,* XL, 30; R., 1261.

- S. Epiphan., *Hares.,* XXVII, 6. — 3 4S. August., *Ps. c. part. Donati.*

4 Moillot, *L'Eglise de JIsus,* Juvisy.

5 Cf. d'Herbigny, t. II, p. 217-218. Ita episcopi Russia:, dum consecraliantur, hoc edebant juramentum : " Promitto.., omnibus diebus vitæ meæ *obcdiendo* morem gesturum *Sancta dirigenti totius Eussia Synodo,* uti *legitima* potestati, a pie defuncto et æterna memoria digno Petro M. constitutæ, et a feliciter imperante imperatoria majestate cum bono jussu confirmata.·... Obcdiain quoque reliquis mandatis et statutis, quæ deinceps adstipulatione SS. Synodi *ad libitum Imperatoria Majestatis* constituentur ". Apud Haigold *, *Beilagen*

admisso, unitas visibilis Ecclesiæ non solum destruitur, sed impossibilis redditur.

764. — (b) *Ecclesiæ protestantes* veram Christi Ecclesiam constituere nequeunt. Etenim : i. motivis humanis ducti, et principibus sæcularibus plus quam Deo obedientes, illegitime ab unitate Ecclesiæ secesserunt; 2. rejiciendo simul primatum romanum, et episcopatum[1] (saltem quatenus *jure divino* institutum), vel etiam quamlibet auctoritatem, eo ipso Christo aperte contradicunt; 3. insuper, etiam nulla ratione habita Ecclesiæ a Christo institutae, si saltem in assistentiam Spiritus S. promissam operi Christi credis, impossibile est admittere Ecclesiam per sexdecim sæcula essentialiter erravisse, ut aiunt Protestantes, et nonnisi a Reformatoribus (et qualibus!) ad veritatem rediisse; 4. ut jam sæc. XVI1° Bossuet probavit, ecclesiæ protestantes sibi invicem contradicunt, et in multis doctrinam a primis reformatoribus admissam mutarunt. Atqui revelatio esse non potest nisi una, semperque eadem.

(c) A fortiori *Protestantismus liberalis* et *Modernismus* (cf. n. 606, 608) circa Ecclesiam alieni sunt ab institutione Christi, simulque a traditione Christiana; nihil aliud sunt enim nisi figmenta philosophica, falsi nominis critica historiam evertens. — Quapropter firmissime tenendum est Ecclesiam R. catholicam solam a Christo originem ducere.

zum neuveranderten Russland, Riga, 1769-70, vol. I, pp. 107, 144 ;cf. Tondini, *The Pope of Rome and the Popes of the Oriental Orthodox Church,* London, 1871, c. I; L. Gondal, *L'Eglise russe,* 1903 (Sc. et Rel.); Wladimir Guettée, (prêtre russe), *Exposition de la doctrine de ΓEglise catholique orthodoxe,* Paris, 1884.

[1] Ii etiam qui episcopatum retinuerunt, successionem apostolicam interruperunt (etiam seposita quæstione de validitate ordinationum apud Anglicanos), jurisdictionem episcopalem a gubernio temporali accipiendo non ab hierarchia, cui soli commissa est. Cf. Yves de la Brière, art. *Eglise,* in *D. A.,* col. 1236 sq.; De Poulpiquet, *L'Eglise cath.,* p. 264-669.

SECTIO III

De apologeticis Ecclesiæ Romano-Catholicæ Notis [1]

765. — Certum est, ex dictis, Ecclesiam Romano-catholicam esse germanam Salvatoris Ecclesiam, cum sola constitutionem a Christo delineatam possideat. Sed ulterius inquiri potest, utrum necne, in eadem Ecclesia, adsint *signa* seu *note* quibus certo cognosci possit tanquam *authentica et divina Christi Ecclesia.* Juxta *C. Vaticanum,* respondetur affirmative. Itaque, post prolegomena de *notis Ecclesiæ in genere,* disseremus, in *duplici* capite, de Ecclesiæ Romanæ : I. *unitate catholica* et *invicta stabilitate ;* 2. *eximia sanctitate* et *inexhausta in bonofecunditate.*

766. — Conspectus generalis.

De Ecclesiæ notis

Prolegomena de Ecclesice notis. ·

Notio, numerus, usus apologeticus, divisio.

Cap. I. De *unitate catholica et invicta stabilitate* Ecclesiæ Romanæ.

i. Existentia harum notarum.

ii. Apologeticus valor earumdem.

Cap. II. De *eximia sanctitate* et *inexhausta fecunditate* Ecclesiæ catholicæ.

i. Existentia harum notarum in Ecclesia catholica sola.

11. Apologeticus valor earumdem.

1 D. B., Index, II»; S6, 468, 1686; L. Billot, *De Ecclesia Christi,* p. 128-277; Mazzella, n. 624-737; 827-837; C. Pesch, n. 397*432; Van Noort, n- 123-149; J. M. Hervé, n. 344-370; Monsabré, *Carême,* i88r; DD* Brunhes, *Christianisme et Catholicisme,* Paris, 1924, 2· p., c 4· Y de la Brière, art. *Eglise (Question des notes),* in *D. A.,* col. 1268·1'300; P. Buysse *IlEglise de Jesus^* Paris, 1925.

PROLEGOMENA

De Ecclesiæ notis in genere

Summatim agemus cie earum : i. *notione, 2. numero,* 3. *usu apologetico,* 4. *divisione.*

767. — (A) Notio, (a) *Lato sensu,* nota vocatur signum sensibile quo aliqua res cognoscitur et ab aliis secernitur. (b) *Ecclesiæ nota* est *proprietas essentialis positiva, permanens,* et visibilis, qua vera *Ecclesia Christi certo et facile ab omnibus externe cognosci et a sectis falsis distingui potest.* Quare non in Ecclesiæ anima sed in solo ejus corpore quaerenda est.

(B) Numerus, (a) Nota Ecclesiæ *positiva* ea est cujus praesentia divinam veritatem Ecclesiæ eam possidentis derflonstrat : v. g., ejus unitas, sanctitas, (b) *C. Vaticanum* in Ecclesia positivarum notarum *existentiam* assent : " Deus per Filium suum unigenitum Ecclesiam instituit, suaeque institutionis *manifestis notis* instruxit, ut ea tanquam custos et magistra verbi revelati ab omnibus posset agnosci " \ (c) Inter Catholicos, alii plures, alii pauciores Ecclesiæ notas distinguunt. S. BELLARMINUS quindecim enumerat[2] ; BoziUS[3], nonaginta novem. *Quatuor* vero communiter statuuntur, videlicet *unitas, sanctitas, catholicitas* et *apostolicitas;* quæ expresse in symbolo Nicaeno-Constantinopolitano aliisque ecclesiasticis documentis numerantur[4].

(d) Hæ quatuor notæ apparent ex verbis Christi de sua Ecclesia loquentis[5]; a Patribus[6] plerumque contra haereticos exponuntur; denique respondent quatuor causis constitutivis uniuscujusque entis[7] : quare ad eas omnes aliæ notæ reduci queunt.

(C) Usus apologeticus Ecclesiæ notarum, (i) Apologeticus harum notarum valor constanti et unanimi consensu Ecclesiæ celebratur, et ex earum natura directe defluit :

x D. B., 1793. — 2 S. Bellarmin., *De Eccles. mil.*. 4, 3 sq.

3 Bozius, *De signis Eccles.* — ⁴ D. B, 86, 1686.

5 Cf. v. g., *Matth.*. XVI, 18-19; XXVIII. I9-2o; /mw/., XVII, u, 17, 19, 20, etc. — 6 R·, Index, 48 sq.

Ecclesia, societas perfecta, sicut et cetera entia, *quatuor causis* constituitur, nempe : causa *materiali* (hominibus qui Christo adhæserunt, unde *unitas* et *catholicitas}.* causa *efficiente* (conditoribus Ecclesiæ, unde *aposlolicitas).* causa *formali* et causa *finali* (finem Ecclesiæ determinantibus, unde *sanctitas}.* Cf. de Poulpiquet, *E Eglise catholique.* Paris, 1923, p. 147.

siquidem essentialis et visibilis qualitas concrete manifestat ens ad quod realiter pertinet.

(2) Apologetæ his notis utuntur *duplici methodo,* (a) *Prior,* contra adversarios qui inspiratos libros admittunt adhiberi potest, i. Sic procedit : Ecclesia a Christo fundata est una, sancta, catholica et apostolica. Porro Ecclesia Romano-catholica eaque sola his notis insignitur. Ergo ipsa sola est vera Christi Ecclesia.*

2. Hæc methodus est in se omnino valida, ut patet ex sua argumentatione, et sæpe schismaticis et haereticis fuit opposita. Hodie vero Protestantes minime convincit : nam in assignandis veræ Ecclesiæ notis, adversarii nobiscum minime consentiunt2. Quapropter demonstratio suum finem complete non attingit; insuper in demonstratione peragenda non pauca quæ antea dicta sunt de divina institutione Ecclesiæ repetenda essent.

768. — (b) ***Posterior*** methodus aliam viam sequitur, i. Notæ miraculosæ certæ et vere supernaturales, in favorem Ecclesiæ Romano-catholicæ peractæ, ejus divinum ortum manifestant. Atqui notæ plures in Ecclesia his qualitatibus ornantur. Ergo. 2. Observa quod, in praesenti loco, eædem notæ designant sensibilia facta, quæ sunt ordinis moralis miracula, ab historicis, cognoscibilia et vires creatas excedentia. Proinde eædem notæ divinitatem Ecclesiæ cui insunt modo certissimo inculcant.

3. Hæc methodus omnino concordat cum ea argumentatione qua divinam Christi legationem probavimus ex ejus miraculis, in quibus Dei digitus apparet Contra Protestantes et eos qui positivam revelationem rejiciunt accommodari potest, et directe ad divinitatem perducit Ecclesiæ Romano-catholicæ seu Ecclesiæ has notas possidentis.

4. *C. Vaticanum* eamdem methodum, quam sequemur, his verbis synthetice proponit : " Ad *solam* enim *catholicam Ecclesiam ea pertinent omnia, quæ ad evidentem fidei chris-*

ti

»

‘ Hosius forsan primus quatuor Ecclesiæ notas didactice exposuit. Cf. S. Frankl, *Doctrina Hosii de notis Ecclesia,* Romæ, 1934.

2 *Protestantes* enim notas Ecclesiæ, quales a theologis catholicis exponuntur, prorsus rejiciunt, et contendunt eam esse veram Christi Ecclesiam quæ Christi *doctnnam integram* servavit et *sacramenta* ab eo instituta retinet. Ut recte animadvertit. Y. de la Brière, *loc. cit.,* coi. 1269-1277, *hac duo* non possunt esse Ecclesiæ notæ distinctivæ, cum nonnisi post longa studia integritas doctrinæ et sacramentorum determinari valeat.

tianæ credibilitatem tam multa et tam mira divinitus sunt disposita. Quityetiam *Ecclesia per se ipsa,* ob suam nempe admirabilem propagationem, *eximiam sanctitatem* et inexhaustam in omnibus bonis *fecunditatem,* ob *catholicam unitatem, invictamque stabilitatem, magnum* quoddam et *perpetuum est motivum credibilitatis* et divinæ suæ legationis testimonium irrefragabile. Quo fit ut *ipsa,* veluti *signum levatum in nationes,* et ad se invitet eos qui nondum credi-derunt, et filios suos certiores faciat, firmissimo niti fundamento fidem quam profitentur ”

5. Hæc argumentatio a *Card. Dechamps* multoties exposita est, eoque suggerente a *C. Vaticano* proposita fuit. Sed apud *multos Patres* jam invenitur, præcipue apud S. Augustinum 2.

Argumentum *ex Ecclesia ipsa* sumptum non solum per se valet, sed etiam argumentum complet ex prophetiis sive prophetarum sive Christi depromptum : ostendit enim diffusionem monotheismi qualiter a prophetis prædicta fuit, et evangelii in universum mundum qualis a Christo annuntiata est, vere peractam esse et hodie subsistere. Nemo est qui non videat hoc argumento manifestari Ecclesiæ præclaras dotes et coætaneis maximam utilitatem præbere.

769. — (D) Divisio. Ecclesia ipsa, juxta *Vaticanum,* præ se fert multiplicia divini interventus signa : 1. admirabilem suam *propagationem,* 2. eximiam *sanctitatem* et *fecunditatem,* 3. *catholicam unitatem,*. 4. *invictam stabilitatem.*

Cum jam de admirabili Christianismi propagatione diximus (cf. n. 525-547), de tribus aliis in *duplici capite* agemus : 1. in *primo,* ostendemus Ecclesiam Romanam habere *unitatem* simulque *catholicitatem* et perfectam *stabilitatem;* 2. in altero, ejus *sanctitatem* et *fecunditatem* exponemus; et, in utroque mirabili facto, apologeticum valorem ob specialem Dei interventum haud ægre agnoscemus.

Quaelibet ex notis citatis ad apologeticam argumentationem valet, dummodo integre sumatur 3;.sed si notæ præcipuæ simul inspiciantur earum valor demonstrativus multum augetur.

’ *C. Vatican.,* sess. III, cap. 3; D. B., 1794; A. Vacant, *Constitui, du C. du Vatican,* Paris, 1895; L P· 150 sq. ; A. D. Sertillanges, *Le miracle de ΓEglise,* Paris, 1934.

3 S. August., cf. præsertim *De fide rerum qiue non videntur,* IV, 7; *P. L.,* XL, 176; *Serni.,* 116, 6, 6; 256, 9, 3; *P. L.,* XXXVIII, 659, 600, 1126. Ostendit S. Augustinus hanc demonstrationem etiam ad Christum sese referre. “ Prædicat ergo Christus Christum, pitedicat corpus caput suum et tuetur caput corpus suum. " *Serm.,* 351, I. — 3 D. B., 1686.

CAPUT I

DE UNITATE CATHOLICA ET INVICTA Stabilitate Ecclesiæ Romanæ [1]

770. — Conspectus.

De unitate, catholicitate et stabilitate R. Ecclesiæ.

Status quæstionis.

De Ecclesiæ *unitate, catholicitate* et *invicta stabilitate.*

i. *Existentia* harum notarum.

(a) in Ecclesia Romana.

(b) non in coetibus acatholicis.

2. *Valor apologeticus* harum notarum.

Pritviis notionibus unitatis, catholicitatis et stabilitatis Ecclesiæ positis, statuemus earum : i. *existentiam,* 2. *valorem apologeticum.*

771. — Status quæstionis.

Tractatur de Ecclesiæ : 1. *unitate,* 2. *catholicitate,* 3. *stabilitate.*

(A) De Unitate * Ecclesiæ.

(i) Notio, (a) *Definiri* potest : *Proprietas, qua Ecclesia eodem regimine, eadem fidei professione et communione manet indivisa in se et divisa ab aliis societatibus.*

(b) In Ecclesia quidem invenitur individuorum et ecclesiarum particularium multiplicitas, sed hæc omnia ad strictam unitatem multiplici vinculo morali rediguntur. Quod *triplex* conjunctim omnino requiritur; distinguitur enim triplex unitas ecclesiastica *regiminis, fidei* et *communionis :* i. Unitas *regiminis,* vi cujus omnes fideles

1 Ecclesia catholica sæpe vocatur *Romana,* quia urbs Roma est ejus centrum, seu Summi Pontificis sedes; non autem quia Romam tantum occupat, siquidem in universo orbe diffunditur. In decursu praesentis capitis, catholicam Ecclesiam *nominamus Romanam,* quia de ejus catholicitate nunc speciatim disserendum habemus.

2 Pius XI, Encyc. *Mortalium animos,* 6 jan. 1928; S. Cyprian., *De unitate Eccles.·,* S. Bellarm., *De notis Eccles., c.* IX; Bossuet, *Sermon sur L'Unité de ΓE-lise;* Card. Dechamps, *Entretiens sur la démonstration catholique,* 3e et 4‘ entr., Malines, 1861; Balmès, *Le Protestantisme comparé au Catholicisme,* ch. 3, 4; P. Hurtevent, *U Unité de ΓEglise,* Paris, 1930.

legitime et externe subjiciuntur episcopis, qui R. Pontifici obediunt. Hæc est aliarum unitatum firmissimum fundamentum; *schismate* autem scinditur. 2. Unitas *fidei* congregat omnes Christianos qui veritates a Deo revelatas et ab Ecclesiæ magisterio propositas credunt in externa professione; destruitur autem per *haresim*. 3. Unitas *communionis* seu *cultus* provenit ex eo quod fideles interna caritate se invicem diligentes, externe connectuntur ejusdem cultus et sacrificii participatione et eorumdem sacramentorum receptione. Huic unitati obstat *excommunicatio*.

Unitas fidei et communionis, quæ fundatur in regiminis unitate, dicitur *formalis;* secus autem est *mere materialis*.

Sic breviter describitur Ecclesiæ unitas, quæ est ipsius proprietas visibilis essentialissima, a Jesu commendata, quam Patres [1] laudibus extollunt et cujus scissio tanquam atrocissimum crimen ab eis æstimatur atque adumbrata videtur in inconsutili tunica Christi.

772. — (2) *Errores*. Unitas fecclesiæ a sectis multis falso intellecta fuit, (a) *Protestantes* eam reducunt ad unitatem sive doctrinae, saltem quoad articulos essentiales, sive cultus seu sacramentorum, sub Christo duce, (b) *Greed* autem *separati* et *Anglicani* universalem Ecclesiam concipiunt quasi federatum particularium ecclesiarum statum, inter quas eminent ecclesiæ romana, anglicana et græca [2]. (c) *Modernistce* Ecclesiæ unitatem ex unitate religiosæ conscientiæ et formularum dogmaticarum repetunt.

773. — (B) De Catholicitate Ecclesiæ.

(1) *Notio,* (a) Quoad *nomen,* Catholicitas, ex græco καθ' ολον (τον κοσμον), quod est secundum totum (mundum) seu universale, dicit universalitatem. Ecclesiæ catholicitas in genere significat universalitatem : 1. tum *doctrina :* nam integram Christi prædicationem asserit : 2. tum *temporis,* quia usque ad mundi finem stabit; 3. tum præsertim *locorum* et *personarum*. De ultima tantum in præsenti tractamus.

(b) Ecclesiæ catholicitas sic definiri potest : *Proprietas essentialis qua Ecclesia, semper eadem remanens, actualiter late diffunditur per regiones et nationes omnino diversas* [3].

[1] **S. Clemens R.,** *Epist. I ad Corinth.,* n. 37; **S. Ignat,** in septem ejus epistolis; **S. Cyprian.,** *De Unitate Eccles.,* n. **5;** *Epist.* * **55** et **69; S. August,** sæpissime contra Donatistas scribens.

[3] **D. B., 1685. — [3] Billot,** *op. cit.* **p. 212 sq.**

I. Catholicitas ergo est aliquod factum quod duo elementa simul requirit, nempe *ingentem asseclarum numerum* et eorum diffusionem inter varias gentes; ideoque individualismum et nationalismum devitat. 2. Præterea catholicitas *unitatem supponit :* nam si ecclesiæ in variis regionibus independentes existunt, non possunt esse simul universales seu catholicæ. Quare *C. Vaticanum* de " unitate catholica " merito loquitur[x].

('2) *Errores.* Negarunt Ecclesiæ catholicitatem Donatistæ aliique hæretici ut sint excusati de suorum sectatorum paucitate. *Puseysta* catholicitatem intelligunt de omnium Christianarum religionum ccetu.

774.— (C) **Stabilitas invicta Ecclesiæ.**

(i) *Notio. Stabilitas* eodem modo definiri potest ac *indefectibilitas :* Est visibilis *proprietas qua Ecclesia " eadem in se suaque a Christo accepta constitutione immutabilis perseverat"* 2. Quare essentialiter duo includit : i. stabilitatem *in eaistendo,* vi cujus durattonem non interruptam perpetuamque usque in mundi finem Ecclesia servat; 2. stabilitatem *in essendo,* qua eadem Ecclesia, in sua constitutione et essentialibus elementis, immutabilis seu talis qualis a Christo instituta, permanet.

(2) *Errores.* Hanc stabilitatem rejiciunt *Protestantes,* qui docent visibilem Ecclesiam in fine sæc. VI defecisse et a Luthero et Calvino restauratam fuisse. His accedunt sectæ permultæ et omnes *Rationalists,* qui Ecclesiam ad communem omnis societatis typum reducunt, ideoque ejus constitutionem variabilem putant.

ARTICULUS I

De Existentia Unitatis, Catholicitatis et Stabilitatis in Romana Ecclesia.

775. — Thesis. R. Ecclesia triplici nota unitatis, catholicitatis et invictae stabilitatis praefulget. *Certum.*

E Pars. **Romana Ecclesia sola gaudet unitate perfecta.**

Ecclesiæ magisterium.

Ecclesiæ unitas docetur in *Nicceno Symbolo :* " Credo ... *unam* ... Ecclesiam", in encycl. Pu IX (16 sept. 1864);

[x] D. B., 1794. — [2] *et Decreta C. Vatican.,* c. 9; ed. *Lac.,* p. 750.

Leonis XIII (29 jun. 1896), Pu XI (6 jan. 1928), et in *C. Vaticani* definitionibus de primatu R. Pontificis [1].

776. — (A) *Romana Ecclesia possidet unitatem regiminis, fidei* et *cultus.*

(a) Unitatem *regiminis :* Nam in toto orbe, fideles episcopis, episcopi autem R. Pontifici subjiciuntur, cujus auctoritas sua plenitudine omnia Ecclesiæ membra, bona et negotia directe attingit.

(b) Unitatem *fidei* : i. Revera omnes laici, clerici, theologi et pastores interius credunt et exterius profitentur *eadem fidei symbola* eodem modo interpretata; et hæc unitas in agnitione R. Pontificis tanquam supremi et infallibilis doctoris fundatur. 2. Quoad *alia,* quæ nunquam ut dogmata definita sunt, diversitas inter Catholicos existens est omnino licita, immo necessaria, attenta humana natura. Christus enim nos omnes credere vult ea quæ docet auctoritas quam ipse constituit, sed circa alia nos liberos omnino relinquit.

3. *Non objici possunt controversia* inter theologos vel scholas; nec aliæ *dissensiones* quoad res dubias apud fideles : nam essentialem fidei unitatem non destruunt, cum circa quæstiones nondum eliquatas versentur, vel ad praxim non obligatoriam tantum pertineant.

(C) Unitatem *cultus* : 1. Eadem constat ex eo quod fideles omnes individuam societatem religiosam efformant, et spiritualia bona, i. e., sacramenta, sacramentalia, missae sacrificium et totum cultum participant, sub directa dependentia R. Pontificis, qui semper est centrum catholicæ communionis. Hæc unitas R. Ecclesiæ tam evidens est ut ipsi adversarii saepius eam mirantur et imitari in vanum conantur. 2. Nec tamen eadem unitas destruit fidelium libertatem et maximam diversitatem : nam R. Ecclesia, ut sapiens mater, in omnibus quæ ab ipso Christo determinata non sunt, variis temporibus variisque gentibus sese libenter accommodat, ut libertas sine licentia, et unitas sine tyrannide praeservetur : quod Protestantes nonnulli candide agnoscunt [3].

[1] D. B., 86. 1685-1687; 1954-1962.
[2] F. Cayré, *Précis de Patrologie,* t. II, p. 398, n. 93.
[3] Ita, inter alios, L. W. Bacon *, in *Christian Literal.,* oct. 1895, p. 303.

777. — (B) *Sectæ separatee carent unitate.*

(i) In Protestantisme», unitas *formalis* et *materialis* omnino deficit, (a) Unitas *formalis.* Nam Protestantes principium unitatis a Christo institutum, nempe magisterium vivum et infallibile, non retinent et econtra utuntur præsertim privato spiritu, qui unitati intrinsece opponitur, (b) Unitas *materialis* non apud eos existit : inter se enim differunt *doctrina, regimine* et *cultu* [1] : 1. *Doctrina,* non solum in accidentalibus, sed etiam in *essentialibus,* v. g., quoad Trinitatem personarum in Deo et Christi divinitatem; 2. *Regimine :* etenim reponunt auctoritatem, alii, in episcopis; alii, in presbyteris aut ministris a populo electis; alii, in saecularibus principibus; præterea diversæ sectæ constituunt independentes societates, et earum divisiones quotidie multiplicantur; 3. *Cultu :* nam Protestantes inter se non consentiunt de numero sacramentorum, de reali præsentia, de formulis liturgicis adhibendis, etc.

(c) Nec ipsa *spiritualis unitas per caritatem,* de qua tam frequenter loquuntur, apud eos servatur : non enim tantum inter se differunt, sed etiam digladiantur. Non solum nulla est unitas, sed nec ulla unquam esse potest, ob examinis privati fundamentale principium : eorum innumeræ dissensiones ab historicis narrantur[2].

778. — (2) Apud Græcos separatos deest etiam unitas : I. *fidei,* 2. *communionis,* 3. *regiminis.*

(a) *Fidei :* nam, ex sectis orientalibus, plures sunt hæreticæ : v. g., nestorianæ; aliæ vero, licet revelatam doctrinam quoad plurima materialiter servent, tamen non raro inultos errores amplexæ sunt : v. g., clerici multi russicæ ecclesiæ Calvinismo sunt addicti; in photianis ecclesiis rationalismus asseclas acquisivit. Et non mirum : nam *Graci separati* carent magisterio vivo infallibili, quod errores tempore opportuno firmiter reprobat, (b) *Communionis :* nam sectæ diversæ efformant religiosas societates

[1] Quod ingenue fatentur non pauci Protestantes, inter quos : E. Morris, *Ecclesiology,* New-York, 1885, p. 153-154; P. Schaff *The reunion of Christendom,* in opere *The World's Parliament of religions,* Chicago, 1893, t. II, p. 1192.

[2] Morris p. 159; E. Naville, *L'Unité du monde chrétien,* p. 406. Dissidia inter Galiiæ Reformatos jam ante separationem a Statu vigentia, multo acerbiora facta sunt postea; de quo vide J. Bricout, art. *Religions et Eglises,* in *R. C. F.,* t. XLIII, 1905» P- H5 SQ·» *-l-es Eglises réformées de France,* scissions récentes, *ibid.,* t. LIII, 1908, pp. 156, 286 sq.; A. Dossat, art. *La crise doctrinale du Protest, français,* in *Rev. augustinienne,* 15 déc. 1908, et *Quast. Actuelles,* iq déc. 1908.

inter se independentes et cum aliis in nulla re communicantes. (C) *Regiminis :* quælibel enim eorum secta suum proprium pastorem habet et dicitur *nationalis* vel *autocephalis;* inter ipsos adsunt patriarchatus ab invicem sejuncti ‘, qui supremæ ecclesiasticæ auctoritati non subduntur. Præterea, per suam separationem a Sede Romana, privatur Græca ecclesia a primatu, cui solo Christus jus omnes ad unitatem congregandi exclusive commisit.

779. — *IIa Pars.* **Ecclesia Romana catholicitate gaudet[1][2][3][4]**

Ecclesiæ magisterium.

Ecclesia dicitur catholica in pluribus *Symboli Apostolorum* formulis 3, in *Symbolo S. Epiphanii, Niaeno-Constantinopolitano* 4 et in *litteris S. Cornelii* ad S. *Cyprianum* s.

(A) ***Catholicitas Romance Ecclesiæ.***

Constat ex ejus : i. *nomine,* 2. *natura,* 3. *extensione actuali,* 4. *numero.*

(1) **Ex nomine.** Nomen, ab omnibus impositum, est legitimum signum rei existentis quam designat. Porro nostris diebus sicut in antiquitate, Ecclesia Romana vocatur *catholica,* tum ab haereticis tum a fidelibus : quod testantur Patres6; dum aliæ societates christianae designantur nominibus aliquid particulare significantibus : v. g., ecclesia græca, russica, lutherana, calvinista, etc.

(2) Ex **natura.** Etenim Romanæ Ecclesiæ *constitutio* et *essentialia elementa* ad universalem inter gentes extensionem sunt convenientissima.

(a) *Sua constitutione,* R. Ecclesia non est particularis nec nationalis. Uni populo tantum non aggregatur et a quo-

1 Cf. P. Cyrille Charon, *Le quinzième centenaire de S. Jean Chrysostome,* Rome, 1909, p.'197-205; Sésostris Sidarouss, *Des Patriarcats,* Paris, 1907.

7 De Poulpiquet, *La notion de catholicité,* Paris, 1910; DD. Bartmann, gallice redditum a Gautier, *Précis de théologie dogmatique,* Paris, 1935, t. II, p. 211 sq. ; F. Cayré, *op. cit.,* t. II, p. 89S, n. 92.

3 D. B., 6, 7.

4 D. B., 14, 86.

s D. B., 44.

6 S. Cyprian., *Ep.* 83, 2; S. Cyrill. Hierosol., *Cathech.* XVIII, 23, 26; S. August ait : Romana Ecclesia ‘‘tenet ipsum *Catholica* nomen, quod non sine causa inter tam multas hæreses, sic ista sola obtinuit, ut cum hæretici se catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, ubi ad catholicam conveniatur, nullus haereticorum vel basilicam suam vel domum audeat ostendere”. *C. epist. Fund.,* c. 4; *De vera Relig.,* c. 12.

libet Statu libera manet r. S. Pontifex non a Cæsare nominatur et episcopi suam jurisdictionem unice a R. Pontifice tenent : ita ecclesiastica auctoritas est independens a Statu. Igitur Ecclesia Romana se accommodat omni civilis regiminis formæ, tum monarchicæ tum democraticæ, etc., quæ juri et rationi est consentanea; et in sua organisatione nihil est quod eam prohibeat quominus ad omnes gentes et locos sese extendat.

(b) *Sua elementa essentialia* omnibus hominibus optime aptantur. In suo enim *dogmate,* nulla est distinctio Judæi et Gentilis, divitum aut pauperum : omnes et singuli æque evangelizantur 2 et idem symbolum profiteri tenentur. Sua *ethica* tutam et completam vivendi normam per praecepta, consilia evangelica et leges easdem omnibus praebet. Denique suus *cultus,* in omni loco et in qualibet conditione, exerceri potest per receptionem sacramentorum et Missae celebrationem. Quapropter sua praedicatio et ministerium ad omnes populos diriguntur.

780.— (3) **Ex extensione actuali.** R. Ecclesia gaudet *diffusione moraliter universali geographice* et *socialiter.*

(a) Geographices. Etenim per omnes et singulas regiones divulgata est : In *Europa* prævalet necnon in *America meridionali* et *centrali-* in *America septentrionali,* ubi ceteroquin dominatur stirps anglica, late sparsa est; per plura *Asia* regna, etiam inter paganas gentes, ut in India, Sina et Japonia propagata est, ibique plures milliones recenset fidelium; in variis *Africa* et *Oceania* plagis et insulis non paucos sectatores habet, et quotidie novos ad se trahit, opitulante ferventi zelo missionariorum, quos ubique mittit. Immo, in ipsis regionibus Protestandum et Græcorum, v. g., in Anglia et America, in Germania, Hollandia et Helvetia, R. Ecclesia paulatim ad se trahit non paucos ex eis qui hæresi aut schismati addicti erant.

(b) Socialiter. 1. R. Ecclesia, hodie sicut in primis saeculis, (cf. n. 531) omnes societatis ordines pervadit : 1) *Pauperes*

1 Quod non potuit non mirari A. Harnack *, *Essence, du Christianisme,* 1902, p. 279, ubi ait : ‘‘Par la situation indépendante de cette Eglise, la religion de l’Occident n’est point devenue captive de l’Etat, de la police et des nations. Elle a, dit-on, conservé la grande pensée de l’indépendance absolue de la religion, qui ne doit pas avoir de contact avec l’Etat. On peut le reconnaître”... Cf. p. 314. — 2 *I Cor.,* XII, 13; *Gal.,* III, 28.

3 R. Aigrain, *Géographie de ΓEglise catholique,* in Ecclesia. Paris, 1927: P- 468-534·

et *proletarii* evangelizantur, servi liberantur; nigritæ, immo et leprosi suos missionaries habent. 2) Nec tamen *divites* praetermittuntur : multi, hortante Ecclesia, fidem catholicam operibus manifestant : suis opibus catholica collegia, universitates, ephemerides, orphanorum asyla, hospitalia aliaque caritatis opera promovent[1]. 3) Inter *sapientes* qui scientia et eruditione floruerunt, multi computantur catholici apud varios populos [2].

2. Præterea attente considerare velis R. Ecclesiæ universalitatem nunquam separari ab ejus integra unitate. " Sicut sol in universo unus et idem est; sic et lumen, prædicatio veritatis, ubique lucet et illuminat omnes homines " [3].

(4) Ex numero, (a) Ecclesia R. fidelium (351.000.000)^0'^ numerum possidet, longissime superiorem numero sectarum haereticarum et schismaticarum Christianarum (296.000.000), ut constat ex recentioribus computationibus [4]. (Cf. Tabella religionum in mundo, n. 610).

(b) Itaque Ecclesia R. non intra limites unius gentis, neque intra unum civium ordinem circumscribitur, sed omnium gentium et cujusvis conditionis homines complectitur : merito igitur *catholica* dicitur. Et cum S. PACIANO dicere possumus : " Christianus mihi nomen, *catholicus* vero cognomen " [5].

1 R. Boigelot, *L'Eglise et le monde moderne,* Paris, 1936.

3 *Cauchy, C. Hermite, C. Weierstrass, Binet, Buoncompagni, Ludovisi, N. Dupin,* aliique in rebus *mathematicis* versatissimi; *P. Piazzi, P. Denza, E. Heis, J. de Lamont,* in re *astronomias* acutissimi; *A. Volta, A. Ampère, L. Palmieri, J.-B. Dumas, M. E. Chevreul, H. Sainte-Claire Deville,* etc. in rebus chimicis peritissimi ; *L. Elie de Beaumont, Ch. Sainte-Claire Deville, A. de Lapparent, J. d'Omalins d'Halloy, A. Stoppani, IVaagen,* in geologia magistri ; *J. Müller, Cl. Bernard, Pasteur, Camay, Laënnec, Schwann* de physiologia bene meriti; *Van Beneden, vicomte du Bus, Bernard Altum, Armand David, P. Heude, A. Latreille, Forster, Von Schrank, etc.,* in botanica versatissimi. — *Cf. K. A.* Kneller, *Das Christentum und die Vertretei der neueren Naturwissenschaft,* Freiburg Br., 1903; cujus operis synopsim invenies in Ami du Clergé, t. XXXI, 1909, pp. 209, 305, 421, 517 ; A. Eymieu, *Lapart des croyants dans les progrès de la science,* Paris, 2 vol., 1920.

3 S. Iren., *Adv. Hares.,* 1. I, c. 10, n. 2·, *P. L.,* VII, 554.

4 Protestantes ipsi agnoscunt Catholicos numero excedere ceteras sectas; ita, juxta Behm et Wagner, 1880 (apud *Schaff-Heizog, Encyclop.,* p. 2058, n. 2), aderant Romani Catholici 215.938.500; Protestantes 130.329.000, Græci 84.007.000; ita ut, juxta eos, Catholici exaequent omnes Protestantium Græcorumque sectas simul sumptas. Non est mirum igitur Ecclesiam Romanam, ubique, etiam apud Protestantes, nomine *Catholica Ecclesia* decorari.

= S. Pacian., *Ep. ad Symp.,* I, 4; P. *L.,* XIII. 1055.

781. — (Bl *Secte sej rate privantur catholtcitate.*

(1) In genere, (a) Etenim hæ sectæ, cum plures religiosas societates ab invicem independentes eflbrment, *catholicitatem formalem* ex unitate defluentem nec habent nec habere possunt. Porro hac deficiente unitate, eo ipso ruit veri nominis catholicitas. (b) Præterea si *locum* consideres, licet hæc verba S. Augustini repetere : " Non omnes hæretici per totam faciem terrae... Alii hic, alii ibi... Diversis locis sunt diversæ. Sed *illa* (Ecclesia catholica) *omnes novit, quia cum omnibus fusa est* " [1].

(2) -Græcæ ecclesiæ separatæ non sunt catholicæ : (a) nec ratione *organisations,* cum sint ethnicæ vel nationales; (b) nec ratione *diffusionis :* nam earum asseclæ in Graecia, Asia Minori, Ægyptoet Russia præsertim inveniuntur et fere nullum reperies in Europa occidentali, America, Africa et Oceania; (c) nec ratione *numeri :* Orientis separati fideles sunt circiter 13-1.000.000 : dum Catholici plus quam £54.000.000 numerantur. (Cf. Tabella, n. 610).

(3) Protestantes sectæ universalem extensionem non acquisierunt : existunt quidem in Anglia, Septentrionali Europa, Statibus Fœderatis et anglicis coloniis : sed, extra has regiones, paucos tantum recensent sectatores, quorum totalis numerus 164.000.000 longe superatur a catholica multitudine.

782. — ***IIP Pars.*** **Ecclesia Romana invicta stabilitate gaudet.**

Ecclesiæ magisterium.

i. CLEMENS XI Quesnelli propositionem reprobat in qua asseritur apparuisse signa maxime sensibilia *senectutis Ecclesiæ.* 2. Item Plus VI ut haereticam notat pistoriensem propositionem, quæ affirmat jam accidisse obscurationem super veritates gravioris momenti [3]. 3. PlUS X damnat Modernistas declarantes : " *Constitutio organica Ecclesiæ non est immutabilis* " [3]. 4. *C. Vaticanum* hanc notam implicite docet de perpetuitate primatus loquendo; et eamdem explicite definire intendgbat·

783. — Probatur.

Ex historia, non obstantibus permultis ruinae causis, Romana Ecclesia substantialiter eadem et vigens perseverat [5].

[1] **S. August.,** *Serm.* **46, c. 8, n. 18. — [3] D. B., 1445, 1501.**
[2] **Decret.** *Lamentabili,* **prop. 53; D. B., 2053.**
[4] **D. B., 1955; DD. d Herbigny,** *Theol. de Ecclesia,* **Paris, 1921, t. I, n. 55.**
[5] **P. Buysse,** *Le signe de l'invincible stabiliti,* **Gand, 1921.**

(1) *Per tria priora sæcula,* quamvis sævas persecutiones subierit, per totum orbem terrarum celerrime propagata fuit. (Cf. n. 527-532). Nec minus mirabilis est ejus *conservatio* et *progressus* sequentibus saeculis.

Quando *Barbari* Romanum imperium invaserunt, episcopi catholici, duce R. Pontifice, eos ad Christianismum converterunt. S. Augustinus, Anglo-Saxonum apostolus, a S. Gregorio Magno mittitur; in Germania, Christianismus propagatur præcipue a S. Bonifacio, quem Gregorius II dirigit et adjuvat'.

(2) *Photius,* sæc. TX°, fidelium multitudinem a R. Ecclesia abducit, in Orientis schisma; sed simul eadem Ecclesia hoc vulnus cito reparat : tunc enim evangelium annuntiatur in Scandinavia, Bulgaria, Moravia, Bohemia et Hungaria, etc.; Cyrillus et Methodius, Olga et Vladimirus Russiæ gentes veræ Ecclesiæ convertunt.

(3) *Reformationis tempore,* finem Ecclesiæ proximum esse homines credere potuissent, tanta enim fuit prima rebellionis diffusio apud populos et principes! Sed primo ardoris impetu collapso, Reformatores ad paucas provincias reducuntur, ac, dum in internis dissidiis activitatem suam consumunt, R. Ecclesia fecunditatis suæ signa nova exhibet.

Missionarii enim catholici magnos ubique navigatores comitantur, ut barbaras gentes edoceant[1]3 Sæc. XV° labente, Vasco da Gama, nova via, Indiam et orientales insulas petierat, et cum illo erant Franciscani crucem Christi ibidem plantaturi. Postea, Franciscus Xaverius, in India et Japonia, millia hominum ad fidem romanam adducebat, quorum numerus ab ejus successoribus etiam auctus est. Si ad Occidentem spectamus, Américain simul attingunt exploratores et sacerdotes catholici cum Chr. Columbo. Ita etiam Mexicanam regionem Franciscani ingrediuntur, ubi, juxta Torribium, unum ex missionariis, 290.000 homines, intra 20 annos, a paganismo 3d Christianismum conversi sunt λ Mox tota America, sive septentrionalis, sive meridionalis, per missionaries a S. Pontifice missos evangelium accepit[4], quin Protestantes hac de re vix aliquid tentassent. Sic quod amissum erat per Angliæ et Germaniæ defectionem, novæ acquisitiones compensaverunt.

Nec fuit ille zelus mere transitorius : sæc. XVII et XVIII, idem opus Ecclesia R. prosecuta est; sæc. XIX, novus vigor addi visus est Ecclesiæ; quod strictius convenit sæc. XX° ineunti, ob Pii XI

1 **F. Mourret,** *L?Eglise et le monde barbare,* **Paris, p. 129-282.**
2 **Cf. Alzog\ t. III, § 349; Fisher, Period VIII, c. XI.**
3 **Prescott*,** *Conquest ofMexico,* **t. Ill, p. 267.**
4 **T. O'Gorman,** *Roman Catholics,* **in** *Amer. Church' History,* **B. I.**

maximos labores ad missionariorum et indigeni cleri in infidelium regionibus multiplicationem et activitatem fovendam. (Cf. n. 1013, 1014).

784. — (4) *Nostris diebus : (a) Multce persecutiones.* I. In *Regione mexicana,* R. Ecclesia quoad juventutis educationem, fidei prædicationem, hierarchiæ ecclesiasticæ ministerium et sacramentorum administrationem a Statu impiissimam et crudelissimam persecutionem patitur. Plus XI describens " tristia Mexicanæ Ecclesiæ tempora " affirmat "homines inveteratæ cujusdam barbariæ in utrumque clerum, in sacras virgines, in loca et res divino cultui dedicatas tam ferociter tamque aspere fecerunt, nulli ut injuriæ atque ignominiæ, nulli ut violentiae pepercerint"[1]. 2. In *Russia,* apud bolscevicos, civilis potestas, efficacibus utens mediis, destructionem omnis religionis et præsertim R. Ecclesiæ prosequitur, primum apud pueros et etiam adultos ; licet theoretice quædam cultuum libertas in legibus concedatur[2].

3. In *Germania,* Status, quamvis cum PIO XI concordatum inierit (20 jul. 1933), Catholicos jura sua vindicantes injuste et crudeliter opprimit, R. Ecclesiam tanquam " negativum vel politicum Christianismum " odit et quamdam generis (race) et sanguinis"nordici" divinisationem omnibus modis prædicat'.

4. In *Gallia,* civile gubernium et Sedes Romana amicis relationibus publice consociantur, quæ Catholicismo prosunt. Attamen, integræ permanent laicæ leges, quæ dicuntur " intangibiles ", contra instructionem catholicam puerorum in scholis publicis et libertatem religiosarum congregationum, speciatim adversus R. Ecclesiam latas[4]. 5. Præterea, *in pluribus regionibus,* sub ementito prætextu *neutralitatis,* indifferentismus religiosus et aliquando agnosticismus junioribus in scholis traditur; in ephemeridibus quotidianis religio deridetur; honores et munera iis qui catholicam impugnant religionem plerumque conceduntur, dum fideles qui aperte et publice fidem profitentur haud raro suis muneribus

1 Pius XI, Encyc. *Iniquis,* 18 nov. 1926.

' DD. d'Herbigny, *La tyrannic soviétique,* Paris, 1923.

3 Hanc paganam theoriam exponit D. Rosenberg ;* in libro *Der Mythus des XX lahrhunderts,* Munich, quod reprobavit Cong. S. Officii, 19 jul. 1935. Cf. Ami du Clergé, 1935, P· 345 sq·; P· 374 sq.

4 L. Capéran, *L'Invasion laïque,* Paris, 1935.

*Vu

TrYVMiiMfWKi

orbantur. — *Secretæ societates* efformantur, quarum primarius finis est catholicam Ecclesiam per fas et nefas evertere. — Nec desunt Catholici, qui- sub specie fidem efficacius propugnandi, novos errores diffundunt : v. g., modernismum socialem, quoad res socialis ordinis.

785. — (b) Et nihilominus *Ecclesia Romana stat invicta.* i. *Externas* oppugnationes patienter, sed strenue superavit, i) Religiosi, ab una regione ejecti, in aliam transierunt ubi veram fidem prædicaverunt; episcopi et sacerdotes, pauper-tatem et opprobria patienter tolerantes, strenue laboraverunt et veritatem magis aperte annuntiaverunt. 2) Dum acatho-lici philosophi rationalismum, positivismum et atheismum ubique spargunt, *doctissimi catholici* istos errores confutant, et ex scientiis physicis et naturalibus nova trahunt argu-menta ad propugnandas veritates fundamentales quibus tota religio innititur; v. g., Dei existentiam, animæ humanæ spiritualitatem. 3) Dum liberales critici omne supernaturale expellere nituntur, catholici scriptores ostendunt non pauca facta historice explicari non posse sine divino interventu. Injustis adversariorum detractionibus respondet Ecclesia, ingenue suam doctrinam exponendo. 4) Insuper catholicae associationes multiplicantur in omnibus societatis ordinibus, præsertim illæ quorum membra integrum Catholicismum docent et vivunt inter suos socios ad Christum adducendos. Ita *J. O. C. (Juventus operariorum Christiana)* specialiter a PlO XI laudata fuit ob ejusmodi opus eximium.

2. Nec minus invicte resistit *impugnationibus quæ ab intus* oriuntur. 1) *Modernisiez* in scientiis philosophicis et criticis eruditi, sub praetextu doctrinas fidei hodiernis mentibus accommodandi, *Liberalium* theorias sensim et sine sensu in ipsam Ecclesiam insinuare nitebantur. Quorum fallacias nonnulli, etiam inter sacerdotes, incaute amplexi fuerant. Quapropter S. Sedes Modernistas pertinaces publice damna-vit, in Encycl. *Pascendi,* 8 sept. 1907. Mox de *Modernismo* actum est, et Ecclesia suam doctrinam integram retinuit. 2) Similiter adversus *socialem Modernismum* et "*laicismi pestem*" viriliter dimicat atque omni zelo hortatur fideles et clerum ad Dei jura ubique vindicanda, ad Christianam familiam et socialem justitiam cognoscendam et universaliter

-t ecc

stabiliendam '. — Uno verbo, undique impugnata et lacessita, Ecclesia catholica, humanis quidem auxiliis destituta, sed spem novam in Deum concipiens, totis viribus cœptum opus prosequitur et mirabiliter auget.

ARTICULUS II

De harum Romanae Ecclesiae Notarum apologetico Valore 3.

786. — Thesis. Unitas, catholicitas invictaque stabilitas Romanae Ecclesiæ divinam ejus originem demonstrant. *Certum.*

Quod deducitur ex his tribus notis : i. *consideratis in se,* 2. ut *divinitus prædictis.*

787. — (A) Ex *tribus notis in se consideratis.*

(i) **Unitas R. Ecclesiæ.**

Hæc unitas est factum praeter consuetum in rebus humanis ordinem, (a) Etenim cum homo novis et propriis opinionibus pertinaciter adhaereat, quo universalior est aliqua societas, eo rarior evadit omnium membrorum unitas. Quæ quidem unio in *religionis* materia multo difficilior est : tunc enim agitur non solum de concordia *in agendis,* sed de perfecta consensione *in credendis* et de assensu veritatibus, quæ non sunt *per se* evidentes, sed *indirecta* tantum certitudine constant, morales dispositiones præsupponunt (cf. n. 354-356) et maximos conatus in bonum post se trahunt. Atqui humana natura sibi relicta tantas difficultates per longum tempus superare non solet. De facto, nulla est societas late diffusa, sive philosophica sive religiosa, quæ, per sæcula multa, perfectam unitatem retinuerit. Ita discipuli Socratis, Aristotelis et Platonis mox in diversas scholas disjuncti fuerunt; atque protestanticæ sectæ, Græci et Orientales separati religiosam unitatem minime servarunt.

(b) Insuper unitas difficillima est, quando agitur de strictissima in permultis objectis concordia, existent! apud

* Pius XI, Encyc. *Quas primas,* 11 dec. 1925 ; *Castii amnubii,* 31 dec. 1930; *Quadragesimo anno.* 15 maii 1931.

2 Abbé de Broglie, *Problèmes et conclusions de PJust. des religions* ; c. X ; Van Noort, *De Ecclesia Christi, 1952.* n. 124-133.

ingentem multitudinem (cf. n. 778, 779), cujus membra loquela, natione, civilisatione, ingenio, commodis, etc. distant et aliquando dissensionibus et odiis politicis separantur : a fortiori si hæc unitas cum legitimis particularismis consociatur, a viginti saeculis perdurat et sine naturalibus mediis obtinetur. Atqui religiosa unitas, in R. Ecclesia sola, has conditiones adimplet, Ergo hoc factum manifeste exhibet aliquid miraculosi, quod soli divino interventui tribuendum est.

788. — (2) Catholicitas R. Ecclesiæ.

Hæc nota tanquam transcendens factum haberi debet, (a) Etenim præter leges naturales producitur : Nam R. Ecclesia propagatur, modo semper crescente, per omnes regiones et hominum cognationes, impedimentis internis et externis constanter superatis, sine causarum naturalium ex se efficacium interventu, et simul suam integram unitatem servans. Porro hi caractères in humanarum societatum diffusione desunt et ubique omni tempore defuerunt. Ergo catholicitas romana est morale miraculum.

(b) Dei interventus apparet etiam in *mirabili modo* quo Ecclesia R. inter gentes diffunditur. Hodie enim sicut in Ecclesiæ exordiis, pagani convertuntur præsertim mediis supernaturalibus, nempe *prcedicatorum virtutibus, miraculis* et *martyrio*. *Virtutes* quas catholici missionarii colunt, eorum zelus, abnegatio et paupertas mirationem excitant etiam acatholicorum [1] *Miracula* non pauca, ab eis, aut eorum intercessione, patrata sunt; præterea multi sive missionarii sive fideles pro fide saevissima tormenta et *mortem ipsam invicta fortitudine subierunt*. (Cf. n. 556, 566).

789. — (3) Stabilitas invicta R. Ecclesiæ.

Cum potentissima imperia omnesque societates, in hoc mundo, sint mutabiles et caducæ et quidem eo magis quo universaliores sunt, majoribus impugnationibus obnoxiæ

[1] Ita protestans Cust, qui in India diu vixerat, virtutes catholicorum missionariorum tanquam exemplum prolestantibus sic proponebat, *The philosophie and imperial aspect of the missionary movement of the XIXth century*, p. 6 : "A life-service, a whole-hearted service, a self-sacrificing service is required. The Church of Rome has for three centuries exhibited this amount of self-sacrifice".

et auxiliis aptis destitutae inveniuntur, continua Ecclesiæ R. stabilitas naturaliter explicari nequit ». Hodie enim, sicut ab apostolica ætate, multa et *gravia externa impedimenta* ejus conservationi et diffusioni obstant; impedimenta *intrinseca* eadem manent. Hodie pariter *auxilia* adhibita *in se* spectata, sine Dei interventu, fini obtento inæqualia sunt : si enim inter Catholicos dantur viri eloquentia, dialectica et eruditione clarissimi; plures sunt nec minori ingenio praediti, qui acerbissime fidem oppugnant. — Quapropter non pauci adversarii aperte proclamant, sicut olim Diocletianus et Julianus apostata, jam actum esse de catholica Ecclesia. Alii tamen historia edocti fatentur nullum proximæ ejus ruinæ signum adhuc manifestari, quippe quæ validior appareat quam unquam fuit : quod sane humanæ industriae tribuunt Catholici vero id impossibile esse asserunt, sed Deum Ecclesiæ R. miraculose assistere.

790. — (B) *Ex his notis divinitus prædictis.*

Dei interventus specialis in R. Ecclesiæ *catholica unitate* et *invicta stabilitate* haud parum confirmatur ex *prophetiis* præfatas notas tanquam opus divinum prænuntiantibus.

(a) In *V. T.,* prophetæ prædixerant regnum messianicum fore *unum, universale* et *stabile* (cf. n. 428, 429); id pariter annuntiabant *psalmi messianici : "* Postula a me et *dabo tibi gentes hcereditatem tuam* et *possessionem tuam terminos terree"*[2]. (b) In *N. T.,* Christus Ecclesiam suam comparat *uni ovili* sub uno pastore, vel *uni ædificio* super unam petram fundato[3]; et vult suos discipulos intima unione conjungi. " Rogo... ut *omnes unum sint,* sicut tu, Pater, in me et ego in te[4] ", Idem Jesus Apostolis declarat *portas inferi contra Ecclesiam non prcevalituras ;* eisdem commisit potestatem et officium prædicandi evangelium *omnibus gentibus, omni creaturce,* atque promisit se *cum eis* prædicantibus *fore usque ad consummationem sceculi.* Ita

[1] " *Apostolicitas* formaliter sampt". nen est nisi merum factum historicum; ast in concreto, quatenus nempe de facto includit *invictam stabilitatem* ejusdem Ecclesiæ tam late diffusae, ... est etiam miraculum in ordine morali ". Van Noort, *De Ecclesia Christi,* n. 131; *De vera Relig.,* n. 124; F. Cayré, *op. cit.,* t. II, p. 898, n. 94.

[2] - *Ps.,* II, 8; cf. *Ps.,* LXXI, 17. — [3] *Joan.,* X, 16; *Matth.,* XVI, 18.

[4] *Joan.,* XVII, 21.

unitatem, universalitatem et *stabilitatem* novi regni praedicit, et quidem tanquam effectum *specialis suæ assistentia.* Catholica igitur unitas et invicta stabilitas Ecclesiæ R. nihil aliud sunt nisi *adimpletio prophetice,* et *testimonium divini interventus.*

Hæc demonstratio ex unitate et stabilitate Ecclesiæ fieri posset etiam *pro primatu Romano,* seorsum sumpto, ostendendo scilicet efficacem fuisse ejus actionem ad fidem conservandam, non obstantibus hominibus et circumstantiis. Hæc continuitas, per tot sæcula, argumentum est non spernendum assistentiæ Spiritus S.

Conclusio. Concludamus ergo Ecclesiam R., cum *unitate, catholicitate* et *stabilitate* omnino supernaturalibus ornetur, esse Deo probatissimam ; quapropter declarat *C. Vaticanum* : " Ecclesia per se ipsa... *ob catholicam Unitatem, invictamque stabilitatem* ... est ... *divinæ suæ legationis testimonium irrefragabile* " 2.

1 Cf. P. Batiffol, art. *La papauté vue d'Allemagne,* in *Correspondant,* 25 juin 1920; G. Neyron, art. *Papauté,* Rôle historique de la papauté, in *D. A.,* col. 1388-1422; Harnack* ipse, *Dogmengesch.,* I, 41 Ed., p. 772, hanc unitatem agnovit. Sic, de 5. *Dionysii* papæ litteris scribit : " Si confers ejus scriptum cum littera Leonis I ad Flavianum et Agathonisad imperatorem, certe miraberis internam affinitatem quæ inter hæc tria existit documenta : formaliter vere identica apparent ".

2 D. B., 1794.

CAPUT II

DE eximia Sanctitate ET INEXHAUSTA Fecunditate Ecclesiæ Catholicæ

791. — Conspectus.

De sanctitate et fecunditate Ecclesiæ catholicæ [1]

Status quaestionis.

De *sanctitate* in genere, Ecclesiæ catholicæ; de *fecunditate* ejusdem.

I° *Existentia* harum notarum.

(a) In *Ecclesia catholica* adsunt :

1. Sanctitas *principiorum* et *membrorum.*

2. *Fecunditas* in omni bono.

Scholion. De Ecclesia cath. *quoad bona temporalia.*

(b) *Ecclesiæ separatee* Orientales et Protestantes *his notis carent.*

2® *Apologeticus valor* harum notarum.

Scholion. De apologetico argumento ex *hodiernis miraculis.*

Conclusio generalis.

C. Vaticanum (cf. n. 768) praecedentibus Ecclesiæ notis, in priori capite examinatis, addit : 1. *sanctitatem,* 2. *fecunditatem,* de quibus statim tractandum est.

792. — Status quæstionjs.

Praenotiones de Ecclesiæ : 1. *sanctitate,* 2. *fecunditate in omni bono.*

1° **De sanctitate.** 1. *in genere,* 2. *Ecclesiæ Romanæ.*

(A) Sanctitas in genere.

(1) *Notio.* Sanctitas creata est libera conjunctio cum Deo, suprema rectitudinis norma, vi cujus rationalis creatura sub gratiæ influxu seipsam et actus suos Deo applicat [3]

[1] *Sum. theol.,* 2' 2æ, q. 81, a. 8; Billot, *De Ecclesia Christi,* Roma*, 1903, p. 179 sq.; Hugueny, *Critique et calhol.,* Paris, 1912; t I, c. II; **F. Cayré,** *op. cit.,* t. II, p. 897, n. 90, 91; Y. de la Brière, col. 1297 sq.; Ami du Clergé, 10 mai 1928, p. 298 sq.

[3] *Sum. theol.,* 2®, 2æ. q. 81, a. 8.

(2) *Species,* (a) Ratione subjecti, sanctitas est *personalis* et *realis.* 1. Prior seu *personalis* est sanctitas proprie dicta, formaliter consistens in gratiæ habitualis possessione a persona creata. 2. *Posterior* autem, analogice tantum de *rebus,* quæ sanctæ seu ad Deum ordinatae dici possunt : vel quia divino cultui *consecrantur* : v. g., altaria, vasa sacra; vel quia ad sanctificationem *concurrunt* seu *sanctitatis inedia* constituunt, v. g., Scriptura S., sacramenta; vel quia sanctitatis interioris sunt *signa* aut *effectus,* v. g., miracula a Sanctis patrata.

(b) Ratione manifestationis, sanctitas est *interna* vel *externa.* 1. *Interna* et invisibilis sanctitas ex habitibus gratiæ et virtutum resultat ideoque a solo Deo cognosci potest. 2. *Externa* et visibilis, quæ bonorum operum constanti exercitio evolvitur, exteriori modo splendet.

(c) Ratione gradus, sanctitas personalis dividitur in *communem, perfectam* et *heroicam.* 1. Per *communem* sanctitatem homo a peccato mortali liber est, praecepta gravia adimplet et statum gratiæ possidet. 2. *Perfecta* sanctitas priori addit observationem evangelicorum consiliorum : castitatis, paupertatis et obedientiæ. 3. *Heroica* vero sanctitas in virtutum, praeceptorum aut consiliorum praxi, communem modum et mensuram transcendit, et non raro actibus et factis extraordinariis, v. g., extasi, miraculis, manifestatur.

793. — (B) **Sanctitas Ecclesiæ catholicæ.**

(1) *Notio et Species,* (a) Sanctitas Ecclesiæ ut apologetica nota sic potest *definiri : Proprietas essentialis qua Ecclesia, vi suorum principiorum essentialium, visibiliter exhibet, modo continuo, virtutem moralem transcendentem,* qua ejus membra ad Deum supereminenter dirigit.

(b) Ergo Ecclesia fruitur sanctitate duplici, scilicet *reali* et *personali.* 1. Sanctitas *realis* seu *principiorum* consistit in eo quod Ecclesia nullum admittat principium (v. g., doctrinam, legem) sanctitati oppositum; sed e contra possideat multa et optima media sanctitatis efficacia : v. g., dogmata, Scripturam S., sacramenta, cultum, etc., tanquam bona sibi propria, quia a Christo ea servanda et ministranda accepit.

2. Ecclesiæ sanctitas *personalis* seu *membrorum* non requirit singula ejusdem membra esse sancta; sed sufficit quod omnia possint esse sancta,et quod de facto semper plura sint sancta propter Ecclesiæ influxum. Sanctitas apologetica saltem præcipue reponenda est in membrorum *sanctitate,* non communi, sed *heroica,* et etiam in *charismatibus* quibus Sancti a Deo dotantur. In iis enim alicujus supernaturalis elementi præsentia facilius observari potest. — Notandum est sanctitatem esse pretiosiorem Ecclesiæ notam.

794. — (2) Errores, (a) Per *excessum, Mbntanistæ, Pelagian:* pluresque *Reformatores,* peccatores ab Ecclesia excludunt, (b) Per *defectum, Reformatores* rejiciunt sacramenta aliaque principia sanctitatis realis et ad solam fidem invisibilem reducunt personalem sanctitatem. *Rationalistic* autem sanctitatem in heroico gradu seu miraculosam rejiciunt; ita etiam *Modernista.*

795. — 20 De Ecclesiæ catholicae Fecunditate in omni

1 — —

(a) Mirabilis Ecclesiæ catholicæ fecunditas, de qua nunc, *consistit in omnis generis bonorum productione, quæ ex catholicis principiis defluunt, et eo perfectiora et numerosiora sunt quo fideles religionem suam intimius in firaxim deducunt.* Hæc fecunditas in omni morali activitate erga Deum, proximum et seipsum manifestari potest, secundum multifariam Dei gratiam ; et de facto, Ecclesia ubique, sæculorum decursu, mirabiliter bona physica, intellectualia et moralia inter homines spargit.

(b) *Ralionalistæ* et generation omnes Ecclesiæ adversarii hanc fecunditatem ambitioni, superbiae, aliisque motivis humanis exclusive tribuunt, eamque æquiparant aliarum religionum beneficæ activitati.

796. — Thesis. Ecclesia catholica, ob suam eximiam sanctitate " et inexhausta " in 0 " nibus bonis fecunditatem, magnum quoddam et perpetuum est motivum credibilitatis. *Certum.*

Principium cui nostrum innititur argumentum, ex his verbis Domini desumitur : "Attendite a falsis prophetis... A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uvas aut de tribulis ficus? Sic omnis *arbor bonafructus bonosfacit;* mala autem arbor malos fructus facit "x. *t ij*

1 Λ/α/ζΛ,, VII, 15-17.

Ecclesiæ magisterium. Hæc doctrina explicite docetur a *C. Vaticano,* in textu jam citato (cf. ɳ. 768).

Ad thesis nostræ integram expositionem, *duo* sunt distinguenda : i. *existentia* harum notarum *in catholica Ecclesia sola,* 2. earumdem *apologeticus valor.*

I. — Existentia harum Notarum in Catholica Ecclesia sola.

797. — *Ia Pars.* Ecclesia catholica gaudet eximia sanctitate, cum in omni bono fecunditate.

(A) Sanctitas eximia Ecclesiæ.

Innuitur. Hujus sanctitatis duo *indicia generalia* notantur : (a) Notissimum est *R. Ecclesiam solam* ab impiis et scelestissimis hominibus ubique et semper impugnari, utpote vitiis contrariam et legem Dei prædicantem x. (b) *Conversionum historia* pariter Ecclesiæ R. excellentiam indicat : optimi enim ex aliis religionibus ad eam solam veniunt; econtra qui eam deserunt sæpius perverso motivo aguntur.

798. — Probatur :

Ecclesia catholica est eminenter sancta sanctitate : I. tum *principiorum,* 2. tum *membrorum.*

(1) *Sanctitate principiorum.* Ecclesiæ sanctitatem fovent ejus principia, inter quæ elucent : I. *doctrina,* 2. *leges,* 3. *cultus,* 4. *instituta.*

(a) Doctrina. Hæc versatur circa *credenda* et *agenda* : i. Ecclesia R. *totam doctrinam* Christi, qualiter in Scriptura et Traditione invenitur, integre et contra omnes errores affirmat. 2. Quoad *agenda,* non solum fugam levissimi peccati jubet, sed omnes homines ad altissimam perfectionem incitat, semper docendo Domini præcepta, codicem moralem completum, certum et clarum et insuper nobilioribus animabus consilia evangelica exhibendo.

(b) Leges. Ecclesia R. suas leges edidit ad legis divinæ adimpletionem et animarum salutem : ita præceptum audiendi missam promovet spiritum religionis; præcepta

1 De Maistre scribit : "Aucun ennemi de la foi ne s'est jamais trompé : tous frappent vainement, puisqu'ils se battent contre Dieu; mais tous savent où il faut frapper *Du Paj>ey* l. IV, concl.

circa jejunium et abstinentiam inculcant [1] Christianam mortificationem. S I

(C) Cultus. Per *sacrificium misses* in memoriam revocatur Passio Christi, illiusque merita hominibus applicantur. *Sc/dem sacramenta* totam vitam christiani interne sanctificant, et specialem gratiam pro qualibet necessitate suppeditant [2]. *Preces, ceremonia* et *exempla Sanctorum* in quotidiana liturgia homines ad virtutem Deumque elevant.

799. — (d) Instituta. Hæc mirabili varietate Ecclesiam R. exornant : i. Nullibi invenitur institutio quæ comparari possit *sacerdotio catholico,* cujus membra, in Occidente, cælibatui perpetuo sunt addicta, ut totaliter Dei et hominum servitio se devovere valeant [3] : perpetua enim continentia, quæ a plerisque sacerdotibus fideliter servatur, heroicos actus supponit.

2. *Religiosi ordines,* pro clericis vel laicis, majorem perfectionem in consiliorum praxi et intimiore Christi imitatione prosequuntur; alii ad sanctificationem privatam, alii vero ad proximi spiritualem et temporalem prosperitatem destinantur [4]. Ita : *sorores caritatis,* quæ omnibus renuntiant ut infirmorum et pauperum necessitatibus inserviant; aliæque religiosæ permultæ, quæ miseris totas se tradunt; *fratres S. Joannis a Deo,* qui in nosocomiis ægrotis inserviunt: *fratres S. Vincentii a Paulo* qui educandis opificum filiis operam navant; multique aliis. Quæ instituta etiam

[1] Ecclesia *pugnare* debuit contra *potentissimos principes* ad servandam evangelicam legem integram, v. g., matrimonii unitatem, independentiam Ecclesiæ, libertatem conscienti.^.

[2] Cf. Goethe ;* de mirabili oeconomia sacramentorum, *Œuvres,* t. XVIII, p. 162, velanglicc *Auto-Biography of Goethe,* Bohns' transi., t. I, p. 245-248.

[3] De Maistre, *Du Pape,* anglice *The Pope,* l. III, c. 3 ; Hettinger, *Apologie,* t. V, ch. XX, p. 219; F. Cimetier, art. *Célibat ecclésiastique,* in *Diet. prat. àes con. l dig.*

[4] Qu<xl in memoriam revocabat Leo XIII in Apost. Litteris 22 Januarii 1S99. *Testem benevolenti,, :* "Nunc vero, hoc ipso tempore, quam alacrem, quam frugiferam catholicæ rei religiosi coetus, ubicumque sunt, navant operam ! Quam pergunt multi novas oras Evangelio imbuere et humanitatis fines propagare. idque per summam animi contentionem summaque pericula". — Cf. Montalembert, *Les Moines cTOccident, The Monks ofthe West ;* Bancroft's, *History of the United States* V. III, ch. XX; Neander, t. II, part. II; A. Belanger, *Les Méconnus : ce que sont les Religieux,* Paris 1900.

[5] In Gallia sola, initio hujus sæculi, florebant Soo Ordines aut Congregationes mulierum et 95 virorum, simul computantes 150.000 membra. Cf. Mgr Baunard, *Un siècle de ΓEglise de France.* 1902, p. 141-152.

adversariorum admirationem excitaverunt et eorum imitationem provocaverunt '. 3. Insuper *alia sunt instituta* v. g., secessuum, confraternitatum, etc., quibus Ecclesia pietatis et charitatis spiritum in Christiano populo excitare nititur (cf. n. 533-540).

800. — (2) *Sanctitate membrorum,* (a) In R. Ecclesia : 1. Innumeram fidelium multitudinem invenies, qui *communem* sanctitatem colunt. Insuper ingens est hominum numerus, qui consiliorum observatione in votis religiosis amoreque erga Deum et proximum *perfecta sanctitatis* statum agunt.

2. Sed præsertim attende *Sanctos proprie dictos* in *heroico* omnium virtutum *exercitio* viventes, quibus Ecclesia semper floruit, ita ut merito dicatur *Ecclesia sanctorum.* Hi eximii Ecclesiæ filii sunt cujusvis ætatis, conditionis, sexus, indolis et nationis; quamvis omnes sint sancti, attamen ab invicem maximis differentiis distant. Numerantur inter eos SS. *Patres* ut SS. Hilarius, Athanasius; *Martyres* ut SS. Ignatius, Cyprianus; *R. Pontifices* ut SS. Linus, Damasus.; *Episcopi* et *sacerdotes* ut S. Gregorius Nyssenus, Hieronymus; *Doctores* ut SS. Ambrosius, Thomas; *Religiosi* et *sæculares* ut SS. Ligorius, Germana Cousin ; *Scriptores* ut SS. Augustinus, Bernardus; *Reges* ut SS. Ludovicus, Henricus; etc.

3. Neque, a tempore Protestantismi, cessavit Ecclesia sanctitatis fructus proferre : testes sunt SS. Franciscus Salesius, Franciscus Xaverius, Philippus Neri, Carolus Borromæus, Vincentius a Paulo, P. Claver, Alphonsus de Ligorio, Vincentius Palotti, Franciscus Libermann, J. B. de Rossi, Hofbauer, J. Vianney, Theresia ab Infante Jesu, Maria Bernarda Soubirous, J. Bosco, multique alii. In sæc. XIX°, personæ 310 in Beatorum et 78 in Sanctorum albo relatæ fuerunt. *Heroica sanctitatis signum eximium* in Ecclesia catholica est ejus canonica legislatio 2 ad beatificationis et canonisationis causas severissimo examine judicandas, cujus imitatio nullibi existit.

801. — (b) *Sanctitatis charismata* seu *miracula* heroicam sanctitatem consequuntur, quibus conspicui sunt sancti, tum terrestri eorum vita decurrente, tum post eorum mor-

' **Cf. Voltaire** *, *Essai sur les mœurs** **t. III, p. 139; Huber,** *Mission à l'intérieur,* **1S64, apud Hettinger, t. V, p. 58; Card. Baluffi,** *The Charity of the Church** **ch. XIII.** — 1 *Cod.** *c.* **2116 sq., 2136 sq.**

tem : ita donum prophetiae, discretionis spirituum aliaque facta supernaturalia. Ad beatificationem vel ad canonisationem duo, tria vel quatuor requiruntur nota miracula, quæ nonnisi post strictam et scientificam investigationem admittuntur L Porro hi mirabiles eventus, etiam in modernorum sanctorum historia, v. g., SS. J. M. Vianney, J. Bosco, Theresiæ a Lexovio, critice narrantur. Insuper quis ignorat multa miracula quotannis in Lourdes patrari et scientifica medicorum commissione cum idoneis documentis examinari?

802. — (c) Praeterea *catholica Ecclesia est sancta* ratione : (a) *fundatoris,* qui est *Christus* ipse, omnium virtutum abyssus (cf. n. 442-444);(b)^.ww/Zazw,nempe quod est ipsaTrinitas in unitate divinæ naturæ (cf. n. 856); (c)*finis,* Ecclesia enim tendit ad animæ sanctificationem ut Deus super omnia et in omnibus glorificetur.*

Igitur caelesti splendore Ecclesiæ catholicae sanctitas coram universo mundo irradiatur.

803. — (B) Inexhausta Ecclesiæ fecunditas in omnibus bonis.

(i) Ecclesia R. admiratione digna est ratione hujus eximiae fecunditatis, quæ plerumque sanctitatis suae signum et effectus videtur; quare cum eadem sanctitate intime connectitur. Hic agitur de *omnibus bonis,* quæ catholica Ecclesia fundavit et promovit, per saecula et præsertim hodiernis temporibus. Porro hæc bona, diversis hominum necessitatibus aut miseriis succurrentia, tum ad corpus tum ad animam referuntur. Alia intellectus activitatem per scientias et artes tuentur; alia vero voluntatis educationem et virtutum praxim promovent. Quæ subsidia vel stricte religiosa vel religioni plus minusve unita apud individuos, familias et societates uberius disseminantur 3,

l Cod., c. 2117. Cf. DD. Baunard, *Un siècle de ГEglise de France,* p. 480-507. De *sanctitate* ipsa cf. H. Joly, *Psychologie des saints,* Paris, 1897. Ut aliquot afferamus exempla, *miraculum a* S. *Vincentio patratum* erga A. E. Sackville, quod a pluribus Protestantibus ut vere divinum agnitum fuerat, non ut tale admissum fuit a S. Rituum Congregatione, propter defectum sufficientium probationum; iterum Anglus protestans, qui Romæ legerat quasdam miraculorum relationes, declaravit se libenter accipere omnia miracula, quæ tam validis demonstrabantur argumentis, nec parum stupuit cum audivit hæc eadem facta a Romanis Congregationibus tanquam miraculosa non fuisse habita, utpote non sufficienter probata. Cf. Perrone, *De Vera Religione,* n. 187, not. 1.

3 Ephes., V. 26; *Tit.,* II, 14.

3 Pius XI, EncycL *Ubi arcano,* 23 dec. 1922. In variis nationibus, " Operum catholicorum catalogi publici juris fiunt, quibus miranda eorum diversitas

804. —(2) Hic *socialis caritatis opera* ⁋ tantum indicantur quæ, Ecclesia catholica suggerente, approbante vel dirigente, peracta fuerunt.

(a) *Infantium et juniorum educationi* providet Ecclesia : Societates fovet quæ pauperum matrum et infantium indigentiae succurrunt. Orphanis aut derelictis infantibus orphanotrophia aperit ; de eorum religiosa educatione magis etiam curat : magnis expensis instituuntur scholæ, collegia et universitates ad juventutis profanam instructionem et christianam educationem. Quando pueri jam adoleverunt, præsto sunt confraternitates aut consociationes, quarum ope, non solum ad perseverandum in bono, sed etiam ad alios ad religionem trahendos, non parum juvantur.

(b) *Pauperum necessitatibus* subvenit : in toto orbe catholico, inveniuntur *Conferentia a S. Vincentio* nuncupatæ, quarum sodales *domipauferes* visitant, eisque cibum corporis et animæ præbent. Aliæ sunt societates ad *opifices* juvandos, qui, ex inopinatis casibus aut morbis, vel ex cessatione a labore aliave causa ad extremam inopiam rediguntur. Aliæ sunt quæ *salubres domos* ædificant opificibus modico pretio locandas aut vendendas; vel eis gratis locant *hortos* quos propriis manibus excolere valeant.

(c) *Ægrotorum curam maternam habet :* non solum in publicis nosocomiis, sed etiam in privatis domibus. Specialia instituta pro surdis mutis, pro phtisi laborantibus aliisque morbis quotidie fundantur. Pro *senibus* derelictis erecta sunt hospitalia, in quibus devotæ moniales solatium afferunt corporale simul et spirituale.

(d) *Opificum miseram conditionem meliorem efficere* conatur : id præstiterunt S. Pontifices, præsertim Leo XIII et Pius XI, in variis encyclicis, ubi jura eorum invicte tuentur, simulque varia proponunt media, quibus tolerabilior fiet proletariorum conditio : æqui salarii solutionem sufficientis ad propriam et filiorum honestam sustentationem, collegia opificum (syndicats) quibus eorum jura vindicantur; sed præcipue reverentiam erga operarios Christiano charactere nobilitatos, ita ut non plus imponatur operis quam

et excellentia breviter illustratur; cf. **R. Aigrain,** *Ecclesia,* **Paris, 1927,** p. 1027-1057 : *Œuvres catholiques a* **F. VeuilloL Cf.** *L'annuaire général cathol. en France,* **Paris, 1935.**

1 **P. Weiss,** *Apologie du Christianisme au point de vue social,* **Paris, 1S94,sq.; L. Lallemand,** *Histoire de la Charité,* **Paris, 1902 sq.; Lefébure,** *L'organisation de la charité privée en France; Paris charitable et prévoyant,* **Paris, 1900; E. Chénon,** *Le rôle social de l'Eglise,* **Paris, 1921; L. Prunel,** art. *Pauvres {les} et l'Eglise,* in *D. A.,* col. 1655-1735; **A. Lugan,** *Renseignement social de Jésus,* **Paris, 1923.**

vires, attentis ætate et sexu, ferre valeant, eisque concedatur idoneum tenqioris spatium ad religionis officiis vacandum ·.

Uno verbo, nulla est ætas, nulla hominum conditio de qua materna sollicitudine non curet R. Ecclesia, vestigiis inhaerens divini Magistri, qui pertransiit benefaciendo et sanando omnes[1][3] Insuper notetur quod Ecclesia sola peregit, jam a suo exordio, hæc socialis charitatis opera; postea autem Status vel aliæ religiones eam imitatæ sunt, sed tamen sine perseverantia, intensitate et motivis præstantioribus, quæ ipsa semper exhibuit.

805. — Scholion. De catholicæ Ecclesiæ influxu quoad temporalia bona.

Quæstioni de Ecclesiæ fecunditate quædam adjungimus de *catholica Ecclesia influxit in bona temporalia*^ et de asserta *superioritate prosperitatis apud protestantes nationes.*

(i) *Bona et progressus ordinis materialis* non directe prosequitur R. Ecclesia ad finem spiritualem aeternam essentialiter ordinata; attamen ea nullo modo despicit sed *aestimat approbatque* quatenus supernaturali animarum bono favent; imo in sua sociali activitate eadem quotidie adhibet. Quare Pius IX damnavit sequentem propositionem : " Catholicæ Ecclesiæ doctrina humanæ societatis bono et commodis adversatur " [4].

806. — (2) Quidam auctores affirmant *majorem prosperitatem* protestandum quam catholicarum nationum, ex qua concludunt Protestantismum superiorem esse Catholicismo.

(a) *Generalis superioritas protestantium gentium* quoad res temporales *non probatur :* nam revera quædam protestantes nationes gaudent majori prosperitate; sed etiam, in historiæ decursu,

1 Opponuntur aliquando fructibus qui in Ecclesia catholica inveniuntur *fructus* sive *paganismi,* sive *societatis moderna.* 1. Fructus morales a *paganismo* producti nil sunt in comparatione cum fecunditate Ecclesiæ (cf. n. 533-540); paganismus vitiis indelebilibus affectus erat (cf. Hugueny, *op. cit.,* t. I, p. 237-244). 2. Quoad *societatem modernam,* ample statisticis probatur cum religione etiam minui et mores et natalitatem : cf. Hugueny, *op. cit,* p. 250-266; P. Bureau, *Eindiscipline des mœurs,* Paris, 1921.

- D. B., 1740, 1799, 1S66; legantur præcipue : Leo XIII : Encyci. *Rerum novarum,* 15 maii 1891, *Graves de Communi,* 18 jan. 1901, quas confirmavit Pius X, Motu proprio *Fin dallaprima,* 18 dec. 1903, in *A. S.* S., t. XXXVI, I9°4> P- 339'3455 P^us XL Encyc. *Quadragesimo anno,* 15 maii 1931. Quæ documenta fusius exposuimus in *Tr. de Justitia,* n. 791-863. — J. B. Bord, *Jésus-Ouvrier,* Paris, 1930.

3 D. B., 174°; cf. Ch. Dawson, *Progrès et Religion, gallice* redditum a Daniel-Rops, Paris.

4 Ita inter alios, E. de Laveleye *, *L avenir des peuples catholiques,* 1875. Cf. F. Brugère, *De Ecclesia Christi,* η. 77, 90 sq.; Van Noort, n. 148 sq.

catholici populi extiterunt, qui ciica bona materialia aliis præstabant.

(b) Superioritate nationum protestandum data, non concessa, non inde sequitur religionem protestanticam præstantiorem esse catholica. Circa enim hanc superioritatem conclusio esset legitima, tantum positis *tribus factis,* quæ semper desunt : 1. quod *omnes conditiones* geographicæ, economical, politicæ *sint eadem* inter Protestantes et Catholicos : ita catholica natio in Saharæ deserto inferior semper erit quoad prosperitatem protestant! populo in Germania viventi; 2. quod Protestantes temporalem superioritatem *directo influxu sua. religionis* assequentur; 3. quod *Catholici,* suæ doctrinæ principia fideliter applicantes, eumdem finem obtinendi *sint incapaces.*

807. — (c) Supposito quod catholicæ nationes in iisdem conditionibus existant et juxta sua religiosa principia vivant, *affirmandum est* eas protestantibus populis non inferiores esse. Etenim tria præsertim ad bonum sociale concurrunt : opum terrenarum productio et æqua repartitio; ingeniorum cultura intellectualis; voluntatum recta ordinatio et animorum satisfactio interior. — r. Jamvero hoc *tertium* elementum, quod præcipuum est, maxime fovetur a Catholicismo, tum *praceptis* puris et omnino determinatis quæ tradit; tum *sacramentis,* quibus præceptorum adimpletio facilior evadit : quod multi Protestantes ipsi fatentur 12 2. Quoad *cultura intellectualis* studium! Catholicismus, auctoritati infallibili innixus, mentis aberrationem ac laboris disperditionem prævenit, necnon abnegationem et caritatem promovet, cum ardenti desiderio minimis fratribus impertiendi cognitionem eorum quæ ad bonum spirituale et temporale conducunt. 3. Quoad *opes terrenas:* earum *productioni* efficacius forsan favet Protestantismus, quia, animos ad cælestia minus erigens, eo ipso *in terrena ardentius incitat:* sed Catholicismus eorum *aquam repartitionem* multo melius procurat. Jamvero ad veram civilisationem et populorum felicitatem magis conducit æqua opum repartitio, quam febrilis productio, ac ingentium divitiarum a paucis *plutocraticis* possessio. Hinc etiam Protestantes scriptores, per regiones catholicas iter facientes, non potuerunt non mirari felicem sortem etiam eorum qui ceteroquin hujusmodi bonis carebant, dum *pauperismi plagam* et miserabile fatum pauperum in protestanticis regionibus degentium vividis coloribus depingunt '. Nil igitur contra

1 Præter testimonia jam allata, cf. Naville apud de Baudry, *La Religion du cœur,* p. 84 sq.

2 Cf. C. E. Lester*, *The Glory and Shame of England,* 1876, t. I, p. 141. i6r, 181 et alibi passim.

nostram thesim ex prosperitate temporali Protestandum desumi potest ».

808. — //J *Pars.* **Ecclesiæ Orientales separatæ et Protestantes his notis carent.**

^*Van diffitemur* apud *Gracos* et *Protestantes* quosdam reperiri viros eximia virtute præditos Hi enim, utpote bonæ fidei, divino non destituuntur auxilio. Quapropter dari possunt, et, ex testimoniis fide dignis, dantur reveni inter schismaticos et haereticos viri egregiis virtutibus præditi. Sed religiosa societas cujus sunt membra non exinde mirabiliter sancta dici potest.

(A) Ecclesiæ Orientales separatæ privantur : i. *sanctitale,* **2.***fecunditate.*

(1) *Privantur sanctitate :* i. *principiorum, 2. membrorum,*

(a) Principiorum. Etenim minimus error in fide hanc sanctitatem destruit. Sed Orientales sectæ falso tenent Ecclesiam civili potestati subjici, quod servile jugum multa et pessima consectaria in ordine religioso inducit. Evangelium quidem servant, sed illud perversis interpretationibus, v. g., de Petri primatu, adulterant; præterea quædam sanctitatis media, ut SS. Eucharistiæ cultus, valde apud eas negliguntur.

(b) Membrorum. 1. Hæ sectæ ut *auctorem* habent *Photium* qui, in C. Constantinopolitano IV, anathemate percul-

1 Ad fusiorem hujusquæstionis solutionem, vide Balmès, *op. nt.,* ch. XI sq.; A. Nicolas, *op. cit.y* r. II, 1. III, c. 5, p. 394 sq.; F. Martin, *De ΓAvenir du Protestantisme,* 1. IV, p. 200 sq., 1. V, p. 321 sq., 1. λ III, p. 477 sq.: J. H. Newman, *Diffie, oj Anglicans*, lect. VIII-IX; Card. Baudrillart, *LEglise cathol.i La Renais*., Le Protestantisme,* p. 361-398 ; P. Flammérion, *De la prospérité comparée des nations cathol. et des nat. prot.,* Paris, 190S.

3 Iia, sæculo elapso, in Russia, Joannes de Cronstadt, fama sanctitatis gaudebat, (a) Cf. de sanctitate apud *separatas sectas* r L. de Grandmaison, art. *Le sadhu Sundhar Singh et le problème de la sainteté hors de ΓEglise catholique,* in *Recherches de science relig.,* janv.-avril 1922. Præclarus auctor ostendit Deum posse extra Ecclesiam, pro bono fine, sive sanctitatem sive etiam miracula operari dummodo connexio directa non adsit inter sanctitatem et errorem. Optime notat de Poulpiquet, *DEglise catholique,* p. 242 : " ... Toutes les fois qu'on se trouvera en présence de la vertu supérieure ou de la vertu héroïque dans les Eglises séparées, on devra nécessairement conclure que cette vertu supérieure et cette vertu héroïque s'expliquent par ce qui subsite, dans ces communions, de dogme et de morale catholiques''. Et en effet "l'hérésie consiste essentiellement à *nier* ce que ΓEglise romaine affirme; elle n'existe qu'a la condition de *supprimer* quelque chose dans la révélation intégrale apportée par Jésus au monde. Comment une pure *négation* pourrait-elle être un principe de vie? Le néant est éternellement stérile", (b) De sanctitate etiam apud *mfide.es,* cf. J. Maréchal, art. *Le problème de la grâce mystique en Islam,* in *R. S. R-f* mai-août 1923, p. 244-292.

sus est tanquam dissidiorum fautor, mœchiæ reus, pauperum clericorum et orphanorum res consumens. 2. A schismatis initio, vulgus in vitiis et fidei ignorantia tabescit; clerus propter ebrietatem aliaque vitia sæpe a populo contemnitur : et ita deficit sanctitas tum perfecta tum communis ex propriis principiis dimanans. 3. Ecclesia separata, olim sanctorum mater, nullum fidelem heroica sanctitate fulgentem protulit, qui inter sanctos proprie dictos annumerari potuit, et pariter nullum miraculum in suam gratiam fuit patratum.

(2) *Privantur fecunditate.* Revera in Oriente separato, instituta, consociationes aliæque *piæ fundationes* sunt, vel satis raræ, vel spiritu et activitate carentes. Græca ecclesia merito comparatur infecundo ramo, qui, ab arbore separatus, flores et fructus non amplius copiose producit.

809. — (B) Ecclesiæ Protestantes non fruuntur sanctitate et fecunditate.

(1) *Non habent sanctitatem : 1. principiorum,* 2. *membrorum.*

(a) Principiorum. 1. Quoad *doctrinam.* Christi evangelium in essentialibus adulteraverunt ; nova dogmata morum corruptiva prædicaverunt : ita amissio libertatis per originale peccatum, justificatio per solam fidem, bonorum operum inutilitas, justitiæ inamissibilitas, consiliorum evangelicorum negatio vel contemptus, etc., quibus omnibus homines minime ad virtutes colendas, sed potius ad vitia augenda inclinantur. Quos fructus dederint, historia narrat.

2. Quoad *cultum.* 1) *Sacramenta,* quæ apud Catholicos sanctitatis causæ sunt efficacissimæ, ab illis fere omnia rejiciuntur; quæ autem servantur, Baptismus et Coena, plerumque tanquam mera signa considerantur, non ut fontes gratiæ. 2) *Cultus proprie dictus* omni sacrificio orbatus, valde frigidus est ; consistit in quibusdam prædicationibus, Scripturæ lectionibus et aliis hujusmodi, quæ, nec ad Deum honorandum, nec ad hominem sanctificandum multum prodesse videntur. 3) Equidem non agitur hic de sectis quæ Romanam Ecclesiam in cultu suo imitantur : hæ siquidem suo modo agnoscunt protestantici cultus inopiam et defectum.

3. Quoad *instituta*. Protestantismus fere omnes institutiones rejecit, quæ Christianismi gloria fuerant : ita clerum, ordinem episcopalem, ordines religiosos; aliunde nullam ipse creavit quæ supernaturalem notam præ se ferat.

810. — (b) Membrorum. 1. Protestantismi fautores, nedum sancti sint, ne ordinarias quidem virtutes coluerunt. *Lutherum* invenimus infidelem suis promissis, conviciosum in proximum,insignem superbia; *Calvinum* crudelem, ut alia taceantur; *Zudnglium,* libidinis servum; *Henricum VIII,* crudelem et luxuriæ addictum. 2. Si tales exstiterint Reformatores, mirum non est eorum discipulos non fuisse egregia virtutis exemplaria, praesertim eos qui Reformatoribus propinquiores fuerunt. De hoc querebatur ipse Lutherus : "Mundus in dies fit deterior; sunt nunc homines magis vindictæ cupidi, magis avari, magis ab omni misericordia remoti, magis immodesti et indisciplinati, multoque deteriores quam fuerint in papatu" ». 3. Primus sanctus protestanticus adhuc in mundo exspectatur. Nec unum citare possunt miraculum ad suam doctrinam statuendam et declarant miracula vel impossibilia esse, vel post Christi mortem cessasse.

(2) *Protestantismus, quoad fecunditatem in bonis variis, Ecclesiæ R. non cequiparatur.* Sane sectæ protestantes opera caritatis, missionum, diffusionis Bibliæ, etc., multiplicantes, magnas sibi pecunias obtinuerunt; sed non possident catholicorum operum multitudinem, varietatem, perseverantiam, abnegationem et sanctitatis spiritum. Quare per hanc fecunditatem, in eorum religione non manifestatur Spiritus S. influxus supernaturalis.

II. — Apologeticus Valor harum notarum.

811. — Thesis. Ecclesia catholica est vere divina.

Etenim divina est ecclesia, quam Deus pluribus miraculis comprobat. Atqui Ecclesia catholica multiplici miraculo

---

Lutherus, *Postilla in Evang. dont. I. Adv.* Idem fatetur Melanchthon. Ad fusiorem hujus rei probationem vide Dollinger, *Die Reformation* (opus gallice translatum); J. Janssen, *Geschichte des deutschen Volkes.* B. II et III; vel *DAllemagne et la Réforme farJ. Janssen.* ab E. Paris, L II, 1. III, p. 417 sq.; Card. A. Baudrillart, *L Eglise catholique^ La Renaissance. Le Proies·tantisme.* VIIIe Conf. Quod fatetur Harnack; *Lessence du Christianisme,* ‡907, ρ· 340341·

in sua sanctitate et in omni bono fecunditate fuit supernaturaliter a Deo exornata. Ergo.

Prtenotandum est, in regionibus non christianis et acathoiicis, hanc sublimem sanctitatem bonorumque efficaciam deesse; atque, inter catholica sanctitatis media seu principia, nullum unquam malum elementum discerni posse; dum humanæ de rebus moralibus doctrinæ semper aliquo errore fuerunt inquinatae. Sed, ut jam vidimus, tale historicum factum a naturalibus causis non oritur. (Cf. n. 394-406;.

probatur : i. ex *sanctitatis natura,* 2. ex *miraculis.*

(1) Ex natura sanctitatis præsertim heroicæ.

(a) \ritæ sanctitas est quid arduum, ratione officiorum servandorum et ob humanæ naturæ ad malum propensionem. Jamvero si cuilibet individuo speciale Dei auxilium necessarium est ad tantos conatus, quanto magis requiritur pro *magna hominum multitudine,* qui in Ecclesia R. ad communem vel· eximiam perfectionem tendunt? C

(b) Id evidentius est, quando agitur de *actibus heroicæ virtutis* in vita Sanctorum : ibi sane specialis Dei interventus maxime resplendet. Virtus enim heroica requirit omnium virtutum complexum, promptitudinem, delectationem et constantiam in actibus heroicis patrandis 1 : quod naturaliter fieri nequit. — Idem dicendum est de *martyrio,* quod olim et nunc in Ecclesia non raro evenit : hic enim recurrit argumentum supra expositum de *heroica martyrum constantia.* (Cf. n. 554-565).

(c) Minime quidem negatur *vitia et scandala apud Ecclesiam Romanam* inveniri : hoc jam Christus annuntiaverat, et vitari nequit, cum Ecclesia hominibus constet; sed relative pauca sunt. Insuper qui mali sunt, tales sunt quia Ecclesiæ præceptis non obediunt, nec mediis sanctitatis ab ea oblatis utuntur: ii autem qui sunt sancti, tales fiunt quia ejus mandata sequuntur. Tandem, non obstantibus vitiis, Ecclesia semper crevit et virtutem seipsam reformandi invenit : quod magis argumentum auget quam minuit 2.

812. — (2) Ex miraculis.

Miracula genuina, in Sanctorum vita, aut mediante eorum intercessione post mortem patrantur. Sed talia facta, præsertim frequentia, sunt clarissima signa specialis sanctitatis

Benedict XIV, *De Beator. Canonizat.y* 1. **Ill, c. 21.**
- **S. August.,** *De moribus écrits. cathol.** **i, 34, n. 76.**

atque approbationis assistentiæque divinæ; ideoque Ecclesiam catholicam ut Deo supernaturaliter dilectam *clarissime ostendunt* ».

813. — Scholion. De apologetico argumento ex hodiernis miraculis.

Utrum miracula, nostris temporibus peracta, valorem apologeticum habeant? Quæstio hæc agitatur circa : i. *hodierna miracula in gensre,* 2. *speciatim miracula in Lourdes patrata.*

(1) **Hodierna miracula in genere.** Nostris diebus, sicut temporum decursu, in Ecclesia eveniunt miracula, quæ, cum omnibus requisitis qualitatibus gaudeant (cf. n 314-329), valorem apologeticum stricte exhibent. Inter ea, saltem quædam, v. g., miracula agnita in beatificationum et canonisationum processibus, sunt historice certa, naturaliter inexplicabilia, nec diabolo tribuenda; insuper in gratiam catholicæ Ecclesiæ adimpleta fuerunt, nam a Sanctis catholicis procedunt, qui per catholicum cultum honorantur. Notetur præterea Christum hæc miracula prædixisse ad veritatem suæ doctrinæ demonstrandam -. Quare ex iisdem miraculis divina Catholicism) origo vere probari potest.

814. — (2) Miracula in Lourdes[3] peracta. *Hac miracula catholica auctoritatem Ecclesia vere probant.* Eorum veritas *historica. philosophica* ct *apologetica* est tenenda.

(a) *Historice constant* hæc miracula. Quotannis multi ægroti, utriusque sexus, diversis affecti morbis, etiam organicis, modo extraordinario curantur.* Sanationes istæ, fatentibus etiam quibusdam rationalistes[5], a medicis scientifice, prævia inquisitione insti-

' Benedict. XIV, *De Beator. Canonisatione,* 1. III, c. 21. *Marc.,* XVI, 17.

1 Boissarie, *Idain-re de Lourdes,* Paris 1909; DD. Chollet, *Le fait de Lomdes.* Paris, 1912; G. Bertrin, *Hist, critique des événements de Lourdes,* Paris, 1914; Id., art. *Lourdes* (Lé fait de), in *D. A.,* col. 36-62; Le Bec, *Preuves médicales du mira·le,* Paris, 1918; Cros, *Hist, de Notre Dame de Loin des,* Paris, 1925, 3 vol.; A. Vallet, *Guérisons de Lourdes,* Paris, 1927-1929; R. Biot, *Janodes et le miracle,* Paris, 1930.

* Des guérisons de maladies nerveuses, au total on en compte 285 sur un ensemble de 4.445 cas divers, observes depuis l'origine " (i. e., a 1858 ad 1913); les tuberculoses diverses " ont donné lieu à 892 guérisons... On trouve 694 cas pour les maladies de l'appareil digestif, 106 pour les maladies de l'appareil circulatoire..., 182 pour les maladies de l'appareil respiratoire, 69 pour les maladies de l'appareil urinaire, 143 pour celles de la moelle, 530 pour celles du cerveau, *55 P°ur les affections des os, 206 pour celles des articulations, 42 pour celles de la peau, 119 pour les tumeurs..., 22 pour les cancers, et 54 pour les plaies... 55 aveugles..., 24 muets..., 32 sourds... " Bertrin, *l. cit.,* in *D. A.,* col. 50.

5 Sic Bernheim, israëlita : " Toutes ces observations ont été recueillies avec sincérité, et contrôlées par des hommes honorables ". Bertrin, *l. cit* col. 45-46.

tuta, expenduntur. Hæc facta ergo, saltem multa ex illis, certo constant.

(b) Eadem prodigia *naturaliter inexplicabilia Deo tribui debent.* i. *Naturaliter inexplicabilia sunt.* Revera : i) *aqua* ex fonte sacro lapurdinensi manans non semper adhibetur, aliunde nulla proprietate speciali gaudet, ut ex chemica analyst constat; 2) *suggestio* in morbos organicos nullum influxum habet et etiam.erga morbos nervorum sæpe deficit; 3) insuper *vires ignota* excluduntur, quia in his sanationibus desunt conditiones quas quæcumque lex 'naturalis exigit, nempe tempus, proportio inter causam et effectum, necessitas effectus producendi, quando causa ponitur :* Quæ conclusiones a multis medicis admittuntur. 2. *Deo tribuenda sunt. Revelant* enim *causam liberam* quæ agit quando et quomodo vult et in quem vult. Aliunde omnes *circumstantia morales* Deum indicant, v. g., fides quæ crescit in sanatis vel populo circumstante, natura operis ex quo elucet agentis bonitas, preces fusæ, conversiones quæ sæpissime ex miraculis fluunt.

(c) *Divinam catholica Ecclesia auctoritatem comprobant.* Quod satis patet, si ad sequentia attendamus : Fideles qui miraculum impetrant vel obtinent, plerique saltem, catholici sunt, suis episcopis ad sacrum specum ducti, approbante Summo Pontifice. Implorant interventum Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, cujus Immaculata Conceptio a Pio IX, anno 1854, infallibiliter proclamata est.* Præterea puella Bernarda Soubirous, cui Beata Virgo Maria apparuit, ad R. Ecclesiam pertinebat aperteque clero catholico declaravit, ex cælesti monitu, oratorium in apparitionis loco ædificandum; insuper in lapurdensi civitate fides catholica prædicatur, catholicus cultus exhibetur, præsertim adoratio SS. Eucharistiæ in missa, communione et sollemnibus processionibus. Jubilæi Redemptionis occasione (maii 1935), su^ legati apostolici (Card. Pacelli) auctoritate, coram totius orbis catholici coetibus, tribus diebus non interruptis, missæ sacrificium " in prodigiali specu " Deo oblatum aliæque cæremoniæ catholicæ religionis celebratæ

l Si les faits prodigieux de Lourdes étaient dus à une loi, encore ignorée de nous, il faudrait, pour les produire en provoquant l'action de cette loi, certaines conditions précises, déterminées, toujours les mêmes, et, en retour, chaque fois que ces conditions seraient réalisées, ils apparaîtraient avec une régularité rigoureuse, constante, invariable. Or c'est exactement le contraire que Ton peut constater '5. Bertrin, in *D. A.,* col. 55.

2 Nihil diximus de *apparitionibus Beatæ Virginis,* in anno 1858, in quibus Dei Genitrix se tanquam *"Immaculatam Conceptionem "* manifestavit, definitionem pontificalem miraculose confirmans. Festum *apparitionis B. M Λ Immaculata* die i Ja feb. celebratur. De *objectivitate hujus apparitionis* vide, v. g., Bertrin, /. rzZ, in *D. A.,* coi. 37-44.

fuerunt. — His ergo factis divina Catholicism! veritas menti ab omnibus præjudiciis liberæ firmissime indicatur.

815. — Conclusio generalis.

Ecclesia Romana, eaque sola, est supernaturaliter divina ideoque omnibus obligatoria, (a) Revera qualis nunc ante omnium oculos existit, pluribus criteriis miraculosis effulget; ex quibus legitime constat eamdem a Deo speciali interventu hominibus commendari.

(b) Quod argumentum sic breviter contrahit S. AUGUSTINUS [1] : " In *catholica enim Ecclesia,* ut omittam sincerissimam sapientiam, ad cujus cognitionem pauci spirituales in hac vita perveniunt..., *multa sunt alia quæ in ejus gremio me justissime tenent.* Tenet *consensio populorum* atque gentium; tenet *auctoritas miraculis inchoata,* spe nutrita, caritate aucta, vetustate firmata; tenet *ab ipsa sede Petri Apostoli,* cui pascendas oves suas post resurrectionem Dominus commendavit, *usque ad pressentent episcopatum successio sacerdotum ;* tenet r- 'remo *ipsum catholicæ nomen,* quod non sine causa, inter tam multas hæreses, sic ista Ecclesia *sola* obtinuit, ut cum hæretici se catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, ubi ad *catholicam* conveniatur, nullus hæreticorum vel basilicam suam vel domum audeat ostendere ".

EPILOGUS

De Necessitate catholicæ Ecclesiæ, seu de necessaria ad eam Aggregatione

816. — Conspectus.

De necessitate catholicæ Ecclesiæ

i. Status quæstionis.
   Prænotiones, errores, doctrina catholica.

?. *Thesis :* Necessitas aggregationis ad Ecclesiam.

3. *Explicatur* axioma :
   " Extra Ecclesiam nulla salus

4. *Corollaria.*

[1] **S. August,** *Contra ep. Manichoei,* **c. 4;** *P. L.,* **XLII, 175. Cf. D'Herbigny, art.** *Les arguments apologétiques de S. Augustin,* **in Λ'** *P 4* **t IX 1910, p. 575 589-**

Cum Ecclesia catholica sit certissime authentica religio a Christo prædicata, dicendum remanet de *necessaria ad eam aggregatione* et de modis quibus hæc fieri potest,

817. — Status qil·estionis :*

(A) Prænotiones. Ad rectam hujus epilogi intelligentiam, necesse est *provins* tradere *definitiones.*

(i) **Necessarium ad salutem.** *Dupliciter* aliquid necessarium esse potest ad salutem : (a) *Necessitate medii,* quando est medium seu via necessaria ad vitam aeternam, v. g., status gratiæ; ac proinde sine quo, etiam *inculpabiliter* omisso, salus obtineri nequit. — Sed *duplex* distinguitur medium necessarium : i. aliud est necessarium *ex rei natura,* ita gratia habitualis, quod nullo modo suppleri potest; 2. aliud est necessarium ex *positiva Dei institutione,* v. g,, baptismus aquæ, quod semper *quodam modo* adhibendum est, sed vel *in re* vel *in voto* præstari potest.

(b) *Necessitate præcepti,* si res est necessaria tantum quia *proscribitur,* ita ut scienter et volenter omitti nequeat sine peccato, v. g., auditio missæ dominicalis. Si igitur culpabiliter omittatur, est causa damnationis; si autem inculpabiliter omittatur, ob ignorantiam vel impotentiam, absque ea salus obtineri valet. (Cf. n. 225).

818. — (2) **Corpus et anima Ecclesiæ. (a)** *Corpus* est visibilis cœtus fidelium in unam societatem Christianam coadunatorum, sub auctoritate R. Pontificis, **(b)** *Anima* se-vero est in Ecclesia elementum internum et invisibile, quod in gratia habituali aliisque donis supernaturalibus consistit. (Cf. n. 854).

(3) Modi ad Ecclesiam pertinendi, (a) Ad *animam Ecclesiæ* pertinet omnis homo in statu gratiæ vivens, (b) Ad *corpus Ecclesiæ* aliquis pertinere potest *in re* vel *in voto :* 1. *In*

' **D. B., 2 sq., 14, 39 sq., 246, 423, 46S sq.. 714. 999 sq., 1085, 1473, 1613 sq., 1646 sq., 1677, 1954 sq.,-3 S Thom.,** *In I Decretalem* **(opusc. XIX, éd. Vivès), c. 3; S. Bellarm.,** *De Eccles, milii.,* 1. **III, c. 3; Mazzella, n. 490 sq.; Franzelin, th. 24; Zigliara,** *Propadeutica,* 1. **IV, c. 12; Pesch, n. 391 sq.; J. Buroni,** *De Intolerantia cathol.,* **Taurini, 1868; E. Dublanchy,** *De Axiomate : Extra Ecclesiam nulla salus,* **Barri-Ducis, 1895;** 1*1., **art.** *Eglise, in D. T. C.,* **coi. 2155-2175; d'Herbigny, I, p. 123-137; II, p. 239-254; J- V. Bainvel,** *Hors de l'Eglise pas de salut,* **1913; E. Hugon,** *Hors de*

re, quando baptizatus est et a communione catholica non separatur. 2. *In voto,* si homo nondum baptizatus communionem catholicam amplecti desiderat. Votum illud potest esse : vel *explicitum* v. g., in catechumeno; vel *implicitum,* si quis paratus sit quæcumque Deus ab eo expostulat elicere, inter quæ eminet Ecclesiam ingrediendi praeceptum.

819. — (B) Errores, (a) *Naturalisiez, Nationalists* et *Indifferentista,* dicunt homines in quavis religione licite vivere posse, (b) *Grceci separati* Ecclesiæ necessitatem intelligunt sive de Ecclesiis Christianis in genere, sive de eorum Ecclesia tantum l. (c) *Protestantes :* juxta eos, "protestantismus non est aliud quam diversa veræ ejusdem christianæ religionis forma, in qua æque ac in Ecclesia catholica Deo placere datum est"2, (d) *Catholici quidam* putant falso quod "saltem bene sperandum est de æma illorum omnium salute, qui in vera Christi Ecclesia nequaquam versantur" '.

(C) Doctrina catholica affirmat neminem eorum, qui culpabiliter extra Ecclesiam versantur, salutem consequi posse.

820. — L Thesis. Actualis aggregatio ad Ecclesiam est omnibus ad salutem necessaria. *De fide.*

Ecclesiæ magisterium.

Hæc veritas sæpius definita est. i. *C. Lateranense IV* adversus Albigenses dicit : " Una est fidelium universalis Ecclesia, *extra quam nullus omnino salvatur"* 4, 2. Et *C. Florentinum* asserit : "Sacrosancta... Ecclesia firmiter credit, profitetur.,., *nullos intra catholicam Ecclesiam non existentes...* æternæ vitæ fieri posse participes " 5. 3. Pius IX ?d Italiæ episcopos scribit Notissimum *est catholicum dogma neminem scilicet extra catholicam Ecclesiam posse salvari "* 6.

821. — Probatur.

(i) Script, (a) *Evangelium* narrat *Christum* omnibus hominibus strictum præceptum dedisse Ecclesiæ doctrinam amplectendi, recipiendi baptismum et obediendi ecclesiasticæ auctoritati, cum dicit : " Qui *crediderit,* et baptizatus fuerit, *salvus erit;* qui vero *non crediderit, condemnabitur..,7* Nisi quis *renatus fuerit ex aqua* et Spiritu Sancto, *non potest*

' M. Jugie, *Theol. dogtn. Christian. oriental.,* Paris, 1931, t. I, p. 316 sq.
- Pius IX, *Syllab..* prop. 18. D. B., 1718.
S Id., *Syllab.,* prop. 17. D. B., 1717. — ‹ D. B., 430, — 5 D. B., 714
- D. B., 1677, cf. 1647· — ' *Marc.,* XVI, iS.

introire in regnum Dei...[1-3] *Si... Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus* " [4].

(b) *Petrus,* post Ascensionem docet *in solo nomine Jesu salutem obtineri posse,* credentesque Ecclesiæ per baptismum adscribit'. Idem Apostolus baptismum, qui est Ecclesiæ janua, describit tanquam medium ad salutem necessarium; sicut arca salutis per quam a damnationis diluvio homines salvantur [5].

(C) Item, *Paulus* ostendit spiritualem vitam in solo Christi mystico corpore, quod est Ecclesia, inveniri [5]. Ergo Christus et zXpostoli actualem aggregationem ad Ecclesiam, ut necessariam ad salutem clare prædicant.

822. — (2) Tradit, (a) Patres, contra hæreticos et schismaticos, necessitatem communionis cum catholica Ecclesia proclamant. S. IRENÆUS scribit : " Qui sunt *extra Ecclesiam,* sunt *extra veritatem"*[6-7] ORIGENES autem forte primus est qui *propriis terminis* hoc axioma expresserit : " Nemo ergo sibi persuadeat, nemo semetipsum decipiat : extra hanc domum, id est, *extra Ecclesiam nemo salvatur"* [8]. Sed post eum multi Patres idem inculcarunt; ita S. CYPRIANUS [9]: " Quisque ab Ecclesia segregatus adulteræ jungitur, a promissis Ecclesiæ separatur : nec perveniet ad Christi præmia, qui relinquit Ecclesiam Christi... *Habere* (jam) *non potest Deum Patrem, qui Ecclesiam non habet matrem* ", S. AUGUSTINUS supponit hoc axioma omnibus esse notum : " *Salus extra Ecclesiam non est.* Quis negat? et ideo quæcumque ipsius Ecclesiæ habentur extra Ecclesiam non valent ad salutem " [9].

(b) Romani Pontifices sæpissime affirmant quod extra Ecclesiam, nulla est salus. Ita *Innocentius III*[10], *Bonifa-*

[1] *Joan.,* **III, 5.**
[3] *Matth..* **XVIII, 17; X, 14, 15, 40;** *Luc.,* **X, 16.**
[3] *Act.,* **IV, 11-12; II, 41; VIII, 36-38.**
[4] *I Petr.,* **III, 20-21.**
[5] **C'û/-., XII, J2;.][3** *y Eph.,* **I, 22.**
[6] **Iren.,** *Adv. hares.,* **4, 33, 7;** *P. G.,* **VII, 1076.**
[7] **Origen.,** *Hamit. IIP in Josue.,* **n. 5; T'.** *G.,* **XII, 841-842; R , 537.**
[8] **S. Cyprian.,** *De Unit. Ecclesia,* **ŋ. 6;** *P. L.,* **IV, 503; R., 557.**
[9] **S. August.,** *de Baptismo,* **l. IV, c. 17;** *P. L.,.* **XLIII, 170; cf.** *Sermo ad Cas. eccl. plebem,* **6; R., 1858. Cf. etiam textus Lactantii ; R., 637; S. Hieronymi; R., 1340; S. Fulgentii; R., 2269, 2273, 2275.**
[10] **In** *professionefidei Waldensibus imposita,* **D. B., 423.**

tins ***VUI*** *Pius 11'2,3tienedictus* ***A'YI*** *Gregorius* ***XVI*** *Pius* ***IX*** [5].

Immo non solum *Orientales*[6];* sed et *Protestantes* plus minusve explicite necessitatem ad Ecclesiam pertinendi docent [7].

823. — (3) Rat. theol. Ad salutem absolute requiruntur sequentia :

(a) Veram christianam religionem colere; sed hæc religio in Romana Ecclesia solum servatur, ex dictis in hujus Tractatus decursu.

(b) Vivere et manere in regno Christi, qui solus est via, veritas et vita; et præter quem non est salus[8]9 Porro catholica Ecclesia est authenticum Christi regnum in terris perdurans, ut probavimus.

(c) Recipere Baptismum aquæs. Sed hujus sacramenti susceptio efficit veræ Ecclesiæ Christi incorporationem

(d) Participare meritis Christi Redemptoris, cum in cruce sit salus nostra. Porro soli Ecclesiæ concredita sunt applicanda Redemptionis merita. — Quapropter, ex multiplici parte, ad Ecclesiam aggregatio est necessaria homini, ut salutem consequatur.

824. — II. Explicatur Ecclesiæ necessitas.

Axioma : " *Extra Ecclesiam nulla salus* " examinari potest : i. *historice,* 2. *speculative.*

(1) Historice [10]. De hoc effato tres prodierunt præcipuæ sententiæ :

la. Juxta quosdam, hoc axioma significat absolutam necessitatem ad Ecclesiæ animam pertinendi. — Hæc necessitas quidem existit,

[1] Bulla *Unant sanctam ;* D. B., 468-469. — [2] In *professione fidei;* D. B., 1000. [3] In *prof. fid. Maronitis prascripta;* D. B., 1473. — [4] Encycl. *Mirari vos;* D. B., 1613. — [5] Alloc. *Singulari quadam;* D. B., 1646; Encycl. " *Quanto conficiemur mcerore";* D. B., 1677; *Syllabus,* prop. 16-17; D. B., 1716-1717.

[6] M. Jugie, *op.* et *l. cit.*

[7] Cf. d'Herbigny, t. I, p. 133-134. *Calvinus* ait : " *Extra ejus* (Ecclesiae) *gremium,* nulla est speranda peccatorum remissio, *nulla salus* ". *tnstit. christ.,* 1. 4» c. 2. Et *Lutherus :* " *Extra hanc christianitatem,* neque ulla est peccatorum remissio, quemadmodum *nulla sanctificatio esse potest.* " *Caiech. maj.,* p. 2; *Symb. Apost.,* a. 2. Vide, e. g., Karl Müller*, *Die Bekenntnissschriften der ref. Kirche,* p. 198 (confessio Helvetica post.), p. 256 (confessio regni Scotiae), p. 663 (conf. Frandordensis), etc. [8] *foan,* XIV, 6; zir/., VI, 12. [9] *loan.,* III, 5. — [10] Ami du Clergé, 1923, p. 405-413.

sed præsens effatum præsertim ad Ecclesiæ corpus a Traditione refertur

2a. Juxta alios (Tournely, Mazzella, Pesch), aggregatio ad Ecclesiæ animam necessaria est necessitate medii; aggregatio autem ad Ecclesiæ corpus, necessaria est tantum necessitate præcepti. — Sed hæc sententia non consona videtur traditionalibus documentis et theologicis argumentis supra datis, quæ de stricta necessitate ad visibilem Ecclesiam seu ad ejusdem corpus pertinendi valent.

«3». *Verior sententia* docet ad salutem necessarium esse necessitate medii pertinere ad Ecclesiæ animam et etiam ad ejus corpus in re vel in voto. — Quæ interpretatio, inter theologos communor2, melius concordat sive cum doctrina de baptismi necessitate (qui est janua ad Ecclesiam), sive cum Traditione quæ de necessitate Ecclesiæ externæ et visibilis loquitur.

825. (2) Speculative. Axioma "*Extra Ecclesiam nulla salus*" explicatur.

(a) *In genere.* Hoc effatum significat non quod damnabitur omnis homo extra R. Ecclesiam degens seu acatholicus; sed quod nemo salvatur qui ad Ecclesiam nullo modo pertinet.

(b) *In specie.* Sic explicandum est : i. Necessarium est necessitate medii ad salutem *participare actualiter de Ecclesiæ anima,* seu esse in statu gratiae : quae necessitas ex natura rei oritur et ab eadem Deus ipse dispensare nequit.

2. Necessarium est, pro omnibus, *necessitate medii,* ideoque etiam *necessitate præcepti, ad Ecclesiæ corpus aliquo modo aSSreSar^* Quia hoc est medium ordinarium obligatorium, ex positiva Christi voluntate, ad salutem obtinendam. Haec autem aggregatio ad Ecclesiæ corpus regulariter *in re* fieri debet. Attamen si aliquis inculpabiliter hoc medio reali uti nequit, necessaria est saltem ipsi *conjunctio in voto aim Ecclesia,* seu sincerum desiderium Ecclesiam Romanam ingrediendi. (Cf. fidei doctrinam de *Baptismi necessitate* ad aeternam vitam).

3. Inculpabiliter extra Ecclesiæ corpus quis remanere potest ob *ignorantiam invincibilem,* vel *impotentiam. Prior* multiplici modo contingere potest, v. g., quando invincibiliter ignoratur revelatio Christiana, vel ipsa existentia

1 **L. Billot,** *op. cil.*. **p. 123.**

3 **Ita L. Billot,** *op. cil.,* **p, 121 sq.; Van Noort,** *op. cit.*. **n, 160-164: J. V. Bainvel,** *op. cil.*. **p. 27 sq?**

Ecclesiæ, vel quæ sit vera Ecclesia. *Posterior* occurrit quando quis, etsi veram cognoscens Ecclesiam, propter obstacula, pro praesenti insuperabilia, eam ingredi non valet : talis est catechumenus, qui ante baptismum, citra culpam dilatum, repentina morte corripitur.

4. Cum nemo unquam ignorantiae invincibilis vel inculpabilis impotentiae limites determinare potest, nemini pariter, cum objectiva certitudine, affirmare licebit talem extra Ecclesiam defunctum, esse damnatum, vel multos aut paucos extra Ecclesiam salvari.

826. — III. Corollaria. **Quoad conjunctionem cum Ecclesia.**

(a) Qui *culpabiliter extra Ecclesiæ corpus* vivit et moritur, *salvus fieri nequit* '. Nam qui in statu mortalis peccati e vivis decedit, salvari non potest. Sed qui, sua culpa, extra Ecclesiam usque ad mortem manet, graviter peccat : siquidem graviter spernit Deum, religionem revelatam et salutis media a Christo hominibus imperata . Hinc haeretici, schismatici, apostatæ omnesque increduli, qui in mala fide vivunt, ætemæ vitæ participes non erunt.

(b) *Qui vero inculpabiliter extra Ecclesiæ corpus manet, salvus esse potest,* dummodo ei conjungatur *saltem in voto :* v. g., per caritatem et contritionem perfectam.

i. Pius IX, jam necessitate declarata aggregationis cum visibili Ecclesia, addit : " Tamen *pro certo pariter habendum est qui verce religionis ignorantia laborent, si ea sit invincibilis, nulla ipsos obstringi hujusce rei culpa ante oculos Domini. Nunc vero quis tantum sibi arroget, ut hujusmodi ignorantia designare limites queat, juxta populorum, regionum, ingeniorum aliarumque rerum tam inultarum* rationem et varietatem? " 2. Et alibi addit nullum

' Hæc conclusio tantummodo applicatur *adultis :* hi enim soli actum caritatis, fidei et contritionis elicere possunt. Infantes vero (sive ætate, sive ratione) solo baptismo salvi esse possunt; sine vero hoc medio, quod pro eis nisi sanguine suppleri potest, artemam vitam adipisci nequeunt, quamquam in vita futura pro peccato actuali non commisso puniendi non sint. Vide *Trad, de Deo remuneratore.* L. Billot, *La Providence ‹L· Dieu et le nombre infini d'hommes en dehors delà voie normale du saint,* in *Etudes,* 1919-1922; L Capéran, */>problème dtr salut des infidèles, essai histor., essai thêol.,* 2 vol.. Toulouse. 1034.

' Pius IX, Ex allocutione " *Singulari quodam",* D. B., 1647; cf. 1646

"æternis puniri suppliciis, qui *voluntaria cuifee* reatum non hebeat " »,

2. Revera nemo, absque gravi sua culpa, æternas inferni poenas incurret. Sed adultus, inculpabiliter extra visibilem Ecclesiam vagans, nullum habet voluntariæ culpæ reatum. Ergo.

(c) Salus extra Ecclesiam, licet possibilis, est *inulto difficilior :* nam fideles, in reali Ecclesiæ communione, habent multa et pretiosa auxilia doctrinæ, legum, exemplorum, precum, sacramentorum, etc., quæ desunt hominibus bonæ fidei extra Ecclesiam viventibus[1]. Igitur omnino necessarius et laudandus zelus sacerdotum, missionariorum et fidelium, qui toto nisu ad Romanæ. Ecclesiæ diffusionem sese impendunt, ut Deus in omnibus glorificetur, per meritorum Christi Redemptoris abundantiorem et universaliorem in singulis efficaciam.

827. — Conclusio. Omni if ,ur argumentorum genere constat *Ecclesiam Romanam,* eamqi *solam,* vere esse *Ecclesiam a Christo institutam,* quam omnes i .gredi debeant, qui æternam salutem consequi volunt.

Festinent ergo cuncti ad hanc Ecclesiam; fratres absentes adjuvent qui jam sub custodia Christi hoc ovile ingressi sunt, sive precibus, sive pænitenlia, sive verbo, ut omnes simul per Ecclesiam honorificent Patrem et quem ipse misit Jesum Christum : hæc est enim vitæ æternæ inchoatio. " *Beati qui habitant in domo tua, Domine !* " [3].

Hic explicit pars Apologetica
THEOLOGI/E FUNDAMENTALIS,

[1] Id., Ex Encycl. : *Quanto conficiamur mccrore",* D. *B., 1677. Totus textus sic sonat : " Notum Nobis Vobisque, eos qui invincibili circa sanctissimam nostram religionem ignorantia laborant, quique naturalem legenv ejusque præcepta in omnium cordibus a Deo insculpta sedulo servantes, ac Deo,obedire parati, honestam rectamque vitam agunt, *posse> divintc lucis et gratia· operante virtute^ tetdnam consequi vitam;* cum Deus... pro summa sua bonitate et clementia, *minime patiatur quempiam aternis puniri suppliciis, qui voluntaries culpu reatum non habeat*

[2] Leo XIII, " Religionem mortalium generi omni ex parte absolutam *iota* (Eccles, catholica) *prastaf* itemque ea quæ, *ex ordinario Providentia consilio* sunt instrumenta salutis, *sola suppeditat n.* Encyc. *Satis cognitum,* 29 jun, 18964

• *Ps.* LXXXIII

II

THEOLOGIA PRÆVIA STRICTE DICTA SEU POSTERIOR PARS THEOLOGIÆ FUNDAMENTALIS

X- -

u ! v

PROCEM IUM.

828.— Objectum et divisio.

(a) Antea probavimus Ecclesiam christianam catholicam divina revelatione frui; nunc jam incipit *theologia prcevia stricte dicta :* i. *prævia* quidem, cum ad *fundamentalem theologiam* pertineat cf. n. 31); 2. *stricte dicta :* nam Dei revelationem concretam et historicam cognoscit et scrutatur, ideoque Scripturæ et Traditionis documenta tanquam revelationis fontes accipit.*

Et sic maxime differt ab integra Apologetica (cf. n. 30).

(b) Hæc theologiæ pars amplectitur *duplicem* tractatum : **i**. *De divina Constitutione Ecclesiæ catholicæ.* 2. *De Fontibus revelationis.*

1 **S. Bellarm.,** *De Romano Fontif.,* 1. **I, c. 3; Franzelin,** *De Ecclesia Christi,* **Romæ, 1885, th. τ8; L. Billot,** *De Ecclesia Christi,* **1903, p. 280 sq.; Van Noort,** *De Ecclesia Christi,* **1932, n. 71 sq.; J. V. Bainvel,** *De Ecclesia Christi,* **1925; H. Diekmann,** *De Regno Dei. De Constitutione Ecclesia,* **Friburg. Br. 1925; R. Aigrain,** *Ecclesia,* **Paris, 1927.**

TRACTATUS IV

DE DIVINA CONSTITUTIONE ECCLESIÆ CATHOLICÆ

ECCLESIASTICA DOCUMENTA DE ECCLESIA[1]

L C. Vaticanum (18694870)

Constitutio dogmatica de Ecclesia Christi

SESSIO IV, 18 JULII 1870

Cap. I, II, III, cf. p. 39θ-393·

Cap. IV. De Romani Pontificis infallibili magisterio [2]

1832 "...*Ipso autem Apostolicoprimatu,* quem Romanus Pontifex tanquam Petri principis Apostolorum successor in universam Ecclesiam obtinet, *supremam quoque magisterii potestatem comprehendi,* hæc *Suprema primatu*

1 D. B., Index IP-III'. Leo XIII, Encyc. *Satis cognitum,* 29jun. 1896.

2 Numeri marginales ii sunt quibus utitur **Denzinger-Bannwart,** *Enchiridion symbolorum,* Friburg. Br., 1932.

continetur. Quai testatur : « C. *Constantino-*

Sancta Sedes semper tenuit, perpetuus Ecclesiæ usus comprobat, ipsaque Œcumenica Concilia, ea imprimis, in quibus Oriens cum Occidente in fidei caritatisque unionem conveniebat, declaraverunt. Patres enim *Concilii Constantinopolitam quarti,* majorum vestigiis 1833
inhærentes, hanc sollemnem ediderunt professionem : Prima salus est, rectæ fidei regulam custodire. Et quia non potest Domini nostri Jesu Christi prætermitti sententia dicentis : Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, hæc, quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in Sede Apostolica immaculata est semper catholica reservata religio, et sancta celebrata doctrina. Ab hujus ergo fide et doctrina separari minime cupientes, speramus, ut in una communione, quam Sedes Apostolica prædicat, esse mereamur, in qua est integra et vera Christianæ religionis soliditas Approbante vero *Lugdunensi Concilio secun-* 1834
do, Græci professi sunt : Sanctam Romanam Ecclesiam summum et plenum primatum et principatum super universam Ecclesiam catholicam obtinere, quem se ab ipso Domino in beato Petro Apostolorum principe sive vertice cujus Romanus Pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse veraciter et humiliter recognoscit; et sicut præ ceteris tenetur fidei veritatem defendere, sic et, si quæ de fide subortæ fuerint quæstiones, suo debent judicio definiri. *Florentinum* denique *Concilium* definivit : Pon- 1835
a C. Florentino. tificem Romanum, verum Christi vicarium, totiusque Ecclesiæ caput et omnium Christianorum patrem ac doctorem existere; et ipsi in beato Petro pascendi, regendi ac gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse.

Munus fideles docendi a R, Pontificibus exercitum, ut doctrina Christi, fura conserturetur.

Huic pastorali muneri ut satisfacerent, Praedecessores Nostri 1836
indefessam semper operam dederunt, ut *salutaris Christi doctrina* apud omnes terræ populos propagaretur, parique cura vigilarunt, ut, ubi recepta esset, sincera et *pura conservaretur.* Quocirca *totius orbis An istites* nunc singuli, nunc in synodis congregati, longam Eccles'arum consuetudinem et antiquæ regulæ formam sequentes, ea præsertim pericula, quæ in negotiis fidei emergebant, *ad hanc Sedem Apostolicam retulerunt,* ut ibi potissimum resarcirentur damna fidei, ubi fides non potest sentire defectum 2. *Romani* autem *Pontifices,* prout temporum et rerum conditio suadebat, nunc *convocatis occumenicis conciliis* aut explorata Ecclesiæ per orbem dispersæ sententia, nunc *per synodos particulares,* nunc *aliis,* quæ divina suppeditabat providentia, *adhibitis auxiliis, ea tenenda*

1 Ex formula S. Hormisdæ Papæ. prout ab Hadriano II, Patribus C. (Ecum. VIII (Constantinop. IV) proposita et ab iisdem subscripta est.

2 Cf. S. Bernard., ep. CXC; *P. L.,* CLXXXII, 1053.

definiverunt, quæ sacris Scripturis et apostolicis Traditionibus consentanea, Deo adjutore, *cognoverant.* Neque enim Petri successoribus Spiritus Sanctus promissus est, ut eo revelante novam doctrinam patefacerent, sed *ut eo assistente traditam per Apostolos revelationem seu fidei depositum sancte custodirent et fideliter exponerent.*

i8j7 Quorum quidem apostolicam doctrinam omnes venerabiles Patres amplexi et sancti Doctores orthodoxi venerati atque secuti sunt; plenissime scientes, hanc sancti Petri Sedem ab omni semper errore illibatam permanere, secundum Domini Salvatoris nostri divinam pollicitationem discipulorum suorum principi factam : Ego rogavi pro te ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.

R. Pontificis apostolica doctrina ab omnibus amplectitur.

Hoc igitur *veritatis et fidei nunquam deficientis charisma* Petro ejusque in hac Cathedra successoribus *divinitus collatum est,* ut excelso suo munere in omnium salutem fungeretur, ut universus Christi grex per eos ab erroris venenosa esca aversus, caelestis doctrinae pabulo nutriretur, ut, sublata schismatis occasione, Ecclesia tota una conservaretur, atque suo fundamento innixa, firma adversus inferi portas consisteret.

Afoliva magisterii infallibilis apud R. Pontificem.

1838 At vero *cum hac ipsa cetate,* qua salutifera Apostolici muneris efficacia vel maxime requiritur, non pauci inveniantur qui illius auctoritati obtrectant; *necessarium omnino esse censemus, fircerogativam* quam unigenitus Dei Filius cum summo pastorali officio conjungere dignatus est, *solemniter asserere.*

Opportunitas hanc prorogativam definiendi.

1839 Itaque Nos traditioni a fidei christianæ exordio perceptæ fideliter inhaerendo, ad Dei Salvatoris nostri' gloriam, religionis catholicæ exaltationem et Christianorum populorum salutem, sacro approbante concilio, *docemus et divinitus revelatum dogma esse definimus : Romanum Pontificem, cum ex Cathedra loquitur, id est, cum omnium Christianorum Pastoris et Doctoris munere fungens, pro suprema sua Apostolica auctoritate doctrinam de fide vel moribus ab universa Ecclesia tenendam definit, per assistentiam divinam, ipsi in beato Petro promissam, ea infallibilitate follere, qua divinus Redemptor Ecclesiam suam in definienda doctrina de fide vel moribus instructam esse voluit; ideoque ejusmodi Romani Pontificis definitiones ex sese, non autem ex consensu Ecclesiæ, irreformabiles esse.*

Definitio de infallibilitate R. Pontificis ex cathedra hh/nentis.

1840 Si quis autem huic Nostræ definitioni contradicere, quod Deus avertat, præsumpserit; anathema sit. ”

II. — Codex J. C.

Codex J. C. universæ Ecclesiæ disciplinares leges lucido ordine disponit; proinde essentialia Ecclesiæ elementa et spiritualis exercitium potestatis authentice describit. Notetur *Codicem* ad vitam externam seu socialem Ecclesiæ præsertim attendere.

PROŒMIUM.

829. — (i) Objectum et divisio.

(a) Hucusque probavimus Ecclesiam catholicam solam esse veram Christi Ecclesiam, eamque esse visibilem, indefectibilem et hierarchicam, ab episcopis sub R. Pontificis auctoritate gubernatam, ideoque divinam revelationem authentice possidere et omnibus esse necessariam, (b) Quænam vero sit ejus *intima constitutio?* Huic quaestioni praesens Tractatus congruum responsum affert, in *triplici sectione :* ia de *Ecclesia Christi donis supeniaturalibus pradita,* 2a de *elementis Ecclesiæ essentialibus,* 3a de *relationibus inter Ecclesiam et Statum.*

Prima et secunda inspiciunt Ecclesiam in sua natura intrinseca; tertia autem eamdem considerat, in sua habitudine extrinseca ad Statum. I i

830. — (2) Conspectus generalis.

De divina ' Constitutione Ecclesiæ.

Sect. J. De Christi Ecclesia donis supematuralibus prædita.

Pars /. De supernaturalitate Ecclesiæ.

Cap. I- *Prolegomena.*
Cap. II. De Ecclesiæ *supernaturalitate in genere.*
Cap. III. De Ecclesia *mystico Christi corpore.*
Cap IV. De *perfectione sociali Ecclesia.*

Pars II. De supernatural! Ecclesiæ infallibilitate.

Cap. I. De *natura infallibilitatis Ecclesia.*
Cap. II. De *subjecto infallibilitatis in Ecclesia.*
Cap. III. De *objecto infallibilitatis in Ecclesia.*

Sect. II. De elementis Ecclesiæ essentialibus.

Cap. I. De *potestate ecclesiastica in genere.*
Cap. II. De *magisterii ecclesiastici potestate.*
Cap. III. De *potestate jurisdictionis.*
Cap. IV. De *membris Ecclesia.*
Cap. V. De *missionibus.*

Sect. HI. De relationibus inter Ecclesiam et Statum.

Cap. I. De *unione inter Ecclesiam et Statum.*
Cap. II. De *hberalismo et libertatibus modernis.*

* Agitur de *Ecclesia constitutione* divina : 1. *in eo sensu,* quod hæc provenit directe a Deo in sua origine et essentialibus elementis, ut ex probatis patet; et quod cognoscitur ex divino lumine revelationis et magisterii infallibilis; 2. sed *non in eo sensu,* quod eadem constitutio nulla habeat adjuncta elementa ex ecclesiastica institutione : revera hæc de facto plura existunt, et, occasione data, summatim de quibusdam loquemur.

SECTIO I

De Christi Ecclesia donis Supernaturalibus prædita

831. — Omnipotens Deus creavit hominem ex anima et corpore compositum, cujus si natura describitur, de utroque elemento disserendum est; Christus vero Ecclesiam suam instituit praeditam, tum organismo sociali externo, tum supernatural! intrinseco principio. Igitur ad hujus Ecclesiæ essentiam exponendam de utroque constitutivo agemus; incipiendo, ut decet, a principaliori quod est fons vitæ et proprietatum supernaturalium. Unde *duplex* erit *pars* in hac sectione : I. de *supernaturalitate Ecclesiæ,* 2. de *supernatural. Ecclesiæ infallibilitate.* (Cf. conspectus generalis, n. 830 : *Sect.* Z.)

PRIMA PARS

De Supernaturalitate Ecclesiæ

CAPUT I

Prolegomena

832. — Conspectus.

1. *De corpore et anima Ecclesia. :* notio, existentia, elementa, relationes.
2. *De Ecclesiæ vita supernatlirait, in hoc Tractatu :* ejus momentum.

Antequam ipsa Ecclesiæ supernaturalitas directe examinetur, disseremus : i. *de ejus corpore et anima* 2, 2. *de ejus vita supernaturali, in pressenti Tractatu.*

* **P. H. Clérissac,** *Le mystère de ГEglise,* **Paris, 1921 ; P- Héris,** *DEglise du Christ,* **Juvisy ; K. Adam,** *Le vrai visage du Catholicisme,* **gallice traduct. a E. Ricard, Paris, 1932; G. Goyau,** *Le Catholicisme,* **Paris, 1931 ; S. Tyszkiewicz, art.** *La Sainteté de ГEglise,* **in** *N. R. T.* **mai 1936, p. 449-479.**

\- **L. Billot,** *De Ecclesia Christi,* **Romæ, 1903, p. 106 sq., 278, 334.**

I. De Corpore et Anima Ecclesiæ.

S33. — Indicantur utriusque : i. *notio,* 2. *existentia,* 3. *elementa.* 4. *relationes.*

(1) Notio.

In Ecclesia, societate externa simul et supernatural!, distinguitur *elementum duplex :* (a) *Corpus,* elementum externum, seu socialis organismus referens physici corporis imaginem; scilicet multitudo hominum visibilibus vinculis colligatorum sub regimine hierarchiæ a Christo institutae, b' *Anima,* elementum internum spirituale et supernaturale, consistens in interioribus vitæ supernaturalis donis, quod corpus informat, vivificat et movet ad finem suum supernaturalem assequendum.

(2) Existentia.

In Ecclesia, distinguere licet *corpus et animam.*

a **Scriptura** innuitur : Etenim Christiani, qui Ecclesiam constituunt, dicuntur a S. *Paulo* unum corpus et unus spiritus seu anima : " *Unum corpus, et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestra l* ".

b In Traditione docetur a Patribus et theologis.

LEO XIII hæc scribit : " *Complexio copulatioque earum duarum vehit partium* est ad veram Ecclesiam necessaria, sic fere ut ad naturam humanam intima animæ corporisque conjunctio... *Corpus* ejus (Christi) *mysticum* non vera Ecclesia est nisi *propter eam rem",* quæ ejus anima dicitur2.

(e) Rat. theol. suadetur. Ecclesia est *corpus* et Christi *corpus{ct.* n. 845-848). Atqui certo non est corpus mortuum sed vivum et actuosum, per aliquod principium vitale intrinsecum, quod *animam* vocamus. Ergo.

834. — (3) Elementa. 3

a) Ad *corpus* pertinet quidquid refertur ad essentiam vel activitatem organismi socialis externi in Ecclesia; scilicet i. ipsa fidelium multitudo, 2. regimen externum quo fideles visibilem societatem efformant et socialem activitatem exercent sub visibilibus pastoribus, 3. media externa, quibus fides et sanctitas promoventur : i. e., prædicatio, sacramentorum administratio, cultus exterior, etc.

Leo XIII, Encycl., *Satis cojtihtiH** **29 Jan.** tSq6.

(b) Ad *animam* vero pertinet quidquid in Ecclesia est internum et supernaturale, aptans et movens corpus ad finem ejus supernaturalem, nempe : i. praecipue principium vitæ supernaturalis seu *gratia sanctificans, 2. character sacramentalis,* 3. *virtutes infusce :* tum theologicae : fides, spes et caritas; tum morales, 4. *dona Spiritus S.* quæ gratiam comitantur, *charismata* et etiam multiplices *gratiæ actuales.*

835. — (4) Relationes inter corpus et animam.

Prcecipuce sic describuntur : (a) Sicut homo nec est solum corpus, nec sola anima, sed quoddam substantiale ex utroque compositum ; ita *Ecclesia* nec est solum corpus, nec sola anima, sed *quoddam compositum ex utroque essentialiter constans.* (b) In homine, anima fons est vitæ et omnium actionum; et ea sublata, destruitur homo; similiter, *in Ecclesia, anima* est intrinsecum *principium vitæ* et activitatis *supernaturalis;* et, ea ablata, deficeret vera Christi Ecclesia, (c) Apud homines, anima in corpus influit et corpus in animam ad totius individui perfectionem. Item in Ecclesia, anima agit in corpus et corpus in animam, ut Ecclesia uberius fructificet et propagetur.

(5) Attamen *imperfecta est analogia* inter vivum hominis corpus et corpus vivum quod est Ecclesia, (a) Inter corpus et animam hominis viget unio substantialis, quæ deest inter coipus et animam Ecclesiæ. (b) Membrum aliquod a corpore humano separatum, nec vivere, nec agere potest-; dum homo, inculpabiliter extra corpus Ecclesiæ degens, gratia seu vita supernatural! aliquando fruitur: insuper fidelis, in statu peccati mortalis, influxum gratiæ sanctificantis, i. e., animæ Ecclesiæ, non recipit, sed tamen elicere potest supernaturales actus cum actualis gratiæ auxilio.

II. De Ecclesiæ Vita Supernaturali in præsenti tractatu.

836. — (a) Ecclesia, ex dictis, *dupliciter* considerari potest : i. ut societas externa, hierarchia et membris constans, sicuu quælibet humana societas; 2. ut societas supernaturalis a Deo fundata ad hominum sanctificationem. Quare apud eamdem *duplex* elucet *perfectio* et *vita :* alia visibilis et extrinseca ex sociali constitutione resultans; alia vero intrinseca et supernaturalis; quæ a sola catholica Ecclesia

possidetur et ejusdem jurium prærogativarumque est fons et praecipuum fundamentum.

(b) Hæc autem *duo elementa* sunt *in se indivisa,* ex Christi voluntate, in intima Ecclesiæ natura. Attamen *separativi* examinari possunt. Sæpius auctores socialem et externam Ecclesiæ perfectionem ab extrinseco contemplatam longius describunt.

837. — (c) Maxime vero convenit ⁋ *intrinsecam et supern.ituralem Ecclesiæ vitam* declarare, quæ est verissimum et pulcherrimum ejus ornamentum, tum ut removeantur *Protestantium* præjudicia, qui falso supponunt Ecclesiam catholicam esse societatem politicam de rebus externis, non autem de intimis animarum relationibus cum Christo curantem; tum ut et ipsi *Catholici* majorem concipiant reverentiam erga eamdem Ecclesiam.

Aliunde hic agendi modus a theologis et Patribus *C. Vaticani* commendatur. " Ad describendam Ecclesiæ naturam, secundum veram et catholicam doctrinam, statuitur primo loco illam esse *corpus Christi mysticum,* eo quod : i. in sacris litteris Ecclesia Christi nullo alio schemate frequentius, accuratius, et disertius proponitur; 2. quod eodem schemate continetur ipsa intima Ecclesiæ natura, et præstantissima, id est divina ejusdem species ac vis... 3. Apparet insuper : nisi illa interna Ecclesiæ species habeatur ob oculos, constitui æstimarique, ut par est, de iis non posse, quæ ad ipsam externam ejusdem faciem spectant : et notum est omnibus; 4. ipsam in primis esse mystici corporis speciem, quæ nunc inter homines adeo carnales ac mundanos aut penitus ignoratur, aut, uti oportet, non attenditur [2] "

[1] **Cf. in Vie intellectuelle,** *En marge de quelques études sur l'Eglise,* **10 av. 1932, p. jS-29.**

CAPUT II

De Ecclesiæ SUPERNATURALITATE IN GENERE

838. — Conspectus.

De Ecclesiæ supernaturalitate.

De Ecclesiæ supernaturalitate in genere.
(a) Ejus *existentia.*
(b) *Tituli qui Ecclesiæ supernaturali conveniunt.*

1. Ecclesia *sponsa Christi.*
2. *Corollaria :* Ecclesia est *mater nostra, regina hominum.*

Ecclesiæ supernaturalitas est incomparabilis ejus dignitatis causa, quare primum examinatur. Porro *supernaturalitas* Ecclesiæ *duplex* discerni potest (cf. n. 47) : (a) *Alia* resultat ex eo quod Ecclesia fundata, conservata et propagata fuit, non secundum naturales leges, sed *miraculoso* Dei auxilio : quod constat ex tractatu *De Christo Dei legato* et *De vera Christi Ecclesia,* (b) *Alia* autem consistit in eo quod Ecclesia gaudet supernatural! fine et vita T.

De *posteriore* præcipue hic agitur et exponuntur : 1. ejus *existentia,* 2. *tituli quidam* ab ea defluentes.

I. Ejus existentia.

839. — Thesis. Ecclesia est societas essentialiter supernaturalis. *Defide* 2.

Adversatur hæc assertio *incredulorum opinioni,* qui Ecclesiam omnibus aliis societatibus civilibus aut religiosis assimilare volunt.

Probatur.

Hæc societas est essentialiter supernaturalis, quæ tam ratione *finis* et *mediorum,* quam ratione *auctoris* et *subjecti,* ordinem naturalem superat. Atqui ita est de Ecclesia. Ergo.

[1] **F. Cayré,** *Précis de Patrol.,* **Paris, 1930, t. II, p. 897, n. 90, 91.**
[2] Saltern ex magisterio ordinario.

Minor constat. Ecclesia est supematuralis :

(a) Ratione finis : etenim ejus finis ultimus est Dei glorificatio modo supernaturali; intermedius est continuatio Redemptionis Christi, qui " ut salutiferum redemptionis opus perenne redderet, sanctam ædificare Ecclesiam decrevit"1; proximus vero est hominum sanctificatio et salus æterna.

b Ratione mediorum : media quibus Ecclesia regitur, agit, sanctificatur et adunatur sunt supernaturalia : ita revelatio, sacramenta, pastorum missio, infallibilitas, etc. S. Spiritus Dei eam *animat* per gratiam sanctificantem (cf. n. 853), quæ est intrinsecum principium ex quo Ecclesiæ membra vere justificantur et in finem suum ordinantur.

(c) Ratione auctoris : Ecclesiæ institutor est Deus gratiæ et gloriæ auctor, qui eam fundavit per Verbum incarnatum, sæpe miracula patrans.

d' Ratione subjecti : nam Ecclesia constat hominibus, quatenus supernaturalibus donis gratiæ et virtutum fruuntur. Huic societati fideles *incorporantur,* non naturali conditione, sed regeneratione baptismali ex aqua et Spiritu S.

Igitur merito declarat Leo XIII : (Ecclesia) "quamvis ex hominibus constet,... tamen propter *finem* sibi constitutum atque *instrumenta* quibus ad finem contendit, *supernaturalis est* ac spiritualis " 2. " Ecclesia ipsa spiritualis societas est atque *ordinis omnino supematuralis* " 3.

II. Tituli supernaturali Ecclesiæ convenientes.

840.— Thesis. Ecclesiæ est Christi sponsa. *Certum.*

Ecclesia, sensu analogico, est relate ad Christum, sicut *sponsa* ad sponsum.

I. PROBATUR : i. ex *Scriptura,* 2. ex *Patribus.*

i° Ex Scriptura. (1) Joannes hoc docet describendo Ecclesiam "tanquam Jerusalem novam descendentem de cælo a Deo, *paratam sicut sponsam ornatam viro suo* " 4.

(2) S. Paulus præsertim hanc doctrinam evolvit 5. Declarat et explicat unionem Christi et Ecclesiæ esse perfectissimum exemplar unionis sponsi et sponsæ in matrimonio;

1 D. B., 1821.

Leo XIII, Encyc. *Immortale Dri; cf. Encyc. Satis cognitum* ; D. B •959· — 3 *Schema de Ecclesia Christi,* c. 3.

4 *Apoc.*. XXI. 1-6; XXII, 17. — 5 *Ephes.,* V, 23-32.

præsertim ratione : I. *subjectionis, 2. dilectionis efficacis,* 3. *unionis fecunda,*

(a) *Subjectionis.* Nam " *Christus est caput Ecclesiæ",* ideoque " sicut *Ecclesia subjecta est Christo,* ita et mulieres viris suis in omnibus" (v. 23, 24). Quæ subjectio se extendit ad omnia quæ Jesus instituit ut homines salventur.

(b) *Dilectionis efficacis.* Siquidem " *Christus dilexit Ecclesiam",* quem amorem operibus comprobavit, nam " seipsum *tradidit* pro ea, ut illam sanctificaret, *mundans lavacro aquæ in verbo vitæ,* ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam... ut sit sancta et immaculata " \ Atqui hæc actuosa Christi dilectio erga Ecclesiam est imago amoris sponsi ad sponsam : " Viri, diligite uxores vestras, sicut *Christus dilexit Ecclesiam"* (v. 25).

(c) *Unionis fecundæ.* Inter Christum et Ecclesiam viget unitas quædam similis unioni sponsi et sponsæ. " *Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit.* Nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sed *nutrit et fovet eam sicut et Christus Ecclesiam :* quia membra sumus corporis ejus, de carne ejus et de ossibus ejus" (v. 28-30).

Ex hac mirabili unione, sanguine Christi fecundata, generantur fideles in ordine supernaturali. Unde merito concludit Apostolus : " Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia"[2][3]

841. — 2° **Patres** (a) non raro Ecclesiam vocant Christi sponsam ; ita S. CYPRIANUS : " Adulterari non potest *Sponsa Christi :* incorrupta est et pudica... Unius cubilis, sanctitatem casto pudore custodit "[3]. (b) lidem comparant *Evam Adami sponsam cum Ecclesia Christi sponsa.* S. AUGUSTINUS scribit : " Unus homo caput et corpus, unus homo Christus et Ecclesia vir perfectus ; ille sponsus, *illa sponsa.* Sed *erunt,* inquit, *duo in carne una ",* Citatis iisdem verbis [4], prosequitur : " Fit ergo tanquam *ex duobus* (Christo et Ecclesia) *una* quædam *persona,* ex capite et corpore, *ex sponso et sponsa* " [5]. (c) Patres etiam intelligunt de *Ecclesice*

[1] *Ephes.,* **V, 25-27.** — [2] *Ephes., N,* **32.**

[3] **S. Cyprian.,** *De Unitate Eccles.,* **6.** — [4] *Matth.,* **XIX, 6.**

[5] **S. August.,** *Senn.,* **137, n. i;** *Enarrat. 2 in Ps. 18.* **n. IO;** *Enarrat. 2 in Ps. 30,* **n. 4.**

cum Christo desponsatione, locum Joannis narrantis, quod unus militum lancea latus Christi in cruce pendentis aperuit [1]. i. Audi S. AUGUSTINUM : " Propter hoc prima mulier facta est de latere viri dormientis, et appellata est *vita materque vivorum.* Magnum quippe significavit bonum ante magnum praevaricationis malum. Hic *secundus Adam* inclinato capite in cruce dormivit, *ut inde formaretur ei conjux,* quod de latere dormientis effluxit " [2].

2. Item S. JOANNESChry S0ST0MUS:" Sicut Eva ex latere Adam prodiit, ita et nos ex latere Christi; hoc enim sibi vult illud *ex carne ejus et ossibus ejus...* Sicut Adam dormiente mulier condita est, ita *Christo moriente, formata est Ecclesia* ex ejus latere " [3]. Merito igitur S. *Catharina Senensis* frequenter Ecclesiam vocabat'" *dulcem Christi Sponsam* ".

842. — II. Corollaria.

(i) Ecclesia est mater nostra. *Certum.*

(a) S. Paulus jam de caelesti Jerusalem, cujus atrium est Ecclesia, dixerat : *Quæ est mater nostra* " [4].

(b) Traditio idem tenet. Non raro catholica societas vocatur in liturgia, v. g., in Pontificali, " *Sancta Mater Ecclesia".* S. CYPRIANUS, maternum Ecclesiæ munus erga fideles describens, concludit : " Habere jam non potest Deum patrem, qui *Ecclesiam* non habet *matrem" s.* [5]. S. AUGUSTINUS commemorat *sanctam matrem Ecclesiam catho-UcanV.* CLEMENS ALEXANDRINUS affirmat Ecclesiam esse ""virginem et matrem "[7]. Similiter *C. Vaticanum,* pluries in suis capitibus, Ecclesiam nominat " sanctam Matrem ", juxta loquendi modum apud Patres consuetum.

(C) Rat. theol. i. Etenim Ecclesia, relate ad fideles in ordine supernatural!, gerit officia matris secundum carnem. Ratione mystici cum Christo connubii, Ecclesia fideles aliquo modo concipit, generat et ducit in vita Christiana usque ad cælestem patriam. " Cujus in sinu renati per

[1] *Joan..* **XIX, 34.35.**

[2] **S. August.,** *InJoannem,* **tr. 120, n. 2;** *P. L.,* **t. XXXV, 1953.**

[3] **S. Joan. Chrysost., Orat. 28. —** [4] *Galat.,* **IV, 26.**

[5] **S. Cyprian.,** *De Unit. Ecd.. c. 6; P. L.,* **IV, 502.**

Cf. textus ap. P. Batiffol, *Le catholicisme de S. Aucnstin,* **Paris, p. 270-276.**

[7] **Clem. Alex.,** *Fcedagog.,* **I, 6.**

gratiam... lacte verbi pascimur, pane vitæ roboramur, misericordiæ (Dei) subsidiis confovemur"[1].

2. Ecclesiæ maternitas est essentialiter supernaturalis, quam consequuntur spiritualiter nutriendi fideles capacitas simulque jus et officium eos docendi, regendi et corrigendi. — Ouare Ecclesiæ debemus reverentiæ, obedientiæ et amoris filialis sensus et actus exhibere.

843.— (2) Ecclesia est Regina et Domina humanitatis; cum Christus, ejus divinus sponsus, sit *Rex* et *Dominus* omnium in terris. Hæc est Regina circumdata varietate' vere coruscans splendoribus cultus, miraculorum et sanctitatis.

CAPUT II

De Ecclesia mystico Christi Corpore[3]

844.— Conspectus.

De Ecclesia mystico Christi corpore.

1. *Ecclesia est corpus, — corpus Christi, — corpus Christi mysticum* : significatio.
2. *Explicatio doctrina circa Ecclesiam corpus Christi mysticum.*
   (a) *Corpus* : Christus ejus caput. Relationes Christi capitis ad Ecclesiam.
   (b) *Anima* : Spiritus S., efficienter; gratia sanctificans, formaliter.

[1] **In præfat. missæ** *Dedicationis Ecclesia.* — *Is.*, **LX, 4.**

[3] **D. B., 468;** *Sum. theol.*, **3, q. 8, a. 1-6; Leo XIII, Encycl.** *Satis cognitum,* **29 jun. 1896; Franzelin,** *De Ecclesia,* **th. 18; Wilmers,** *De Ecclesia;* **Van Noort,** *De Ecclesia Christi,* **p. 82 sq.; C. Pesch, n. 396; J. M. Hervé, n. 5°7-511; Hurter,** *Theol. dogmat. compendium,* **t. I, n. 210-222;** *Opusc. SS. Patrum,* **t. XXVII; F. Prat,** *La théologie de S. Paul,* **t. I; J. Duperray,** *Le Christ dans la vie chrétienne d'après S. Paul,* **Paris, 1922; R. Plus,** *Dans le Christ Jésus, Le Christ dans nos frères;* **C. Marmion,** *Le Christ vie de l'âme;* **J. Anger,** *La doctrine du corps mystique de J. C.,* **Paris, 1929; F. Juergensmeier,** *Der mystische Leib Christi,* **Paderborn, 1933; S. Tromp,** *De corpore mystico et actione catholica.* **Romæ, 1933? C. reckes,** *Das mysterium der Kirche,* **Paderborn, 1934; E. Mura,** *Le corps mystique du Christ,* **Paris, 1934; E. Mersch, art.** *Lè Christ mystique centre de la théologie,* **in** *N. R.* mai 1934, p. 449-475.

Doctrina de Ecclesia, *mystico Christi corpore, statuitur* et *explicatur.*

L Statuitur ii.f.c Doctrina.

845. — Thesis. Ecclesia est corpus Christi mysticum.

Probatur *per partes.*

l·l ***Pars.*** Ecclesia est corpus.

(a) S. *Paulus* pluries hanc veritatem elocet, i. *Corinthiis* scribit : "Quoniam unus panis, *unum corpus multi sumus,* omnes qui de uno pane participamus",scilicet omnes Ecclesiæ fideles l. 2. Ad *Ephesios : " Unum corpus,* et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae " 3. Alibi comparat unitatem corporis humani cum unitate Ecclesiæ : " Sicut enim in *uno corpore* multa membra habemus... : ita multi *unum corpus* sumus in Christo "3.

(b) Aliunde Ecclesia est societas perfecta. Porro omnis societas merito corpus morale vocatur.

846. — ***IP Pars.*** Ecclesia est corpus Christi.

'1; Script. a) Jesus ipse hanc doctrinam afifirmat : 1. *Apostolis* dicendo : " Ego sum vitis, vos palmites " ·», scilicet sicut palmites et vitis unum ens vivum efformant, ita Christus et ejus discipuli corpus aliquod Christi vivum constituunt. 2. *Paulo,* ipso instanti suæ conversionis, qui eum interrogat : Quis es, Domine? " respondendo : " *Ego sum Jesus quem tu persequeris"* 5. Et sic asserit identitatem inter ipsum et Ecclesiam suam, quam inimici impugnant.

b) Paulus autem explicite rem sæpe declarat : 1. Ad *Ephesios* ait : " Ipse dedit *caput* supra omnem Ecclesiam, quæ est *corpus ipsius* et *plenitudo* (cf. n. 852) ejus qui omnia in omnibus adimpletur ". Et infra : " Christus *caput est Ecclesiie,* ipse salvator *corporis ejus " 6.*

2. *Corinthiis* explicat charismatum unitatem in Ecclesia per analogiam unitatis membrorum in corpore humano. " Sicut enim corpus unum est, et membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt, *ita et Christus.* Etenim in uno Spiritu

— " *Ephes.,* I, 22-23; V

omnes nos in unum corpus baptizati sumus" [2]. Quapropter inter Christi fideles reprobat contentiones : " Ut non sit schisma in *corpore*... Vos autem estis *corpus Christi* et membra de membro

3. Ad *Colossenses* Christi personam describit : " Ipse est *caput corporis Ecclesiæ,* qui est principium,... ut sit in omnibus primatum tenens " [3].

(2) Tradit, (a) Patres cum Paulo consonant : Origenes scribit : " Discimus ex divinis Scripturis, *totam Dei Ecclesiam esse corpus Christi* a Dei Filio animatum " [4]. Et S. Augustinus : " Universo populo sanctorum *tanquam uni corpori caput est* mediator Dei et hominum homo Christus Jesus " [5].

(b) S. Thomas, in commentario epistolae ad Ephesios (I, 23), declarat relationes quæ vigent inter fideles, Christi membra, et ipsum Christum, eorum caput [6].

(c) Concilia eamdem doctrinam docent *C. Florentinum,* in *Deer, ad Armenos :* " Per ipsum (Baptisma) *membra Christi* ac de *corpore efficimur Ecclesiæ"* [7]. Juxta *C. Tridentinum,* Eucharistia est " symbolum *unius illius corporis* cujus *ipse* (Jesus) *caput* existit, cuique nos tanquam *membra,* ... adstrictos esse voluit " [8].

(3) Rat. theol. Ecclesia jure dicitur Christi corpus, quia inter eam et Christum existunt eaedem relationes sensu analogico ac inter corpus hominis et ejus caput, quæ infra evolventur (cf. n. 850 sq.).

847. — ***Ulla Pars.*** Ecclesia est corpus Christi mysticum.

Ecclesiæ magisterium.

Juxta BONIFACIUM VIII, (Ecclesia) " unum *corpus mysticum* repraesentat, cujus caput Christus... Ecclesiæ unius et unicae unum corpus, unum caput,... Christus videlicet " [9].

[2] *I Cor.,* **XII, 12, 27.**

[3] *I Cor.,* **VI, 15: XII, 12, 25, 27.**

[3] *Colos.,* **I, 18, 24.**

[4] **Origen.,** *Adv. Cels.,* l. **VI, n. 48.**

[5] **S. August.,** *De agone christ.,* **c. 20; cf.** *Epist.,* **57;** *In Joan.,* **tr. 14, n. 10.**

[6] **S. Thom.,** *In Ephes.,* **lect. 8, 4;** *In ICor.,* **lect. 11;** *De Verit.,* **q. 29, a. 5.**

[8] **D. B., 875 ; cf. 800.**

[9] **Bulla** *Unam Sanctam,* **D. B., 468.**

(i) Declaratur.

(a) Hoc nomen non invenitur formaliter in libris sacris, ignoratura Patribus, adhibetur a theologis Scholae et hodie | sæpius evolvitur in theologia dogmatica et ascetica. (b) **J** S. *Panto quasi insinuatur :* nam Christum in sua natura et in redemptionis opere vocat " *mysterium* (•χυττεριον), quod absconditum fuit a saeculis et generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis ejus"[3], (e) S. *Thomas* hac locutione utitur : " Ea quæ pertinent ad membra, dicit Christus de se, propter hoc quod sunt sicut *unum corpus mysticum Christus et Ecclesia,...* Christus transformat se in Ecclesiam et Ecclesia in Christum " [1].

848. — (2) Significatio.

Ecclesia est Christi *corpus mysticum,* (a) Sic excluditur, Ecclesiam esse : i. corpus Jesu physicum, ex carne et ossibus compositum; vel corpus aliud mere naturale, sicut est societas civilis cum duce et subditis ejus. (b) Sic affirmatur Ecclesiam : i. esse *supernaturale mysterium* bonitatis, sapientiæ et potentiæ divinæ, a mysterio ortum habere et pluribus mysteriis redundare; 2. *mystice uniri* cum Christo aliquo modo, sicut humanitas conjungitur cum Verbo in Incarnatione. Hæc unio Ecclesiæ cum Christo dicitur *mystica,* quia abscondita est et sensibus non manifestata; quia a mysteriis unionis hypostaticæ, mediationis redemptionisque procedit; et multa mysteria aut supponit aut producit relate ad hominum vitam supernaturalem. Revera fideles, Christo adjuncti, cum Ipso efformant aliquod *corpus,* non solum moraliter, sicut fit de quacumque societate, sed *realiter;* non tamen materialiter, sed *mystice.* Corpus siquidem efformant, cujus singuli sunt membra, eadem vita spirituali viventes qua Christus vivit. Habemus ergo cum Eo et cum fratribus nostris unionem realem et spiritualem, quamvis unusquisque suam propriam personalitatem servet.

[1] **E. Mersch, art.** *Corps mystique et humanité contemporaine,* **in** *N. R. T.,* **mars 1935. p. 225-238.**

[2] *Colos..* **I, 26.**

[3] **S. Thom.,** *In Ps.* **XXI, I; cf.** *lu Ps.* **XXX.**

849. — II. Explicatur hæc Doctrina.

Ratione sui momenti, hæc doctrina fusius evolvitur. Ecclesia est vivum Christi corpus; quare in ea distinguuntur *corpus proprie dictum* et *anima*. *De utroque* nunc disserimus.

(A) CORPUS ECCLESIÆ.

Ecclesia corpus Christi, sicut corpus nostrum, constat *capite* et *membris* : caput est Christus, membra sunt fideles.

(i) Caput Ecclesiæ est Christus.

(a) i. Hæc veritas expresse et pluries declaratur a S. *Paulo* : *Ephes.*, I, 22, 23 ; *Colos.*, I, 18. 2. Cui concordant *Patres* : ita, S. AUGUSTINUS : " Universo populo sanctorum tanquam *uni corpori caput est* mediator Dei et hominum *homo Christus Jesus* " [1]. 3. Et revera Christus relate ad Ecclesiam fere easdem ac caput erga membra in corpore physico vices gerit.

(b) Ecclesiæ caput est *Christus ut homo,* qui est principium tum animæ tum corporis in Ecclesia ab ipso instituta.

850. — (2) Relationes Christi capitis ad Ecclesiam[2]. Christus ad Ecclesiam analogice refertur sicut caput ad corpus.

(a) In nostro corpore, caput *eamdem naturam* habet quam alia membra, cum ipsum sit aliquod membrum. — Ita Christus, caput Ecclesiæ, ratione suæ humanitatis, *eadem gaudet natura* ac alii fideles, et dicitur primus inter fratres.

(b) Caput, in homine, alia membra superat *excellentia, positione* et *perfectione* : nam est pars prima, superior, et sensus præcipuos continens. — *Christus* autem cuncta Ecclesiæ membra *excedit* : 1. *excellentia,* cum, ob unionem hypostaticam, sit vere Filius Dei; 2. *positione,* nam ad Patris dexteram sedet; 3. *perfectione,* siquidem est plenus gratiæ et veritatis et de ejus plenitudine omnes nos accepimus[3].

851. — (C) In nobis, caput (seu anima per caput) *in cetera organa influit* : i. tum *interne,* vitam, sensum et motum communicando, 2. tum *externe,* quia, mediantibus oculis aliisque sensibus, corpus in exterioribus actibus

1 **S. August,** *Ep.* **57;** *In Joan.,* **tr. 14, n. 10;** *In Ps.* **LXI, n. 4.**

2 **L. Malevez, art.** *L'Eglise dans le Christ,* **in** *R. S. R.,* **juin 1935. P. 257.**

3 **I. — 3** *Joan.,* **I, 14;** *Col.,* **I, 19;** *Sum. theol.,* **3, q. 8. a. 1.**

dirigit. — Jesus autem est "caput *ex quo* totum corpus per *nexus* et *conjunctiones* subministratum et *constructuni* crescit in augmentum Dei"[1]. Revera Christus (seu divinitas per humanitatem conjunctam) *in Ecclesiam* exercet vivificum *duf»liccm influxum :* i. *Internum* quo supernaturalia dona fidelibus immediate communicat : Christus enim est fons omnis gratiæ, vitis cujus nos palmites sumus et a quo succos vitales seu vitam supernaturalem haurimus 2.* 2. *Externum,* vi cujus Ecclesiam regit modo visibili per regimen et magisterium, mediantibus legitimis pastoribus, præsertim R. Pontifice, quibus suam auctoritatem commisit.

852. ——(d) In corpore, caput organorum diversitati non obstat et eorum *unitatis* fit *centrum* [3]. — Porro simile est Christi munus in Ecclesia. Eadem Ecclesia pluribus constat membris, quæ dignitate, officiis, juribus differunt :Cbristus ipse hanc diversitatem instituit, atque perenniter conservat. Quam simul *ad unitatem* supernaturalis finis obtinendi reduxit sua auctoritate R. Pontifici ℭollata Et sic "est caput.. ex quo totum corpus *compactum* et *connexum* (est) per omnem juncturam subministrationis" [5].

(e) Caput, apud hominem, non est a corpore adæquate distinctum, sed *cum eo totum* aliquod efformat. — Simili modo, Christus *cum Ecclesia unum corpus completum* efficit, ita ut Ecclesia sit "ejus *plenitudo* (=complementum) " Sicut et corpus et caput unus sunt homo, ita et Ecclesiam et Christum unum esse dixit"[6]. S. AUGUSTINUS ait : " *Totus* Christus *caput* et *corpus* est : caput unigenitus Filius Dei, corpus ejus Ecclesia". Et alibi : "Non ille unus· et nos multi, sed et nos multi in illo uno unum. *Unus* ergo *homo Christus caput et corpus* " [7],

Tanta est inter Christum et Ecclesiam conjunctio, ut Christi prærogativæ : v. g., divina missio, auctoritas, infalli-

' *Ephes.*. IV. 16.

L 16; XV. 5. — 3 *Sum. theol.* 2* 2æ. q. 183, a. 2.

Pius XI, e doctrina de Ecclesia mystico Christi corpore multa corollaria deducit circa "*Actionem catholicam* ". Litt. ad.Card. *Cerejeira,* Patriarcham Olissiponensem. 10 nov. 1933. cf. .7. S., 1934, p. 62S. — 5 *Ephes.*. IV, 16.

6 1 Cor.. XII. 12; S. Joan. Chrysost., *In I Cor.*. hom. 30, n. 1.

S. August., *Conf. Donatis!., de Unit. Ecd.*. c. 4. n. 7: *In Ps.* 6r, n. 4; n. 3. Cf. Hurter. *Theologice dogma/. compendiitui.* t. I. n. 214 sq.

bilitas in docendo, sanctificandi potestas, Ecclesiæ concedantur; et vicissim Christo tribuantur quæ sunt fidelibus propria : sic Christus ipse in iis esurit[1], vivit a, persecutionem sustinet 3; imo Ecclesia simpliciter "Christus" nominatur 4.

853. --- (B) ANIMA ECCLESIÆ.

In Ecclesia Christi, praeter corpus, existit etiam *anima,* quam Patres et theologi dicunt esse tum *Spiritum S.,* tum *gratiam sanctificantem.*

(i) Spiritus S. vocatur Ecclesiæ anima efficienter 5.

(a) S. AUGUSTINUS scribit : " Quod *anima est corpori hominis,* hoc est *Spiritus S. corpori Christi,* quod est *Ecclesia"* Revera cum Ecclesia sit Christi corpus, exinde Patres inferunt eamdem Spiritu Dei regi et quasi animari. Ideo S. IRENÆUS docet : " *Ubi Ecclesia, ibi et Spiritus Dei;* et ubi Spiritus Dei, illic Ecclesia et omnis gratia" 7.

(b) Spiritus S. est Ecclesiæ anima *efficienter tantum*8, quatenus ei per appropriationem tribuitur gratiæ et sanctitatis productio in Ecclesia 9 : quapropter in symbolo Nicæno *Vivificans* appellatur.

854. — (2) Gratia sanctificans est anima Ecclesiæ formaliter.

(a) Etenim gratia sanctificans est Ecclesiæ anima, si ejus membris analogice præbet id quod anima affert corpori. Atqui ita est. Etenim, per animæ influxum, corpus est vivum et ad vitales activitates suas exercendas aptum. Porro per sanctificantem gratiam, Ecclesiæ membra regenerantur et vivunt spiritualiter, atque supernaturalium cum auxilio virtutum quæ gratiam comitantur, capacitatem obtinent actus salutares et meritorios producendi.

1 *Matth.,* XXV, 35-45. — 2 3*Galat.,* \T, 20.

3 *Act.,* IX, 4. — 4 *1 Cor.,* XII, 12.

5 S. Tromp, *De Spiritus S. anima corporis mystici,* Romæ, 1932 ; E. Mura, *L'Ame du corps mystique,* in *Rev. Thomiste,* avril 1936.

6 S. August., *Serm.* 267, η. 4; cf. *Serm.,* 267, n. 2.

' S. Iren., *Adv. hares.,* l. III. c. 24. n. 1.

8 Quandoque a Patribus *Spiritus S.* dicitur "*cor Ecclesia",* ratione " influentiæ occultæ" quam in Christianis continuo exercet. *Sum. theol.,* 3, q. S, a. I, ad 3.

'Joan., XX, 21-23.

(b') Gratia habitualis est *formaliter* Ecclesiæ anima ', nam est elementum quod essentialiter et interne perficit visibilem Christi Ecclesiam (cf. n. 833-835). ',4|

855. — Conclusio. a) Corpus et anima in Ecclesia *non sunt duce Ecclesia,* altera visibilis, altera vero invisibilis et perfectior, ut asserunt Protestantes. Nonne in unoquoque nostrum, corpus et anima duo homines efficiunt? Revera ex Christi voluntate, gratia sanctificans 'seu anima) est bonum proprium visibilis societatis (seu corporis), apud Ecclesiam, quatenus obtineri nequit sine ad eam relatione quadam. Quapropter anima et corpus, in Ecclesia, unicam societatem constituunt. ■

(b) In Ecclesiæ corpore datur *duplex forma :* alia secundum quam hoc corpus est sociale et consistit in auctoritate legitima (cf. n. 623), alia secundum quam idem corpus gratia vivit 'cf. n. 853, 854): eadem dicitur ejus anima. Sed non exinde concludatur duplicem esse Ecclesiam : alteram socialem cui præest hierarchia; alteram invisibilem quæ solis justis constat. Etenim elementum formale, quod est gratia, pendet ab elemento formali quod est hierarchia, quatenus a sua causa efficiente; præterea invenitur in eodem subjecto seu corpore Ecclesiæ ; propterea ullo modo alteram Ecclesiam distinctam a visibili Ecclesia efformare nequit[3]

856. — Scholion. Relationes Ecclesiæ ad Trinitatem.

Mirabiles sunt *relationes Ecclesia. ad Trinitatem,* quas paucis verbis declaramus. Revera Trinitas est catholicae Ecclesiæ *causa efficiens, formalis* et *finalis,* et præterea *in ea specialius manet.*

(1) Trinitas est Ecclesiæ : (a> *Causa efficiens.* Etenim hujus societatis institutio est opus ad extra; sed omné opus ad extra producitur a tribus personis. Præterea eadem institutio tribuitur tum *Patri,* quatenus omnium rerum principio; tum *Filio* seu

1 Hic modus loquendi strictius designat Ecclesiæ animam quam prior assertio, in qua causa efficiens, i. e., Spiritus S., sumitur pro ejus effectu seu gratia Ecclesiam sanctificante. I

3 " *Duplex principium formale* distinguendum est in Ecclesia : alterum (seu auctoritas) principium *formale societatis,* alterum (gratia) principium *vitic suprr-naturalis in membris. Illud* essentiale est Ecclesiæ ut ea sit societas, mediumque idoneum hominibus pro consequenda justitia et salute; *hoc* necessarium est membris ut illud assequantur et sint, propter quoti ad Ecclesiam sunt vocati Palmieri, *De R. Pontifice,* Prati, 1902; *Prolegom.* § XI. I

Verbo incarnato, quod obediens Patri, eam immediate fundavit; tum *Spiritui S.*, qui eam mystico modo vivificat et complet.

(b) *Causa formalis.* i. Nam Christus Trinitatem quatenus exemplar nobis proponit, in pluribus locis. Ita Apostolis dicit : " Estote vos perfecti, *sicut et Pater* vester cælestis perfectus est :* *Exemplum dedi* vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis '. *Spiritus S. docebit vos omnem veritatem* " 3, Alibi orat : " *Non pro eis rogo tantum, sed et pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint* " .*

2. Aliunde, ex dictis, *Spiritus S.* est anima Ecclesiæ (cf. n. 853), quatenus principium supematuralis vitæ et activitatis in Ecclesia. Porro omnis externus effectus Spiritus Sancti procedit eodem modo a Patre et Filio.

(c) *Causa finalis.* Nam Ecclesia fundata fuit ad externam Dei gloriam, ut Pater glorificetur in Filio et Spiritu S.

(2) Insuper Ecclesia merito vocatur *Dei domus, civitas, regnum, ovile, templum', templum Spiritus S;* sed hæc nomina' saltem specialem Trinitatis præsentiam important. Juxta S. Augustinum, Ecclesia est *Dei civitas,* cujus intuitu Providentia gentes- sapienter dirigit, per vias sibi notas, ad altissimum finem, nempe animarum salutem.

CAPUT IV

De Perfectione sociali Ecclesiæ

857. — Conspectus.

1. *Status qucestioriis :* notio, errores, doctrina catholica.
2. *Ecclesia est societas essentialiter perfecta :* hæc thesis probatur.

Ecclesia, cum sit essentialiter supematuralis, praedita est multis supernaturalibus proprietatibus, quas a Christo accepit. Ex his considerare nunc volumus ejus *perfectionem.*

858. —Status qu/ESTionis.

(a) Notio. Societas *perfecta* est in se completa, habens finem sibi proprium, alteri non subordinatum et media

x *Matth.*, **V, 48.** — ^*Joan.*, **XIII, 15.** — **Joan.*, **XVI, 13.** — *Joan.* **XVII, 20.**

necessaria ad sui conservationem et finis consecutionem. Ad ejus essentiam pertinet a nulla alia societate dependere (cf. n. 858).

(b) Errores. 1. Omnes *.Rationalistic* et *Positivistes,* supernaturale non admittentes, Ecclesiæ perfectionem negant. 2. *Protestantes* multi putant Ecclesiam a civili principatu jura sua tenere. 3. Item *Regalistæ et Politici* (cf. n. 1032).

(c) **Doctrina catholica** profitetur Ecclesiam esse societatem *perfectam :* 1. non in eo sensu quod ejus membra non habeant defectus aut peccata expianda; 2. sed quia "adjumenta ad... actionem suam necessaria, voluntate Conditoris sui, *omnia in se et per se possideat"* [1]; et insuper quia, ratione sui finis et mediorum ordinis supernaturalis, omnes alias societates supergreditur (cf. n. 839).

859. — Thesis. Ecclesia est societas essentialiter perfecta.

Ecclesiæ magisterium.

PIUS IX ait : "*Ecclesia ut* vera et *perfecta societas a divino auctore suo fuit instituta* " -. Idem explicite docet Leo XIII[3].

Probatur.

(1) Script, (a) Ex ejus nominibus. Etenim in sacris Litteris, passim Ecclesia vocabulis societati perfectæ convenientibus nuncupatur. Revera nominatur *Domus Dei, Civitas supra montem posita,* quo convenire omnes gentes necesse est; sed etiam *Ovile,* cui præest unus pastor, *Regnum* quod suscitabit Deus et stabit in æternum. Sed hæc omnia, sumpta in prædicatione Jesu, societatem independentem seu perfectam designant.

(b) Ex voluntate Christi ejus fundatoris. Etenim ille vult societatem perfectam condere, qui eidem assignat presides potestate absoluta et ab hominibus independent! præditos. Atqui ita egit Christus, Dei legatus : revera Ecclesiæ suæ immediate designavit duces, qui auctoritate *absoluta* et *independenti* potiuntur : Apostolorum collegio dixit Jesus : "*Docete omnes gentes... Quorum remiseritis*

[1] Leo XIII, Encycl. *Immortale Dei* \ i nov. 1885.
[2] Pius IX, Alloc. *Multis gravibusque,* 17 dee. i860; *Maxima quidem,* 9 jun. 1862. — [3] Leo XIII, Z. *cit.*

peccata..." 1; et soli Petro : " *Tibi dabo claves regni cadorum... Pasce oves meas..."*2. Prætcrea hæc universalis potestas, etiam invitis principibus, est exercenda, juxta Christi verba : "Tradent enim vos in conciliis,... et ante præsides et reges stabitis propter me " 3. Insuper Jesus *Ecclesiæ suæ tantum* camdem potestatem universalissimam et efficacissimam contulit homines regendi et sanctificandi usque ad sæculi finem. Ergo, jure divino, Ecclesia est perfecta et suprema societas.

860. — (2) **Tradit. Ex praxi Ecclesiæ.** (a) " Hanc *auctoritatem in seipsa absolutam* planeque sui juris,... Ecclesia sibi asserere itemque publice exercere nunquam desiit". Jam principi Synagogæ Apostoli responderunt : " *Obedire oportet Deo magis quam hominibus* " ‹. (b) *Patres* argumentis et actibus Ecclesiæ supremam independentiam a Statu pro opportunitate vindicarunt; eamdem *R. Pontifices* invicta constantia adversus oppugnatores exercuerunt. Et saepissime ipsi civiles principes legatis, concordatis aliisque agendi rationibus cum Ecclesia tanquam cum suprema legitima auctoritate agere consueverunt s. (c) Quare Plus IX in *Syllabo* proscripsit hanc propositionem : " Ecclesia *non est vera perfectaque societas plane libera,* nec pollet suis propriis et constantibus juribus sibi a divino fundatore collatis"6.

861. — (3) **Rat. theol.** (a} Ecclesia, ex dictis, est societas supernaturalis, ideoque quamlibet naturalis et civilis ordinis societatem superat. Atqui repugnat superioris ordinis societatem a societate inferioris ordinis pendere. Ergo Ecclesia est a civili societate essentialiter independens, seu aliis verbis, est in se societas perfecta.

(b) Aliunde " si Ecclesia dependeret ab alia societate, subordinaretur societati illi aut ut inferior superiori aut ut pars toti. Neutrum vero admitti potest. Non subordinatur *ut inferior,* quia finis Ecclesiæ omnium supremus est, scilicet salus animarum sempiterna; non *ut pars,* quia finis Ecclesiæ est universalissimus, cum ipsi divinitus est proprium munus, ut omnibus sanctitatem afferat in uno ovili Ecclesiæ "7.

= *Matth.,* **XVI, 19**; *Joan.,* **XXI, 17.**
3 *Marc.,* **XIII, g.** — 4 *Ad..* **V, 29.**
5 **Leo XII,** Cf. **Encycl.** *Immortale Dei,* 1 **nov. 1SS5.** — 6 **D. B., 1719·**
De Groot, *De Ecclesia catholica,* **Ratisbonæ, 1906, p. 134.**

Hinc deducere licet quod R. Pontifex, visibile Ecclesiæ caput, plenam et independentem auctoritatem habet ad ea omnia ordinanda quæ, salva divina Ecclesiæ constitutione, ad ejusdem regiminis facilitatem et efficaciam conferre possunt.

ALTERA PARS

De Supernatural! Ecclesiæ Infallibilitate

S62. — Conspectus generalis.

Cap. I. *De natura infallibilitatis Ecclesia.* *fl*
Gap. II. *De subjecto infallibilitatis in Ecclesia.* H
De R. Pontificis infallibilitate. H
n. De Episcoporum infallibilitate. B
Cap. III. *De objecto infallibilitatis in Ecclesia.*
De objecto directo. i
11. De objecto indirecto. I

Ex dictis (cf. n. 749, /60\ Ecclesia a Christo instituta infallibilitate quoad religiosas veritates pollet. Hæc autem praerogativa sine dubio praeeminet inter supernaturales Ecclesiæ qualitates. Quapropter, in præsenti Sectione, fusius inquirimus ejusdem infallibilitatis : 1. *naturam,* 2. *subjectum,* ^.*objectum.*

CAPUT I

DE NATURA INFALLIBILITATIS Ecclesiæ

863. — Conspectus.

I. De Ecclesiæ *infallibilitate in genere.*
Notio et species.
De passiva infallibilitate.
2. De Ecclesiæ *activa infallibililate.* 1
Definitio explicata et finis.
Scholion. Notiones falsæ.

Prius declarandum est in quonam consistat Ecclesiæ infallibilitas doctrinalis.

I. De Ecclesiæ Infallibilitate in genere.

864 — (i) Notio et species, (a) Quoad *nomen,* infallibilitas est quædam ab errore immunitas. *Ecclesiæ* vero *infallibilitas* est proprietas vi cujus, ab omni errore immunis fit in possessione revelationis quoad fidem et mores.

Hæc infallibilitas est : non *essentialis,* quæ soli Deo competit; sed *participata,* quæ ex divino influxu derivatur.

(b) *Duplex* distinguitur : i. *activa,* seu in docendo, quæ adest in Ecclesia revelationem prædicante; 2. *passiva,* seu in credendo, residens in Ecclesia eamdem discente.

865. — (2) De passiva infallibilitate. i. Hæc consistit in eo quod Ecclesia universaliter sumpta errare nequit in credendo doctrinam divinitus revelatam. 2. Ejus *existentia* est fidei dogma. Revera si universalis Ecclesia in errorem incidere posset, jam non esset amplius salutis via necessaria et unica, nec authentica Christi religio, nec a S. Paulo recte vocaretur "columna et firmamentum veritatis" \ 3. Hujus passivæ infallibilitatis fons immediatus est activa infallibilitas, de qua longius est disserendum.

II. De Ecclesiæ activa Infallibilitate.

866. — (A) Definitio. (1) Sic describi potest : *Prærogativa supcrnaturalis, qua Ecclesia docens, vi specialis assistentia Spiritus S., revelationem ab Apostolis traditam fideliter custodit, ab omni errore immunis.*

(2) Explicatur :

(a) *Prærogativa,* i. e., charisma veritatis seu gratia gratis_data, quæ certa lege Ecclesiæ in ejus magisterii exercitio promissa fuit.

(b) *Supcrnaturalis,* ratione originis, efficacitatis et finis.

(C) *Qua Ecclesia docens :* sic designatur infallibilitatis *subjectum* seu possessor, nempe soli pastores, qui sunt : primo et principaliter B. Petrus ejusque successor R. Pontifex ; deinde, sub et cum eo, collegium episcoporum : et sic differt ab infallibilitate passiva.

867. — (d) II· *specialis assistentia: Spiritus S.* i. Sic indicatur *causa efficiens* unica, nempe Deus ipse seu tota Trinitas; attribuitur autem Spiritui S. per appropriationem tantum. Quare non provenit a viribus naturalibus : v. g., ingenio R. Pontificis et episcoporum, eorum studio et investigationibus. 2. Fit per *assistentiam specialem,* quæ importat : *negativum* aliquid removens omnia quæ in errorem inducerent, et *positivum* quid, consistens in auxilio efficaci ad docendam revelationem ; sed nullo modo miraculosum interventum exigit. 3. Hæc Dei assistentia non superflua facit studia et inquisitiones de revelationis fontibus; attamen ab his laboribus humanis non pendet.

(θ) *Revelationem ab Apostolis traditam.* Hoc est *objectum* infallibilitatis, scilicet Christi doctrina circa *fidem* et *mores,* nempe circa credenda et agenda ad æternam salutem. Infallibilitas non se extendit ad omnes res, etiam scientificas; sed talis est ‘‘ut Spiritu S. assistente traditam per Apostolos revelationem seu fidei depositum sancte custodiat et fideliter exponat ” x.

(f) *Fideliter custodit, ab omni errore immunis.* Ecclesia fruitur infallibilitate tum *facti,* tum *juris ;* nempe immunitatem habet tum ab omni errore actuali, tum ab errandi possibilitate.

868. (B) Finis hujus infallibilitatis *triplex* assignatur. Ecclesia hanc dotem recipit : (a) ut *fidei depositum* conservet et ab errore præservet, (b) ut *fidelibus* proponat *certam regulam* de rebus credendis et agendis, (e) ut *judicet definitive* absque errore controversias in rebus religionis.

(C) Differt igitur Ecclesiæ infallibilitas : (a) a *revelatione,* quæ est veritatis antea ignotæ manifestatiQ; dum infallibilitas spectat solum ad veritatum antea revelatarum propositionem; (b) ab *inspiratione,* qua auctor sacer ad scribendum excitatur a Spiritu S., qui ejus mentem et voluntatem positive ita dirigit, ut ea omnia et sola scribantur quæ vult scribi; dum in infallibilitate non adest impulsio divina ad scribendum ; (c) *a gratiis illuminativis,* quæ omnibus etiam infidelibus dari possunt ad actus salutares eliciendos.

869. — Scholion. De infallibilitate notiones falsæ. <a) Ex dictis, Ecclesiæ infallibilitas falso confunditur vel cum imgeccabilitatg aut scientia universali etJnfusa, a *Protestatitibus;* vel cum progressu aut mera evolutiaoe„natu_ra; Hum scientiarum, a *Rationalisas.* (b) *Modernistes* erronee autumant Ecclesiam esse infallibilem, eo sensu quod e Λ conscientia religiosa communi eruit formulam, quæ melius hanc conscientiam exprimere valet, quoad errores condemnandos, sensum Scripturæ declarandum, dogmata definienda : quæ formula secundum tempora mutari potest et debet[1] (cf. n. 872).

CAPUT Π

De Subjecto Infallibilitatis in Ecclesia

870. — Conspectus.

De subjecto infallibilitatis.

i° *De R. P. infallibilitate.*

(a) *Pranotiones.*

1. Notio *pontificia* infallibilitatis in genere.
2. Infallibilitas R. P. r.v *cathedra definientis : conditiones quatuor* requisitae.
3. *Errores.*

(b) Infallibilitas R. P. *ex cathedra definientis probatur* : ex verbis Christi ; — Traditione : tum directe, tum indirecte.

Corollaria.

2° *De episcoporum infallibilitate.*

(a) *De episcoporum infallibilitate.*

(b) De infallibilitate episcoporum *in C. oecumenico.*

1. *Pranotiones* de conciliis.
2. *Auctoritas* conciliorum œcumenicorum.
3. *Corollaria* de habitudine concilii ad Papam.

Scholion. De subjecto passivo infallibilitatis in Ecclesia.

[1] Decret. *Lamentabili,* prop. 6, 62-64; D. BM 2006, 2062-2064; Encyc. *Pascendi.* D. B., 2093; *Jusjurand. antimodern.*, D. B.f 2147. Nulle société religieuse n'a de véritable unité que si la conscience religieuse de ses membres

871. — Infallibilitatis subjectum in genere est ipsa Christi Ecclesia, "*columna veritatis*"[1]. Christianorum autem ccetus complectitur tum pastores qui revelatam veritatem ex officio prædicant, tum fideles huic prædicationi assentientes; seu, aliis verbis, Ecclesiam tum *docentem,* tum *edoctam.* Hæc est infallibilitatis subjectum *passivum,* quod verbo Dei credit sine errandi periculo; illa vero constituit subjectum *activum,* quod *R. Pontificem* et *episcoporum collegium* comprehendit. Nunc disserimus de infallibilitatis existentia : i. in *R. Pontifice,* 2. in *episcopis*[2].

ARTICULUS I

De R. Pontificis Infallibilitate[3].

Dantur*prænotiones* et ejus *existentia* probatur.

L — Praenotanda.

872. — I. PRÆNOTIONES : i. circa *pontificiam infallibilitatem*[4], 2. circa *infallibilitatem R. Pontificis ex cathedra loquentis.*

est une, et une aussi la formule qu'ils adoptent. Or, cette double unité requiert une espece d'intelligence universelle, dont ce soit l'office de trouver et de déterminer la formule qui réponde le mieux à la conscience commune, et que cette intelligence ait en outre assez d'autorité pour imposer à la communauté la formule une fois fixée". Cf. Loisy ', *Simples réflexions,* p. 189. Easdem ideas apud Fogazzaro, *11 Santo* * (gallice : *Le Saint* ;* p. 233-237); Tyrrel ;* *Thiologismc.* CL J. Lebreton, art. *Catholicisme,* in *R. P. A.,* t. IV, 1899, p. 499 sq.

[1] *II Tim.,* III, 15.

[2] R. Pontifex et episcopi non sunt duo infallibilitatis activæ subjecta, sed unum solum (cf. n. 909).

[3] D. B., Index IIIf, præscrtim 1S32-1840; S. Thom., *Sum. iheol.,* 2a 2æ, q. 1, a. 10; *Cont. Gent.,* l. IV, c. 76; S. Bellarm., *De R. Pontifice,* l. IV, c. i sq.; Perrone, *De R. Pontif infallibilitate,* Taurini, 1874; Mazzella, n. 1016 sq., n. 1039 sq.; Billot, th. 31, 32; C. Pesch, n. 441 sq., 507 sq.; De Groot, q. 13, a. 1; q. 16, a. 5; Card. Manning, *The Vatican Council,* New York, 1887; DD. Cecconi, *Hist, du C. du Vatican,* Paris, 1887; T. Granderath, *Constitutiones dogmat. C. Vaticani,* Friburg. Br., 1892; E. Dublanchy, an. *Infaillibilité du Pape, infaillibilité de l'Eglise,* in *D. T. C.,* col. 1638-1717; 2175-2200; S. Harent, art. *Papauté (Infaillibilité pontificale),* in *D. A.,* col. 1422-1534.

[4] S. Thomas de infallibilitate pluries sed obiter tractat : *Cont. Geni.,* l. IV, c. 76; *Sum. theol.,* 2ª 2æ, q. i, a. 10; Opusc. VII, *De Symbolo Apostol.: In S. Maith.,* c. XVI. Cf. Bianchi, *De constitutione monarchica Ecclesia et de infallibilitate R. Pontificis juxta S. Thomam,* Romæ, 1870.

(1) NOTIO PONTIFICIÆ INFALLIBILITATIS

(a) Definiri potest : *Prcerogativa supernaturalis, qua R. Pontifex divinam revelationem in Ecclesia fideliter custodit, ab omni errore immunis.* Eadem est essentialiter ac illa "qua divinus Redemptor Ecclesiam suam... instructam esse voluit " (cf. n. 874).' Continetur in primatu, qui plenitudinem ecclesiastici magisterii possidet r.

(b) Omnino ergo *falsa sunt* hujus infallibilitatis *notiones a Protestantibus* inventæ : multi adhuc existimant infallibilitatem nihil aliud esse nisi impeccabilitatem ; alii dicunt R. Pontificem posse, vi hujus privilegii, declarare bonum id quod revera malum est, ita ut ejus voluntas sit regula boni et mali; nonnulli contendunt infallibilitatem idem esse ac omniscientiam, aut involvere inspirationem -, immo quasi hypostaticam unionem S. Spiritus cum Papa ', vel potestatem continuo miracula patrandi * (cf. n. 869).

873. — (c) Subjectum ejusdem infallibilitatis est *R. Pontifex quilibet* pro tempore existens. Ejusmodi infallibilitasest *personalis,* non quatenus convenit R. Pontifici tanquam personæ privatae ubique et semper, vel pro bono privato; sed quia omni legitimo Petri successori competit, independenter a Christianorum approbatione,et nunquam aliis delegari potest.

(d) Hinc rejicitur distinctio inter Sedem et Sedentem seu Romanam Ecclesiam et R. Pontificem, quæ placebat Gallicanis docentibus Papam quemlibet errare posse, non autem Romanam Sedem, quia idem vel alius Papa, providente' Deo, errorem antea edoctum corriget. Sed *hcec distinctio catholico dogmati* et argumentis illud probantibus *adversatur;* aliunde vanam redderet R. Pontificis infallibilitatem, cum omni ejus definitioni semper opponi posset eam forsitan esse erroneam et postea modificandam.

874. ---- (2) INFALLIBILITAS R. PONTIFICIS EX CATHEDRA DEFINIENTIS 5.

(A) Definitio Vaticana. *C. Vaticanum* docet : " *Definimus Romanum Pontificem, cum ex cathedra loquitur, id est, cum omnium Christianorum Pastoris et Doctoris munere fungens, pro suprema sua apostolica auctoritate, doctrinam de fide vel moribus ab universa Ecclesia tenendam definit,*

' D. B., 1839.

3 Littledale ;* *Plain reasons a°aiust joining the Church of Rome,* London, sæpius editum, η. 8o, p. 184, scribit infallibilitatem supponere omnes pontificias decisiones esse *inspiratas,* proindeque his novas paginas canonicis Scripturis addi. — 3 Pusey \ *Eirenicon,* p. 326-327, id tribuit *novis Ultramontanis.*

4 Draper ;* *Conflict between Religion and Science,* p. 284. —5 DD. Fessler, Zzi *vraie elfausse infaillibilité des papes,* Paris, 1873.·

per assistendam divinam ipsi in beato Petro promissam, ea infallibilitate pollere, qua divinus Redemptor Ecclesiam suam in definienda doctrina de fide vel moribus instructam esse voluit; ideoque ejusmodi Romani Pontificis definitiones ex sese, non autem ex consensu Ecclesiæ, irreformabiles esse " [1].

875. — (B) Conditiones definitionis ex cathedra.

(1) Explicantur voces : (a) " *Cathedra* " est auctoritatis doctrinalis symbolum, ex usu profano et sacro [2]. (b) " *Locutio, definitio ex cathedra* (Petri) " : hæ formulae jam, sæculis præteritis, de R. Pontificis magisterio dicebantur.

(2) Conditiones quatuor requisitae [3].

Juxta *C. Vaticanum,* ad locutionem *ex cathedra* stricte et simul requiruntur conditiones ex parte : 1. *R. Pontificis,* 2. *modi,* 3. *objecti,* 4. *termini.*

(a) Ex parte R. Pontificis. Hic fungi debet " *omnium Christianorum Pastoris et Doctoris* munere ",

Igitur non gaudet infallibilitate : 1. ut *persona privata* [4]; sive in colloquiis familiaribus, sive in concionibus exhortatoriis ad populum, sive in operibus a se editis, ut id aperte declaravit Benedictus XIV de suis libris [5]; 2. ut *episcopus urbis Roma.* : v. g., in instructione ad plebem romanam; 3. ut *princeps temporalis* condendo decreta pro temporali bono communi sui status civilis.

[1] *C. Vatican.,* Sess. IV, cap. 4; D. B., 1839; cf. *Cod.,* 1323.

[2] Cf. *Matth.,* XXIII, 2.

[3] In harum expositione utemur explicationibus datis a relatore DD. Gasser, *Acta et Decreta C. Vatican.,* ed. Lacens., 1890, t. VII.

[4] Ita episcopus Brixinensis *Acta C. Vaticani,* p. 398 sq. (a) Theologi disputant num Papa, *ut privata persona,* possit *in haresim incidere, scienter* et *obstinate* adhærendo errori contra fidem. Eum posse errare in fide ex ignorantia omnes fere concedunt, sed multi negant, attenta divina Providentia, eum posse *pertinaciter* errare, ita ut vere fiat haereticus, (b) Libenter hac in re assentimus opinioni quam sic eximie Suarez exponit, *De fide,* disp. X, sect. VI, n. 11 : " Licet multi verisimiliter affirment, mihi tamen et magis pium et probabilius videtur posse quidem Papam, ut privatam personam, errare ex ignorantia, non tamen ex contumacia. Quamvis enim efficere Deus possit ut hæreticus Papa non noceat Ecclesiæ, suavior tamen modus divinæ Providentiæ est ut, quia Deus promisit Papam definientem nunquam erraturum, consequenter provideat ne unquam ille hæreticus sit " Inutile igitur censemus inquirere quid agendum esset si Papa, ut persona privata, in hæresim incideret, cum hactenus nunquam factum acciderit. Cf. Wemz, *Jus decretalium,* II, n. 615; Bouix, *De Papa,* I, 546-549.

[5] Scribit siquidem in PræfaL operis de *Synodo dicccesana :* " Libentique animo subscribimus doctrinæ scriptoris egregii M. Cani. *Lib. 6 de Locis theol., c. 8,* de libris agentis qui a Summis Pontificibus conscripti publicantur, hæcait : *u Cum edunt libros de re* qualibet, *R. Pontifices sententiam suam ut homines alii docti exprimunt,* non tanquam Ecclesiæ judices de fide pronuntiant ".

876. — (b) Ex parte modi quo loquitur. Requiritur ut *"pro suprema sua apostolica auctoritate doctrinam... definiat"* [1] : scilicet exercendo munus suum supremum cum tota ejus intensitate, 1. ut pronuntiet de re aliqua dogmaticum judicium terminativum, definitivum, (unde nomen *"definitio"* huic documento reservatum); 2. ut consequenter singulis fidelibus irrevocabilem assensum stricte praecipiat.

Hinc *non adest locutio ex cathedra,* quando R. Pontifex, etiam suo primatu fungens, profert christianam doctrinam per modum exhortationis, aut demonstrationis aut simplicis expositionis, ut fit sæpe in encyclicis aliisque documentis, aut quando obligationem imponit quæ absque fide interna impleri potest : v. g., abstinendi a tali doctrina docenda.

877. — (c) Ex parte objecti. Requiritur ut Papa definiat " *doctrinam de fide vel moribus* ", credendam vel tenendam, nempe : I. veritates *proprie revelatas* quæ ad salutem credi aut in praxim adduci debent; 2. et veritates intime *cum revelatis connexas (ct.* n. 918 sq.). Definitio extenditur solum ad rem ipsam definitam, non autem ad ea quæ dogmatice, historice aut philosophice definitionem praecedunt aut comitantur.

878. — (d) Ex parte termini. Requiritur ut definitio *universam Ecclesiam obliget,* et hoc sit certum.^ Quod cognosci potest, vel ex expressis aut æquivalentibus verbis, vel ex adjunctis. In casu dubii, consulantur sapientes judices et præsertim Ecclesiæ sensus de hac re. *Codex* (c. 1323 § 3) ait : "Declarata seu definita dogmatice res nulla intelligitur, nisi id manifeste constiterit ". Attamen definitio a R. Pontifice ad particulares ecclesias materialiter dirigi potest, dummodo manifesta sit ejus mens definiendi realiter pro universali Ecclesia.

II. — De Existentia Infallibilitatis in R. Pontifice ex cathedra Definiente [3]

879. — Status quæstionis.

(i) Errores. R. Pontificis infallibilitatem (a) *Negant modo absoluto : implicite* omnes Rationalistæ et hæretici; *explicite, Protes-*

[1] *Sum. thcol.y* 2a 2æ, q. r, a. io.

[3] Quid sentiendum de infallibilitate R. Pontificis *quando non definit ex cathedra,* cf. n. 947, 948.

tantes, qui omne magisterium vivum infallibile respuunt; atque *Græti separati,* qui Papæ strictum primatum et a fortiori infallibilitatem rejiciunt.

(b) Hanc praerogativam *nimis coarctat Gallicanismus,* qui tenet *R. Pontifias definitiones non esse irreformabiles, nisi accedente episcoporum seu Ecclesia consensu* '. Hic error a *Petro de Alhaco* (t 1420) et *Gerson* (t 1428) propugnatus, deinde renovatus ab *E. Richer* (De ecclesiast. et polit, potestate, 1611) et *P. de Afarca* (Concordia sacerdotii et imperii), posteaque (1682) receptus est ab ipso clero gallicano in famosa *Declaratione in quatuor articulis comprehensa* 2, denique sparsus in Austria sub nomine *Josephismi.**

(c) Post C. Vaticanum, *Veteres catholici :* Dollinger, Von Schulte, Loyson, etc., infallibilitatis pontificiæ dogma negant ; quos sequuntur *Moderniste,* docentes supremam veritatis regulam esse populi christiani conscientiam (cf. n. 869)

(2) Doctrina catholica profitetur R. Pontificem ex cathedra definientem esse infallibilem.

880. — Thesis. Romanus Pontifex, cum ex cathedra loquitur, infallibilitate pollet in definienda doctrina de fide vel moribus. *De fide* ex *C. Vaticano* jam citato (cf. n. 874).

PROBATUR : I. *Scriptura,* 2. *Traditione ;* 3. *suadetur ratione.*

i° Script. : Ex *verbis Christi primatum :* 1. *promittentis,* 2. *conferentis,* 3. *pro fide Petri orantis.*

881. — EX VERBIS CHRISTI.

(A') Quoad primatus promissionem. (Cf. n. 679). (a) Etenim Christus ad B. Petrum solum declarat : " *Tu es Petrus ci super hanc petram ædificabo ecclesiam meam et portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Tibi dabo claves regni calorum... "* 4. Porro hæc verba indestructibile privilegium nuntiant, quo fruentur B. Petrus ejusque successores, qui sunt R. Pontifices (cf. n. 704-727).

(b) Atqui *luec promissio* Christi *importat infallibilitatem.* Revera supponit quod B. Petrus et R. Pontifex ejus succès-

1 **Dubruel et Arquillière, art** *Gallicanisme,* **in** *D. A.,* **col. 193-273.**

* **D. B., 1322-1326.**

3 **Cf. S. Harent, art.** *Papauté (Infaillibilité pontificale),* **in** *D. A* **1446-1520.**

* *Mailh.,* **XVI, iS.**

sor est Ecclesiæ fundamentum, ita firmum ut portae inferi contra eam praevalere nequeant. Insuper potest fideles ligare doctrinali sententia, quæ in cælo confirmabitur.

(c) Sed si R. Pontifex ex cathedra loquens non est infallibilis, seu falsam doctrinam tanquam fidei objectum proponere potest, certe non est firmum Ecclesiæ fundamentum : vel enim Pontifici erranti Ecclesia obedit, vel non : si *prius,* cum eo in errorem fidei nocivum labitur, et portae inferi contra eam praevalent, cum societati spirituali revelatione fundatae, nihil magis perniciosum sit quam error in fide; si *posterius,* jam perit Ecclesiæ unitas; nam, ex dictis, Petri successores suprema auctoritate docendi atque regendi pollent, ac proinde si huic legitimae auctoritati episcopi et fideles resistunt, jam non una est Ecclesia, sed variae efformantur sectae sibi invicem oppositae, prout fit apud Novatores, et iterum portae inferi contra Ecclesiam praevalent.

(d) Item vi ejusdem promissionis si R. Pontifex Petri successor, supremam auctoritatem apostolicam exercens, fideles ligat doctrinali sententia, suus actus in caelis confirmabitur. Sed omnino repugnat Deum errores approbare. Ergo R. Pontifex, in hoc doctrinali munere, est infallibilis.

882. — (B) Quoad primatus collationem. (Cf.n. 684-687).

" *Pasce agnos meos, pasce oves meas" l.* His verbis Christus constituit B. Petrum ejusque successorem, tanquam supremum Ecclesiæ pastorem, qui jus et officium habet totum gregem, episcopos et fideles, verbo salutaris veritatis pascendi; ita ut omnes teneantur huic magisterio obedire. Atqui hoc admitti nequit, nisi tale magisterium sit infallibile : si enim supremus Pastor docendo fallitur, oves non jam nutrit, sed venenoso cibo occidit : quod amori Christi pro animabus ejusque sapientiæ et salvificæ voluntati universali opponitur. Ergo Petri successores seu R. Pontifices vere infallibiles sunt in docendo.

883. — (C) In oratione pro fide Petri.

Textus.

" Ait autem Dominus : Simon, Simon, ecce Satanas expetivit *vos* ut cribraret sicut triticum : *Ego autem rogavi*

pro te, ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos" ». [1] K

Explicatio textus.

(a) " Cribrare sicut triticum. i. In cribratione, omnia sursum deorsumque vertuntur et vehementer agitantur. Hic est metaphora qua significantur vehementes tentationes pro Apostolorum fide. 2. Satanas, ut destruat Christi opus seu Ecclesiam, expetit quod Apostoli acriter impugnentur, præsertim circa suam fidem, quæ est principium unionis cum Jesu.

(b) " Ut non deficiat fides tua. " Vox ἐκλειπη significat " ut non pereat, nec destruatur" fides tua, et equidem pro semper : nam verba Christi sunt universalissima.

(c) " Et tu aliquando conversus," ἐπίστρεψα ... Verbum hoc *quatuor* significare potest : i. postquam a lapsu resipueris; 2. *vicissim (in turn),* quasi esset: et tu vicissim confirma fratres tuos; sed hic sensus vix admitti potest, cum græca vox citata nullibi in Scriptura talem sensum habere probetur; 3. *converte te* ad fratres eosque in fide confirma; 4. *denuo,* occasione data (ποτὲ), confirma fratres.

(d) "Confirma fratres tuos." 1. *Confirma,* i. fe., esto fundamentum, basis firma, ratio soliditatis in fide. 2. *Fratres tuos,* nempe Apostoios et omnes qui Apostolis credunt, seu, aliis verbis, totam Ecclesiam.

884. — Argumentum ex textu.

Hic Christus *omnibus Apostolis* primum annuntiat omnes variis et gravibus tentationibus cribrandos seu agitandos fore. Deinde *solum Petrum* alloquens, declarat se pro *solo* Petro rogavisse, ne a fide deficeret ; cum enim hic sit *primus* et *caput* aliorum, ipse debet fratres suos ih fide confirmare.

Unde *sic arguitur :* (a) Nulli sane dubium est orationem Christi fuisse *efficacem* cum pro sua reverentia semper exaudiatur; atqui oravit ut fides Petri ita firma esset ut non deficeret, sed potius ut soliditatem toti Ecclesiæ conferre posset. Ergo *fides Petri* seu doctrina fidei ita firma erit ut *nunquam,* saltem in docendo *ex cathedra, errare possit :* si enim docens erraret, ejus fides periret, âliosque in errorem induceret·, nedum eos in fide firmaret.

(b) Aliunde hoc infallibilitatis privilegium ad *Petri successores* extenditur. 1. Hoc patet tum ex iis quæ diximus de

[1] *Luc.,* XXII, 31-32.

primatu R. Pontificum (çf. n. 711-727), tum ex ipso contextu; nam nihil exigit hujus privilegii limitationem ad tempora apostolica 1 : oppugnationes enim Satanae nunquam cessaturae sunt; ergo nunquam cessare debet impositum officium fratres in fide confirmandi. 2. Præterea qui jubetur esse confirmator fratrum, jam constitutus est Ecclesiæ caput et fundamentum, et quidem in perpetuum, ne portae inferi adversus eam praevaleant; ergo in perpetuum fratres in fide confirmare debet. 3. Tandem *Traditio catholica* hanc conclusionem certam reddit23

885. — 2° Traditione constat : i. *directe,* 2. *indirecte.*

i. directe : \.*pro prioribus sæc., 2. a sæc. Ve.*

(A) Prioribus saeculis, infallibilitas R. Pontificis *vere traditur,* dum affirmatur aut supponitur Ecclesiam Romanam ejusque Episcopum esse *centrum unitatis et columnam fidei, tutamque orthodoxies normam,* sive *ad delendas hæreses.* sive *ad solvendas quæstiones* ortas *de fide et moribus.*

(a) S. Irenæus (t 202) (cf. n. 714) tanquam *tutam fidei normam* assignat consensionem cum R. Ecclesia; supponit igitur *hanc Ecclesiam,* ideoque *ejus Episcopum, esse infallibilem;* cum, teste Irenæo, quaelibet ecclesia suam doctrinam ab episcopo accipiat.

(b) Tribus prioribus saeculis, Episcopi Romani, sine conciliorum coadunatione, haereticos condemnant : ita HYGINUS (155) reprobat Cerdonem et Valentinum; VICTOR (194), Theodotum; ZEPHYRINUS (215), Montanum; CORNELIUS (254), Novatianos; Felix (273), Paulum Samosatenum, etc.; quare S. AUGUSTINUS dicebat quod "hæreses multo et incomparabiliter plures extra concilia, quam in illis fuerunt condemnatae " 3.

1 ° Le concile du\ratican a cité ce texte pour établir le dogme de l'infaîllibilitë pontificale. Et en effet, si les Apôtres pour lesquels Jésus a prié avaient besoin d'être fortifiés dans la foi par Pierre, les successeurs des Apôtres doivent être dans le même rapport avec les successeurs de Pierre, puisque ce dernier est établi à jamais fondement de l'Eglise ". M. J. Lagrange, *EEvangile selon S. Lue** Paris, 1921, p. 555.

- *Patrum* testimonia, quæ brevitatis causa omittimus, legere potes apud Manning, *The Vatican Council** p. 85 sq. Cf. C. Pesch, n. 509-512.

3 S. August., *Ep. ad Bonifac.** in fine.

(c) Denique, in rebus ad fidem spectantibus» quæcumque sint, recursus habetur ad Episcopum Romanum et ejus sententia tantam auctoritatem præ se fert ut pro *tuta fidei norma* semper habeatur. (Cf. n. 720, 721).

886. — (B) A saec. V°, infallibilitas Papæ et Sedis Romanæ mams diserte affirmatur : 1. *ex modo agendi R. Pontificum et episcoporum,* 2. *ex conciliis.* p

(1) **Ex modo agendi R. Pontificum et episcoporum.**

(a) /?. *Pontifices* multipliciter se gerunt tanquam supremos et *infallibiles fidei judices.* 1. Etenim sæpe sibi infaliibilitatem attribuunt : quia Christi et Apostolorum doctrinam se tradere dicunt : ita S. Cælestinüs I (422-432) ut veritatis christianæ regulam citat "*beatissima et apostolicce sedis inviolabiles sanctiones*".* 2. Igitur res a Sede Romana definitæ non possunt rursum in quaestionem vocari ; quare S. Bonifacius (422) asserit *"de nostro non esse judicio retractandum : nunquam* enim *licuit* de *eo rursus quod semel statutum est ab Afostolica Sede tractari" '.* S. ZoziMUS (418) declarat sententias S. Sedis esse *irreformabiles :* " Cum *tantum nobis esset auctoritatis ut nullus de nostra possit retractare sententia,* nihil egimus quod non ad vestram notitiam nostris ultro litteris referremus "3. S. Gelasius (493) clarius scribit : ""Numquidnam *licet nobis a venerandis Patribus damnata dissolvere et ab illis excisa nefaria dogmata retractare!* "[1]... Jamvero, si decreta dogmatica semel edita non possunt retractari aut reformari, eo ipso sunt infallibilia. 3. Præterea R. Pontifices causas fidei ad suum tribunal evocant, aliis non reclamantibus; fidei formulas præscribunt : v. g., S. Damasus pro haereticis et schismaticis orientalibus 5; S. Hormisdas pro episcopis acacianis 6. 4. Sæpius, etiam propria auctoritate et extra concilia, hæreticos definitiva sententia damnant : ita S. Innocentius I reprobans Pelagium ; S. Cælestinüs, Nestorium; S. Agatho, monothelistas. Imo eos proscribunt qui R. Pontificis vel Sedis Romanæ infaliibilitatem respuunt : sic agunt Sixtus IV, Leo X, Alexander VIII *t.* 5. Denique ad generalia concilia mittunt sua judicia, quæ non sunt examinanda, sed integre a Patribus profitenda (cf. n. 888). I

887. — (b) *Episcopi* et etiam fideles supremum et infallibile R. Pontificis magisterium agnoscunt speculative et practice, i. S. Ambrosius de necessitate cathedræ Petri adhærendi ad veram

1 S. Cælestin., *Ep.* 21, c. n; D. B., 139.
' *Ep.* 13, 2; D. B., no. — 3 D. B., 109.
♦ D. B., 161. — s D. B , 58.
6 D. B., 171. — ' D. B., 730, 768, 1319.

fidem tenendam scripsit ». 2. S. Athanasius ait *a R. Ecclesiam semper conservare veram de Deo sententiam* " ». 3. S. Augustinus declarat, post R. Pontificis decreta hæresim proscribentia : " *Causa finita est*" \ (Cf. n. 747). 4. Sozomenus (c. 443) narrat Pontificem Damasum, orta controversia de consubstantialitate Spiritus S., scripsisse ad Orientis ecclesias, ut rem definiret; et postea addit[4] : " Quo facto, utpote *controversia judicio Rom. Ecclesia terminata,* singuli quievere; eaque quæstio finem tandem accepisse videbatur Ita etiam Maximus, Graecus et Martyr, scribit (c. 645) : " Itaque si vult *hcereticus* non esse neque audire, non isti aut isti satisfaciat..., *festinetpree omnibus Sedi Romana satisfacere.* Hac enim satisfacta, communiter ubique omnes pium hunc et orthodoxum praedicabunt " ; rationem addit, quia videlicet *Sedes Afostolica " habet imperium; auctoritatem etpotestatem ligandi atque solvendi*" 5.

5. *In genere,* ut testatur S. FULGENTIUS :"Quod *Romana tenet et docet Ecclesia,* totusque cum ea christianus orbis... nil hesitans credit " 6. — Nisi ergo admittamus universam Ecclesiam, quam Christus infallibilem instituit (cf. n. 750-760), errorem semper accepisse in re maximi momenti, profiteri debemus R. Pontificem infallibilitatis prærogativa gaudere.

88 8. — (2) Ex conciliis œcumenicis.

(a) *C. Ephesini* (431) Patres Nestorianismum condemnando, aperte declararunt se ad id coactos fuisse, " per sacros canones et *epistolam SS. Patris nostri... Cœlestini* R. Ecclesiæ Episcopi ", quasi videlicet jam ejus irreformabile esset judicium 7. (b) *C. Chalcedonensis* (45 p) episcopi epistolam S. Leonis M. de Incarnatione accipiunt clamantes : " Omnes ita credimus,.. *Petrus per Leonem locutus est* et improbatus est Dioscorus, qui " contra ipsum, cui vineæ custodia a Domino commissa est, extendit insaniam " 8. (C) *C. Constantinopol. III* (680) (œcumen. VI), eadem reve-

* **S. Ambros.,** *In Ps.* **XL, n. 30;** *P. L.,* **XIV, 1081.**

3 **S. Athanas.,** *Ep. ad Felic.; P. L.,* **XXVIII, 1475.**

3 **S. August,** *Senn.* **131, io;** *P. L.t* **XXXVIII, 734; P. Batiffol,** *Catholicisme de S. Augustin,* **Paris, 1920, p. 409.**

4 **Sozomen.,** *Hist, eccles.,* 1. **VI, c_ 22;** *P. G.,* **I.XVII, 1347.**

s **Doctrinam** *Maximi* **aliorumque Græcorum de primatu et infallibilita.ee S. Pontificis erudite exponit L. Andrieux,** *La primauté romaine et le cierge oriental au VIF siècle* **(thèse), Le Puy, 1903.**

6 **S. Fulgent,** *Ep.* **17;** *De Inc. et grat.,* **c. II;** *P. L.,* **LXV, 465.**

l **Harduin,** *op. cit.,* **t. I, 1471, 1506.**

? **Héfélé-Leclercq,** *Hist, des Conciles,* **t. II, p. 685-690.**

rentia et submissione, Agathonis litteras tenuit : " *Peints per Agathonem loquebatur*

C. \ aticanum ;* de R. Pontificis infallibilitate tractando, tria concilia oecumenica citat, in " quibus Oriens cum Occidente in fidei charitatisque unionem conveniebat " : *C. Constantinopolit. IV, Lugdunense* ZZet *Florentinum.*

(d) *C. Constantinopol.* ***IV*** (870) (œcumen. VIII) plane accepit *Hormisdee* fidei formulam, in qua dicitur *fidem in Sede Aposiolica semper immaculatam* servatam fuisse, vi promissionis divinae, et in ea *integram et veracem* inveniri christianæ *religionis soliditatem*

(e) *C. Lugdunense* ***II*** (1274) profitetur Romanam Ecclesiam plenum primatum obtinere et R. Pontificem præ ceteris "*fidei veritatem defendere,* sic et, si quæ *de fide* subortæ fuerint *quœstiones, suo debentjudicio definiri* " 3.

(f) *C. Florentinum* (1438-1445) definivit R. Pontificem non solum tenere primatum in universum orbem, sed etiam " ipsi in beato Petro pascendi universalem Ecclesiam a D. N. Jesu Christo *plenam* potestatem traditam esse; *quemadmodum etiam* in gestis oecumenicorum conciliorum et in sacris canonibus continetur " 4.

(g) *C. Vaticanum* denique R. Pontificis infallibilitatem expressis terminis definit (cf. n. 874).

Porro *hæc omnia infallibilitatem S. Pontificis supponunt;* non enim R. Pontifex haberet plenam potestatem docendi, nec servaret integram fidem, nec cum Petri auctoritate loqueretur, nisi esset vere infallibilis in docendo.

Nec dicatur : In his omnibus casibus Papae definitiones solummodo ex consensu Ecclesiae irreformabiles factae sunt. — Resp.

1 D. B., 1832 sq. — 3 D. B., 171 sq. — *D. B., 466.

‹ D. B., 694. (a) Gallicani quidem contenderunt vocem *quemadmodum* (græce ζαβ' ον τρὸπον) *sensum restrictivum* præ se ferre, et significare auctoritatem Pontificis *limitari* per concilia et canones; quod textu græco C. Florentini probare conabantur, (b) *textus laiinus authenticus*, prout legitur in manuscripts antiquioribus, talem interpretationem non patitur ; textus autem græcus potest intelligi eodem modo ac latinus. Et sane *contextus* id postulat, nam Florentinum, postquam definierat S. Pontifici plenam potestatem traditam esse, non poterat logice declarare hanc plenam potestatem limitari per conciliorum decreta. Aliunde *l aticanum,* formulam Florentini referendo sine clausula *quemadmodum*^ controversiam authentice dirimit. Cf. T. Granderath, *Constitui. dogmat.* SS. C. I *'alicam',* Friburgi, 1892, p. 150 sq.

Nego. Revera inerrantia Pontificis, ut constat ex allatis testimoniis, non huic consensui tribuitur, sed auctoritati ipsius Pontificis, qui, utpote Petri successor, est unitatis centrum et fidei authenticus interpres.

889. 2. indirecte seu solutione objectionum ex **historia.**

(i) Liberius Papa (352-366) dicitur formulæ Sirmiensi arianæ vel semiarianæ subscripsisse, et Athanasium condemnasse ideoque *in fide errasse.*

Resp. (a) Nonnulli de ipso subscriptionis facto dubitant [1]. (b) Plures existunt sirmienses formulæ [2], quarum *secunda* (357) tantum fuit aperte hæretica, quam Papa Liberius diserte damnavit, teste Sozomeno [3]. (c) Hodie a pluribus admittitur Liberium *tertia* formulæ subscripsisse (358). Hæc-autem formula, licet ambigua, utpote vocem ὁμοούσιο , *consubstantialis,* non continens, tamen hæreticum sensum per se non habebat, (d) Insuper, dato, non concesso, Liberium formulæ ex se hæreticæ subscripsisse, non exinde periclitaretur pontificia infallibilitas, quia, Liberii subscriptio vi et metu extorta, non illas præ se fert notas, quæ necessariæ sunt ad definitionem ex cathedra. Teste enim S. Athanasio [4], " Liberius extorris factus, post biennium denique fractus est, minisque mortis perterritus subscripsit E

890. — (2) **Honorius I** (625-638) dicitur docuisse monotheli-tarum *haresim* in duabus epistolis ad Sergium, ideoque tanquam *hareticum* a Leone II et concilio œcumenico VI0 damnatum fuisse.

Resp. (A) *Exponuntur facta.* Sergius, C. P. Patriarcha, monothelicis erroribus favens, ad Honorium scripsit (634) *duarum operationum* et *unius operationis* vocabula multos fideles scandalizare, ita ut *opportunius* esset, ob bonum pacis, talia verba devitare.

[1] **Le Bachelet, art.** *Arianisme,* **in** *D. T. C.,* **col. 1825 sq.; A. d'Alès, art.** *Libère,* **in** *D. A.,* **col. 1842 sq.; A. Peder, art** *Neue Littéralur sur Liberiusfrage,* **in** *Theol. Rev.,* **1910, p. 106. — De Patrum sententia cf. Kirch, η· 533, 775 sq-, 855 sq., 497-5°°.**

[3] **C. Pesch,** *op. cil.,* **n. 515.**

[3] **Sozomen.,** *Hist, ecdes.,* **IV, 15;** *P. G.,* **LXVII, 1150.**

[4] **S. Athanas.,** *Hist. Arian, ad monachos,* **c. 41;** *P. G.,* **XXV, 742. — Quod fatebatur** *Bossuet,* **licet gallicanus,** *Deuxième instr, pastorale,* **n. 105-IIO. — Ad fusiorem hujus quæstionis solutionem, vide, præter auctores citatos, D. B., 93; Petavius,** *De Trinitate,* **I, 9, 15; Jungmann,** *Dissertai, in hist, ecdes.,* **vol. II, 1881, p. 31 sq.; Héfélé-Leclercq,** *Hist, des Conciles,* **t. I, § 81, p. 908-928, ubi copiosam invenies bibliographiam ; L. Saltet,** *Bulletin ecclès. Toulouse,* **1905, p. 222 sq.; 1909, p. 128; J. Zeiller, art.** *La chute du Pape Libère,* **in** *R. P. A.,* **t. III, p. 580-608; P. Batiffol,** *La paix constantinienne et le catholicisme,* **ch. IX; J. Tixeront,** *Histoire des dogmes,* **t II, p. 53.**

Quibus litteris deceptus, Honorius rescripsit *se nolle unam vel duas operationes definiendo pradicare,* sed, pro una quam quidam dicunt operatione, unum operatorem intelligendum esse, pro duabus autem operationibus duas potius naturas intelligi oportere. Hac æquivoca scribendi ratione inscius bæresi monothelitarum favebat. — Quare concilium œcumenicum VI, *Consi.* ***III,*** (680), Honorium jam defunctum inter *hareticos* recensere non dubitavit. Quod decretum approbando, *Leo* ***IL*** prædecessorem suum anathematizavit quidem, sed quia fidem subverti permiserat.

(B) *Objectio solvitur.* (1) De Honorii doctrina, (a) *Honorius nullam ex cathedra definitionem dedit* in suis litteris : 1. Nam Sergius non fidei definitionem postulaverat, sed solum *practicam approbationem prudentis silentii* quoad distinctionem duplies operationis. 2. Aliunde Honorius ea adhibet *verba, quæ definitionem omnino excludunt;* in prima siquidem epistola ait : " Utrum autem propter opera divinitatis et humanitatis *una an gemina, operationes debeant* derivatæ dici vel intelligi, *ad nos tsta pertinere non debent, relinquentes ea grammaticis ";* in secunda autem : *"Non nos oportet unam* vel duas operationes *definientes pradicare"*'... 3. Praeterea Honorii litteræ non fuerunt promulgatae, sed *ignota manserunt usque ad ejus mortem.* Ergo nullo modo haberi possunt ut definitio *ex cathedra.* **H**

(b) *Nullum errorem continent Honorii littera.* i. Etenim Honorius nunquam duplicem naturam et voluntatem in Christo negavit, sed econtra eam verbis æquivalentibus asseruit : quare monothelitam hæresim nunquam docuit. 2. Equidem affirmavit *unam esse voluntatem* in Christo. Sed, ex contextu, hæc propositio significat quod, in Christi humanitate, non datur pugna inter rationalem voluntatem et appetitum sensitivum; quod proinde in eo desunt duae mentis et carnis *voluntates opposita* ratione concupiscenti®. Econtra apud Jesum humana voluntas ita subdita est divinæ voluntati ut unicum videas in eo esse principium operandi. Sed hae assertiones cum catholico dogmate optime concordant.

Talem fuisse Honorii sententiam constat : 1. ***Ex ipsius verbis :*** "Unde et *unam voluntatem* fatemur D. N. Jesu Christi, quia profecto a divinitate assumpta est nostra natura, non culpa... Non est itaque assumpta a Salvatore *vitiata natura,* quæ repugnaret legi mentis ejus, sed venit quaerere et salvum facere quod perierat, id est, vitiatam humani generis naturam. Nam lex alia in membris aut *voluntas diversa* non fuit vel *contraria* Salvatori, quia super legem

' *Epistolas Honorii* legere est apud Migne, *P. L.,* LXXX, p. 470-476; vel Héfélé, *op. at.,* L IV, Appendice, p. 505 sq., ubi collecta invenies documenta ad hanc quæ^tionem spectantia; D. B., 251-252.

natus est humanæ conditionis " 1. 2. *Ex authentica interpretatione Joannis IV* (640-642), Honorii secundi successoris, qui scribit : " Prædictus ergo decessor meus docens de mysterio Incarnationis Christi dicebat, non fuisse in eo, sicut in nobis peccatoribus, *mentis et carnis contrarias voluntates.* Quod quidam ad proprium sensum convertentes, *divinitatis ejus et humanitatis unam eum voluntatem docuisse suspicati sunt.* Quod *veritati omni modo est contrarium ".* Fatemur tamen hunc dicendi modum, ab Honorio usurpatum, valde obscurum esse, et ambagibus plenum.

(2) De Honorii damnatione ut hæretici. Honorius a concilio VI et Leone II damnatus est *tanquam hcereticus,* non quia hæresim proprie docuerat, sed quia ejus propagationi faverat, inopportunum silentium utrique parti imponendo, tempore quo doctrinam catholicam diserte exponere oportebat. Revera Leo II scripsit : " Pariterque anathematizamus... necnon et Honorium, qui hanc apostolicam ecclesiam non apostolicæ traditionis doctrina lustravit, sed *profana proditione immaculatam maculari permisit* "... qui *flammam hccretici dogmatis* non, ut decuit apostolicam auctoritatem, incipientem exstinxit, sed *negligendo* confovit " 3. — Revera appellatio *hareticus* eo tempore extendebatur etiam ad fautores hæreticorum, suspectos de hæresi et eos omnes qui suo agendi modo hæresim promovebant ! Aliunde, si ut hæreticus proprie dictus damnatus fuerat, sane ut privata persona, non ut Pontifex *ex cathedra* loquens, quod ex dictis constat5.

891. — (3) Paulus V (1564-1642) approbando decreta *Indicis* et *Inquisitionis* 6, quæ systema Galilæi condemnabant ut erroneum

' D. B., 251-252.

2 Apud Labbe, VI, p. uog.

3 Apud Labbe, t VI, p. 1246..

4 Quod fuse demonstrat Bolgeni, *Fatti dommatici,* t. I, c. 4.

5 Cf. Héfélé-Leclercq, *op. cit.,* § 296 sq., t. III, pp. 347'3^7» 5°L 5r5 sq-> ubi, p. 347, multi allegantur auctores; J. Pennachi, *de Honorii causa in Concit. VI,* Romæ, 1870; Bottalla, *Reply to Renouf on Pope Honorius;* J, H. Newman, *Diffie, of Anglic.,* t. II, p. 317; J. Chapman, *The condemnation of Pope Honorius,* London, 1907; D. Cabrol, art. *Honorius (La question cP),* in *D. A.,* col. 504-519; Amann, art. *Honorius,* in *D. T. C.,* col. 93 sq.

6 (a) *Consultores S. Officii,* 24 febr. 1616, judicium tulerunt de his duabus propositionibus : " 1. Sol est centrum mundi et omnino immobilis motu locali. 2. Terra non est centrum mundi, nec immobilis, sed secundum se totam movetur et motu diurno ". De *priori* dixerunt : " Dictam propositionem esse stultam et absurdam in philosophia, et*formaliter hcereiicam,* quatenus contradicit expresse sententiis sacræ Scripturæ in multis locis, secundum proprietatem verborum et secundum communem expositionem et sensum SS. Patrum, et theologorum doctorum ". De *posteriori :* Hanc propositionem recipere eamdem censuram in philosophia et, spectando veritatem theologicam, ad minus esse *in fide*

in fide, et Urbanus VIII (1623-1644), promulgationem hujus decreti prescribendo, dicuntur *in fide erravisse* '.

Resp. (a) Fatendum est equidem præfatas Congregationes errasse, Galilæum condemnando, ut colligitur ex authenticis documentis quæ recenter publici juris facta sunt Sed simul cum peritis agnoscendum est Cardinalium errorem excusabilem esse, quia, illo tempore, copernicum systema nondum validis argumentis probatum fuerat, et Galilæus ipse imprudens fuit, nimis audacter suum systema propugnando non solum scientificis sed biblicis argumentis. Ceteroquin non sævissime, ut olim contendebant Protestantes, sed humane exceptus est 3 et studia sua prosequi potuit. .Λχϊκ Ακ - ⅋»

(b) Sed ibi *nullafuit ex cathedra definitio.* Nam Congregationum decreta, etiamsi a S. Pontifice approbata, remanent meræ harum Congregationum decisiones,ex natura sua reformabiles ideoquenon infallibiles (cf. n. 94S). Sed talia fuerunt *Indicis* et 5. *Officii* decreta in Galilaei causa. Juxta plures, hæc decreti erant disciplinaria tantum4, non vero doctrinalia, ut alii putant 5. Etiam dato ea fuisse doctrinalia, certe tamen conditionibus ad definitionem ex cathedra requisitis carebant Etenim S. Pontifices eadem nomine suo non

erroneam ". **(b) Pariter** *Cong. Indicis,* **5 mart. 1616, tanquam** *Scriptura omnino adversantem* **damnavit doctrinam pythagoricam et copemicam de mobilitate terra et immobilitate solis. Galilæus ipse, judicibus 5.** *Officii,* **22 jun. 1633, hanc abjurationis formulam recitare et subscribere debuit : " Ego Galilæus Galilæi... corde sincero et fide non ficta abjuro, maledico et detestor supradictos** *errores et hcereses... ".* **(c) Attamen, a. 1757 et 1820, S.** *Cong. indicis* **sententiam de motu terra propugnari permisit; et decreto 0".** *Officii,* **17 sept. 1822, Romæ permissa est impressio ac publicatio librorum in quibus eadem propugnatur, (d) Tandem, a. 1833, ex catalogo librorum prohibitorum expuncta sunt opera prius damnata ob hanc opinionem de motu terræ.**

1 **W. Roberts ;** *The Pontifical Decrees against the doctrine of the earth's movement,* **Oxford, 1885.**

' **Hæc documenta legere est apud Bouix,** *De Papa,* **t. II, p. 447 sq.; H. de L'Epinois,** *Les Pièces du procès de Galilée,* **Paris, 1877; Grisar,** *Galileistudien,* **Ratisbon., 1882.**

3 **Ita Protestans Von Gebler ;** *Galileo Galilei und die Rômische Curie,* **1876, pp. 202-261. — Præter auctores jam citatos, vide H. de L'Epinois,** *Galilée, son procès, sa condamnation,* **Paris, 1867 ; Za** *Question de Galilée, lesfaits et leurs conséquences,* **Paris, 1878; Funk,** *Zur Galilei-Frage,* **Paderborn, 1899; Pieralisi,** *Urbano VIII e Galileo;* **Müller,** *Galileo Galilei,* **Roma, 1908; Vacandard, art** *Le procès de Galilée,* **in** *R. C. R,* **XL, 1904, p. 225-259 et 358'394» et in** *Etudes de critique et d'histoire religieuse,* **1re série, 3e éd., Paris, 19°7> P· 295-387; L. Choupin,** *Valeur des décisions du S. Siège,* **Paris, 1907, P· I23'I49î J· Gerard, art. in** *The Cath. Encyclop.,* **Appleton, 1909, L VI, p. 342-346; Pierre de Vregille, art.** *Galilée,* **in** *D. A.,* **col. 147-192.**

4 **Ita Palmieri, Jaugey, Choupin.**

5 **Ita Bouix, Grisar, E. Love.**

promulgaverunt, neca fortiori specialiter tanquam sibi propria vindicaverunt. Præterea nihil de hac re tanquam ab universali Ecclesia tenendum S. Pontifices definierunt; nec ulia producitur bulla, ullum breve, quo Paulus V aut Urbanus VIII dictam condemnationem modo speciali confirmaverint. Quare nullus unquam theologus alicujus nominis affirmavit hanc fuisse *ex cathedra* definitionem.

(4) Alia objiciuntur dicta vel facta contra R. Pontificum infallibilitatem ; sed res allegatæ sæpe ad rem nullo modo pertinent, vel authenticam fidei definitionem non constituunt.

892. — 30 Ratione suadetur.

Convenientia vivi et infallibilis magisterii antea fuit demonstrata (cf. n. 742-748). Hic autem probatur Ecclesiæ supremum Pastorem *congruenter infallibilitate in doctrina pollere.*

Sane fides debet esse *una,* et quidem tam *certa,* ut *prompte* ac *secure* cognoscere valeamus ea quæ necessaria sunt ad finem nostrum supernaturalem attingendum. Atqui illa fidei *unitas* et *certitudo* sine infallibili Pontifice vix haberi possunt, (a) *Unitas* enim servari nequit nisi infallibiliter haereses proscribantur et controversiae circa fidem ab eo definiantur qui toti Ecclesiæ praeest. Omnes siquidem ei obedire tenentur, ac proinde si infallibilis sit, unitas fidei facile obtinetur. Si autem errare possit, ac de facto erret, tunc disrumpitur unitas; cum alii ejus definitiones sequentur, alii vero eam despicientx. (b) Ad promptam et securam *fidei certitudinem,* requiritur tribunal infallibile et permanens, quod semper et sine mora adiri possit. Atqui tribunal hujusmodi nihil aliud esse potest nisi tribunal R. Pontificis. Non enim sufficeret infallibilitas *solum penes generale concilium :* nam propter dispendia, bella aliaque incommoda,

l Quod rite intellexit W. H. Mallock ;* qui, licet acatholicus, scribit, *Is Life worth Irving,* New-York, 1879, c. XII, p. 313, *gallice* versum *" La Vie vaut-elle la peine de vivre "* Paris, 1882, p. 287 : *" Ipsa tantum intellexit* quod, si in hoc mundo infallibile *oraculum* adesse debet, *ipsum vivens sit oportet,* ab omnibus in praesens sicut olim percipiendum, et quo mundus intelligentior aut cognoscendi magis cupidus evadit, hoc suæ disciplinæ major amplitudo danda est a magistro. Inter religiones quæ historiam habent, Ecclesia catholica unica est... quæ potest vivere sine mutatione, suam doctrinam sine adulteratione evolvere, eadem semper manere et tamen progredi possit ". Integrum legatur caput, cum praecedenti, c. XI. Alia *convenientia argumenta* pro infallibilitate dilucide exposita invenies apud Lyons, *Christianity and Infallibility,* New-York, 1892; ch. II. p. 31 sq.

raro convenire possunt concilia ; aliunde numquam prompte et facile congregari queunt, quotiescumque novus oritur error, ideoque spargi potest hæresis antequam conciliare decretum edatur. Præterea *consensus totius Ecclesiæ* sæpe nec exspectari nec cognosci facile potest. Ergo maxime convenit ut R. Pontifex ipse sit infallibilis, etiam absque Ecclesiæ consensu.

893. — Nec dicatur : (i) Infallibilitas R. Pontificis :

(a) Est *quadam hominis deificatio.* — Resp. *Nego.* Nam hæc infallibilitas est creata, limitata, communicata, oritur ab extrinseca Dei assistentia; ideoque non est divinum attributum.

(b) *Abusibus viam aperire potest.* — Resp. *Nego.* Assistentia enim divina omnem abusum præcavet. De facto, hi abusus quos politici reformidant, nunquam evenerunt. Sed nec evenient, nam infallibilitatis objectum est determinatum et ad res materiales et civiles non extenditur. ■ a

(c) *Potest esse despotica.* — Resp. *Nego.* i. Infallibilis R. Pontificis auctoritas non magis despotica est quam infallibilis *Scriptura* auctoritas : si Catholici libertate carent dum irreformabili Papæ judicio obediunt, majori libertate non gaudent qui Scripturæ ineluctabili auctoritate ligantur. 2. Protestantes dicunt quidem libertatem non destrui Scriptura, quia hæc est Verbum Dei. Ergo pariter non destruitur infallibili Pontificis definitione, quæ nihil aliud est nisi *authentica interpretatio verbi Dei,* divino Spiritu assistente, ideoque plurimum affert luminis securamque tutelam'.

894. — (d) *Aufert libertatem cogitandi in fidelibus qui ei subduntur.* — Resp. *Nego.* Nam vera cogitandi libertas consistit non in facultate errorem amplectendi, sed in adhæsione veritati cognitæ. Jamvero quando infallibili decreto obedimus, nihil aliud facimus, nisi libere veritati certo cognitæ adhærere. Nec in hf>c minuitur, sed potius augetur libertas inquirendi ; cum enim certi sumus de veritatibus definitis, jam harum ope, in aliarum investigatione securius incedere possumus. . w

(2) Quod semel infallibiliter definitum est *non est iterum definiendum.* Atqui *ante locutiones ex cathedra,* res fidei ordinario Ecclesiæ magisterio definiuntur. — Resp. *Dist. major.* ... Non est iterum definiendum : definitione *deliberativa. C.; confirmativa* et *explicativa. N.* — *Ad minor.* Multæ sunt fidei veritates quæ ab ordinario magisterio non clare et stricte proponuntur et ideo judicio deliberativo R. Pontificis definiri possunt. Quoad dogmata jam

S. Harent, art. *Papauté (Infaillibilité pontificale* in *D. A.^* col. 1532-1534.
Leo XIII, Encyc. *Libertas,* 20 jun. 1888.

definita, nihil vetat priores definitiones a R. Pontifice confirmari et instantius proponi.

895. — Corollaria.

(1) Ex parte definitionum. Definitiones ex cathedra sunt " *ex sese, non autem ex consensu Ecclesiæ, irreformabiles*

(a) C. Vaticanum ipsum hanc conclusionem enuntiat, contra *Gallicanos* [1]. Et revera R. Pontificis definitiones procedunt ab ejus primatu et infallibili magisterio, quæ nullo modo ab acceptatione episcoporum vel Ecclesiæ dependent[2].

(b) Consensus Ecclesiæ, quando definitionem præcedit, est quidem unum ex mediis quibus R. Pontifex uti potest ad cognoscendam doctrinam ut definibilem; sed nunquam requiritur per modum judicii quod concomitatur aut approbat judicium S. Pontificis : ipse enim est Doctor et Pastor infallibilis, qui pascit oves fratresque suos in fide confirmat, non autem ab eis pascitur aut confirmatur [3].

(C) In C *Vaticano,* R. Pontifex definivit suam infallibilitatem, "*sacro approbante concilio*"[4]. Sed ad hanc definitionem absolute non indigebat ejusmodi approbatione. " Insuper nihil per definitionem ipsam mutatum est in habitudine Pontificis ad Ecclesiam aut Ecclesiæ ad Pontificem ; sed id solum effectum est, ut in perpetuum aboleretur error qui apud quosdam obtinuerat, et nonnisi per summam incohærentiam in eorum opinione subsistebat simul cum fundamentalibus principiis professionis catholicae " [5].

(2) Ex parte fidelium. R. Pontificis definitiones stricte *accipi debent ab omnibus fidelibus,* cum doctrinam a Deo revelatam secure proponant.

[1] *Declaratio Cleri gallicani* (1682) quatuor continet articulos; ultimus sic enuntiatur : " In fidei quoque quæstionibus præcipuas S. Pontificis esse partes, ejusque decreta ad omnes et singulas ecclesias pertinere, *non tamen irreformabile esse judicium, nisi Ecclesia consensus accesserit*". Juxta *Bossuet, tacitus* sufficiebat consensus. — Hæc declaratio ab *Alexandro VIII improbata* fuit in Bulla *Inter multiplices* (1690), et ab ipso Ludovico XIV aliquo sensu retractata. Sed paulatim tamen errores in ea contenti clerum gallicanum pervaserunt, favente auctoritate regia, quæ hac utebatur tanquam clypeo ad vim enervandam Pontificiarum decisionum. — [3] D. B., 1325; cf. 768, 1839.

[3] Hinc R. Pontificis infallibilitas a quibusdam *absoluta* dicitur. Sed non est *absoluta sub omni respectu,* cum sit creatum donum, ad certum finem a Deo communicatum subjecto determinato, cum limitibus et conditionibus specialibus (cf. n. 893).

[4] D. B., 1839. — [5] L. Billot, *De Ecclesia,* Romæ, 1903; p. 703 sq.

ARTICULUS II

De Episcoporum Infallibilitate.

Episcoporum coetus, qui succedit apostolico collegio, infallibilitate fruitur, cujus existentia demonstratur : i. *in episcoporum collegio,* 2. speciatim, *apud episcopos in conciliis œcumenicis.*

I. — De Infallibilitate in Episcoporum Collegio.

896. — Thesis. Corpus seu collegium episcoporum est infallibile. *De fide.*

(A) Probatur, (1) Ex *Christi promissis,* Ecclesia docens est infallibilis, cum sit " firmamentum veritatis " (cf. n. 754). Atqui episcoporum ccetus docentem Ecclesiam constituit.

(2) *Traditione* constat : (a) Patres antiquiores declarant viam ut divina veritas secure cognoscatur, esse assensum doctrinæ legitimorum in Ecclesia episcoporum; et, apud omnes, signum erroris est secedere a praedicatione, quæ per pastorum successionem traditur, (b) lidem generalium conciliorum definitiones tanquam infallibiles, irretractabiles et aliqualiter divinæ venerantur, atque tanquam haereticos habent omnes qui eisdem pertinaciter contradicunt. (C) Concilia ipsa ut definitivum argumentum indicant communem fidem quam pastores in Ecclesia tenent, (d) *C. Vaticanum* statuit : " Fide divina et catholica ea omnia credenda sunt, quæ in verbo Dei continentur, et ab Ecclesia sive *sollemni judicio* sive *ordinario et universali magisterio* tanquam divinitus revelata credenda proponuntur " [*]. Jamvero *ordinarium et universale magisterium* nihil aliud est nisi episcoporum dispersorum auctoritas sub R. Pontifice, et ad *sollemne judicium* pertinent oecumenicorum conciliorum definitiones.

897. — (B) Explicatur. Episcopi, in debita conjunctione cum R. Pontifice, habent in Ecclesia potestatem magisterii. Infallibilitatis vero prærogativa fuit concessa iisdem episcopis simul sumptis, nempe collegio episcoporum, qua-

[*] *C. Vatican.,* **sess. III, cap. 3; D. B., 1792.**

tenus successor est apostolici collegii. Porro episcoporum corpus existere potest tum *per universum orbem dispersum,* tum *localiter in œcumenico concilio unitum.* In utroque casu, positis conditionibus requisitis, episcopi sunt infallibiles. — Sed nunc longior erit quæstio *de conciliis œcumenicis.*

II. — De Infallibilitate Episcoporum in Conciliis Œcumenicis.

Exponuntur : 1. *prænotiones de conciliis,* 2. *auctoritas conciliorum œcumenicorum,* 3. *corollaria de habitudine concilii œcumenici ad Papam.*

I. Prænotiones de conciliis.

898. — I. DE CONCILIIS IN GENERE.

(A) Nomina. *Concilii* et *synodi* nomina promiscue usurpantur in antiquis et recentioribus documentis : v. g., in canonibus Apostolorum, c. 38; in *C. Vaticano,* sess. III, passim L

(B) Notio. Concilium *in genere* - est legitimus episcoporum Ecclesiæ conventus ad judicandum vel statuendum circa doctrinam vel disciplinam ecclesiasticam, positis certis formalitatibus et sollemnitatibus; igitur quilibet episcoporum coetus non est concilium 3.

899. — (C) Species. Distinguere licet concilia 1.*particularia,* 2. *universalia.*

(1) *Particulare* concilium : (a) *dividitur* in : 1. *provinciale,* in quo conveniunt episcopi unius ecclesiasticae provinciae et quod vicesimo saltem quoque anno celebrari debet; *2.plenarium,* quando Ordinarii plurium provinciarum simul congregantur 4.

(b) " Patres in concilio *plenario* vel *provinciali* congregati studiose inquirant ac decernant quæ ad fidei incrementum, ad moderandos mores, ad corrigendos abusus, ad controversias componendas, ad unam eamdemque disciplinam

' **Cf. D. B., 1781, 1787, 1788, etc.**

* **F. Cimetier, art.** *Conciles,* **in** *Diet. prat, des connais, relig.,* **abbé Bricout; E. Vacandard, art.** *Conciles œcuméniques, ibid.;* **Héfélé-Leclercq,** *Hist, générale des Conciles,* **Paris; Forget, art.** *Conciles,* **in** *D. T. C.,* **col. 636 sq.**

3 **Wernz,** *Jus decret.,* **II, n. 843 sq. —** 4 **Cf.** *Cod.,* **c. 281-291.**

servandam vel inducendam, opportuna fore pro suo cujusquè territorio videantur " T.

(β) *Valor.* Concilia provincialia et plenaria : i. *non sunt infallibilia* 23· nam infallibilitas pertinet non uni provinciæ aut nationi, sed tantum R. Pontifici et omnium episcoporum collegio. Hinc quædam de facto erraverunt, v. g., Antiochense (341), Mediolanense (355), Seleucianum (359), etc. 2. Attamen *valde probabile argumentum* afferunt, præsertim quando *plura simul* de *eodem dogmate* consentiunt. Revera ex innumeris conciliis particularibus hucusque habitis, vix quinque aut sex, ait *M. Canus* 3, reperiuntur, quæ a recta definiendi ratione ac via declinaverint. 3. Immo *absolutam certitudinem* conferrent, si *omnia unanimiter* aliquod dogma ad fidem pertinere docerent : tunc enim haberetur totius Ecclesiæ consensus. 4. Similiter *regula fidei* fieri possunt, dummodo accipiantur ut talia ab episcopis per orbem dispersis, vel infallibilitate induantur Summi Pastoris : quod evenit, e. g., pro concilio *Carthaginensi* (418) vel *Arausicano II* (529) 4.

(2) *Universale* concilium est episcoporum ccetus ex toto orbe catholico. De eo solo fusius nunc tractatur.

900. — II. de conciliis œcumenicis.

1° Notio. Concilium universale, generale, *oecumenicum,* (a græca voce οὐωυμένη, terra habitata), est episcoporum conventus ex universa catholicitate congregatorum sub auctoritate R. Pontificis 5. B

20 Numerus et catalogus. *Concilia oecumenica* sunt *viginti* (quorum tantum *septem priora* a Græcis schismaticis recognoscuntur), scilicet : *Nicænum I* (325), *Constantinopolitanum I* (381), *Ephesinum* (431), *Chalcedonense* (451), *Constantinopolitanum II* (553) et *III* (680), *Nicænum II* (787), *Constantinopolitanum IV* (870), *Lateranense I* (1123), *II* (1139), *III* (1179) et *IV* (1215), *Lugdunense I* (1245) et *II* (1274), *Viennense* (1311), *Constantiense*

' *Cod.,* c. 290. — 2 D. B.,.1511, 1539, 1593, 1736.

3M. Canus, *op. cit.,* l. V, c. 4, p. 361; ed. *Aligne.* — 4 D. B., 101 sq., 174sq.

5 D. B., Index IId; *Codex J. C.,* c. 222-229; S. Bellarm., *de Concit, et Eccles.,* l. I et II; Régnier, ed. *Aligne,* p. 550sq.; Héfélé, *Histoire des Cone.,* Introduce; Brugère, η. 54 sq.; Mazzella, n. 1016 sq.; Palmieri, th. 2S; Pesch, n. 441 sq.; Wernz, *Jus Decretalium,* II, n. 844-852; Billot, qtuest. XVI; Hurter, th. till; Wilmers, prop. LXII, LXVII, LXVIII; D'Herbigny, t II, p. 310-311, 292-297. H

(per partes tantum, 1414-1418), *Basileo-Florentinum* (per partes, 1431-1442), *Lateranense V* (1512-1517), *Tridenlinum* (1545-1563) et *Faticanum* (1870-1871)[x].

901. — 30 De conditionibus ad concilium œcumenicum requisitis.

(A) *In genere.* Diversae requiruntur conditiones ut concilium sit œcumenicum. Una tamen, scilicet *confirmatio a S. Pontifice,* suppleri nequit; aliae autem suppleri possunt auctoritate Ecclesiæ vel R. Pontificis; quo in casu fiet quasi *sanatio in radice* concilii : "Concilium erit auctoritate œcumenicum, tametsi celebratione non fuerit" [1].

(B) *Normales conditiones* spectant ad ejus : 1. *convocationem,* 2. *celebrationem,* 3, *confirmationem.*

(i) Quoad **convocationem,** (a) Jus illud convocandi ad *R. Pontificem exclusive* pertinet : solus enim potestatem habet super omnes alios episcopos, et est caput Ecclesiæ docentis [3]. Quod historia confirmatur : nam de facto omnia generalia concilia a R. Pontifice vel cum ejus consensu convocata sunt.

Nemo id negat quoad concilia in Occidente habita; quoad autem *octo priora concilia* oecumenica *in Oriente,* hæc videntur dicenda [4] :

1. Ab ipsis *imperatoribus* convocata sunt, non quidem jure quodam ministeriali a S. Pontifice delegato, ut multi opinati sunt (S. *Bellarminus, Mazzella, Palmieri, Hefele, Philipps, Wernz)*, sed jure quod suo officio annexum esse christiani imperatores *putabant :* hoc enim ex litteris convocationis[5], ex declarationibus imperatorum in conciliis [6], ex modo agendi Constantini in C. Nicæno convocando [7], clare patet, et ab ipsis Conciliis et Pontificibus agnitum est [8].

1 Vide in *appendice* hujus voluminis *C. cecumeniconim tabellam.*

9 Billot, *De Ecclesia,* p. 716. — 1 *Cod.,* c. 222, § 1.

4 Funk, *Kirchençesch., Abhandlungen,* I, p. 39 sq. ; Héfélé-Leclercq, *op. cit.,* I, p. 8-23; Forget, art. *Conciles,* in *D. T. C.,* col. 643-653.

5 Harduin, *Concilia,* t. I, col. 1342, 1343 (Eph., 431); t. II, col. 43 (Chalc., 451); t. IV, col. 25 (II Nic., 787).

6 *lb.,* t. II, col. 463 (Chalc., 451); t. III, col. 54 (II Const., 553); t. IV, col. 38 (II Nic.. 787).

7 Euseb., *Vita Const.,* III, 12; *P. G.,* XX, 1068; SocraL, *Hist, eccl.,* I, 9; *P. G.,* LXVII, 85.

3 Harduin, *Concilia,* t. I, col. 439 (I Nic., 325). Cf. Euseb., *Vita Const.,* III, 6; *P. G.,* XX, 1060; t I, col. 13S4, 1467, 1473 (Eph., 431); t. II, passim (Chalc., 451); t. III. col. 1471, 1473 (HI Const., 680), etc.

2. Hæc tamen convocatio erat quasi *materialis* tantum. Necessaria fuisse videtur eorum auctoritas, ut, securi pervenirent episcopi ad locum concilii, et ut practice esset efficax obligatio accedendi ad concilium; et proinde, de bono religionis solliciti, ad finiendas lites et hæreses, episcopos totius imperii ad concilia imperatores convocabant. '3

3. Concilio autem sic materialiter ab imperatore coadunato, œcumenicitatem *formalem* conferebat non imperator, qui in rebus stricte ecclesiasticis non amplius interveniebat ‘, sed ipse R. Pontifex, cujus consensus præcedebat, aut saltem *fier sequentem ratihabitionem* accedebat. Hoc enim in pluribus textibus insinuatur. Nam, juxta C. œcumenicum **VI**3, convocarunt ***I** Nicanum* (325) tum Constantinus, tum Silvester Papa; ***I** Constantinop.* (381) ab imperatore Theodosio indictum, ratihabitionem Papæ non obtinuit, sed nonnisi per approbationem Damasi Papæ factum est œcumenicum ; *Ephesinum* (431) a Theodosio juniore convocatum fuit, sed cum consensu Cælestini Papæ, qui suis legatis scribens, sic modo imperativo objectum concilii determinat : ‘‘quæ a nobis antea statuta sunt exsequantur de *Chalcedonensi* (451) sic scribit 5. *Leo :* ‘‘Generale concilium et ex præcepto Christianorum principum et *ex consensu apostolica Sedis* placuit congregare ” 3 ; et ita de ceteris ♦

(b) *Membra vocanda.* Ex *Codice, c.* 223, “ vocantur ad concilium in eoque jus habent suffragii deliberativi : i) S. R. E. Cardinales, etsi non Episcopi; 2) Patriarchae, Primates, Archiepiscopi, Episcopi residentiales, etiam nondum consecrati; 3) Abbates vel Praelati *nullius;* 4) Abbas Primas, Abbates Superiores Congregationum monasticarum, ac supremi Moderatores religionum clericalium exemptarum, non autem aliarum religionum, nisi aliud convocationis decretum ferat. — Etiam Episcopi titulares, vocati ad concilium, suffragium obtinent deliberativum, nisi aliud in convocatione expresse caveatur. — Theologi ac sacrorum canonum periti, ad concilium forte invitati, suffragium non habent nisi consultivum ” 5.

’ Cf. Harduin, *Concilia,* **t** I, coi. 1340; **t** II, coi. 71, etc.

2 Harduin, *ib.,* t. III. coi. 1417. Idem dicit *Liber Pontificalis* (ed. Duchesne), I, p. 75; cf. Rufin, *Hist, ecd.,* I. i; *P. L.,* XXI, 467.

3 Harduin, t. II, col. 687; vel *P. L.,* LIV, 1029. Idem dicunt episcopi Mesiæ, in epistola ad Leonem I imperatorem; *Ibid.,* II, col. 710.

4 Harduin, t. III. 8-13 *(II Const.,* 553); t. III, col. 1043, 1438, 1459 *(III Const.,* 680); t. IV, col. 21 et 218 *(II Nie.,* 787); t. V, col. 74, 76, 1030 (/Γ *Const.,* 869).

a· Non autem convocandi sunt cum su?Tragio *decisivo parochi,* quia jurisdictio illis collata, non includit potestatem ferendi leçes, vel judicia

902. — (2) Quoad celebrationem, (a) *Jus præsidentiæ soli R. Pontifici* competit, ratione ejus primatus, nam solus superior est omnibus episcopis : quod jus per se vel per delegatos exercet r. Hæc præsidentia importat jus res in concilio tractandas ordinemque servandum constituendi, necnon concilium transferendi, suspendendi, dissolvendi. " Si contingat Romanum Pontificem, durante concilii celebratione, e vita decedere, ipso jure hoc intermittitur, donec novus Pontifex illud resumi et continuari jusserit" 2.

(b) Concilii membra aliquo modo saltem *totam Ecclesiam repræsentare debent* 3. 1. Non requiritur tamen ut omnes orbis episcopi vel etiam episcopi omnium terrarum conveniant : hoc enim est moraliter impossibile.

2. Si *major pars episcoporum* adest, concilium vere erit moraliter loquendo cœtus Ecclesiæ docentis, et tunc ejus decisiones erunt certo decisiones corporis pastorum. 3. Si autem adest *comparative parvus episcoporum numerus,* tunc concilium non erit universale, nisi dici possit totam Ecclesiam repraesentari per pastores, qui ex omnibus partibus, moraliter loquendo, venerunt. Secus, decisiones non essent vere *conciliares,* et cum Papa has decisiones sanxerit, infallibiles erunt, sed tantum quatenus decisiones papales.

(C) *Episcoporum consensus. Non requiritur* ut omnes episcopi qui convenerunt *unanimiter consentiant :* singuli enim sunt fallibiles ; et, de facto, multis conciliis dissentientes episcopi fuerunt.

exercendi in foro externo; hinc nunquam ut *definientes* vel *fidei testes* in Conciliis admissi sunt, sed solum ut episcopos adjuvarent vel repræsentarent. (b) Etiam quoad *synodum diaxesanum,* ut falsa, temeraria ac ordinis hierarchici subversiva damnata est Synodi *Pistoriensis* doctrina " qua *parochi aluve sacerdotes* in synodo congregati pronuntiantur una cum episcopo judices fidei, et simul innuitur judicium in causis fidei ipsis competere jure proprio, et quidem per ordinationem accepto ". D. B., 1510. Ergo a fortiori in conciliis œcumenicis non sunt judices fidei.

1 *Cod.,* c. 222, § 2. Ita in *Nicano,* nomine R. Pontificis, præsidebant ejus legati Hosius, Vitus, Vinceniius; in *Ephesino,* Cyrillus Alex, tanquam Apostolicæ Sedis legatus, et ita in ceteris. — Aliquando *imperatores* primum locum obtinuerunt; at hujusmodi præeminentia erat solum honoris vel protectionis, absque ullo interventu in deliberationibus. Cf. Héfélé-Leclercq, *op. cit.,* p. 41-58; Forget, art. *Conciles,* in *D. T. C.,* col. 653-655.

3 *Cod.,* c. 229; D. B., 740.

3 D. B., 270 sq., 349, 657 sq., 999 sq., 2015 sq.

In C. *Sicano,* duo episcopi subscribere noluerunt, alii, præsertim Eusebiani, solo imperatoris metu subscripserunt; in *faticano,* duo episcopi, quando actum est de definienda infallibilitate R. Pontificis, dixerunt *non placet,* et quinquaginta quinque alii scripserunt se non interfuturos publicæ sessioni, ne idem votum dare cogerentur'. Attamen in his et similibus casibus definitiones ut infallibiles acceptæ sunt. I

Jamvero si adsit dissensio, illa pars episcoporum, etiamsi sit minor, erit infallibilis quæ S. Pontifici adhærebit, cum hic sit Ecclesiæ caput nec errare possit; nam "ad legitimam decisionem, etiam vere *conciliarem,* sufficit si R. Pontificis consensus accedat minori et saniori parti episcoporum" [1][2][3] J9

903. — (3) Quoad confirmationem, (a) Concilium non est vere œcumenicum *sine ipsius R. Pontificis confirmatione* : nam in tantum est œcumenicum in quantum universam repræsentat Ecclesiam; porro concilium, sine approbatione Papae, Ecclesiam non repræsentat, cum sit corpus sine capite. Aliunde infallibilitas promissa fuit Apostolorum collegio, prout capiti unitum manet eique obedit.

Quod *historia* confirmatur. Nam concilia quædam, quæ vere œcumenica non fuerant, ut talia habita sunt post confirmationem R. Pontificis, qualia fuere I et II Constantinopolitana. Alia denique, quibus interfuerant tam multi episcopi ut ex hoc capite œcumenica dici potuerint, qualia fuere Anminenser' et Ephesinum II, omni auctoritate carent, quia a R. Pontifice reprobata sunt.

(b) *Variis modis* R. Pontifex hanc confirmationem dare potest : nempe *concomitanter, antecedenter,* vel *subsequenter,* id est : i. ferendo sententiam in ipso concilio, quando eidem *personaliter* præest; 2. vel mittendo legatos, quibus plerumque instructiones dantur de iis quæ definiri debent : tunc autem confirmatæ censentur decisiones concilii, si legati receptis instructionibus sese conformaverint, quin

1 Cf. DD. Gasser, *Ada et Decret. C. Vaticani,* ed. *Lacensis,* pp. 487, 994. — Plerique tamen ex his non ipsi definitioni, sed ejus tantum opportunitati obstabant.

- Wernz, *op. cit,* p. 1074. Ex dictis, decisio tunc erit *conciliaris* si minor •et sanior pars episcoporum supremo pastori unita totam Ecclesiam, moialiter loquendo, repraesentet (quod accidere potest); secus, esset papalis, et non conciliaris, Cf. Mazella, *op. cit.,* p. 805; Forget, *l. c.,* coi. 667 sq.

3 *Ccd., 222.* § 2; 227.

necessaria sit subsequeris confirmatio1; 3. vel positive decreta confirmando sibi transmissa; vel eadem recipiendo et promulgando.

II. De auctoritate conciliorum cecumenicorum.

Successive dicemus de eorum : i. *infallibilitate,* 2. *utilitate,* 3. *necessitate.*

I. DE EORUM INFALLIBILITATE.

904. — Status quæstionis.

(a) Errores. Concilii infallibilitatem negant *Protestantes* generating. Hæc infallibilitas requirit, juxta *Grcecos,* universi populi et cleri consensum; et, juxta *Gallicanos,* approbationem Ecclesiæ, scu episcoporum absentium, vel omnium parochorum, vel populi fidelis.

(b) Catholici vero affirmant concilia œcumenica in definitionibus ex sese infallibilitatem habere.

905. — Thesis. Concilia œcumenica sunt infallibilia per se. ***De fide 2.***

Ia Pars. Concilia œcumenica in fidei definitionibus sunt infallibilia.

(a) Etenim *ex verbis Christi,* Ecclesia docens habet infallibilitatem et portæ inferi non praevalebunt adversus eam. Atqui concilium œcumenicum totam docentem Ecclesiam repræsentat et quidem in supremo actu sui magisterii, cum definitionem pronuntiat. Præterea si concilium œcumenicum erraret, portæ inferi Ecclesiam vincerent.

(b) Idem elucet ex constanti *Traditione* apud Patres et R. Pontifices. Decretum fidei a C. Nicæno emissum vocatur a S. Athanasio, "Domini verbum manens in aeternum"; a S. Basilio, "magna illa atque insuperabilis fides", S. Gregorius M. hæc scribit : Λ Sicut S. Evangelii quatuor

' Hoc modo *octo priora concilia* videntur fuisse *antecedenter* confirmata : quod probat Forget, Z. *c.,* coi. 655 664. Argumenta ab auctoribus sæpe allata ad probandum *etiam subsequenfeni* confirmationem horum conciliorum non satis solida videntur.

3 *De fide es!* Concilia œcumenica esse infallibilia in definienda doctrina de fide ct moribus; etsi enim hæc veritas nunquam sub hac forma *explicite* definita fuit, *sufficienter* proponitur ab universali et ordinario Ecclesiæ magisterio et *implicite* definita fuit a conciliis anathematizantibus eos qui suis definitionibus contradicerent.

libros, sic quatuor Concilia suscipere et venerari me fateor... Quintum quoque pariter veneror" ».

(C) Admissa infallibilitate in Ecclesia, certissime profitendum est hanc prærogativam exerceri, quando omnes qui docentem Ecclesiam constituunt, legitime ad res fidei definiendas congregantur.

906. — *IP Pars.* Sunt infallibilia per se.

(a) Etenim *Christus* magisterii potestatem contulit collegio Apostolorum et successoribus, independenter a discipulis et fidelibus, (b) Præterea *constans Ecclesiæpraxis,* jam a tempore Apostolorum[2], fuit accipiendi et observandi concilii cecumenici decreta definitionesque, independenter a subséquente episcoporum et fidelium confirmatione.

II. DE EORUM UTILITATE.

907. — Thesis. Concilia œcumenica sunt valde utilia.

Etenim in his conciliis : (a) Invenitur accurata inquisitio doctrinæ revelatæ ubique in orbem terrarum prædicatæ, et simul acutior causæ discussio qua objectiones solvuntur et dogma clarius et securius exprimitur, (b) Adsunt etiam major sollemnitas et multitudo Patrum eruditione, experientia et prudentia præstantium, quæ maxime juvant ad hæreticorum refutationem et confusionem, (c) *Quoad disciplinaria decreta statuenda :* efficacius et facilius cognoscuntur leges aptissimæ, necessariæ et possibiles ad abusus corrigendos virtutesque promovendas. Aliunde episcopi, qui in decretis edendis partem habuerunt, in eorumdem promulgatione et exécutione promptiores videntur, (d) Addi potest, per concilia generalia, episcoporum concordiam et erga R. Pontificem submissionem maxime foveri.

HI. DE EORUM NECESSITATE.

908. — Thesis. Concilia œcumenica non sunt necessaria.

(a)*Historia* patet generalia concilia raro fuisse congregata: nullum in tribus prioribus sæculis invenitur; postea autem nonnisi magnis intervallis celebrantur, (b) Præterea nec

[2] Cf. verba S. Athanas., R. 792, S. August., R. 1419, S. Gregor R. 2291. Ci. R., 1250-2186; D. B., 164, 173, 349, 270 seq., 657 seq., 999 sq 1723

Scriptura, nec Traditio, nec Apostoli, nec ipse Christus concilia œcumenica jusserunt vel ea fuisse præcepta dicunt, (c) Revera S. Pontifex omnibus Ecclesiæ necessitatibus quoad veritates et mores immediate per seipsum providere potest, utpote petra, fundamentum et pastor supremus omnium fidelium, (d) Insuper repugnare videtur Christum imposuisse, ad ordinarium Ecclesiæ regimen, concilia ut necessaria, quæ permultis et gravissimis impedimentis extrinsecis et intrinsecis sunt obnoxia.

III. Corollaria
DE HABITUDINE CONCILII (ECUMENICI AD PAPAM.

Circa hanc quæstionem tria considerari possunt : i. *unitas* et *distinctio* concilii et Papæ, 2. *prastantia Papa relate ad concilium,* 3. *persona Papa et concilium.*

909. — i° Unitas et distinctio.

Concilium cecumenicum et Papa ita intime conjunguntur, ut unum corpus efformant; cujus corporis S. Pontifex est caput visibile supremum. Quare concilium cecumenicum et Papa *non sunt duo subjecta adaquate distincta* [1] : 1. neque *auctoritatis suprema,* nam concilium ea non gaudet nisi ratione S. Pontificis cujus potestate informantur concilii definitiones et decreta; 2. neque *activa infallibilitatis,* quia hæc infallibilitas primatui conjungitur, velut ejus inseparabilis praerogativa.

910. — 2° Præstantia Papæ relate ad Concilium.

Status quæstionis.

(a) Errores. Tempore præsertim occidentalis schismatis et gallicanarum controversiarum, multi, sicut Febroniani, asserebant concilium esse episcoporum congregationem absque Papa; ideoque evidenter ab eo distingui, et utrumque esse ecclesiastîcæ auctoritatis sequestrem. Imo declarabant concilii jurisdictionem esse superiorem S. Pontificis potestati, quapropter Papam concilii auctoritati subjiciebant. Quam sententiam falsam Basileense conciliabulum, (1431-1443) post C. Constantiense, decreto exprimere et firmare voluit : " A'eritas *de potestate concilii generalis* universalem Ecclesiam rcpræsentantis *supra Papam... est veritas fidei catholica".*

[1] Hæc opinio communior est et conformior videtur : 1. *Evangeliff,* in quo Christus suam spiritualem potestatem reliquit tam Petro quam Apostolis cum Petro conjunctis ; 2. *Traditioni* ex qua constat propositiones dogmaticas definitas esse sive a Pontificibus, sive a conciliis in quibus episcopi ut veri judices opinabantur. Cf. C. Pesch, e/, *cit.,* n. 459.

(b) Juxta Catholicos, *Papa* certus et legitimus *stricta pollet supenontate, etiam relate ad concilium* regulariter convocatum et celebratum.

911. — Thesis. R. Pontifex est concilio œcumenico superior. *De fide.*

Ecclesiæ magisterium.

C. *Vaticanum* docet : " Si quis dixerit... *R. Pontificem habere* tantum potiores partes, *non vero totam plenitudinem hujus supremce potestatis;* aut hanc ejus potestatem non esse... *in omnes et singulos pastores* et fideles, A. S. " x.

A) Probatur, (i) Argumenta quæ R. Pontificis primatum statuunt (cf. n. 999), eo ipso thesim nostram vere probant. Cum Papa supremam auctoritatem in universa Ecclesia habeat, evidenter supra concilium præeminet : sicut enim fundamentum singulos lapides et totam structuram ædificii sustentat, ita et Petrus dirigit non solum particulares ecclesias sed et totam Ecclesiam. Ex adverso, admissa concilii superioritate, jam realis primatus S. Pontificis evanescit.

(2) *Auctoritas.* R. Pontificis superioritas variis modis proclamatur, (a) Concilia generalia declarant Papam esse *super universam Ecclesiam Christianam* " 2, vel " *solum R. Pontificem tanquam auctoritatem supra omnia concilia habentem* ". (b) Aliunde nulla unquam concilia ab Ecclesia recepta fuere, sine anteriori R. Pontificis approbatione. Sed ad superiorem pertinet inferioris decreta confirmare. (C) Insuper S. Pontifices modo constanti, et omnibus sine reclamatione obtemperantibus, conciliorum objectum, durationem et limites determinaverunt; atque in Ecclesia de Papæ sententia ad concilium appellare nunquam fuit concessum. — Ergo manifestum est ex doctrina et praxi Ecclesiæ R. Pontificem esse concilio superiorem.

912. — (B) Consectaria, (a) *R. Pontifex est superior illegitimo concilio episcoporum absque Papa :* 1. nani corpus non est supra caput, sed ab eo regitur et gubernatur. Insuper S. Pontifex munus accepit fratres confirmandi, et ipse a nemine confirmatur.

' *C. laticau., seas.* IV, cap. 3; D. B., 1831.
~ *C. Rïctâi. /,* can. 39.
■*ail. Γ,* Constit. Leonis X *Pastor ceteuius*

2. Merito igitur *reprobata* est *sententia,* juxta quam, a judiciis R. Pontificis appellare licet ad cecumenicurh concilium

(b) *De potestate Papa solius vel legitimi concilii cum Papa.* i. Potestas concilii una cum Papa *non est major intensive* potestate R. Pontificis seorsim sumpti : nam in Papa et concilio existit eadem auctoritas eademque infallibilitas, quæ ex se et per se est suprema in R. Pontifice, et subordinata in episcopis coadunatis conciliariter, S. Pontifice assentiente. 2. Sed potestas concilii cum Papa *major est extensive* potestate solius Pontificis, siquidem in subjecto magis extenso invenitur. 3. Addere etiam licet eamdem potestatem *auctoritate humana excellentiori* gaudere : nam decisiones a collegio hominum scientia et prudentia præditorum editæ, subditorum mentes naturaliter magis commovent quam decreta ab uno solo homine promulgata.

913. — 30 Papæ persona et concilium.

Auctoritas concilii considerari potest quoad Papæ : 1. *nominationem,* 2. *depositionem.*

(1) Quoad Papæ nominationem. (a) *Ordinarie* designatio personæ S. Pontificis fit secundum leges a R. Pontificibus datas, ab electoribus determinatis, sine ullo concilii generalis interventu.

(b) *Extraordinarie* vero electio R. Pontificis ad oecumenicum concilium devolvi posset, nempe si casus accideret in quo decreta de Papæ electione, ob particulares circumstantias, non servari possent. Revera quælibet societas, ex jure naturæ, ad sui conservationem, præsertim in summo discrimine posita, merito providet : v. g., in ea, attributio potestatis superioris per devolutionis viam ad potestatem proxime sequentem transire potest. Ita in casu nostro, modus Papam eligendi qui R. Pontifici regulariter competit, ad concilium generale forte deveniet, in prædictis rerum circumstantiis. Sed *defacto,* talis casus fere nunquam eveniet[3].

(2) Quoad **Papæ depositionem. S.** Pontifex papatui libere renuntiare potest et ad ejusdem *renuntiationis validitatem* non est necessaria concilii acceptatio[λ] Concilium nunquam et nullo motivo R. Pontificem legitimum deponere valet[*] Hæc omnia ex natura primatus R. Pontificis directe fluunt.

914. — Scholion. De passivo infallibilitatis subjecto.

(a) Passivum subjectum (cf. n. 865, 871) est *Ecclesia disceus* seu *cœtus omnium fidelium,* qui errare non potest credendo doctrinam ab infallibili magisterio prædicatam Eteni n

› D. B.. 1323. 1S30; *Cad.,* c. 22S. § 2.

- L. Billot, *De Ecclesia Christi,* Romæ, 1903, p. 623 sq.; Franzî'in, *De Ecclesia,* th. XIII. — 3 *Cod.,* c. 221. — » *Cent.,* c. 1556.

fieri nequit ut Ecclesia audiens erret in credendo, cum Ecclesia docens cui assentit non erret in docendo.

Hic coetus complectitur non solum laicos, sed etiam sacerdotes, episcopos et R. Pontifices, quatenus privatim omnes veritates ab Ecclesiæ magisterio declaratas tenent.

(b) *Ecclesia discens est infallibilis,* ut constat ex dictis (cf. n. 865). Et revera magister sine discipulis esset frustra. Præterea Christus infallibile magisterium instituit ad fidei unitatem obtinendam. Igitur, inspecta Dei providentia et gratia, repugnat omnes Christianos a suis pastoribus in fide separari.

C) Passivum ergo infallibilitatis subjectum non sumatur ut totaliter distinctum ab activo subjecto : necesse est enim ut cum isto indivulse conjungatur. Hinc *consensus fidelium* sumi potest ut *ordinarii magisterii testis et manifestatio* cf. n. 1128 sq.). Ad Ecclesiam autem pertinet non veritatem a populo suscipere, sed eam nationibus prædicare, ita ut semper maneat ejusdem authenticus custos, interpres et judex.

CAPUT II

De Objecto Infallibilitatis in Ecclesia [1]

915. — Conspectus.

De objecto infallibilitatis.

i° De ejus objecto *directo.*
20 De ejus objecto *indirecto.*
(a) *In genere.*
(b) *In specie.*
i. Quoad *veritates naturales.*
2. Quoad *conclusiones theologicas.*
3. Quoad *censuras doctrinales.*
4. Quoad *facta dogmatica :* factum *historicum, doctrinale* et praesertim *canonizationem sanctorum.*
5. Quoad *leges disciplinares.*

[1] Cf. Van Noort, Sect. I, cap. III, art. I, § II ; Pesch, n. 524 sq. ; Hurter, th. 54-55; Mazzella, Disput. IV, art. VIII; Wilmers, L IV, c. IV; Billot, th. XVI-XIX; Franzelin, *De Traditione,* th. XII; Palmieri, *Prolog.* d'Herbigny, t. II, p. 300-306.

916. — Infallibilitatis objectum in genere est doctrina circa quam infallibile Ecclesiæ magisterium versatur. Juxta *C. Vaticanum,* Ecclesia docens non novas revelationes exspectare aut nova dogmata prædicare, sed unice revelatum Apostolis depositum custodire debet ». Porro ad hoc infallibilitatis objectum aliæ veritates pertinent *primario,* principaliter et ratione sui; aliæ autem, *secundario,* ratione earum connexionis cum objecto principali2: unde distinguitur infallibilitatis objectum *duplex :* i. *primarium* seu *directum,* 2. *secundarium* seu *indirectum* 3.

I. — De Primario Infallibilitatis Objecto.

917. — Thesis. Primarium infallibilitatis objectum amplectitur omnes et solas religiosas veritates de "rebus fidei et morum", quæ in fontibus revelationis formaliter continentur. *De fide.*

(1) Hoc objectum continet solum *omnia et singula* in deposito catholicæ revelationis formaliter rconlenta, quæ constituunt " doctrinam de fide vel moribus ", nempe veritates ordinis historici, speculativi et practici, exprimentes omnia credenda et agenda secundum Christi religionem.

(2) Et revera infallibilitas data est Ecclesiæ ut hominibus indicare possit dogmata credenda et morum principia a Deo revelata ad salutem obtinendam. Porro hæc omnia constituunt " *res fidei et morum"* seu objectum primarium. Aliunde si infallibilitas omnes illas veritates non complecteretur, jam illusoria et quasi non existens esset.

(3) Igitur *ad primarium objectum spectat in specie,* (a) *Quoad revelationem ipsam :* definire revelata dogmata, voces determinare ad ea aptius significanda, judicare de symbolis, professionibus fidei, etc. quibus eadem exprimuntur; censuram ferre de hæresibus dogmati

1 D. B., 1836, 1837. —' Lugo, *De fide,* disp. XX, sect. 3, n. ili.

3 " *Objectum infallibilitatis tantum patere* docemus, *quantum fidei f>alcl depositum, et ejus custodiendi officium postulat ;* adeoque prærogalivam infallibilitatis, qua Christi Ecclesia pollet, ambitu suo complecti, tum *universum Dei verbum revelatum,* tum *id omne,* quod licet in se revelatum non sit, est tamen ejusmodi, *sine quo illud tuto conservari, certo ac definitive ad credendum proponi et explicari,* aut contra errores hominum... valide asseri defendique non possit ". DD. Gasser, *Acta et Decret. C. Vaticani,* ed. *Lacensis,* 1890, t. VII, p. 570.

directe oppositis, (b) *Quoadfontes revelationis :* constituere Scripturarum catalogum seu canonem, declarare earum genuinum sensum, judicare Traditionis monumenta ad res fidei et morum spectantia, etc.

II. — De Secundario infallibilitatis Objecto.

Quod considerandum est : i. *in genere,* 2. *in specie.*

I. In genere.

918. — (Aï Notio, (a) Illud objectum comprehendit omnes res (facta et doctrinas), *in se non revelatas, sed cum revelatis ita connexas, ut earum infallibilis expositio necessaria sit ad fidei depositum integre custodiendum* et rite explicandum. Ita *naturales veritates quædam, conclusiones theologiae, censuiæ doctrinales, facta dogmatica, Ecclesiæ leges disciplinares,* de quibus singulatim tractabimus.

(b) *Differt* ab objecto primario, quod est veritas directe revelata et creditur propter auctoritatem Dei seu de *fide divina;* dum secundarium objectum non est revelatum et tantum propter Ecclesiæ auctoritatem, nempe *de fide ecclesiastica,* accipitur.

919. — (B) Extensio. Thesis. Secundarium infallibilitatis objectum extenditur ad omnes et solas veritates necessarias ut depositum revelationis fideliter custodiatur.

Probatur. Duplex evolvitur argumentum, quod pro singulis, hujus objecti elementis similiter valet : i. ex *infalhbilitatis fine,* 2. ex *praxi Ecclesiæ.*

(i) Ex infallibilitatis fine, (a) Infallibilitas a Christo Ecclesiæ data fuit ut christianæ revelationis depositum tuto conservetur et exponatur. Atqui, admissis doctrinis cum dogmati repugnantibus, v. g., atheismo, materialismo, vel negatis veritatibus cum revelatione necessario logice cohaerentibus : v. g., Vulgatæ authentia, legitimitate C. Vaticani; fidei depositum modo securo conservari et exponi nequit, ut satis patet. Ergo.

(b) Ecclesia sola decernit suæ infallibilitatis extensionem; secus eadem infallibilitas vana esset : quia nemo unquam vere certo sciret Ecclesiam, in tali vel tali definitione doctrinali, non prætergressam fuisse magisterii sui fines.

920. — (2) **Ex praxi Ecclesiae. Nam** pluries Ecclesia irrevocabilem assensum a fidelibus exigit etiam de rebus non revelatis. Propterea propos. 22 *Syllabi* reprobata est : " *Obligatio* qua catholici magistri et scriptores omnino adstringuntur, *coarctatur in iis tantum quæ ab infallibili Ecclesiæ judicio veluti dogmata ab omnibus credenda proponuntur* " Atqui hic agendi modus Ecclesiæ supponit ipsam infallibilitate frui circa ejusmodi materiam, scilicet indirectum objectum : nulla enim esse potest vera per se obligatio firmiter credendi id quod a fallibili auctoritate est determinatum.

921. — (C) **Nota theologica hujus thesis, (a) Ecclesiæ infal**libilitas de objecto indirecto evidenter *defluit ex revelatione,* et hæc conclusio asseritur in judicio et praxi Ecclesiæ. (b) Est veritas *saltem theologice certissima,* " ita certa, ut ejus negatio error esset gravissimus, vel ex plurium sententia etiam hæresis, quamvis hactenus explicite hæreseos damnata non sit " 3. (c) Utrum vero sit *de fide divinat* Quidam affirmant 5. Plurimi verisimilius negant, quia facta et doctrinæ, quæ in objecto indirecto continentur. non a Deo formaliter revelata fuerunt +.

II. In specie.

Agimus : 1. *te naturalibus veritatibus,* 2. *te conclusionibus theologicis,* 3. de *censuris doctrinalibus,* 4. de *factis dogmaticis,* 5. de *legibus disciplinaribus.*

IO DE VERITATIBUS NATURALIBUS.

922. — (a) Veritates naturales eae sunt quæ ratione humana naturaliter sunt cognoscibiles; quarum : 1. aliæ cum revelatione nullam habent relationem : v. g., veritates mathematicæ ; 2. aliæ autem *cum veritatibus revelatis intime cunnectuntur :* v. g., spiritualitas animæ, naturalis ethica, sensus terminorum " persona, natura ", etc., quibus dogma exprimitur.

(b) Ecclesia infallibilis est quoad naturales veritates cum dogmate connexas. *Saltem certum.* 1. **Etenim hæ** veritates necessariæ sunt ad fidei depositum custodiendum : ita animæ spiritualitare negata, simul negari deberent

« **D. B., 1722, 1684, 2005. — ' Franzelin,** *De Tradit.,* **p. 114.**
3. **Van Noort,** *De Ecclesia Christi,* **n. 96.**
4 **L. Billot,** *De Ecclesia,* **p. 409 sq.; 437 sq.**

ea quæ de vita futura revelatio docet. 2. Præterea hanc facultatem sæpius Ecclesia vindicavit[x]. Quapropter *C. Vaticanum* testatur quod Ecclesia "*fus et officium* divinitus habet *falsi nominis scientiam proscribendi.* ne quis decipiatur per philosophiam et inanem fallaciam " [2].

2° DE CONCLUSIONIBUS THEOLOGICIS. [1]

923 — (i) **Conclusio theologica** stricte dicta (= veritas virtualiter revelata) est propositio quæ *per proprium discursum certo et evidenter deducitur ex duabus præmissis. quarum una est formaliter revelata, altera autem naturaliter cognita.* Ita, v. g., propositio asserens Christum, *ut hominem,* non esse Filium Dei adoptivum sed naturalem, quæ non directe in verbo Dei continetur, sed ex eo logice infertur.

(2) Ecclesia est infallibilis circa conclusiones theologicas. *Saltem certum.*

Probatur, ia) Etenim Ecclesia infallibiliter judicat de omnibus necessariis ad fidei depositum incorrupte servandum. Atqui fidei depositum incorruptum custodiri nequit, nisi ejus *infallibilitas ad conclusiones theologicas extendatur :* nam logicus nexus inter veritatem revelatam et conclusionem theologicam ita necessarius est, ut, si ista negetur, alia etiam rejici debeat, (b) Ecclesia, in suæ infallibilitatis extensione declaranda, non errat : secus non vera infallibilitate gauderet. Porro *practice et frequenter sese infallibilem affirmavit* irrevocabiliter condemnando systemata, opiniones, quæ non dogmati revelato, sed *tantum conclusionibus theologicis opponuntur.* Ita PlUS VI, per constitut. *Auctorem fidei* (28 aug. 1794), 85 propositiones *Pistorienses* damnavit, inter quas multæ adversantur directe solum conclusionibus theologicis. Porro hæc constitutio ut irreformabile judicium *ex cathedra* recepta fuit [4]. (c) *Theologi* de præsenti

[1] *Syllabus,* prop, n; D. B., 1711; Pius IX, Epist. *Gravissimas inter,* D. B., 1674.

[a] *C. Vatican.,* sess. III, cap. 4; D. B., 1798.

[3] Conclusiones theologice aliquando dicuntur eæ *veritates quæ ex duabus preemissis revelatis* immediate deducuntur. Illæ veritates ad res fidei divinæ pertinent ideoque in directo infallibilitatis objecto continentur, licet earum logica ex prremissis deductio non sit a Deo affirmata. F. Diekamp — M. Hoffmann, *Theol. dogmat. manuale,* Paris, 1933; t. I, p. 24 sq.

doctrina consentiunt eam declarando saltem theologice certam x.

30 DE CENSURIS DOCTRINALIBUS».

924. — (1) Censura doctrinalis ab Ecclesiæ magisterio lata definitur : " *Qualificatio, qua propositio notatur ut fidei vel bonis moribus aliquo modo opposita* " 3.

(2) De Ecclesiæ infallibilitate circa censuras, (a) Si doctrina quaedam notatur ut *hceretica,* seu repugnans veritati formaliter revelatæ, Ecclesia infallibilis est in hac censura ferenda *(de fide),* cum hic agatur de exercitio magisterii circa *objectum directum* infallibilitatis. (cf. n. 917). (b) Si vero agitur de *censuris hæresi inferioribus,* hæ pertinent ad *indirectum infallibilitatis objectum.* Porro pluries, jam a primis sæculis, Ecclesia a fidelibus exigit firmissimum et internum assensum censuris infra hæresim a se contra quasdam doctrinas pronuntiatis L " Atqui nulla esse potest vera per se obligatio firmiter credendi id quod a fallibili auctoritate est determinatum. Ergo ex ipsa praxi Ecclesiæ, obligatorio modo proponentis assensui fidelium censuras doctrinales, certissime deducitur infallibilitatem magisterii ejus ad illas absque exceptione sese extendere " *s.*

4° DE FACTIS DOGMATICIS.

925. — (A) Notio et species.

(a) Factum dogmaticum 1. est *factum* non revelatum, *cum fidei dogmate ita connexum,* ut ejus notitia et admissio sint necessariae ad dogma edocendum vel tuto servandum. Ita legitima electio Pii XI in Romanum Episcopum ; ab hoc enim facto pendet dogma sequens: Pius XI est totius Ecclesiæ pastor supremus. 2. *Differt* igitur tum a factis revelatis : v. g., de vita Christi ; tum a factis non revelatis, quæ cum dogmate relationem non habent.

3 **DD. Gasser,** *Acta et Decret. C. Vaticani,* **ed.** *Lacensis,* **1890, t. VII. 41459.**

a **Mazzella,** *De virtutibus infusis,* **Romæ, 1879, disp. II, art. 10, p. 268-283; L. Billot,** *op. cit.,* **th. XVII; Quilliet, art.** *Censures doctrinales,* **io** *D. T. C.,* **coi. 2101-2113.**

3 **Varias** *species* **censurarum doctrinalium exponimus in** *Tr. de Fide.* **Censura** *doctrinalis* **omnino differt a censura,** *poena medicinali,* **de qua** *Codex J. C.,* **c. 2241-2285.**

4 **D. B., 659, 1798.**

5 **L. Billot,** *op. cit.,* **p. 420; cf. F. Diekamp — M. Hoffmann,** *op. cit.,* **p. 79.**

(b) *Triplex* distinguitur factum dogmaticum : i. *historicum* quo fidei regula manifestatur : v. g., legitimitas talis C. œcumenici vel R. Pontificis; 2. *doctrinale,* quod est judicium de religioso sensu talis propositionis in tali libro; 3. *hagiographicum,* nempe sanctorum canonizatio.

926. — (B) Infallibilîtas Ecclesiæ circa facta dogmatica. *Certa.*

(1) *Factum historicum.* Omnes admittunt Ecclesiam infallibilitate gaudere circa S. Pontificis, vel concilii œcumtnici legitimitatem aliaque ejusmodi; secus enim fideles semper dubitare possent de valore vel infallibilitate definitionum et decretorum a tali Papa vel concilio generali promulgatorum. Quomodo enim, v. g., Ecclesia recte declararet Tridentini anathemata esse infallibilia, si non posset Tridentini legitimitatem infallibiliter affirmare?

927. — (2) *Factum doctrinale.*

(a) Definiri potest : Factum quo *sensus in ordine ad fidem, a quodam anciore intentus, in aliquo scripto non revelato continetur.* Ita. v. g., in libro Jansenii *Augustinus,* vere exprimuntur quinque propositiones ab IN NOCENTIO X reprobatæ '. Hic agitur de libri sensu, non ut profano, sed ut cum revelatione connexo; non de sensu *subjectivo* in auctoris mente occulto; sed de sensu *objectivo* et naturali, quem verba, textus et contextus præ se ferunt. Et declaratur utrum hic sensus sit *orthodoxus an non.*

928. — (b) Error. Jansenismi tempore, celebris fuit, in hac re, distinctio inter *quastionem juris* et *facti. Jansenistce* infallibilitatem Ecclesiæ agnoscebant in *qucestione juris* et dicebant : quinque propositiones ab Innocentio damnatæ reprobari debent; sed eamdem infallibilitatem negabant in *qucestione facti,* et non admittebant quinque propositiones proscriptas in *X\\xo Augustinus* revera inveniri.

929. — (c) Ecclesia infallibilis est etiam in quæstione facti. *Saltem certum.*

i. Assertio constat ex *praxi* antiqua et constanti Ecclesiæ, quæ sæpe definitivo modo haeretica scripta reprobavit : *C. Nicœnum* damnavit librum Arii, cui titulus Thalia; *Ephesinum,* Nestorii scripta; *Constantinopolitanum II,* tria capitula; *Leo X* errores Lutheri reprobavit; *Pius V,* propositio-

nes Baii ; *Pius VI,* propositiones Synodi Pistoriensis. Sed hæc judicia ut irreformabilia habita sunt. Speciatim INNOCENTIUS X, Alexander VJI, Clemens XI declaraverunt Ecclesiam posse de sensu a Jansenio intento in suo opere irrevocabiliter judicare[1].

2. Revera, nisi res ita se habeat, poterit hæreHcus impune errores spargere, et condemnationem effugere, dicendo non recte sensum libri intellectum fuisse. Ad hoc effugium recursum habuerunt prædicti Jansenistæ; sed CLEMENS XI aperte præcepit "damnatum in quinque præfatis propositionibus Jansenii libri sensum, *quem illarum verba præ se ferunt, ut prcefertur,* ab omnibus Christi fidelibus *ut hæreticum,* non ore solum sed et *corde* rejici ac damnari debere" [2]

930. —(3) *Canonizatio sanctorum* [3][4]

(a) Praenotiones, i. *Nomen,* prima vice forsan usurpatur ab Udorico. Constantiensi episcopo (XI1° sæc.). 2. *Notio.* Canonizatio est *ultima et definitiva sententia, qua R. Pontifex aliquem Beatum inter cœlites receptum ideoque ab omnibus fidelibus colendum declarat* [4]. *Essentialiter distinguitur a beatificatione,* quæ est judicium canonizationi *prævium,* quo R. Pontifex alicujus servi Dei cultum *permittit* localiter, sed non toti Ecclesiæ præcipit.

[*] D. B., 1098, 1099, 1350.

[2] D. B., 1350. Cf. Bossuet, *Correspondance,* ed. Levesque, 1.1, p. 84, 131.

[3] (a) Objicitur quidem Vigilium contradictorias sententias tulisse de *tribus capitulis* (i. e. scriptis Theodori Mopsuesteni, Theodoreti Cyrensis, Ibæ Edesseni), modo ea condemnantem et modo condemnationem revocantem, (b) Resp. Fatemur equidem eum non semper secum constitisse; primum quidem præfata opera condemnavit, quia, monophysismum impugnando, in nestorianismum deflectebant; sed prudenter subscriptioni hæc verba addidit -.*salva in omnibus reverentia Synodi Chalcedonensis;* et ita fidem catholicam servabat. Cum vero nonnulli ea condemnatione abuterentur ad favendum monothelismo, priofem sententiam retractavit. Ergo hujusmodi variationes neque doctrinam neque factum dogmaticum respiciunt, sed prudentiam in agendo. Cf. Héfélé-Leclercq, *op. cit.,* t. III, § 258 sq.; Duchesne, art. *Vigile et Pelage,* in *Revue des Quest, historiques,* 1884, t. XXXVI, p. 369-440; Tixeront, *Histoire des dogmes,* t. III, p. 133-151.

[4] Codex J. C. cf. Index : *Canonizatio.;* Benedict XIV, *De beatorum canonizatione,* I, c. 43; S. Bellarm., *Controvert.,* t. IL; C. Pesch, *op. cit.,* n. 547-554; R. M. Schultes, *De Ecclesia catholica,* Paris, 1925, p. 193 sq.; 648 sq.; T. Ortolan, art. *Béatification, Canonisation,* in *D. T. C.,* 493 sq.; 1626 sq.; Ami du Clergé, 1933» P- 569-572.

[4] Cf. *Cad.,* c. 2136-2141.

(b) Species. Canonizatio dicitur : i. *Formalis,* quæ cum canonicis formalitatibus pronuntiatur; 2. *Æquifollens,* qua, absque processu regulari, sed ob immemorialem cultum alicui Dei servo exhibitum, R. Pontifex agnoscit hunc Dei servum ut sanctum in tota Ecclesia colendum x.

931. — (c) **In canonizatione sanctorum infallibilis est Ecclesia.** Sententia *communis et vera* 2.

EXPLICATUR. Hic agitur de canonizatione, quaecumque sit, qua S. Pontifex universali Ecclesiæ definitive docet talem Beatum in caelo vivere et cultu publico venerandum... Canonizatio identificari nequit cum recensione in romano martyrologio, nec complectitur omnium factorum in breviarii " legendis " narratorum approbationem, vel authentiam omnium reliquiarum quæ sanctis attribuuntur

Probatur, (a) Rat. theol. Ecclesiæ infallibilitas sese extendit ad " res fidei et morum ". Sed sanctorum canonizatio dici potest simul : i. " res fidei" nam " honor quem sanctis exhibemus quædam professio fidei est, qua sanctorum gloriam credimus", ait *Angelicus*·, 2. "res morum", "esset enim error damnabilis si veneraretur tanquam sanctus qui fuit peccator, quia aliqui scientes peccata ejus, crederent hoc esse falsum, et, si ita contingeret, possent ad errorem perduci; ergo Ecclesia in talibus errare non potest", (b) Auctoritate. I. Revera *R. Pontifices,* in canonizationum bullis, utuntur verbis sollemnibus : " *Auctoritate D. N. Jesu Christi* et Apostolorum *Petri et Pauli,... declaramus, definimus, decernimus..!',* quæ sententiam firmissime tenendam exprimunt. 2. Quapropter *theologi fere unanimiter* hodie tenent, absque nota hæresis vel saltem temeritatis et

* *Cod.,* c. 2125.

= Nonnulli contendetunt hoc esse *de fide,* sed Benedictus XIV, *De Servorum Dei Beatific, et Canonizatione,* l. I, c. 45, n. 28, post expensa utriusque opinionis argumenta, his verbis concludit : " Si non hæreticum, *temerarium* tamen, *scandalum toti Ecclesiæ afferentem, in Sanctos injuriosum, faventem hareticis negantibus auctoritatem Ecclesia in canonizatione Sanctorum, sapientem haresim,* utpote viam sternentem infidelibus ad irridendum fideles, *assertorem erronea opinionis et gravissimis panis obnoxium* dicemus eum qui auderet asserere Pontificem in hac aut illa canonizatione errasse". — Contra sententiam communem, P. Viollet, cf. *Etudes,* 20 avril 1905, multos congerit textus, ex quibus tantum sequitur illam sententiam non esse unanimem.

^S. Thom., *Quodl.,* IX, q. 7, a 16.

scandali, non posse Ecclesiæ infaliibilitatem in canonizatione negari.

50 DE LEGIBUS DISCIPLINARIBUS.

932. — (1) Leges disciplinares, de quibus agitur, eæ sunt quæ ad Dei cultum et vitam christianam dirigendam pro universali Ecclesia sunt statutae; differunt ergo a praeceptis, statutis et legibus particularibus.

(2) Ecclesia est infallibilis in legibus disciplinaribus universalibus. *Certum.*

Explicatur. Hæc infallibilitas consistit in eo quod Ecclesia, doctrinali judicio nunquam legem universalem statuet, quæ fidei, moribus et saluti animarum adversetur. Ut patet, ejusmodi infallibilitas optime componitur cum *mutabilitate* disciplinarum legum; et distinguitur ab earumdem *opportunitate :* nam nullibi Ecclesiæ promittitur summus prudentiæ gradus ad optimas leges pro omnibus temporum vel locorum circumstantiis ferendas.

PROBATUR, (a) Ecclesia infallibilitate donata est ad Christi doctrinam tuto conservandam, ut fideles secure ad salutem dirigantur. Sed, si in rebus generalibus disciplinaribus erraret, vera Ecclesia non esset doctrinæ revelatae fidelis custos, nec fideles in sanctitatis viam duceret, (b) Quapropter PIUS VI, ut " ad minus erroneam ", judicat hypothesim juxta quam " Ecclesia disciplinam constituere posset periculosam, noxiam... 1 "

Hinc *Ecclesia* pariter infallibilis est quando *definitive* et *sollemniter* approbat *constitutiones alicujus Ordinis religiosi,* quatenus approbare nequit instituta qüæ fidei et moribus sunt contraria, propter eamdem rationem ac supra; sed non est infallibilis quoad opportunitatem talis vel talis regulae pro variis adjunctis loci et temporis 2.

Conclusio. Ex his omnibus merito infertur Ecclesiæ infaliibilitatem, ex una parte, res mere profanas non attingere; ex alia vero, sese applicare non solum iis quæ revelata sunt, sed etiam iis quæ ita cum revelatis connectuntur ut, si in eis falleretur, error perniciosus in rebus ad fidem spectantibus induci posset.

1 D. B., 1578.
2 *Cf.* Pesch, *op.* 545.

SECTIO II

DE ELEMENTIS ECCLESIÆ ESSENTIALIBUS '.

933. — Ex dictis in prima sectione, Ecclesia, in se et multis ex suis proprietatibus, dicitur stricte supematuralis. Sed est simul externa societas inter populos degens. Porro sicut quælibet humana societas, Ecclesia militans constat *duplici essentiali elemento,* nempe formali et materiali. Elementum *formale* consistit in spirituali potestate, elementum autem *materiale* omnia et singula ejus membra amplectitur. Quare sermo instituitur de Ecclesiæ *potestate* in *tribus prioribus* capitibus, de ejus *membris* in capite *quarto;* denique in capite *quinto,* de *missionibus* quibus Ecclesia essentialiter apud infideles propagatur.

934. __ Conspectus generalis.

De elementis Ecclesiæ essentialibus.

Cap. I. *De potestate ecclesiastica in genere.*
Cap. II- *De magisterii ecclesiastici potestate.*
Prænotiones de magisterii potestate.
II. De R. Pontificis magisterio.
III. De Episcoporum magisterio.
Cap. IIP *De potestate jurisdictionis.*
De Ecclesiæ jurisdictione in genere.
‖. De jurisdictione R. Pontificis.
‖‖. De Episcoporum jurisdictione.
Cap. IV. *De membris Ecclesia.*
De conditionibus essentialiter requisitis in Ecclesiæ membro.
ii. De juribus et officiis membrorum Ecclesiæ.
Oψ. V. *De missionibus.*

' D. B.» Index IIc-Il.; D. Gréa, *L Église et sa divine constitution,* Paris, 1SS5; Segna, *De Ecclesia constitutione,* Romæ, 1900; L. Billot, *De Ecclesia Christi,* Romæ. 1903. p. 2S1-721; De Guibert, *De Ecclesia Christi,* Romæ, 192S; cf. p. 410› n. L Y. de la Brière, *L Eglise et son gouvernement,* Paris, 1935.

CAPUT I

DE POTESTATE ECCLESIASTICA IN GENERE

Summatim tractandum est : I. *de potestate Ecclesiæ in genere,* 2. *de potestate ordinis.*

I. De potestate Ecclesiæ in genere.

935. — (a) Formale elementum cujusque societatis est *potestas* seu *auctoritas,* vi cujus membra ad communem finem diriguntur. Hæc vero potestas fini societatis respondet (cf. n. 622, 623).

Sed *quisnam sit Ecclesiæ pinis?* Christus in terris triplici functus est munere : doctoris scilicet, sacerdotis et regis. Revera Christus in mundum venit ut homines viam salutis *edoceret,* ut Ecclesiam suam visibiliter *regeret,* denique ut per gratiam homines *sanctificaret.* Ecclesia autem eo fine instituta est ut visibilis missio Christi ad hominum salutem perennis redderetur in mundo.

Porro, ut hic finis obtineri possit, ecclesiastica hierarchia, sicut ipse Christus, habet potestatem docendi *(magisterii),* regendi *(jurisdictionis)* et sanctificandi *(ordinis),* ut jam probavimus (cf. n. 648 sq.).

(b) Potestas *ordinis* instituitur directe ad animarum sanctificationem (cf. n. 936-940). Hæc deest in omni naturali societate, quia finem naturalem prosequitur.

(c) Potestas *jurisdictionis* dupliciter sumi potest : I. *Lato sensu,* et ita complectitur tum potestatem *magisterii,* seu authentice proponendi revelatam doctrinam ; tum potestatem *jurisdictionis* seu fideles in viam saluds regendi. 2. *Stricto sensu,* et sic potestatem Christianos ad supernaturalem finem regendi exclusive designat : quo sensu a potestate magisterii distinguitur. — Hinc dicendum erit de *triplici* potestate : i. *ordinis, 2. magisterii, jurisdictionis.*

II. De potestate Ordinis ».

Nunc exponimus præcîpuas notiones de *ordinis potestate :* i. *considerata in se.* 2. *comparata cum potestate magisterii et regiminis.*

936. — (ij In se considerata.

a Potestas ordinis definitur potestas conficiendi et ministrandi sacra ad gratiæ collationem; vocatur etiam *potestas ministerii* vel *hierarchia ordinis* 2. Ipsum Christum auctorem habet (cf. n. 648), atque in Ecclesia essentialiter et de jure divino viget semperque vigebit. Ratione hujus potestatis, *Christiani dividuntur* in *clericos.* " divinis ministeriis per primam saltem tonsuram mancipatos ", et *laicos.* qui nulla spirituali potestate gaudent 3 (cf. n. 669). .

(b) Potestas seu hierarchia ordinis, **constat,** *ex divina institutione,* ""episcopis, diaconis et ministris...; *ex Ecclesiæ vero institutione,* alii quoque gradus accessere " 4.

937. — (C) Subjecti, qui tali potestate ornantur, sunt non omnes Christiani, nec soli justi; sed singuli fideles, qui validam ordinationem receperunt; illam vero exercere possunt in homines rite baptizandos posteaque baptizatos qui valide et licite ad sacramenta vel sacramentalia accedunt; et etiam in res materiales consecrandas et benedicendas 5.

(d) Objectum potestatis ordinis complectitur praecipue sacramentorum et sacramentalium confectionem et administrationem, sacrificii missæ celebrationem et omnium liturgicarum cæremoniarum publicam exeeutionem.

938. — (2) Comparata cum jurisdictionis potestate.

a Ordinis potestas differt a jurisdictionis potestate.

1. Et quidem *multipliciter :* etenim immediate ad animarum sanctificationem destinatur per applicata sacramenta; confertur autem ordinatione tantum, proinde est inamissibilis et extra Ecclesiam a falsis fratribus transferri potest.

2. E contra *jurisdictionis potestas* ad fidelium regimen per se et directe tendit atque versatur circa objectum diversum

' Franzelin, *De Ecclesia Christi,* Romæ, 1885; th. 5; L. Billot, *De Ecclesia Christi,* Romæ, 1903, p. 347 sq.

3 *Cod.,* c. 108. § 3. — 3 *Cod.,* c. 108, 948.

' *Cod.,* c. 108, §3.-5 *Cod.,* c. 1144-1153, etc.

in quo etiam res quædam materiales continentur; a superioris actu voluntario provenit et eodem modo retrahi potest. Igitur ambæ potestates essentialiter distinguuntur.

939. — (b) Potestas ordinis superat jurisdictionis potestatem. Quod fit variis modis : i. *Fine et efficacitate :* est enim spiritualis potestas ad gratiam habitualem ex opere operato producendam ordinata, ita ut Deo sanctificanti immediate cooperetur; dum jurisdictio directe ad hominum gubernationem tendens, intelligentias ad fidei assensum, voluntates vero ad leges servandas dirigit : quare ad internam justificationem solum per cooperationem fidelium concurrit sed eam non immediate perficit. 2. *Origine :* potestas ordinis oritur ab ordinatione valida, et impressione characteris sacramentalis a quo separari nequit; et eumdem gradum necessario retinet in omnibus eodem charactere signatis. Sed potestas jurisdictionis incipit et cessat, augetur vel minuitur, sola superioris injunctione.

940. — (c) Relationes multæ inter potestatem ordinis et potestatem jurisdictionis. Ambæ potestates distinctæ, ex Christi voluntate, *ad aliquid unum intime reducuntur.* i. *Ordinis potestas a potestate jurisdictionis pendet* quantum ad sui exercitii legitimitatem : revera nullibi et nunquam licite exerceri potest, nisi juxta canones ab ipsa jurisdictionis potestate emanatos, quæ regit omnes actus qui ad Ecclesiæ finem referuntur. 2. Vicissim *potestas jurisdictionis pendet ab ordinis potestate* tanquam a qualitate seu conditione in subjecto requisita, ut in eo existere possit regulari ac connatural! modo : revera optime congruit episcopalem potestatem inveniri in clerico, qui ad ecclesiæ gubernationem destinatur, ut evangelium docendo *(magisterium)* et Christi leges imponendo *(regimen),* directe per sacramenta fideles sanctificet *(ordinis potestas),* et sic ad æternam vitam suos subditos perducat. 3. Ex harum duarum potestatum conjunctione consurgit mirabilis ecclesiasticæ hierarchiæ natura, quæ indivisibilem et perfectam unitatem in Ecclesiæ constitutione præbet.

Hæc omnia breviter dicta sunt, ut, in ecclesiasticæ potestatis descriptione, non obliviscamur mirabilem ordinis hierarchiam, qua gratia Christi in animas divinitus effunditur.

CAPUT II

De Magisterii ecclesiastici Potestate [1]

941. — Conspectus.

De magisterii potestate.

1. *Pranotiones.*
2. *De R. Pontificis magisterio :* cum auctoritate : tum *infallibilitatis,* tum *providentia doctrinalis.*
3. *De episcoporum magisterio. Singulorum episcoporum* magisterium : ejus *natura, exercitium; assensus ei prasiandus.*
4. *Assensus Ecclesia magisterio debitus.*
   (fi Subjectum magisterii.
   (b) De *assensu qui debetur* magisterio tum *infallibili,* tum *fallibili.*

I. — Praenotiones de Magisterii Potestate

942. — (A) Notio.

i. Magisterii potestas est *jus et officium quibus Ecclesia christianam revelationem prædicat hominibus ut ad salutem recte dirigantur.* 2. Hæc potestas *in ceteris societatibus deest,* quia in eisdem omnia socialis activitatis elementa in natura existunt et præsupponuntur. 3. *In Ecclesia* autem *est absolute necessaria :* nam Ecclesia tendit ad supernaturalem finem, qui omnino transcendit hominis cognitionem naturalesque vires. Igitur ex Deo habere debet capacitatem hunc finem et media proportionata ostendendi seu potestatem docendi revelatas veritates. Quod revera fit [2].

943. — (B) Exercitium. Duplex est ratione : I, *infallibilitatis, 2. modi.*

(1) Ratione *infallibilitatis.* (a) Potestas magisterii exercetur vel cum *auctoritate infallibili,* vel cum *auctoritate providentia. doctrinalis,* quæ infallibilitatem non importat. "*Auctoritas magisterii* a Christo instituta in Ecclesia... *dupliciter* spectari debet. 1. *Primo,* ut singulis actibus est sub assistentia Spiritus Sancti ad infallibilem definitionem veritatis, seu ut est *auctoritas infallibilitatis.* 2. *Secundo* velut extensive, ut magisterium idem agit auctoritate quidem pascendi sibi divinitus commissa, non tamen tota ejus intensione, si ita loqui fas est, nec ultimatim definiendo veritatem, sed quantum necessarium aut opportunum et sufficiens visum fuerit *ad securitatem doctrinæ;* quam auctoritatem possumus forte dicere *auctoritatem providentiæ doctrinalis.* 3. Auctoritas infallibilitatis non potest a Pontifice communicari aliis velut suis ministris ut suo nomine agentibus. At auctoritas inferior providentiæ doctrinalis, ut eam appellavimus, non quidem independens, sed cum dependentia a Pontifice communicabilis est, et ab ipso Pontifice communicatur majori vel minori extensione quibusdam Sacris Congregationibus cardinalium... 4. Nos vero existimamus hujusmodi judicia, etiam citra definitionem ex cathedra, posse esse ita comparata, ut postulent obedientiam quæ includat mentis obsequium; non quidem ut credatur doctrina infallibiliter vera aut falsa, sed ut judicetur doctrinam in tali judicio contentam esse securam, et nobis ex motivo sacræ auctoritatis, cujus munus indubitatum est prospicere securitati doctrinæ, mentis obsequio amplectendam, ac contrariam rejiciendam..." [1].

(b) Infallibilitatem sequitur *irreformabilitas* doctrinæ prædicatæ; doctrinalem providentiam ejus *securitas.* Hæc securitas consistit in eo quod, positis certis personarum, temporis et locorum circumstantiis, est certissime *tuta* vel *non tuta* sententia quæ a legitimo magisterio approbatur vel reprobatur. Et quia "illud quod nunc *non est tutum,* attento præsenti statu rationum, potest postea *fieri tutum,* novis rationibus", consequenter potest "absolute contingere ut alia decisio edatur elidens priorem" [1].

944. — (2) Ratione *modi.* Magisterium est *sollemne* vel *ordinarium,* (a) *Prius* in actum deducitur sollemnibus judiciis Summi Pastoris vel concilii generalis : quod raro

1 **D. B.,** 1100-1112. **L. Billot,** *De Ecclesia,* **Romæ, 1903, p. 358-450; Wilmers, prop, LXXII; Choupin,** *Kaleur des décisions doctrinales et disciplinaires du Saint-SUf>e,* **Paris, 1907; N. Yung,** *Le magistère de ΓEglise,* **Paris, 1935.** — 3 **L. Billot,** *op. cil.,* **q. VIII, p. 338**

1 **Frânzelin,** *De Divina Traditione,* **Romæ, 1875; thés. XII, schol. i; L. Billot,** *De Ecclesia,* **th. XIX, p. 444 sq.** — 3 **L. Billot,** *z. c.*

evenit, (b) *Posterius* autem incessanter datur praesertim ab unanimi episcoporum consensu circa revelatam doctrinam. Ratione ejus exercitii constantis et universalis, temporum decursu, prioritatem habet relate ad sollemne magisterium. (Utrumque describimus *cie Traditione* agendo, cf. n. 1074 sq.).

945. — (C) Objectum.

Objectum in genere potestatis magisterii est Christiana revelatio a Christo et Apostolis nuntiata. *Duplex* distingui potest : (a) aliud dicitur *infallibilitatis objectum* complectens veritates revelatas vel cum revelatis intime connexas (=object. *primarium* et *secundarium)* (cf. n. 917, 918), quæ magisterio sollemni vel ordinario praedicantur, (b) Aliud autem spectat ad veritates, quas R. Pontifex per se vel per alios docet ut *securitati* doctrinæ revelatae provideatur, (c) In amplitudine magisterii doctrinalis Ecclesiæ continentur omnia jura quæ necessaria sunt ad revelationem edocendam et custodiendam. Hinc, non solum Ecclesia potest *definire* infallibiliter doctrinam revelatam de fide et judicare de rebus connexis cum doctrina revelata; sed etiam valet, *jure divino* hominibus *tradere christianam doctrinam,* ad hoc mittere *prædicatores,* apud fideles et infideles, *scholas* aperire pro religiosa institutione puerorum. Valet etiam *prohibere libros* fidei vel moribus periculosos, damnare errores, etc. : quæ omnia a canonistis fusius exponuntur [1].

(D) Depositarii. Ecclesiasticum magisterium procedit, tum a *R. Pontifice,* tum ab *episcopis.* Sed hæc fusius sunt exponenda.

II. — De R. Pontificis Magisterio.

946. — R. Pontifex, quatenus B. Petri successor, supremam magisterii potestatem in Ecclesiam exercens, habet jus et officium salutarem Christi doctrinam *propagandi,* eamque puram *conservandi.* Hæc potestas, juxta *C. Vaticanum,* in ipso primatu includitur.

R. Pontifex eamdem exhibet in suo magisterio tum *sollemni,* tum *ordinario.*

[1] *Cod.,* c. 1322140S.

(A) Sollemne ejus magisterium pronuntiat definitiones ex cathedra (cf. n. 875 sq), est semper *infallibile* et stricte S. Pontifici personale.

(B) Ordinario magisterio Papa (a) fungitur : *explicite,* ut *magister* qui docet per encyclicas et allocutiones r, qui approbat Patrum et theologorum scripta et errores reprobat, etc.; *implicite,* scilicet ut *legislator* pro universa Ecclesia condens leges disciplinares, liturgicas, etc. (b) Magisterium illud ordinarium *consistit in eo quod* R. Pontifex, agens tanquam pastor et doctor supremus, licet judicium dogmaticum et terminativum non proferat, fideles universos instruit " de his quæ sunt in praedicatione Ecclesiæ, columnae veritatis Permultæ recentiorum Pontificum encyclicae videntur hujus magisterii actus.

947. — (C) Quaeritur utrum in ordinario magisterio R. Pontifex sit infallibil. s ? (i) *Certum* videtur quosdam saltem ejusdem actus esse infallibiles, quamvis non sint definitiones ex cathedra, nec probetur ab eodem magisterio unquam aliquod novum fidei dogma creatum fuisse, (a) Etenim negata absolute infallibilitate encyclicarum et actuum praecipuorum in hoc ordinario magisterio, non videtur quandonam R. Pontifex exerceret idem magisterium, quod scimus infallibile, (b) Insuper, ex dictis (cf. n. 750 sq.), Ecclesia fruitur infallibilitate in errorum proscriptione et legibus universalibus imponendis. Atqui saepius ejusmodi actus a R. Pontifice in suo magisterio ordinario eliciuntur, (c) Hinc " nullatenus dubitandum videtur quin in documentis hujusmodi, ad universalem Ecclesiam missis, *infallibiles* sint Pontifices utique quantum ad ea quæ *directe* et *per se* in eis proponuntur"[1]. (d) *Notetur* quod C. Vaticanum S. Pontificis infallibilitatem in locutionibus ex cathedra definivit, sed nihil declaravit de objecto infallibilitatis pontificiae in

1 **Nonnulli tamen, v. g., Bainvel,** *De magisterio vivo et Tradit.,* **Paris, η. 1oi; Vacant, Zz** *magistère ordinaire,* **VI, p. ιoi, dubitant utrum encyclicæ et allocutiones consistoriales sint actus magisterii ordinarii an extraordinarii.**

2 **L. Billot,** *op. cit.,* **p. 655; J. M. Hervé,** *op. cit.,* **n. 574; C. Manzoni,** *Compendium theol. dogmat.,* **n. 375; G. Jacquemet,** *Tu es Petrus,* **Paris, 1934, p. 56 sq. Quidam vero theologi putant encyclicas pertinere ad** *actus providenlitc doctrinalis* **quoad doctrinam, qui ratione sui non important auctoritatem infallibilem. Choupin,** *Valeur des décisions... du Saint-Siège,* **Paris, 1907, p. 50 sq.**

genere nec ad solas definitiones eamdem infallibilitatem extendi docuit.

948. — (2) *Non infallibile* magisterium ordinarium sæpe exsequitur R. Pontifex *per seipsum,* quando utitur suo munere supremo, sed non secundum totam ejus intensitatem, hortando, docendo, imperando, etc,; vel quando declafat tantum talem doctrinam tutam esse vel non. Pie tamen creditur Papam, in munere supremi Doctoris obeundo, speciali Dei providentia semper protegi, qua in ejusmodi actibus ab omni errore præservetur, qui fidelibus graviter noceret.

(3) S. Pontifex illud magisterium etiam praestat partim *per S. Congregationes* (cf. n. 980) quasdam, (a) Revera curam de catholica doctrina commisit præsertim Congregationi *Sancti Officii,* cui ipse præest et quæ "tutatur doctrinam fidei et morum"[1]; et Congregationibus *de disciplina Sacramentorum, de Concilio, de Seminariis et Universitatibus studiorum* Congregationi S. Officii annexa fuit *Congregatio Indicis,* cujus cura erat librorum proscriptio, emendatio vel permissio. Huic Congregationi assimilatur, quoad auctoritatem, *Commissio pontificia biblica* a Pio X creata ad solvenda dubia de rebus biblicis.

(b) S. Pontifex per Congregationes romanas docet, quando *earum decreta approbat,* quod fieri potest *dupliciter : sollemni* modo, si rem totam *sitam* facit et decretum *proprio nomine* promulgat; *communi* modo, si decretum approbat ut *Congregationis decretum.*

(c) i. *In priori casu,* doctrinalia decreta sunt vere *actus R. Pontificis,* quamvis prævium Congregationis examen præcesserit; et ex hoc capite nil prohibet, quin, positis ponendis, *infallibilia sint.* Talia fuere decreta Pli V *Ex omnibus afflictionibus,* adversus Baium ; [3] et INNOCENTII X *Cum occasione,* 31 maii 1653, contra Jansenium < Attamen *pauca* ejusmodi decreta *sunt infallibilia* nam plerumque deficit intentio rem definiendi, vel alia ex conditionibus requisitis [5]. (Cf. n. 875).

[1] Ccrf., c. 247. — [2] *Cod.,* c. 249, 250. 256.
D. B., 1001 sq. — [4] D. B., 1092 sq.
[5] Exempla invenies apud L. Choupin, *Valeur decisions doctrinales et disciplinaires du S. Siège,* Paris, 1907, p. 52-56.

2. *In casu altero*^ sane frequentiore, *decreta* Congregationum, quanquam a S. Pontifice approbata, *remanent actus Congregationis,* et proinde non possunt esse infallibilia, cum nemini R. Pontifex suam infallibilitatem delegare possit. Habent tamen magnam auctoritatem, ratione eorum originis et momenti.

III. — De Episcoporum Magisterio \

Hoc magisterium præstari potest ab episcopis sive *collective,* sive *singulatim* sumptis. De infallibilitate episcoporum in generali concilio antea disseruimus (cf. n. 905, 906). Hic tantum agitur de *singulis episcopis.* Eorumdem magisterii declaramus : I. *naturam* 2. *exercitium,* 3. *assensum eidem debitum.*

94«. — I. Natura. Thesis. Singuli episcopi habent, pro sua dioecesi, potestatem magisterii authentici sed non infallibilis.

(1) Magisterium authenticum, (a) Episcopi habent *magisterii potestatem.* Utpote Apostolorum successores, gregem suum pascere debent : quod fit præsertim Christi doctrinam praedicando, (b) *Authenticum magisterium exercent.* Etenim docent, non ut doctores privati, ratione sui ingenii vel theologicæ scientiae; sed vi muneris a Deo accepti et propter publicam auctoritatem quæ eis collata fuit, et ob quam fidelibus assensum suæ doctrinæ imponere possunt. Hinc episcopi ut authentici magistri et judices fidei haberi debent et praesumendi sunt veram doctrinam tradere, donec contrarium probetur, (c) *In sua propria diœcesi* tantum, magisterium exercere debent, nam, juxta *C. Vaticanum,* " singuli singulas greges... regunt " 2

950. — (2) Magisterium non infallibile.

Probatur, (a) *Experientia,* i. S. *Paulus* scribit ad eos quos Spiritus S. posuit episcopos regere Ecclesiam Dei : " *Ex vobis ipsis exsurgent viri loquentes perversa,* ut abducant discipulos post se " 3. 2. In arianismo, nestorianismo,

* **Valton, art.** *Evtques,* **in** *D. T. C.,* **coi. 1712 sq.**

· **Van Noort,** *De Ecclesia Christi,* **n. 198.**

' *Aci.* **XX, 30; Z** *Tim.,* **IV, 7, 13, 16; VI, 20.**

jansénisme, etc., plures fuerunt episcopi haeretici. Præterea apud Catholicos, quidam, v. g., S. CYPRIANUS, graviter erraverunt.

(b) *Auctoritate,* Bulla *Auctorem fidei* damnat, ut ad minus erroneam, opinionem quæ tenet episcopos non indigere superiori ordinatione ad bonum regimen dioeceseos quoad fidem et mores x.

(C) *Rat. theol.* Doctrinalis sententia episcopi per R. Pontificem, pastorem supremum, reformari potest. Atqui repugnat aliquam sententiam esse ex se reformabilem et simul infallibilem.

951. — II. Exercitium, (a) Magisterium episcopi cujusque importat non controversiarum solutionem definitivam, sed traditionem et custodiam veritatum, quæ jam a rragisterio sollemni vel ordinario sparguntur, (b) *Practice* episcopi tenentur prædicationi et defensioni fidei christianæ invigilare : "Curent ut *puritas fidei ac morum* in clero et populo conservetur, ut fidelibus præcipue pueris ac rudibus, pabulum doctrinæ christianæ præbeatur, ut in scholis puerorum ac juvenum institutio secundum catholicæ religionis principia tradatur"2, (e) Episcopus ecclesiastico magisterio fungitur *per seipsum* variis modis : in ordinaria prædicatione, vel litteris pastoralibus, vel mediantibus periodicis, v. g., *Semaines religieuses :* partie officielle, vel publicatione catechismorum, vel in judiciis a R. Pontifice expostulatis, vel in synodis diœcesanis et provincialibus, vel in errorum damnatione pro diœcesi, etc. (d) Denique episcopus suos fideles docet etiam *per cooperatores* : parochos, concionatores, catechistas, sacerdotes qui Christianas societates et confraternitates clericales et laicales dirigunt.

952. — III. Assensus episcopi magisterio præSTANDUS. (a) *Episcopus, ut doctor privatus,* licite potest approbari, vel impugnari, servata tamen debita reverentia. Si vero ut *authenticus fidei magister* loquatur, tunc exigere potest assensum, non quidem irrevocabilem, cum ipse non sit infallibilis; sed *internum et religiosum,* ratione materiæ et motivi, (de quo fusius infra : cf. n. 956); nisi tamen

x D. B., 1506. 2 *Cod.,* c. 336, §2.

aliquando constet episcopi sententiam deficere a doctrina R. Pontificis vel Ecclesiæ et, in hoc casu, a S. Pontifice solo judicandus est. (b) Quoad *magistros episcopo inferiores* ejusque adjutores, dicendum est eorum doctrinalem auctoritatem valere, inquantum cum episcopo conjunguntur ejusque doctrinam a R. Pontifice acceptam docent ratione ejusdem mandati. Quapropter assensus his magistris debitus est ejusdem ordinis ac assensus episcopo praestandus.

IV. — Assensus Ecclesiæ Magisterio debitus.

Hujus magisterii *subjecto* breviter descripto, indicabimus *assensum* eidem magisterio reddendum.

953. — I. Subjectum magisterii.

(a) In Ecclesia, magisterii potestas, ex Christi institutione, dirigitur non ad solos Catholicos, ut fidei unitas non deficiat; sed etiam ad omnes homines, catechumenos, hæreticos et paganos, ut de infidelitatis tenebris in admirabile lumen Dei transferantur; ideoque nullis limitibus coarctatur. Christus enim dixit : "*Prcedicate euangelium omni creatures*" L

(b) Pro *infidelibus* ergo Ecclesia non tantum ex caritate, sed etiam vi sui muneris pastoralis ex officio evangelium, extra fines suos, praedicare tenetur. Christus enim "supra verticem montium cathedram ecclesiasticam erexit, ut ad eos quoque qui longe sunt, miris multiplicibusque modis hoc magisterium radios suæ lucis expanderet" 2. (c) Relate ad *fideles,* magisterii potestas cum jurisdictione conjuncta, proponit et imponit Christi revelationem; relate vero ad ceteros qui Catholici non sunt, hæc potestas fidem revelatam solum authentice manifestat, sine ulla in ipsos jurisdictione.

954. — II. De assensu ecclesiæ magisterio debito.

Ecclesiæ potestas docendi exercet magisterium tum *infallibile,* tum *non infallibile.* Quisnam assensus utrique a fidelibus sit præstandus?

i° *De assensu qui magisterio infallibili debetur.* Infallibile magisterium, ex dictis, respicit veritates tum *revelatas*

« *Mare.*, **XVI, 15**; *Matth.*, **XXVIII, 19.**

• **L. Billot,** *De Ecclesia Christi,* **p. 319; Franzelin,** *De Ecclesia,* **th. 5.**

(objectum *primarium),* turn nori revelatas sed cum prioribus connexas (objectum *secundarium')* (cf. n. 917, 918). His memoratis, sequentia sunt declaranda.

(1) Assensus fidei divinæ seu *divino-catholicæ* [1] stricte debetur omnibus et singulis veritatibus, sive sollemni sive ordinario Ecclesiæ magisterio sufficienter propositis, *tanquam a Deo ipso vere revelatis* (quæ *primarium objectum* constituunt).

Iisdem assensus in auctoritate divinæ locutionis immediate fundatur, ideoque supremam certitudinem præbet, et qui pertinaciter eum denegat peccatum *lueresis* committit.

955. — (2) Assensu fidei ecclesiasticæ (a) credenda sunt omnia quæ ab Ecclesiæ supremo magisterio declarantur *tenenda, ratione eorum intimce connexionis cum deposito catholica revelationis* (quæ veritates *secundarium objectum* sunt), (b) Talis assensus præbetur *propter auctoritatem non Dei sed Ecclesia infallibiliter docentis.* Quare est absolute certus et firmissimus. Christianus hunc assensum elicere debet eo " modo quem intendit Ecclesia adeoque cum dispositione animi ad credendum etiam fide divina, si forte natura rei id patiatur vel requirat " [2]. Quivero hujusmodi assensum respuit, gravissimi peccati reus est, sed ut *luereticus proprie dictus* non habetur, cum rejiciat veritatem quæ ut revelata non proponitur, (c) Attamen idem assensus est *juris divini,* nam Christus eum praecipit dicendo : "Si *quis Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus* " [3].

956. — 20 *De assensu qui magisterio non infallibili debetur.* Ecclesiæ magisterium quandoque edit *non infallibilia decreta,* quæ ad christianæ doctrinæ securitatem tantum ordinantur, et procedunt vel a S. Pontifice, vel a romanis Congregationibus His decretis præstandus est *assensus religiosus internus,* cujus *notio* et *necessitas* stati m'declarantur.

i A) Notio. *Assensus religiosus internus* his præberi decretis debet, qui ut formale motivum habet ipsam *Ecclesia*

[1] I· ides *divnio-caiholiea* et fides *divina simpliciter* est assensus ipsi auctoritati Dei revelantis innixus. Utriusque ergo motivum idem est, nempe auctoritas Dei loquentis. Differunt tamen, nam ad fidem *divinam simpliciter* sufficit ut objectum sit certo revelatum ; dum ad fidem *divino-catholicam* requiritur insuper quod veritas revelata ut talis proponatur omnibus ab Ecclesia.

L. Billot, *De Ecclesia Christi,* p. 437.

[3] *Mattii.,* XVIII, 17; cf. *Luc.,* X, 16. — * L. Billot, *op. cit.,* p. 446.

auctoritatem religiosam. Igitur omnino inferior est assensui fidei tum divinæ, tum ecclcsiasticæ ; nec est absolute certus aut omnem erroris possibilitatem excludens, quia circa magisterii declarationes non infallibiles versatur.

Idem assensus est : i. *internus,* scilicet in mente existens, et sic differt a *reverentiali silentio,* quo tacetur de doctrinis vel rebus ab Ecclesia judicatis; 2. *religiosus,* ratione sui motivi, objecti et finis; quare maximam reverentiam implicat; 3. *prudentialis,* nam prudentia vult, quoad christianam doctrinam, audiri auctoritatem quæ ex officio eam docet; 4. *moraliter certus,* cum, ex una parte, catholicus teneatur mentem suam subjicere Ecclesiæ magisterio1: quod fit juxta prudentiæ regulas; et ex altera parte, decreta accipienda non evidenter ut erronea appareant.

957. — (B) Necessitas. (1) Necessitatem hujus assensus exigunt tum *prudentia,* tum *obedientia :* nam hæc decreta proferuntur a S. Pontifice vel a viris doctis ac prudentibus, qui ad hoc munus ab ipso delegantur; et proinde haberi possunt pro manifestatione doctrinæ in Ecclesia communiter receptae, quam imponit legitima auctoritas; temeritate igitur non carent qui eisdem assentire nolunt2.

(2) Ex *auctoritate* R. Pontificum constat eadem necessitas.

(a) CLEMENS XI declarat contra Jansenianos (1705) : " Obedientiæ quæ apostolicis constitutionibus debetur *obsequioso illo silentio nequaquam satisfieri* ";(posteaque addit Ecclesiæ sententiam de libro *Auguslinus*^non ore^olum sed et *corde rejici* ac damnari *debere*

(b) Pius IX scribebat (1863) ad archiepisc. Monaco-Frisingensem : " Cum agatur de illa subjectione, qua *ex cons-*

1 Censuræ doctrinales *ordinis praelici,* quibus declaratur talem sententiam tuto vel non tuto teneri vel tradi posse, pon sunt ex natura sua irreformabiles utpote non continentes infallibilem in ordine speculativo propositionem veritatis. Attamen Catholici se eis subjicere tenentur ex conscientia. L. Billot, *De Ecclesia Christi,* p. 444.

' Recte comparat de Poulp:quet, *L'Eglise catholique,* p. 305-334. assensum *prudentialem* quem his definitionibus debemus assensui practico quem, in rebus ad salutem pertinentibus, *parti tutiori* præstare tenemur. Cum fides absolute ad salutem necessaria sit, cavet Ecclesia ne nimia libertate vel inconsiderantia mentes tali vel tali propositioni adhæreant quæ, quamvis forsan non falsa, fidei tamen periculum certum, datis circumstantiis, constituit : qui se his monitis subtrahit, temeritatis et inobedientiæ reus evadit. — 3 D. B., 1350.

dentia ii omnes Catholici obstringuntur, qui in contemplatrices scientias incumbunt... sapientibus catholicis *haud satis esse,* ut præfata Ecclesiæ dogmata recipiant ac venerentur, verum etiam *opus esse,* ut *sc subjiriant* tum *decisionibus,* quæ *ad doctrinam pertinentes a Pontificiis Congregationibus proferuntur*

(C) Plus X i. reprobavit (1907) modernisticam propositionem : " Ab omni culpa immunes existimandi sunt, qui reprobationes a S. *Congregatione Indicis aliisvc sacris Romanis congregationibus* latas nihili pendunt" [1].

2. Apertius interni assensus obligationem quoad *Commissionis biblica* sententias injunxit motu proprio *Prastantia* (1907) : " Declaramus in præsens expresseque præcipimus, *universos omnes conscientia obstringi officio* sententiis *Pontificalis Consilii de re Biblica,* sive quæ adhuc sunt emissæ sive quæ posthac edentur, perinde ac decretis S. Congregationum ad doctrinam pertinentibus, probatisque a Pontifice, *se subjiciendi;* nec posse notam tum detrectatæ obe lientiæ tum temeritatis devitare, aut culpa propterea vacare gravi, quotquot verbis scriptisve sententias has tales impugnent; idque præter scandalum, quo offendant " [2][3]

Igitur assensus internus religiosus est *certo universaliter obligatorius.* Quapropter qui illum denegat peccatum committit plus minusve grave, ratione materiae, periculi, temeritatis aut scandali.

(3) Si tamen, in aliquo casu *extraordinario,* docti catholici censerent graves rationes contra decisionem datam militare, possent *privativi* ac *reverenter* eas auctoritati ecclesîasticæ proponere, dummodo parati essent ultimo ejus decisioni acquiescere [3].

1 **D. B., 2008.**

2 **A. A. S., t. XL, p. 724; D. B., 2113, 2114; Pirot, art.** *Commission biblique,* **in** *Did. bibl. (Supplément).*

3 Ila Choupin, *op. cit.,* p. 59-60 : " Nous-mêmes, tout en admettant le décret qui proscrit cette proposition par exemple comme erronée, nous pouvons, non pas extérieurement, publiquement (ce serait manquer au respect et à l'obéissance dus à l'autorité légitime), mais d'une manière *privée,* en notre particulier, chercher les raisons intrinsèques de la vérité ou de la fausseté de cette doctrine. Et si par hasard (le cas sera très rare) nous trouvions des raisons solides, qui semblent démontrer que cette proposition est vraie, nous pourrions les présenter a l autorité compétente, par exemple à la Congrégation, qui les pèserait".

CAPUT III

DE POTESTATE JURISDICTIONIS [1]

958. — Conspectus.

De Ecclesiæ jurisdictione.

i® *De Ecclesice jurisdictione in genere.*
Notio, subjectum, objectum; extensio : status quæstionis, thesis.

20 *De jurisdictione R. Pontificis.*
(a) Ejus *proprietates :* est plena et suprema, ordinaria et immediata. Corollaria.
(b) Ejus *exercitium.*

Scholia.
1. De Curia Romana.
2. De civili Principatu R. Pontificis.

30 *De Episcoporum jurisdictione.*
(a) Episcoporum *singulatim.*
1. *Proprietates :* est completa et subordinata, ordinaria et immediata.
2. *Exercitium.*
(b) Episcoporum *collegialiter.*
1. Per orbem dispersorum.
2. Congregatorum inconc. œcumenico vel particulari.

Scholion. De origine jurisdictionis Episcoporum.

Potestati *docendi* in Ecclesia adnectitur *jurisdictionis* potestas, quam statim perpendimus in *triplici articulo,* ubi agitur oe eadem jurisdictione : i. *in genere,* 2. *apud R. Pontificem,* 3. *apud episcopos.*

ARTICULUS I

De Ecclesiæ Jurisdictione in genere.

959. — PRÆN0TI0NES. (a) Christus Ecclesiæ suæ veram egendi potestatem seu *jurisdictionem contulit,* ex dictis de nstitutione Ecclesiæ ut societatis hierarchicæ et monarhicæ. (Cf. n. 642 sq., 672 sq.). (b) *jurisdictio* (a *jure dicendo}* definitur : *Moralis potestas regendi, quasi subditos, membra Ccclesice, in ordine ad proprium Ecclesiæ finem supernatu-*

' **D. B., Index II*, II»».**

ralein. (C) Eadem *extenditur* non ad hominum universalitatem, sicut potestas magisterii; nec ad paganos, pueros et amentes; sed ad omnes et solos baptizatos rationis habitualiter compotes. En jurisdictionis subjectum, (d) Nunc tractandum est de hujus jurisdictionis : i. *objecto, 2. extensione.*

I. EJUS OBJECTUM >.

960. — (1) Jurisdictionis objectum *in genere* complectitur ea omnia quæ ad regimen Ecclesiæ societatis externæ et spiritualem fidelium vitam spectant. Ita Ecclesia edit regulas quoad cultum et ritus sacros, sacramentorum administrationem et breviarii recitationem, vota et ordines religiosos, judicia et pœnas ecclesiasticas, etc.

(2) Distinguitur jurisdictio *duplex :* alia *fori externi,* alia *fori interni* seu conscientiæ 2. *Forum* significat cujusque judicis territorium, (a) Jurisdictio *fori externi* est ea quæ competit Ecclesiæ tanquam visibili societati, et directe exercetur ab ea per modum causæ principalis. Hæc potestas est præcipue ad leges ferendas, et ad ea quæ hanc potestatem consequuntur. Eadem præcipit vel prohibet solos actus directe et per se externos, qui exclusive subsunt humanæ potestati; sed, consequents via, attingit etiam internos actus, necessarios ad valorem et honestatem actuum externorum, (b Jurisdictio *fori interni* est principaliter ad solvendum. Hæc potestas, sese exercens intra vel extra pœnitentiæ sacramentum, certo leges divinas sive naturales sive positivas non solvit, sed solum particulares personas absolvit a vinculis, quæ actibus suis in foro Dei contraxerunt et quæ solubilia remanent : v. g., remittit peccata, relaxat vota. Eadem potestas residet in Ecclesia *fer modum instrumenti Dei,* quod pertingit ad ea quæ Deus primo et per se operatur 3; et sic essentialiter a jurisdictione fori externi distinguitur.

(3) Infra dicetur potestatem Ecclesiæ extendi : (a) *directe* in *res spirituales;* (b) *indirecte* vero in res materiales et temporales, (et in ipsum Statum), quando et quatenus illæ cum bono spirituali connectuntur ‹. (Cf. n. 1038-1043).

| D. B., Index IIb. — - (W.. c. 196.
L. Billot, *op. oil.*. p. 466 sq.
4 D· B·» 1322. 1754-

II. EJUS EXTENSIO.

961. — Status quæstionis.

(i) Errores. *Afarsilitis Patavinus* Ecclesiæ denegavit coactivam potestatem l. *Henricus VIII,* rex Angliæ, docuit omnem ecclesiasticam auctoritatem, ex Christi beneplacito, apud regem solum immediate residere. *Protestantes* dicunt potestatem circa res spirituales pertinere ad populum, qui eam transfert in ministros ab ipso electos. Juxta *Regalistas, Febronianos* et *Pistorienses,* Ecclesiæ competit auctoritas circa res mere spirituales; sed potestas circa externum Ecclesiæ regimen in principibus sæcularibus residet Quibus concordant nonnulli *Gallicani.*

962. — (2) Doctrina catholica. Ecclesiæ jurisdictio continet potestatem *legislativam, judiciariam* et *coactivam.* (aj *Legislativa* est jus præscribendi media ad societatis finem apta, quæ subditos in conscientia obligant, (b) *judiciaria* est facultas judicia instituendi de sensu legum et actionibus sociorum, sententiasque ferendi quæ etiam invitos obligant, (c) *Coactiva* est jus vim physicam adhibendi ad urgendam executionem legum vel sententiarum 2.

In hac definitione potestatis *coactivce,* per vim *physicam* intelligenda sunt media quæ obtinent suum effectum *etiam invito* subdito, sive sint *materialia* (pœnæ corporales, v. g., detentio, incarceratio...), sive sint *mere spiritualia,* ut excommunicatio, suspensio. Hic enim *vis physica* solummodo opponitur *morali* quæ in consilio, præcepto, etc., habetur, et *ex se,* non obtinet effectum nisi in bene volente, etiamsi includat obligationem.

963. — Thesis. Potestas jurisdictionis Ecclesiæ complectitur potestatem legislativam, judiciariam et coactivam. Theologice *certum.*

Ecclesiæ magisterium.

(a) *C. Tridentinum* circa *legislativam* Ecclesiæ potestatem definivit : " S. q. d. baptizatos liberos esse ab omnibus *sanctce*

' D. B., 499.

- *Diversimode explicatur notio potestatis coaclivie.* (a) Juxta quosdam, pars est potestatis *executivie* tantum, (quæ legislature et judiciariæ opponitur), quatenus vim physicam in invitos adhibet, (b) Juxta alios vero, potestas quæ dicitur coactiva ad *legislalivani* pertinet, in quantum leges poenales constituit; ad *judiciariam* autem, in quantum pœnas a lege statutas in casu particulari contra reum decernit; ad *executivam* vero in quantum pœnas a judice decretas applicari mandat. Cf. Cavagnis, *Institut, juris publici ecelesiast.,* 3 vol., Romæ, 1906, t. I, n. 95-96.

Ecclesiapræccptis, quæ vel scripta ve) tradita sunt, ita ut ea observare *non teneantur,* nisi se sua sponte illis submittere voluerint, anathema sit ” *.

(b) Triplicem potestatem, *legislativam, judiciariam, et coactivam* Ecclesiæaffirmant Benedictus XIVet Pius VI, damnando ut *haretieam* doctrinam, quæ denegaret Ecclesiæ “ potestatem non solum dirigendi per consilia et suasiones, sed etiam *jubendiper leges,* ac devios contumacesque *exteriore judicio,* et salubribus *pcenis* coercendi atque cogendi ”1

964. — Probatur.

i° Script. : i. ex *verbis Christi,* 2. ex *praxi Apostolorum.*

(A) *Ex verbis Christi,* (i) Modo generali, Christus dedit Apostolis eorumque successoribus, et imprimis Petro, potestatem *pascendi* (i. e., regendi) fideles 3, et *quacumque alligandi vel solvendi* super terram in ordine ad hunc finem. Præterea declarat eosdem sicut et ipsum, omni potestate necessaria præditos fore. Ait enim : “ Data est mihi *omnis potestas* in cælo et in terra. Euntes *ergo* docete omnes gentes... Sicut misit me Pater, et ego mitto vos ” 5... “ Qui vos audit me audit, et qui vos spernit me spernit ” 6. Atqui, in his verbis generalibus, certo includitur potestas tum leges ferendi, tum judicia instituendi, tum pcenis urgendi exsecutionem legum vel sententiarum : nam, sine hac triplici potestate, societas vera et perfecta, qualis a Christo instituta fuit Ecclesia, subsistere non potest.

(2) Modo speciali, (a Potestas *legislativa* ex textibus jam citatis infertur 7; et confirmatur ex eo quod, in V. T., hujusmodi potestas existebat, secundum illud : “ Super

1 C. *Trident.,* sess. VII, *de Baptismo,* can. 8; D. B.f 864. Cf. *1''atiian.,* Const. *Pastor tutemus,* cap. 3; D. B., 1794·

2 Bened. XIV, Brev. *Ad assiduas,* 4 mart. 1755, quo damnatur opus a P. la Borde scriptum *Principes sur ressente, la distinction et les limites des deux puissances spirituelle et temporelle,* jam a S- Officio, 5 aug. 1753, damnatum : *Benedicti XIV BMlariiun,* III part 2, Prati, 1847, p. 225; — Pii VI, bulla *Auctorem fidei,* 28 aug. 1794. qua damnantur errores synodi *Pistoriensis :* D. B., 1504, 1505.

**Joan.,* XXI, 15-18; cf. *I Petr.,* V, 2; *Act.,* XX, 28.

Matth., W III, 18; X\ I, 19. In hoc ultimo textu, per metaphoram *clavium* expressius explicatur potestas Petro a Christo tradita (cf. n. 679).

5 *Matth.,* XXVIII, 18-19;/*™., XX, 21. — 6 *Luc.,* X, 16.

7 Præsertim ex *Matth.,* XXVIII. 19 et XVIII, 18; cf. de Groot, *l. c.,* p. 393.

cathedram Moysi sederunt Scribæ et Pharisæi, Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate et facite " l. Non enim verisimile est minorem potestatem competere «Apostolis et episcopis quam scribis et 'pharisæis.

(b) Potestas *judiciaria* et *coactiva* Ecclesiæ a Christo conceditur, quando exponit modum quo peccator corrigi debet. Post fraternas monitiones, si inutiles evadunt, "dic ecclesiæ; *si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus"* 2. In hoc textu indicantur reus, accusator, judex (scilicet ecclesia 3), et proinde agitur vere de potestate *judiciaria.* Indicatur quoque sententia et poena a reo subeunda, exclusio scilicet a communitate : "Sit tibi sicut ethnicus et publicanus"* : ex quo recte concluditur Ecclesiam habere *coactivam* potestatem.

965. (B) *Ex praxi Apostolorum.*

Hanc triplicem potestatem exercuerunt Apostoli, qui fideliter Magistri voluntatem interpretabant.

(a) Potestatem legislativam. In C. Hierosolymitano, præceperunt Apostoli neo-conversis ut abstinerent " ab immolatis simulacrorum, et sanguine, et suffocato, et fornicatione " 5; S. *Paulus* laudat Corinthios quod *præcepta* sua servaverint6; in -suis epistolis multas edicit leges de dotibus ministrorum Ecclesiæ 7, de conditionibus requisitis in vidua

1 J/<r?//z., XXIII, 2-3. — 3 *Matth.*, XVIII, 15-17.

' -' Vocantur *ecclesia* ecclesiæ rectores; quod manifestum est tum ex eo quod et synagoga? principes appellantur *ecclesia;* tum ex natura rei, quandoquidem judicium ab universa multitudine exerceri nequit; tum ex eo quod Christus e vestigio subjungit : " *Amen dico vobis, quaeunique alligaveritis super terram,* etc. " (/. *c.*, v. 18) : quæ quidem verba non ad omnes, sed ad Apostolos ecclesiæque rectores pertinent, qui *ecclesia* dicuntur, quemadmodum *status* appellantur magistratus, a quibus respublica geritur", de Groot, /. *c.*, p. 399; cf. Loisy *, *Les Evangiles synoptiques,* t. II, p. 91.

4 Hujusmodi *excommunicatio* jam in synagoga in usu erat : cf. *Joan.*. IX, 22, 34·

5 *Act:*, XV, 29. Hanc legem esse novam, positivam (saltem ex parte) et vere obligatoriam optime demonstrat Palmieri, *op. cit.*. p. 124. De die dominica quæ juxta plures, v. g., S. Thom., *Sum. theol.,* 1a 2®, q. 103, a. 3; 2· 2æ, q. 122, a. 4, sabbato successit, vi *pracepti* apostolici, cf. *Act.*, XXI, 7; *I Cor.*, XVI, 1; *Apoe.*, I, 10; Duchesne, *Origines du culte chrétien,* 3e éd., p. 228; Villien, *Histoire des commandements de ГEglise,* Paris, 1909, p. 22-25.

6 " Laudo vos quod *pracepta* mea tenetis". Z *Cor.*, XI, 2. Cf. Z *Thess.*, IV', 2 : "Scitis quæ *pnccepta* dederim vobis ".

? *I Tim.*, Ill, 2 sq.; *Tit.*, I, 6-9.

(b) Potestatem judiciariam. S. *Paulus* sententiam vere judiciariam tulit contra Hymenaeum et Alexandrum 4, contra Corinthium incestuosum 5 : eos tradidit Satanæ; edocet Corinthios quomodo apud fideles causæ judicandæ sint6; instruit Timotheum de duobus vel tribus testibus requisitis ad recipiendam accusationem adversus presbyterum 7.

(C) **Potestatem coactivam** jam in exercitio vidimus locis modo citatis8, quibus plures addi possunt; v. g., S. *Paulus* minatur *Corinthios : "In virga* veniam ad vos 9?.. In promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam l0... Hæc absens scribo, ut non praesens durius agam secundum potestatem quam Dominus dedit mihi " u. Alibi præscribit *Thessalonicensibus : "* Si quis non obedit verbo nostro per epistolam, *hunc notate, et ne commisceamini cum illo " 12.*

966. — 2° Tradit.

(A) **Ex praxi Ecclesiæ.** (i) Etenim omnibus notum est Ecclesiam et R. Pontifices atque episcopos (praesertim in conciliis), jam a primis temporibus : (a) *leges vel canones* edidisse quibus fidelium conscientiæ obligarentur : quod testantur collectiones antiquæ, quales sunt *Canones* et *Constitutions Apostolorum,* etc.; (b) *judiciales* sententias pronuntiasse, v. g., contra hæreticos, et tribunalia ecclesiastica instituisse; (C)*poenas* (etiam temporales) contra rebelles decrevisse. (2) *Codex Juris canonici (1917)* nunc vigens est legislative potestatis exercitium et simul determinat actus potestatis judiciariæ et coactivæ in Ecclesia.

‘ Z *Tim.,* V, 9-12. — *Cor.,* XI, 2-17.

3 / Cor., XIV, 27-40. — « Z *Ti/H.,* I, 20.

s / Cor. V, r-6. “ Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi ut præsens eum qui sic operatus est. In nomine Domini nostri Jesu Christi, congregatu vobis et meo spiritu cum virtute Domini nostri Jesu, *Iradtre hujusmodi Satan** in interitum carnis”...

7 Z *Tint.,* V, 19.

* Z *Tint..* I, 20; Z Cor., V, 1-6.

I0' C^. 2 : ‘‘Si venero iterum, *non parcam '*

▌*11 ntts„* 111.14; rf. z v. 9. Kot^ XVI> 17. /z

(B) Ex Ecclesiæ declarationibus. *Concilia* et *R. Pontifices* jus sibi vindicarunt *condendi leges* in conscientia obligantes, absque prævia acceptatione societatis civilis; et pariter potestatem *judiciariam* et *coactivam.* Citari possunt *CC. Tridentinum* et *Vaticanum* [1] (cf. n. 963); ita Joannes XXII qui damnavit errorem Marsilii Patavini: "Quod tota Ecclesia simul juncta nullum hominem punire potest *punitione coactiva,* nisi concedat hoc imperator"[2]; PIUS IX propositionem hanc in *Syllabo* reprobavit Ecclesia *vis inferendæ* potestatem non habet, neque potestatem ullam temporalem directam vel indirectam"[3]. Præterea doctrinam de triplici potestate, in encycl. *Quanta cura* (1864), affirmat Leo XIII scribens: "Jesus Christus Apostolis suis *libera* mandata dedit *in sacra,* adjuncta tum ferendarum *legum* veri nominis facultate, tum genuina, quæ hinc consequitur, *judicandi puniendique* potestate"[4]. Tandem Benedictus XV eamdem triplicem potestatem vindicat et exercet in novo *Codice canonico.*

967. — 3° Rat. theol.

Ex Ecclesia, societate perfecta. Christi Ecclesia est perfecta societas, habens pro fine bonum in ordine suo completum, quæ jure proprio possidet omne id quod requiritur ad suum finem prosequendum. Atqui triplex potestas prædicta ad hoc requiritur: (a) Potestas *législative},* quæ tamquam directe obligatoria imponit certa media ad finem Ecclesiæ necessaria vel utilia, quæ ejus vitam spiritualem et etiam externam gubernationem dirigunt, (b) Sed legislativa potestas est inanis, nisi conjunctam habeat *judiciariam,* quæ leges authentice interpretatur et earum violatores punit, (c) Denique sublata *coactiva* potestate, duæ priores illusoriæ fierent, cum unusquisque posset leges et judicia Ecclesiæ impune contemnere.

[1] *C. Trident.,* sess. VII, de Bapt., can. 8, 14: D. B., 8645870, sess. XXIV, can. 12; D. B., 9S2; *C. Vatican.,* sess. III, cap. 3: D. B., 1794.

[2] Joan. XXII, Const. *Licetjuxta doctrinam,* 23 oct. 1327; D. B. 499.

[3] *Syllabus,* prop. 24, D. B., 1724. 1697. Cf. Choupin, *Valeur des,decisions dn S. Sieje,* p. 214-238. I Lee propositio excerpta est ex litteris *Ajostolicci Sedis,* 22 aug. 1S51, in quibus Pius IX damnavit opus J. N. Nuytz,* cui titulus *Juris ecclesiastici Institutiones.*

[4] Leo XIII, Encycl. *Immortale Dei,* 1 nov. 1885.

968. Nec dicatur : Potestas Ecclesiæ est spiritualis, potestas principum est temporalis. Sed sicut potestas temporalis res spirituales attingere nequit, ita nec spiritualis potestas circa res exteriores versatur. Ergo Ecclesia in res exteriores non habet auctoritatem, nisi ex principum consensu. — Resp. (a) *Ad major.* i. Potestas *spiritualis* ea est quæ in finem spiritualem et supematuralem tendit; potestas autem *temporalis,* quæ ad finem temporalem ordinatur. Revera natura potestatis sicut et societatis specificalur, non ex objecto in quod agit, sed ex fine suo. 2. Ita apparet quonam sensu Ecclesia dicitur potestas spiritualis et Status est potestas temporalis. 3. Ecclesia est potestas spiritualis : ratione*fnis,* cum tendat ad ætemam beatitudinem. ℄ ratione *objecti* saltem sumpti *formaliter. N.* Etenim res exteriores in quibus Ecclesiæ potestas exercetur, equidem non sunt spirituales in sua essentia seu *materialiter;* sed attinguntur ab Ecclesia, exclusive quatenus ad ipsius finem spiritualem ordinantur, et sic ad ejus *objectum formale* pertinent. (b) *Ad minor. Nego paritatem.* 1. Nam res exteriores sua natura rebus spiritualibus inferiores sunt : igitur potestas, quæ jus habet ad spiritualem finem, eo ipso ad temporalia jus habet, quæ ad finem suum spiritualem obtinendum sunt necessaria. Sed hoc Ecclesiæ convenit. 2. Econtra spiritualia temporalibus non subduntur, quare potestas, quæ jus habet ad temporalem finem, nullum jus in spiritualia obtinet : quod principibus est applicabile.

ARTICULUS II

De Jurisdictione R. Pontificis.

Jurisdictio R. Pontificis cum magisterii potestate connexa non realiter differt ab ipso primatu, cujus *existentiam* demonstravimus (cf. n. 712 sq.). Hic expendere juvat hujus supremæ potestatis : \. *proprietates,* 2. *exercitium.*

I. EJUS PROPRIETATES.

969. — St a t u s q u æ s t io n is.

(i) Errores, ia) *Gallicanil* et *Anglicani* non pauci putant R. Pontificis potestatem esse *inspectionis* tantum et *directionis;*

* S. Bellann., *De Rom. Pontif.,* l. IV, c. 15 sq. ; Ballerini, *De Vi ac Ratione primatus; De Potestate ecclesias!..* apud Migne, *Theol. Curs.,* III. pp. 905 sq.·. 1267 sq.: Murray, disp. XX, t. III. p. 743 sq. : Brugere, n. 45; Mazzella. n. 948 sq. ·, De Groot, q. XV, a. 2 sq. ; Palmieri, th. 12 sq. : Granderath, *op.rit.,* p. 154 sq. ; Billot, th. 30; Van Noort, Sect. II, cap. II. a. II; Wilmers, l. II, cap. III et IV; Dubruel et Arquillière, art. *Gallicanisme,* in *D. A.,* col. 193-273; Neyron, art. *Gouvernement ecclésiastique.*

unde R. Pontifex episcopalem jurisdictionem exercet quidem in romana dioecesi; sed relate ad totam Ecclesiam non habet nisi auctoritatem alicujus metropolitæ seu patriarchae [1]. In casibus extraordinariis, quando pastores negligentiæ reos sese præbent, abusus directe corrigere potest; in casibus autem ordinariis, nil potest nisi *mediantibus* episcopis, (b) Pariter *Modernistæ* R. Pontifici agnoscunt non veram jurisdictionem præsertim coactivam, sed solum quamdam "spiritualem" directionis potestatem [2].

(2) Catholici, contra hos errores, affirmant R. Pontificem *proprie dicta jurisdictione* in universam Ecclesiam pollere, quod ex dictis de primatu constat (cf. n. 673-677). Hæc autem jurisdictio sola eximiis qualitatibus in thesi enumeratis praedita est.

970. — Thesis. **R. Pontifex in universam Ecclesiam habet jurisdictionem plenam et supremam, ordinariam et immediatam.** *De fide.*

Explicatur. Papæ jurisdictio dicitur: (a) Ratione extensionis: *Plena,* i. e., cum potestate integra, indivisa et sese extendente ad doctrinam, disciplinam et omnes res ecclesiasticas, (b) Ratione gradus: *Suprema,* qua in Ecclesia nulla superior existit et cui omnes subordinantur. (c) Ratione originis: *Ordinaria,* quæ, vi muneris supremi Pastoris, acquiritur et semper ac in omni loco exerceri potest[3]. (d) Ratione subjecti: *Immediata,* quæ attingit omnes dioeceses, fideles et omnia negotia, sine episcoporum interventu; ita ut S. Pontifex potest jurisdictionem suam valide exercere in omnes Catholicos ut in proprios subditos.

971. — Ecclesiæ magisterium.

C. Vaticanum sic definivit [4]: "Si quis dixerit Romanum Pontificem habere tantummodo officium *inspectionis* vel *directionis,* non autem *plenam* et *supremam potestatem jurisdictionis in universam Ecclesiam,* non solum in rebus quæ ad fidem et mores, sed etiam in iis quæ ad *disciplinam* et *regimen* Ecclesiæ per totum orbem diffusæ

[1] **Febronius,** *de Statu Ecclesia;* **P. Tamburini,** *Vera idea della S. Sede,* **p. II, c. 2; Eybel, in opere "***Quid est Papa"***; quoad Anglicanos, cf. Boudinhon, art.** *Primauté, Schisme et Juridiction,* **in** *Canoniste Contemporain,* **fév. 1896, p. 65 sq.**

[3] **E. Loisy*,** *L'Evangile et l'Eglise,* **IV, p. 125 sq.** — [4] *Cod.,* **c. 197.**

* **Sess. IV, cap. 3, D. B., 1826-1831. Cf. D. B., 466, 694;** *Cod.,* **c. 218, 219.**

pertinent; aut euin habere tantum potiores partes, non vero *totam plenitudinem hujus supreme? potestatis;* aut hanc *ejus potestatem non esse ordinariam et immediatam,* sive in omnes ac singulas ecclesias, sive in *omnes* et *singulos* pastores et fideles; anathema sit ". Ex quo sequitur inesse R. Pontifici veram potestatem jurisdictionis *plenam* et *universalem, ordinariam* et *immediatam* in omnes et singulos pastores et fideles.

972. — ***I· Pars.*** R. P. habet jurisdictionem plenam et supremam.

Hoc deducitur ex textibus supra citatis (cf. n. 678-688). (a) Etenim B. Petrus atque R. Pontifex ejus successor est totius Ecclesiæ fundamentum et accepit claves regni caelorum, ita ut possit illud aperire vel claudere; atque universalem potestatem ligandi et solvendi possidet. Igitur Papae jurisdictio est *plena,* nempe omnes personas et res in Ecclesia attingit, b Pariter est *suprema,* nam B. Petrus ejusque successores jus habent pascendi agnos et oves, seu episcopos et fideles, in quos omnes suam auctoritatem exercent. Quare *Codex* declarat : " R. Pontifex... obtinet jure divino *plenam supremajurisdictionis potestatem* " *

Hinc : (a) R. Pontifex sibi reservare potest gravioris momenti negotia, quæ *causa majores* appellantur 2

(b) Semper licet a judicio proprii episcopi ad S. Pontificem appellare.

(C) Sed *nulla datur appellatio* contra Papae sententiam vel ad Papam melius informatum, vel ad concilium generale, vel ad universam Ecclesiam 3. Revera appellatio est ad superius tribunal accessio; sed supra R. Pontificis jurisdictionem altior auctoritas non datur. Quod *C. Vaticanum* declaravit -."Docemus... *eum* (R. Pontificem) esse *judicem supremum fidelium,* et in omnibus causis ad examen ecclesiasticum spectantibus ad ipsius posse judicium recurri; Sedis vero Apostolicæ, cujus auctoritate major non est, *judicium a nemine fore retractandum,* neque cuiquam de ejus licere judicare judicio. Quare a recto veritatis tramite aberrant qui affirmant licere ab judiciis Romanorum Pontificum ad œcumenicum concilium, tanquam ad auctoritatem Romano Pontifice superiorem, appellare " r.

1 *Cod.,* c. 2iS, 219. — 2 *Cod.,* c. 220.
3 *Cod.,* c. 1SS0.

978. — //▪ ***Pars.*** R. P. habet jurisdictionem ordinariam et immediatam.

(a) Etenim potestas suprema R. Pontificis ei competit ratione ejus *officii,* scilicet ut pastori et doctor' totius Ecclesiæ; ergo est *ordinaria,* ideoque semper et pro omni negotio et casu vigens.

(b) Est etiam *immediata.* 1. Nam omnes oves Christi directe subjiciuntur B. Petro ejusque successoribus R. Pontificibus. Atqui fideles, etiam alicui episcopo subditi, remanent oves Christi. Ergo simul R. Pontifici immediate subduntur. 2. *Nec mirum :* nam Papa, cum ipse sit caput et centrum Ecclesiæ, ceteri pastores nonnisi dependenter ab eo suam exercent auctoritatem, ipse autem independenter ab eis potest immediate pascere et regere oves sibi commissas; secus enim aliquo modo episcopis subderetur, quod sane primatum ipsum destrueret. 3. Quare *Codex* docet : Potestas R. Pontificis est " *ordinaria* et *immediata* tum in omnes et singulas ecclesias, tum in omnes et singulos pastores et fideles " (c. 218, § 2).

974. — Nec dicatur : *Repugnat ut duo simul sint pastores* ordinarii et immediati *super unum eumdemque gregem.* — Resp. i. "Inconveniens esset, ait S. Thomas, quod duo *æqualiter* super eamdem plebem constituerentur; sed quod duo, quorum unus est alio *principalior,* super eamdem plebem constituantur, non est inconveniens; et secundum hoc super eamdem plebem immediate sunt et sacerdos parochialis. et episcopus, et Papa, et quilibet eorum potest ea quæ sunt jurisdictionis ad ipsum pertinentia, alteri committere"2. 2. Aliunde hæc Pontificis potestas episcoporum auctoritati non nocet; nam, ut ait *Vaticanum* (1. cit.), " tantum *abest ut hæc summi Pontificis potestas officiat ordinariæ ac immediata illi episcopalis jurisdictionis potestati,* qua episcopi, qui positi a Spiritu Sancto in Apostolorum locum successerunt, tam quam veri pastores assignatos sibi greges, singuli singulos, pascunt et regunt, ut eadem a supremo et universali Pastore *asseratur, roboretur* ac *vindicetur* " 3.

1 *C. Vatican.,* sess. IV, cap. 3, D. B., 1830; cf. *Cod.,* c. 228, 2; 2332 ubi excommunicatio et interdictum decernuntur contra *appellantes.*
2 S. Thom., *In IV Sent.,* d. 17, q. 7.
* D. B., 1828; cf. Leo XIII, Encyc. *Satis cognitum,* D. B., 1962.

975. — Corollaria.

(A) Jurisdictio R Pontificis est episcopalis ». Constat : (a) Ex auctoritate: i. *C. Vaticani :* " Docemus... hanc R. P. jurisdictionis potestatem, *quæ vere episcopalis est... "* a 2. *Codicis : " Hac potestas est vere episcopalis "* (c. 218 § 2). 3. *Patrum :* TERTULLIANUS Papam appellat *Episcopum episcoporum ;* legati S. Leonis in C. Chalcedonensi eumdem vocant *Episcopum universalis Ecclesia;* in epistola ad Agathonem Patres eumdem nominant *Antistitem universalis Ecclesia.* 4. Nostris diebus canonizationis *littera decretales* subscribuntur a R. Pontifice his verbis : " *Ego* (N.) *Catholica Ecclesia episcopus* " 3.

(b) Ex ratione : Episcopalis enim jurisdictio est potestas jure proprio regendi omnia fidelibus necessaria ad vitæ æternæ consecutionem. Atqui talis est jurisdictio R. Pontificis, qui B. Petro succedit in primatu. Ergo.

976. — (B) Jurisdictio R. Pontificis nulli canoni mere ecclesiastico subjicitur.

(i) Probatur. Hæc assertio defluit : (a) ex *primatus natura* vi cujus Papa, a qualibet alia potestate quæ non sit Dei, est omnino independens; (b) ex *auctore canonis ecclesiastici.* Etenim ecclesiasticae leges proveniunt : 1. vel *ab episcopis tantum,* sed tunc R. Pontificem non obligant, quia superior ab inferiori non regitur; 2. vel *a S. Pontifice tantum,* sed legislator non potest seipsum coactive ligare ; 3. vel *ab episcopis simul cum Papa :* porro, in hoc casu, hæ leges vim majorem non habent in R. Pontificem, quam si ab eo solo provenirent, (c) Unde merito reprobatus fuit artic. tertius *Declarationis cleri gallicani :* " Apostolicæ potestatis *usum moderandum (esse) per canones,* Spiritu Dei conditos et totius mundi reverentia consecratos " 4.

(2) Explicatur. Hic agitur *exclusive de canonibus mere ecclesiasticis;* nam R. Pontifex subjicitur *juri divino* sive naturali, sive positivo. Insuper suam potestatem accepit non in omni genere, sed solum quoad Ecclesiæ aedificationem et finem; unde, in ejus usu, tenetur ex divina voluntate, leges justitiae, aequitatis et prudentiae sequi. Igitur canones

1 **Granderath, Hist, du C. du Vatic., III, 328 sq., 359 sq. — ' D. B., 1827. 'CL J. J. S., t. XXVII, P. 221, 233. — ' D. B., 1324.**

ecclesiastici *vim directivam in* R. Pontificem habent, quatenus eos servando, recte et fideliter munere fungitur.

977. — Scholion. S. Pontifex est Romanus episcopus. In Romæ diœcesim Papa episcopalem jurisdictionem exercet ; sicut quilibet episcopus in particularem ecclesiam ei commissam. Ipse, per saecula plurima, directe et immediate Romanam diœcesim gubernavit. Sed a sæc. XIIIº, S. Pontifices vicarium in spiritualibus, cum curia speciali, designaverunt, qui, nomine suo, pastoralem curam in Urbe perageret. Hæc functio a PAULO IV (18 nov. 1858) reservata fuit cardinali cuidam, qui vocabatur *cardinalis-vicarius.* Denique PIUS X constitutionem edidit de Romæ vicariatu in ordine spirituali *(A. S. S.,* 15 jan. 1912). Ecclesia cathedralis S. Pontificis, episcopi romani, est " *Lateranensis Ecclesia,* omnium urbis et orbis mater et caput".

II. EJUS EXERCITIUM.

978. — (1) Jurisdictio R. Pontificis varias *functiones* [1] agit circa curam rerum sacrarum omnium et aliquatenus etiam temporalium et externarum cum prioribus connexarum. Inter has functiones : (a) quædam referuntur ad potestatem *legislativam :* R. Pontifices possunt *leges ferre* pro tota Ecclesia; suas, suorumque prædecessorum, et etiam conciliorum œcumenicorum leges non solum authentice interpretari, sed abrogare, vel mutare, vel ab eis dispensare, prout expedire judicaverint. Immo possunt dispensare a legibus per episcopos latis, aut eas abrogare, cum hi suam auctoritatem exercere non valeant nisi dependenter ab auctoritate pontificia [2] [3] (b) Aliæ ad potestatem *judiciariam.* Potest Papa ad suum tribunal ecclesiasticas causas evocare, sibi majores causas reservare, appellationesque ex toto orbe a quocumque judicio episcoporum suscipere et definitivas sententias ferre, a quibus appellare non licet. (C) Aliæ ad potestatem *coactivam :* Papa jus habet varias poenas infligendi diversis delictis proportionatas '. (d) Præterea potest : i. *episcopos* instituere, vel instituendi modum determi-

1 Cf. D. B., Index IIId, ubi datur earum elenchus.

= Cf. Declarationes Joannis XXII, D. B., 492 sq. ; Sixti IV, D.B., 731 et Alexandri VIII, D. B., 1324.

3 Cf. *Cod.,* c. 2220 sq.; 2214-2313.

nare, aut etiam deponere, si Ecclesiæ bono id expedire judicaverit x; *legatos mittere* in omnes orbis catholici partes. Potestas enim *ordinaria,* qua pollet Papa, aliis delegari potest. Aliunde in multis casibus auctoritas pontificia exerceri nequiret, nisi legati ad varias nationes mitterentur, qui de statu religionis in his regionibus Papam certiorem facere possint2.

(2) R. Pontifex suam jurisdictionem exercet *per se* vel *per alios,* qui supremæ potestatis jure ecclesiastico fiunt participes : *in Urbe :* per sacrum Collegium, Curiam romanam ; et *extra Urbem,* per nuntios, legatos, vicarios et præfectos apostolicos, etc. λ 3 1

Scholia.

979. — ι° Γ)ε Curia Romana. R. Pontifex in suæ supremæ potestatis exercitio sæpius Curia Romana utitur, ut dictum est. Cum autem in toto decursu Theologia', sive dogmatic» sive moralis, de *Dicasteriis* sæpissime agatur, hic de unoquoque breviter dicemus, ad Canonistas lectorem remittendo pro uberiori de hac materia **tractatione** λ 93

Curia Romana, a Pio X penitus instaurata, nunc complectitur 19 *Dicasteria,* scilitet : 1. *Congregationes* undecim, 2. *Tribunalia* tria, 3. *Officia* quinque 3.

980. — (1) **Congregationes,** quæ gaudent jurisdictione mere *administrativa* et *disciplinari,* nunquam vero *contentiosa* \ sunt :

'Revera Pius VII ab omnibus Gallfce episcopis suarum sedium resignationem postulavit (iSoi), et quamvis non pauci id præstare noluissent, novas· diœceses constituit novosque instituit episcopos : porro hujusmodi actus ut legitimus ab Ecclesia habitus fuit. Cf. *Tridente* D. B., 968.

• Multa hujusmodi facta invenies apud Thomassin, *Ane. et nouvelle discipline ile rEglise,* p. I, 1. I» c. 6, 30, 60: 1. II, c. 107 sq., 117 sq.

‘Const. *Sapienti Concilio,* 29 jun. 1908, *Act. Apost. Sedis,* I, 1909. p. 7-19; *Ordo servandus in Sacris Congregationibus, Tribunalibus, Officii· Romaine Curia:,* ‡ pars, Normæ communes, 29 jun. 190S. *Act. Aposl. Sedis,* I. p. 36-5S; 2‘ pars, Normæ peculiares, 29 sept. 1908, *Act. Apost. Sedis,* I, p. 59-10S, Cf. *Coacx,* can. 242-264. — Hanc novam ordinationem Curiæ Romanae commentati sunt : Besson, in *Nouvelle Revue Thiologiqtte,* dec. 1908-avrît 1909; J. Sinuer, in *Revue Auguslinienne,* 1908-1900, et in opere *curie romaine.* Paris, 191c: Choupin, art. *Cutie romaine,* in *D. A.,* col. 862-898. Cf. Forget art. *Congrégations romaines,* in *D. T. C.,* col. Π03 1119’; V. Martin' *ixs Congrégations romaines,* Paris, 1930; A. Cance, *l.e Code de dioit , in' nique.* Pans, 1933, t. I, p. 246-274.

(a) Congreg. *Sancti Officii,* cui Summus Pontifex præest, et qua· *itoctrinam* fidei et inorum tuetur ; eidem proinde soli manet judicium de hæresi, aliisque criminibus quæ suspicionem hæresis inducunt. Ad ipsam quoque devoluta est universa res de *libris prohibendis* quæ olim Cong. *Indicis* competebat, et potestas concedendi licentiam hos libros legendi [*]

(b) Cong. *Consistorialis,* quæ duplici sectione constat. Ad *primam* spectat, in locis Cong. de Propaganda Fide non obnoxiis, quidquid ad diceceseon *constitutionem, divisionem, provisionem* pertinet. *Secunda* de singularum diceceseon *regimine et administratione* curat.

(c) Cong. *de disciplina Sacramentorum,* cui cura est de universa legislatione circa *disciplinam* septem Sacramentorum, non vero circa eorum doctrinam, vel ritus. *{Doctrina* pertinet ad S. Officium; *ritus* ad cong. SS. Rituum). Hujus ergo congregationis est *dispensationes* concedere ad matrimonium, ad ordinationem, ad eucharistiæ receptionem, celebrationem, asservationem, etc.; quæstiones solvere de validitate matrimonii vel sacræ Ordinationis, etc, non tamen*judiciario* ordine servato (quod ad *tribunalia* spectat).

(d) Cong. *Concilii* cui committitur ea pars negotiorum quæ ad universam disciplinam cleri secularis populique christiani refertur : ut sunt praecepta *generalia* Ecclesiæ (jejunium, abstinentia, observatio dierum festorum, etc.) quæ omnes fideles respiciunt ; praecepta *specialia* quæ spectant parochos, canonicos, pias sodalitates, beneficia aut officia, bona ecclesiastica, etc. Ad eam etiam pertinent ea omnia quæ ad *conciliorum* celebrationem et recognitionem, atque ad episcoporum coetus seu conferentias referuntur.

(e) Cong. *de Peligiosis* quæ sibi vindicat judicium de iis tantum quæ ad sodales religiosos utriusque sexus, et ad eos qui, quamvis sine votis, in communi tamen vitam agunt more religiosorum, itemque ad tertios ordines seculares, in universum pertinent : exclusis semper iis causis quæ judiciario ordine tractandæ sunt.

(f) Cong. *de Propaganda Fide,* cujus jurisdictio iis est circumscripta regionibus ubi, sacra hierarchia nondum constituta, status missionis perseverat; quibus addendæ sunt nonnullæ regiones quæ, etsi hierarchia constituta, adhuc inchoatum aliquid præ se ferunt.

[*] Etsi peculiaris Congregatio existit de *disciplina Sacramentorum* (c), nihilominus integra manet S. Officii facultas ea cognoscendi quæ circa *privilegium Paulinuni.* impedimenta *disparitatis cultusy* ct *mixtie religionis* versantur.

(g) Cong./zv *Ecclesia orientali,* cui præest ipse R. .Pontifex, et cui reservantur omnia negotia ad *personas,* ad *disciplinam* et ad *ritus* Ecclesiarum *orientalium* spectantia, etiamsi sint mixta, id est, simul Latinos attingentia.

(h) Cong. *sacrorum Rituum,* quæ jus habet statuendi ea omnia quæ sacros ritus et cæremonias Ecclesiæ latinæ proxime spectant, et ea omnia exsequendi quæ ad beati ficationem et canonizationem Sanctorum vel ad sacras Reliquias quoquo modo referuntur.

(i) Cong. *Caremonialis,* ad quam pertinet moderatio caeremoniarum in sacello aulaque pontificali servandarum, et sacrarum functionum quas cardinales extra pontificale sacellum peragunt, et ccgnitio quæstionum de præcedentia tum cardinalium, tum legatorum apud S. Sedem.

(j) Cong. *pro Negotiis ecclesiasticis extraordinariis,* quæ in ea tantum negotia incumbit quæ ejus examini a Summo Pontifice per Cardinalem Secretarium Status subjiciuntur, præsertim ex illis quæ cum legibus civilibus conjunctum aliquid habent, et ad concordata referuntur.

(k) Cong. *de Seminariis et Universitatibus studiorum,* quæ vigilat super omnia quæ ad regimen, disciplinam et studia Seminariorum et Universitatum perlinent.

981. — (2) **Tribunalia** l tria sunt : 1. *Pocnitentiaria,* 2. *Rota,* 3. *Signatura.*

(a) *Sacra pcenitentiaria,* cujus jurisdictio coarclatur ad ea dumtaxat quæ forum *internum,* etiam non sacramentale, respiciunt, ut sunt : absolutiones, dispensationes pro foro interno, commutationes, sanationes, condonationes, casus conscientiae. Recenter ei devolutum est quidquid ad *indulgentias* pertinet.

(b) *Sacra Romana Rota,* ad quam devolvuntur omnes causæ contentiosæ non majores, quæ in Romana Curia aguntur.

(c) *Signatura Apostolica,* cujus est judicium ferre in certis casibus : v. g., de querela nullitatis contra sententiam rotalem, de exceptione suspicionis contra aliquem auditorem, etc.

982. — (3) **Officia**2 quinque numerantur, scilicet :

(a) *Cancellaria Apostolica,* cujus proprium munus est bullas expedire *sub plumbo,* circa majorum beneficiorum institutionem vel provisionem, et pro aliis majoribus Ecclesiæ negotiis.

(b) *Dataria Apostolica,* quæ de beneficiis non consistorialibus Apostolicæ Sedi reservatis unice curat.

[1] *Cod.,* c. 25S, 259.
[2] *Cod.,* C. 260-264.

(c) *Camera Apostolica,* cui committuntur cura atque administratio onorum ac jurium temporalium Sanctæ Sedis, præsertim Sede .acante.

(d) *Secretaria Status,* quæ in *publicis* negotiis (tum ordinariis, tum extraordinariis) versatur, et insuper vacat expeditioni *Brevium* apostolieorum.

(e) *Secretaries. Brevium ad Principes et Epistolarum latinarunt,* in unum Officium redactæ, cui competit latine scribere acta Summi Pontificis.

983. — 2° De civili principatu R. Pontificis[1].

Civilis suprematia ea est quæ competit S. Pontifici, tanquam duci cujusdam status ordinis temporalis seu civilis.

Hic principatus breviter consideratur : i. *speculative,* 2. *historice.*

(1) Speculative, (a) R. Pontifex temporalem dominationem *non habet ex jure divino :* etenim Christus P. Petro ejusque successoribus nullam civilem potestatem concessit. De facto, ejusmodi potestas non est absolute necessaria, nam, in primis sæculis, R. Pontifices, licet ea carentes, aliqualiter tamen sua jura et officia exercuerunt et Ecclesia accepit nova incrementa.

(b) Civilis principatus in R. Pontifice *omnino differt a primatu* ratione naturæ, finis, mediorum, subjectorum et ministrorum. Hinc spiritualis jurisdictio Papæ in Codice canonico describitur, non autem ejusdem temporalis principatus.

(c) Civilis suprematia a R. Pontifice *exerceri legitime potest,* et hoc jus non destruitur ob inconvenientia vel abusus, qui ex hoc facto aliquoties oriuntur[2].

(d) Imo civilis principatus videtur *conditio moraliter necessaria* ad conveniens et efficacius exercitium primatus. Revera S. Pontifex ita *independent* esse debet *ab omni societate civili,* ut, in Ecclesia gubernanda, omnino liber *sit* et *appareat·,* si enim uni principi subdi videretur, ejus spiritualis auctoritas nonnisi ægre a ceteris gentibus acciperetur. Sed R. Pontifex hac independentia carebit semper, nisi territorium habeat sibi soli subditum, seu, nisi civili principatu gaudeat. Ergo.

Qua de causa, Pius IX ejusque successores usque ad Pium XI "declarationes et protestationes" contra Status pontificii usurpationem publice reiteraverunt; præterea Pius IX, in *Syllabo* has propositiones reprobavit : "*De temporalis regni* cum spirituali

1 **Pius IX,** *Quibus quanlisque,* **20 ap. 1849;** *Cum catholica,* **26 mart, i860; Leo XIII,** *Epist. ad C. Rampolla,* **15 jiin. 1887; Pius XI, Encyc.** *Ubi arcano,* **23 dec. 1922; D. B., Index Ills ; Van Noort,** *op. cit.,* **n. 194-196;}. M. Hervé,** *of·, cit.,* **n. 541 ; G. Glez, art.** *Le pouvoir du Rape dans Tordre temporel,* **in** *D. T. C.,* **col. 2670-2672. —** 3 **D. B., 1727.**

compatibilitate disputant inter se christianæ et catholicæ Ecclesiæ filii. *Abrogatio civilis imperii,* quo Apostolica Sedes potitur ; ad Ecclesiæ libertatem felicitatemque vel maxime conduceret "

984. — (2) Historice, (a) Non sine speciali divinæ 1'ruvr-dentiæ interventu, factum est, ut, a sæc. VII0 ad annum 1870, civilis principatus R. Pontificum inter politicas vicissitudines duraverit. Sæc. autem XIX0, Status pontificius pluries imminutus, denique vi armorum aperta injustitia invasus et ablatus fuit (20 sepL 1870). Postea autem Italiæ regnum per specialem legem *(loi des garanties)* (13 maii 1S71) R. Pontifici principatus inviolabilitatem et annuam pensionem (3.225.000 lir.) promisit. Sed Pius IX spoliatorum promissa accipere recusavit.

(b) Hæc rerum conditio dicebatur ‘‘quaestio romana”, quam feliciter composuit sollemnis *conventio lateranensis* inita inter Piu m XI et Italiæ gubernium, qua S. Sedes agnoscit “ Regnum Italiæ,... cum Roma capitali Status italici ” et simul Italiæ regnum agnoscit “ *Statum Civitatis Vaticance sub supremo principatu Summi Pontificis* ”3 (1 r feb. 1929).

ARTICULUS III

De Episcoporum Jurisdictione.

985. — (a) Christus supremam B. Petri potestatem ita temperavit ut eidem alios pastores, scilicet Apostolos ceteros adjungeret, quibus succedunt episcopi. Quapropter, postquam R. Pontificis jura declarata fuerunt, logice exponimus *episcoporumjurisdictionem* 4.

(b) Hæc jurisdictio consideratur in episcopis 5 sumptis-

I. *singulatim.* 2. *collective.*

1 D. B., 1775- V/6.

2 P. Dublanchy, Λα *voix de Pierre pour i indépendance du Pape,* Paris; G. Mollat, *La question romaine de Pie 17 à Pie* A'Z, Paris, 1932 ; X. Arquillière, S. *Grégoire* J7Z, *Essai sur sa conception du pouvoir temporel,* Paris; G. Jacquemet, *Tu es Petrus.* Paris, 1934. *Le pape souverain temporel.* P· 533’634·

1 Documenta officialia invenies in *A. A.* 5’., 7 jun. 1929; *Gazctla Ufficiale,* S jun. 1929; cf. præsertim *Actes de S. S. Pie X/,* Bonne Presse, t. V, p. 18 sq.; *Document, calhol.,* t. XXI-XXΠ. Art. 2 hujus conventionis sic enuntiatur : L Italia riconosce *lasavranita della Santa SedeneX* campo internazionale come attributo inerente alla sua natura...’ L. Rivet, *La question romaine et le traité du Latran^* Paris, 1933. —4 C. *Vatican..* sess. IV, cap. 3; D. B., 1S28; CW., c. 329. Ci. Pesch, prop. XLII; Billot, q. XV, de Episcopis; Van Noort, sect. II, cap. III art i; d’Herbigny, II, p. 309; Bouix, *De episcopo.* 2 vol., Paris, 2- ed., 1873; *Jus decretalium.* II, n. 729 sq. et præsertim novi *Codicis* commentatores.

I. — De JURISDICTIONE EPISCOPORUM SINGULATIM SUMPTORUM.

Describuntur ejusdem : i. *proprietates.* 2. *exercitium.*

I. EJUS PROPRIETATES.

986. — Thesis. Episcopi singuli, in sua dioecesi, gaudent jurisdictione completa et subordinata, ordinaria et immediata.

(1) Gaudent jurisdictione completa et subordinata.

(a) *Completa* (in ordine suo). Quod declaratur in *Cod.*. c. 335 § 1 : "Jus ipsis (episcopis) et officium est gubernandi dicecesim tum in spiritualibus tum in temporalibus cum potestate legislativa, judiciaria, coactiva Episcoporum auctoritas attingit utrumque forum, cum magisterii auctoritate et potestate triplici praedicta, ita ut sint vere doctores et pastores subditorum suorum in sua dioecesi[1].

(b) *Subordinata R. Pontifici.* Etenim Apostoli omnes erant B. Petro subordinati. Ergo a fortiori episcoporum potestas auctoritati R. Pontificis subjici debet[2] Revera ab eodem pendet quoad originem, exercitium, atque territorii, personarum et negotiorum determinationem. Episcopi suam potestatem *in sua dioecesi* tantum exercent, et tenentur semper agere dependenter a Papa et communi Ecclesiæ lege, ita ut nihil statuere possint contra supremae auctoritatis decisiones, nihil circa generale regimen Ecclesiæ; immo, etiam intra limites proprii territorii, potestas eorum coarctari potest per reservationes S. Pontificis, quando id expedire judicatur : patet ex dictis ubi de Romano Pontifice[3].

987. — (2) Gaudent jurisdictione ordinaria et immediata.

(a) *Ordinaria.* Ordinaria potestas ea est quæ habetur titulo muneris seu officii. Atqui Apostoli jurisdictione fruuntur, non ex Petri delegatione, sed ex Christi institutione, ad populos regendos. Episcopi autem sunt Apostolorum successores. Ergo, vi officii sui, nempe talem dicecesim christiane gubernandi, accipiunt suam jurisdictionem, quæ igitur *ordinaria* dicenda est.

[1] *Cod.*. c. 336. — [2] Leo XIII, Encyc. *Satis cognitum.* — [3] *Cod.*. c. 335, 336.

b) *Immediata.* Revera episcopi auctoritas, sine intermedio et directe attingit omnes res et personas, S. Sedi non reservatas, in suo territorio. — Quare *Codex* declarat : " Episcopi residentiales sunt *ordinarii* et *immediati pastores,* in dioecesibus sibi commissis " (c. 334, § 1).

II. EJUS EXERCITIUM.

988. — (1) Functiones. " Episcopi jurisdictio ad ea peragenda se extendit, quæ necessaria sunt ut fideles vitam æternam consequantur, ac proinde debet episcopus primo administrare sacramenta, secundo leges ferre ad bonum fidelium, tertio execution! ipsarum invigilare sive per seipsum sive per delegatos, quarto visitare dicecesim, quinto prædicare, sexto judicare controversias, septimo punire sontes, etc. Hæc et similia comprehenduntur in verbo : pascere " x.

(2) Modi. Episcopus suam jurisdictionem exercet : i. *per se,* 2. *per alios.* (a, *Per se,* quando jurisdictionis actus ipse personaliter elicit, (b) *Per alios,* qui " de potestate episcopali participant " =. **H**

Inter quos : i. alii, modo *ordinario :* v. g., personæ quibus constat *curia diœcesana,* imprimis vicarius generalis 3 et canonicorum capitulum; vicarii foranei, parochi 4; 2. alii autem modo *extraordinario :* ita coadjutores et auxiliares episcoporum 5 et synodus diœcesana 6.

II.— De jurisdictione episcoporum COLLEGIALITER SUMPTORUM.

989. — Episcopi collective sumpti sunt vel *per orbem dispersi,* vel in *concilio congregati.*

(1, Episcopi per orbem dispersi et cum R. Pontifice uniti, unum corpus efformant quod universali Ecclesiæ præest. Non exinde inferas episcopos gaudere duplici jurisdictione : una particulari in sua dioecesi quam tenent a R. Pontifice; alia universali quam a Christo reciperent in

l DD. Gasser, *Acta et Decreta C. Vatie.. >i.,* edit. *Lacensis,* p· 951·

3 *Cod.,* c. 329-4S6. — 3 *Cod.,* C. 363-390.

* Cai, c. 391-422.

· , c. 350-355.

* c. 356-362.

consecratione[1] : nam episcopis inest una tantum jurisdictio, qua greges sibi commissos immediate pascunt et S. Pontifici consentiunt in totius Ecclesiæ regimine.

990. — (2) Episcopi in concilio congregati.

(a) Episcopi *in concilio œcumenico congregati,* I. ex jurisdictione a R. Pontifice in eis derivata, *ad Ecclesiæ gubernationem concurrunt,* exercendo potestatem magisterii, et etiam leges promulgando, judicia proferendo et pœnas canonicas infligendo. In *Codice* legitur : "Concilium œcumenicum (a R. Pontifice confirmatum) *suprema pollet in universam Ecclesiam potestate* " [2]. Attamen concilium œcumenicum et S. Pontifex non sunt supremæ jurisdictionis duo subjecta, nam ejusmodi concilium eam non habet nisi ratione R. Pontificis, cujus auctoritas informat suas definitiones et decisiones, et sine qua authenticum concilium non fieret.

991. — (b) Episcopi vero, *in conciliis particularibus* [3], i. *jurisdictionem* variis decisionibus [4] *collegialiter exercere possunt,* super territorium longe excedens propriæ dioecesis limites. Ibi adest quædam *potestas supra-episcopalis,* quæ existere nequit nisi per delegatam participationem potestatis S. Pontificis, concessam sive metropolitæ, sive per speciale decretum. Quare concilia plenaria et provincialia sine consensu Papæ legitime convenire nequeunt[5].

2. De *valore* decisionum quæ particulari concilio feruntur, hæc declarat *Codex,* c. 391, § 2 : " Decreta concilii plenarii et provincialis promulgata obligant in suo cujusque territorio universo ",

992. — COROLLARIA, (a) Ex divina ordinatione, sacra hierarchia ratione jurisdictionis *constat exclusive pontificatu supremo* et *episcopatu subordinate*[6]. Hoc deducitur ex antea probatis de Ecclesia hierarchica (cf. n. 655-668) et monarchica (cf. n. 672-728). Præterea certe ad hierarchiam jurisdictionis divinitus institutam illi soli pertinent qui, ex divino præcepto, in Ecclesia præsunt cum jurisdictione ordinaria et propria. Atqui, præter R. Pontificem et episcopos, nulli alii clerici has conditiones possident.

[1] **Contra** *Bolgeni;* **cf. Wilmers,** *De Ecclesia,* **p. 366.**

[2] *Cod.,* **c. 228.**

[3] **L. Billot,** *De Ecclesia Christi,* **p. 717.**

[4] *Cod.,* **c. 290.** — [5] *Cod.,* **c. 281.**

[6] *Cod.,* **c. 108, § 3.**

(b) Sed breviter quædam notanda sunt de his circa quos aliquod dubium obvenire posset, nempe de *cardinalibus, patriarchis, primatibus, archiepiscopis* et *parochis.*

i. *Cardinales,* qua tales, non habent potestatem condistinctani ab ea quæ propria est Summo Pontifici, cujus sunt consiliarii et djutores in totius Ecclesiæ gubernatione. Aliunde non fuerunt directe a Christo instituti.

2. *Patriarcharum, primatum, archiepiscoporum* jurisdictiones nihil aliud sunt quam quædam partici •B .tiones primatus S. Petri, quæ jure ecclesiastico fuerunt constitute. Revera R. Pontifices convenientissime ordinaverunt ut certi episcopi, in regionibus determinatis, vices R. Sedis gererent et ejusdem essent organa et ministri.

3. *Parochi* sunt clerici, qui, sub episcopo, fruuntur jurisdictione ordinaria, in aliquam fidelium partem, sed solum ad prædicationem catholicæ doctrinæ et sacramentorum administrationem. Porro de jure divino existunt presbyteri, qui ordinis potestatem per sacram ordinationem accipiunt. Item jure divino presbyteri sunt episcoporum cooperatores in sacramentis conferendis; sed jure ecclesiastico tantum statuitur, non ante sæc. V"m, presbyteros ordinaria jurisdictione frui ad munia sacra exercenda, quasi essent minores pastores stabili modo unam plebem gubernantes.

993. — Scholion. De origine jurisdictionis Episcoporum singulorum.

Hic expendi potest *celebris quæstio* tamdiu agitata l et nondum soluta : utrum actualis episcoporum jurisdictio procedat *immediate a Deo,* an *immediate a S. Pontifice* et *mediate a Deo.* — Circa hanc materiam, adest tum *controversia,* tum *consensus,* apud theologos. B

i° Controversia. De hac re duplex est sententia.

K Juxta quosdam, jurisdictio episcopalis est *a Deo immediate,* ' sive per consecrationem, sive alio modo; sed exerceri nequit donec territorium et subjecti a R. Pontifice assignentur. — Ita *Francisais a Victoria* (t **1549**), *de Castro, Vasçuez* et *Gallicani.* Quod

' De hac quæstione magno æstu disputatum est in C. *Trident.,* ut videre esc apud Pallavicini, *Hist. Cone. Trid.*. l. XVIII, cap. XIV-XVI; l. XIX, cap. VI. \ II, XV. Cf. Pesch, n. 370-372; Van Noort, n. 202; Billot, th. XXVI; Wilmers, prop. 57-59-61; Mazzella, Disp. V, art. IV; d'Herbigny, II, p. 2S9-290. Ad fusiorem hujus quæstionis solutionem, vide, præter theologos citatos, Canomstas: v. g.. Barbosa, *De officio et pot. episcopi,* part. I, l. I, c. i; Corgne, *Défense des droits des évêques;* Muzzarelli, *Origine de la furid. des*

Bomx, **t t**, qu. M C,,agnis M ci, /

probant ex : (a) *Script.,* ubi episcopi dicuntur positi a Spiritu Sancto regere Ecclesiam Dei; insuper Apostoli immediate a Christo missi sunt; ergo et eorum successores, (b) *Traditione :* plures sunt Patres qui dicunt episcopos divina ordinatione constitui ad regendam Ecclesiam Dei ; insuper, prioribus sæculis, episcopi instituebantur, quin pro unoquoque casu ad Romanum Pontificem recursus initus sit. (c) *Ratione theologica :* si episcopi jurisdictionem a S. Pontifice reciperent, eorum auctoritas esset mere humana. Aliunde triplex potestas Apostolis et episcopis a Christo concessa, unam eamdemque potestatem spiritualem constituit, potestatem nempe Christi ipsius : atqui una ex illis, sc. ordinis, per ordinem solum communicatur : ergo et aliæ consecratione saltem *radicaliter* communicantur.

994. — *IIa.* (A) Plurimi theologi affirmant episcoporum actualem jurisdictionem oriri a Deo *mediate tantum,* seu *per S, Pontificem,* qui in nomine Christi eam confert.

(B) Hæc sententia est probabilior. Juxta *Cavagnis,* nunc est communis et certa; *Benedict. XIP* de ea notat quod " et *rationi* et *auctoritati conformior* videtur"[1].

(i) Rationi, (a) Non recurrendum est ad primam Causam, quando effectus per causam secundam perfecte obtineri potest : quia Deus nihil sine ratione sufficienti statuit. Atqui collatio episcopalis jurisdictionis perfecte oriri potest a R. Pontifice, cujus jurisdictio suprema et plena continet omne id quod ad episcopalem potestatem pertinet. Ergo.

(b) Insuper jurisdictio episcopalis certo *independenter a consecratione* habetur, nam hodie ordinarie *ante consecrationem* confertur. Revera episcopus a R. Pontifice confirmatus, vere habet jurisdictionem et illam exercere potest statim ac Bullas provisionis Capitulo exhibuerit, *etiamsi non fuerit consecratus.* Hoc autem difficile explicatur, si non admittitur jurisdictionem immediate a Papa sensu supra tradito conferri[2].

(c) In hac opinione melius explicatur quod R. Pontifex episcoporum singulorum jurisdictionem augere, minuere imo auferre potest.

995. — (2) Auctoritati. *Patres* et *theologi* hanc doctrinam tenent, (a) *Patres :* S. Optatus Milev. scribit : " B. Petrus claves regni cælorum *communicandas ceteris solus accepit*"[3] S. Leo I declarat de S. Petro : "Si quid cum eo commune ceteris voluit

1 **Benedict. XIV,** *De Synod.,* l. **I., c. 4.**

2 *Cod.,* **c. 334, § 3.**

3 **s. optat.,** *De Schism. Donat.,* **VII, 3.**

(Christus) esse principibus *nunquam nisi/er ipsum dedit,* quidquid aliis non negavit " '.

(b) *Theologi summi* fere omnes idem docent : S. Thomas', S. Bonaventura S. Ai.phonsus ‹, Suarezius \ S. Bellar· minus6, permultique recentiores.

996.— 2° Consensus. *Theologi* unanimiter *consentiunt* de quibusdam veritatibus *theoreticis* et */radicis :*

A) Theoretice, omnes docent sequentia : (a) Episcoporum jurisdictio est, *ex divina Christi institutione,* aliquid essentiale in Ecclesia; ideoque R. Pontifex nequit eam abolere aut ita limitare ut fere evanescat, (b) Consequenter episcopi non sunt mere delegati S. Pontificis, ut sunt, v. g., vicarii apostolici in locis missionum, sed eorum potestas est ordinaria et propria, (e) Vi consecrationis episcopalis, confertur consecrato quædam aptitudo ad ecclesiam aliquam regendam, (d) Episcoporum jurisdictio a R. Pontifice pendet : tum in suo *exercitio :* quia potest limitari, amplificari aut totaliter tolli in particulari casu; tum ratione *subjecti,* quod determinatur a S. Pontifice; tum ratione *termini,* scilicet populi regendi?.

Codex hæc statuit : "Cuilibet ad episcopatum promovendo... *necessaria est canonica provisio* seu *institutio,* qua episcopus vacantis dioecesis constituitur, quæque ab *uno Romano Pontifice datur"* (c. 332, cf. c. 147).

(B) *Practice,* in idem conveniunt duae sententiæ : " Nam, ex una parte, certum est quod episcopi, licet immediate recipiant hanc potestatem a Christo, semper tamen eam suscipiunt cum subordinatione ad Papam; et, ex alia, licet episcopi recipiant a Pontifice, possunt tamen leges ferre absque ejus licentia, modo non opponantur legibus Pontificis, et modo potestas circa aliqua non sit Pontifici reservata8".

1 **S. Leo,** *Serm. 4 anniv. Assumpt., 2.* **H**
/ **S. Thom.,** *II Sent.,* **d. 44. q. 2, a. 3;** *IV Sent.,* **d. 24, q. 3, a. 2;** *Cont. Cent.,* 1. **IV, c. 76.** — s **S. Bonavent,** *Quarefratres minores/radicent.*
S. Alphons. Liguor., *I indicia adv. Febran,* **c. 7.**
5 **Suarez.,** *De Legibus,* 1. **IV. c. 4.**
• **S. Bellarm.,** *D' R. P.,,,,* 1. **IV, c. 24.** _ 7 **Van Noort,**
S. Alphonsus, *Moral.,* **L I, tr. II** **90**

CAPUT IV

De Membris Ecclesiæ *

997. — Conspectus.

De Ecclesiæ membris.

i° De *essentialiter requisitis.*
Praenotiones.
(a) *Non requiritur : prcedes-linatio* vel *justificatio.*
(b) *Requiritur :*
1. *Baptismi sacramenti susceptio,* corollaria.
2. *Veret fidei professio,* corollaria.
3. *Catholica communionis vinculum,* corollaria.

20 De eorum *juribus* et *officiis.*
(a) *Jura :* in genere, in specie.
(b) *Officia :* omnium membrorum, laicorum : speciatim *actio catholica.*

Postquam disseruimus de Ecclesiæ *formali* elemento, scilicet *potestate,* pauca exponemus de ejusdem elemento *materiali* seu *membris,* declarando : 1. *conditiones essentialiter requisitas in eisdem,* 2. *eorum jura et officia.*

ARTICULUS I

De conditionibus essentialiter requisitis in Ecclesiæ membro.

Generalibus prænotionibus declaratis, dicemus : 1. *quid non requiratur,* 2. *quid requiratur,* in essentiali ratione membri Ecclesiæ.

998. — Prænotiones.

(a) i. *In genere,* membrum humani corporis est quælibet pars integralis, actualiter corpori inhaerens. 2. *Membra autem Ecclesiæ* sunt fideles quibus hæc societas religiosa visibilis integratur. Differunt a *subditis* Ecclesiæ, qui possunt esse extra Ecclesiam et tamen ejus jurisdictioni seu auctoritati sociali subjici, v. g., haeretici (cf. n. 1012). (b) Ad

D. B., Index IIb; C. Pesch, *op. ciL,* **n. 328 sq.; L. Billot,** *De Ecclesia Christi,* **p. 281-335; Van Noort, n. 151-158; d'Herbig^iy, L II, p. 239-254.**

rationem membri Ecclesiæ requiritur ergo ut sit pars inlcgralis corporis Ecclesiæ, fruens actuali cum eodem cohæsione et consequenter quadam participatione vitæ ipsius corporis, (C) *Membra* in Ecclesia sunt *diversa* quibus competunt operationes et *officia propria.* Omnia autem, sub auctoritate Christi capitis, in unitate caritatis, ad bonum Ecclesiæ commune tendere debent. De hac mirabili cohæsione lege *S. Paulum : I Cor.,* XII, 12 sq. (d) Membra Ecclesiæ constituunt tantum partem elementi externi, quod *corpus* Ecclesiæ vocant (cf. n. 834). Inter ea computantur et pastores et fideles, quibus constituitur Ecclesiæ organismus socialis.

I. QUID NON REQUIRATUR ESSENTIALITER IN ECCLESIÆ MEMBRO?

999. — Status quæstionis.

(i) Errores, (a) *Solos et omnes praedestinatos* esse Ecclesiæ membra asserebant *IFaldenses, Hussite* et *Wiclefus. Calvinus* autem docebat Ecclesiam constare *iis tantum praedestinatis,* qui jam consecuti sunt prædestinationis effectum, scilicet *fidem* sensu protestantico, inamissibilem et necessario cum salute connexam, (b) *Omnes* et *soli justi* sunt Ecclesiæ membra, juxta *Lutheranos* post *Pelafianos, Novatianos, Catharos.* Idem tenebant *Jansé-niste, Quesnel et Pistorienses* (cf. n. 614).

(2) Doctrina catholica. Ecclesia non est praedestinatorum universitas, nec justorum societas; sed comprehendere potest et præscitos et peccatores.

1000. — Thesis. Falsum est omnes et solos prædestinatos et justos esse membra Ecclesiæ. *De fide.*

Ecclesiæ magisterium.

(a) *Non requiritur praedestinatio. Ex damnatione j. Huss* (propos, i, 3, 5, 6, 21) a *C. Constantiensi* (1415) Unica est sancta universalis *Ecclesia, quæ est praedestinatorum universitas* (prop. 1). *Praesciti non sunt partes Ecclesiae...* (prop. 3) -.

(b) *Non requiritur justificatio,* i. *Ex damnatione P. Quesnel* (propos. 72-77), a CLEMENTE XI, in bulla *Unigenitus* v713) - "Nota Ecclesiæ christianæ est quod sit catholica,

Cf. g.. *Confesso au^usiana,* art. 7. S: *Ca/p» htwnis major Lutherie* 21 pars, a. 3. y
' D. B., 627, 629; ci. 631, 632, 647. $

comprehendens et omnes angelos cæli et *omnes electos* et *justos terrez... Quid est Ecclesia nisi cœtus filiorum Dei manentium in ejus sinu? "* l 2. PlUS VI, in constit. *Auctorem fidei* (1794), tanquam *haereticam* damnavit propositionem 15nni Synodi *Pistoriensis,* in qua docebatur ad corpus Ecclesiæ non pertinere nisi fideles, qui sunt perfecti adoratores in spiritu et veritate 23

1001. — Probatur.

(A) Script. (1) Ex *verbis Christi.* (a) In *parabolis,* Jesus sæpe loquitur de regno Dei seu Ecclesia. Hæc comparatur : i. vel *sagenæ* missæ in mare, ex omni genere piscium congreganti, quorum mali mittuntur foras 3; vel *agro,* in quo non solum bonum semen, sed etiam zizania seminata sunt 4; aut *convivio nuptiali* ad quod intraverunt non solum boni, sed qui, veste nuptiali exuti, in tenebras exteriores projiciuntur 5; vel *decem virginibus,* quarum quinque prudentes convivium ingrediuntur et quinque fatuæ ab eo excluduntur 6. Sed mali pisces, zizania, homo veste nuptiali non indutus, virgines fatuæ significare possunt prædestinatos et justos. — Quod aperte declarant *Patres* præfatas parabolas exponentes.

(b) Præterea *Christus* ait : " Si peccaverit in te frater tuus,... corripe eum... Quod si non audierit eos, *dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit,* sit tibi sicut ethnicus et publicanus " 7. Ex his verbis constat peccatores esse in Ecclesia in eaque manere, donec legitime ab ea separati fuerint.

(2) Ex *verbis B. Pauli.* Ad Corinthios scribens, S. Paulus declarat : " Omnino *auditur inter vos fornicatio,* et talis fornicatio, qualis nec inter gentes " 8, et postea præcipit incestuosum, de quo loquitur, ab Ecclesia expelli. Ergo ante hanc expulsionem peccator ad Ecclesiam pertinebat.

1002. — (B) Tradit. *Patres* declarant bonos et malos in Ecclesia futuros esse usque ad mundi finem, idque arguunt ex arca Noë in qua erant immunda animalia, et ex evangelii

* D. B., 1422-1427. — 2 D. B., 1515.
3 *Matth.,* XIII, 47-5°· ~ 4 *^tth.,* XIII, 24.
- *Matth.,* XXII, 2-14. — 6 *Matth.,* XXV, 1-13.
I *Matth.,* XVIII, 15. — 8 7 *Cor.,* V, 1.

—

parabolis supra citatis (cf. n. 1001). Quare distinguunt " inter eos qui *mali foris sunt,* et eos <//// *intus mali sunt* "

(C) Rat. theol. (a) Ex *constitutione hierarchies in Ecclesia.* Ad Ecclesiam enim pertinent quicumque subduntur auctoritati visibili ab ipso Christo institutæ, nempe corpori episcoporum et R. Pontifici. Atqui, ex una parte, possunt esse prædestinati qui præfatæ auctoritati adhuc non subduntur, v. g., quidam infideles aut haeretici qui postea ante finem vitæ convertentur; ex altera vero, inter eos qui episcopis et R. Pontifici obediunt, dantur qui in peccato mortali vivunt et decedunt, ideoque neque justi neque prædestinati dici possunt

(b) Ex *falsis consectariis.* Si soli justi et prædestinati sunt Ecclesiæ membra, i. jam deficit *Ecclesiæ visibilitas,* cum praedestinatio et interna sanctitas ab hominibus cognosci certo nequeunt; 2. *inutile* fit *Pœnitentiæ sacramentum :* illud enim principaliter destinatur non justis sed peccatoribus qui sunt de Ecclesia per baptismum : sed si soli justi vivunt in Ecclesia, absolutio sacramentalis nunquam erit necessaria; 3. Pagani, Mahumetani, aliique infideles, qui prædestinati et justi esse possunt, ipso facto esse possent membra Ecclesiæ, sicut et veri fideles. — Porro hæ consequential sensui catholico evidenter repugnant.

II. QUID REQUIRATUR ESSENTIALITER IN ECCLESIÆ MEMBRO?

1003. — Status quaestionis.

(a) Errores. *Grczci schismatici, Congregationaliste* et *Modernistе* affirmant *omnes Christianas sectas* esse unius Ecclesiæ partes integrantes; proindeque earum sectatores esse vera Ecclesiæ membra '.

(b) Doctrina catholica in thesi enuntiatur.

1004. — Thesis. Membra Ecclesiæ sunt ii omnes et soli qui Baptismi sacramentum receperunt et ab unitate professionis fidei et communionis catholicæ separati culpabiliter non existunt. Certum.

i° Explicatur. Ut quis sit Ecclesiæ membrum sunt necessariæ *tres conditiones :* susceptio Baptismi sacramenti, fidei catholicæ professio et cum Ecclesia communio. *Solus autem Baptismus* efficaciter homines ad PLcclesiam aggregat. Aliæ vero duæ se habent solum tanquam conditiones, ut Baptismus in adulto non careat efficacia, vi cujus, ex voluntate Christi et deficiente obstaculo, omnis baptizatus cum Ecclesia realiter et actualiter conjungitur x.

1005. — 2° Probatur. Quoad *tres partes :*

(A) Requiritur Baptismi sacramenti susceptio.

(1) Script. Ex libris sacris, homo non baptizatus extra Ecclesiam manet, dum per baptismum Ecclesiam ingreditur : (a) Etenim Christus declarat : " *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu S., non potest introire in regnum Dei(se.\x* Ecclesiam)" 2 et ante ascensionem Apostolis jubet : "Docete omnes gentes, *baptizantes eos...* Qui crediderit et *baptizatus fuerit, salvus erit...* " 3

(b) Juxta *Actus,* baptizati apponuntur in visibili Ecclesia 4; et secundum *Epistolas,* baptismus realiter christiano populo homines inserit, sicut olim circumcisio filios Abrahæ aggregabat Dei populo 5.

(2) Tradit, (a) Eugenius IV affirmat (1439) : " Primum omnium sacramentorum locum tenet *sanctum Baptisma,* quod vitæ spiritualis janua est : *per ipsum enim membra Christi ac de corpore efficimur Ecclesiæ* " 6. (b) Juxta *Codicem,* " *Baptismate homo constituitur in Ecclesia Christi persona* " (c. 87). In liturgia, Ecclesia orat ut catechumeni *fiant sua membra ovesque veri Pastoris* 7.

1006. — Corollaria, (a) Hic agitur solum : i. *de valido aquee baptismo,* qui imprimit characterem, per quem Ecclesia mancipamur; 2. de hoc baptismo *valide suscepto :* quia in nulla societate aliquis homo recipitur actu invalido; non autem de *baptismo flaminis* seu desiderii per caritatem, quod tamen intime ad Ecclesiæ corpus subjectum disponit.

' S. Joan. Chrysost., *In I Tim.,* n. 2.
' D. B., 1685.

' L. Billot, *op. cit.,* p. 296 sq.
/ *Joan.,* III, 5.
3 *Matth.,* XXVIII, 19; *Marc.,* XVI, 16.
* *Act.,* II, 41.
s *Colos.,* II, n; *Ephes.,* II, J2; V, 8; *I Petr..* II, io.
6 D. B., 696; cf. *C. Trident.,* D. B., 861, 895.
7 Cf. Franzelin, *De Ecclesia,* th. 22.

Per *sanguinis* vero *baptismum* ob privilegium a Christo concessum, martyres publice quodam modo ad Ecclesiam pertinent, sed tamen non sunt capaces alia sacramenta recipiendi et alia ecclesiastica bona participandi.

(b) *Vera Ecclesia membra* sunt omnes infantes vel usum rationis non habentes, qui valide baptizati fuerunt, etiam apud haereticos et schismaticos : nam baptismus aggregat non sectæ sed Christi Ecclesiæ.

(C) *Non sunt membra Ecclesia* qui baptismum non receperunt i. Igitur *infideles pagani, Judai* non ad Ecclesiam pertinent. 2. *Catechumeni* autem, juxta *Suaves*x sunt vere Ecclesiæ membra, quia auctoritatem Ecclesiæ agnoscunt et ab ea poenitentias accipiunt. Juxta autem *S. Bellarminum*- aliosque communiter, non sunt membra corporis Ecclesiæ *actualiter,* sed solum *potentialiter* (potentia *proxima).* Nam nondum vere baptizati sunt et consequenter nec bona Ecclesiæ percipiunt, nec ejus potestati regiminis juridice subjacent. Attamen auctoritatem Ecclesiæ admittendo ad eam pertinent *in voto* et veluti *potentia proxima,* quatenus *vera fide* ei junguntur et ab ea poenitentias accipere valent, quibus ad baptismum se præparent.

1007. — (B) Requiritur verae fidei professio.

(a) Etenim Ecclesia habet jus et officium docendi veritates revelatas, quæ unum doctrinale corpus effbrmant. Proinde Ecclesiam nemo ingredi potest nisi per *fidem* seu assensum veritatibus revelatis : " Prædicate evangelium omni creaturæ; qui *crediderit* et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero *non crediderit, condemnabitur"* 3. (b) Hæc fides, ut sit vinculum *sociale* debet *exterius manifestari* per aliquam professionem. Fides autem semel suscepta integre est custodienda : si quis enim notorie fidei renuntiaverit, eo ipso fidelium societatem relinquit. Quare, in Scriptura, hæretici dicuntur non· permanere in Ecclesia, naufragium fecisse, penitus subverti ita ut pastores ipsi eos devitare tenentur 4.

• Suarez, *De fide** disp. II, sect. I, n. 20: cf. **C. Pesch, n. 329, 331;** D. B., 388.

1 S. Bellarm., *De Eccles, milii.,* c. 3. 10.

3 .*Vare.,* XVI, 15. 16.

4 *IJoan.** II, 18; *I Tim.,* I, 19; *Tit.** III, Io.

Corollaria. Vinculum sociale unitatis fidei catholicæ solvitur *lueresi externa et notoria.* Idem a fortiori dicendum est de *apostasia,* qua a fide Christiana totaliter receditur ».

(a) *Hæreticus* vocatur qui, post receptum baptismum, pertinaciter aliquam ex veritatibus fide divina et catholica credendis denegat aut de ea dubitat 2

(b) Haeretici *occulti manent Ecclesiæ membra,* licet arida et mortua ; ita communiter contra *Suarez* 3 et *Franzelin* 4. Revera hi haeretici *externam* cum Ecclesia conjunctionem retinent, per fidei professionem ; aliunde hæresis occulta non aufert priorem fidei publicam professionem. Insuper theologi omnes admittunt episcopum vel parochum occulte haereticum retinere jurisdictionem 6. Atqui, secluso necessitatis casu, jurisdictione carent qui membra Ecclesiae non sunt; ergo occulti haeretici membra corporis Ecclesiæ manent.

(C) Hæretici publici et *notorii,* qui publica professione a fidei catholicæ regula recedunt, *non sunt Ecclesiæ membra :* nam non amplius servant externum professionis fidei vinculum, quod, ex dictis, necessarium est ut adultus Ecclesiæ visibili adjungatur.

1008. — (C) Requiritur catholic^ communionis vinculum.

Necessariæ sunt in adulto baptizato : i. obedientia legitimis pastoribus, 2. canonica cum eis communio in Ecclesia : hæc duo indivulse uniuntur et stricte requiruntur.

(a) *Obedientiapastoribus.* Etenim, ex dictis, fidei depositum legitimis pastoribus custodiendum traditum est, ita ut qui eis obedire publice recusaverit, seipsum ab Ecclesia separet. Insuper Ecclesia super petram, i. e., Petrum ejusque successores, fundata est; ideoque quicumque R. Pontifici pertinaciter et publice resistit, eo ipso sejungitur a fundamento quod Christus ipse constituit. Præterea S. Pontifex est caput Ecclesiæ; porro qui capiti adhærere visibiliter non vult, non potest membrum esse corporis Ecclesiæ.

⁴ *Cod.,* **c. 1325; § 2.**
Cod.. /. c.
3 **Suarez,** *J)c J''ide}* **disp. 9, sect. i. n. 2.**
4 **Franzelin, th. 23.**
Cod., **c. 2314. cf. 2261. 2264.**

(b) *Canonica cnm Ecclesia communio,* i. Etenim, cum Ecclesia judiciaria et coercitiva potestate gaudeat, valet a sinu suo per aliquod tempus ejicere eos qui gravium criminum rei fuerunt. Qua potestate usus est *Paulus* contra incestuosum Corinthium quem excommunicavit; eadem pariter usa est Ecclesia, *anathemate* plectendo hæreticos, schismaticos aliosque gravis criminis reos. 2. Porro qui hoc modo excommunicantur, directe privantur *externa communicatione cum societate visibili* a Christo instituta, et indirecte etiam ab illis spiritualibus bonis quæ in ea continentur. Ergo jam non sunt Ecclesiæ membra, quamdiu excommunicat! manent.

1009. — Corollaria. Vinculum catholicæ communionis abrumpitur : tum *schismate,* quod est proprius fidelium actus; tum *excommunicatione,* quæ est auctoritatis ecclesiasticæ sententia.

(i) Schisma, (a) *Schismaticus* " subesse renuit Summo Pontifici aut cum membris Ecclesiæ ei subjectis communicare recusat" x.

b De *schismaticis* idem fere dicendum est ac de hæreticis (cf. n. 1007). *Notorii tantum schismatici non sunt de Ecclesiæ membris,* quia sese removent ab unitate Ecclesiæ; nam qui a societate quadem recedunt de eadem societate non sunt.

(C) Schismatici autem *dupliciter* ab Ecclesia separari possunt1: i. directe se retrahendo ab obedientia R. Pontificis, quem ut Ecclesiæ caput non agnoscunt, 2. indirecte cum fidelium communitate cohæsionem rejiciendo : intrusum episcopum sequendo.

1010. — (2) Excommunicatio. (a) " *Excommunicatio* est censura qua quis excluditur a communione fidelium cum effectibus" variis, qui in *Codice* enumerantur3.

(b)" Excommunicat! alii sunt *vitandi,* alii *tolerati.* Nemo est *vitandus* nisi fuerit nominatim a Sede Apostolica excommunicatus, excommunicatio fuerit publice denuntiata et in decreto vel sententia expresse dicatur ipsum vitari debere "4.

- *Suin. theol.,* 2' 2æ, q. 39. a. i.
4 *Co<i.,* c. 2258.

(C) *Vitandus* excommunicatus *non est Ecclesiæ membrum :* nam a fidelium societate separatui- ab auctoritate suprema propter commune Ecclesiæ bonum.

(d; *Idem videtur affirmandum* de *tolerato,* contra quem intercedit sententia condemnatoria aut declaratoria

(e) *Tolerati* autem excommunicati ante judicis sententiam, juxta communiorem opinionem, Ecclesiæ membra permanent, cum nonnullos actus ecclesiasticos valide ponant, imo licite jurisdictionem exerceant, quando fideles id petunt 1

Scholia.

1011. — I. De hominibus ad Ecclesiæ animam pertinentibus 3.

(1) Ecclesiæ *anima* consistit formaliter in vita supernatural! gratiæ habitualis a Spiritu S. et Christo derivatae (cf. n. 853-855).

(a) *Omnes* et *soli justi* in mundo viventes sunt de anima Ecclesiæ : scilicet jam a simplici gratiæ statu usque ad altissimum virtutis christianæ heroismum. Hi homines vel intra corpus Ecclesiæ, vel inculpabiliter extra hoc corpus vivunt. Imo omnes de Ecclesiæ corpore dici possunt : alii in re, alii autem in *voto* tantum.

(b) Inter eos, de Ecclesiæ anima sunt, *primo* et *principaliter* qui *reipsa;* deinde *accessorie,* qui *solo voto,* ad visibile corpus pertinent 4.

(2) Corollaria.

(a) Qui caritate simul et fide privantur, ab Ecclesiæ anima et æterna beatitudine omnino excluduntur, dum in hoc misero statu remanent.

(b) Non *omnes* et *soli prædestinati* ad Ecclesiæ animam immediate et per se pertinent : contra *Wicleffum, Huss* et *Calvinum.* 1. Non *omnes :* nam si, vi suæ prædestinationis, animam Ecclesiæ ingrederentur, ipsis inutilis esset sacramentorum susceptio, justificatio, etc. : quod admitti nequit.

1 *Coci.,* c. 2259. — 2 *Cod.,* c. 2264, 2265.

3 Juxta quosdam, ad Ecclesiæ animam pertinent : r. gradu *integrals* et *primario,* omnes et soli justi; 2. gradu *incompleto* et *inchoativo* tantum, omnes qui. gratia sanctificante privati, fruuntur aliquo gratiæ interioris dono, quod eos ad justificationem disponit, retinentes, v. g., fidem et spem post caritatis amissionem. DD. d'Herbigny, *op. cit.,* t. II, n. 247.

4 Billot, *De Sacramentis,* t. I, th. XIV, p. 334.

2. Aon *soli :* omnes enim justi in anima Ecclesiæ vivunt; sed non omnes justi sunt prædestinati : revera multi in infantia baptizati damnari possunt et damnantur.

(C) *E&desite anima latius patet ejusdem corpore* et vivificare potest non solum fideles proprie dictos, sed etiam alios homines ut corpori Ecclesiæ inserantur et ipsius perfecta membra fiant (cf. n. 826).

1012. — II. De passivo Ecci.esi e subjecto.

(1) Notio. Ecclesiæ *subjectus* est *homo quijure ad Ecclesiam pertinet ejusque jurisdictioni subjici debet.* DitTert proinde ab *Ecclesia membro,* quod de facto et actu ad visibilem Ecclesiam pertinet; ideo majorem habet extensionem (cf. n. 998). Dicitur *subjectum passivum,* quia Ecclesiæ auctoritas ad hos homines, velint nolint, vere extenditur.

(2) Explicatio. Subjectum passivum complectitur *omnes et soles vere baptizatos habitualiter rationis compotes.*

Dic it u r , (a) *Baptizatos.* Revera, ex Christi institutione, per baptismum homines veræ Ecclesiæ incorporantur et ejus hierarchiæ subjiciuntur.

(b) *Omnes* baptizatos. Sive sint Ecclesiæ membra, sive non : nam hierarchiæ jura non auferuntur rebellione vel criminibus fidelium. Quare Ecclesia declarat omnia ejus præcepta ab omnibus baptizatis esse observanda

(c) *Solos* baptizatos. Etenim baptizati tantum jure sunt de Ecclesia; non baptizati autem extra Ecclesiam versantur: proinde jurisdictione ecclesiastica attingi nequeunt : quod agnoscunt *Trident. '* et *Codex : " Legibus mere ecclesiasticis non tenentur qui baptismum non receperunt '* (c. 12). Jam 5. *Paulus* declaraverat Ecclesiam de iis qui foris sunt non judicare < Hinc *catechumeni* mere ecclesiasticis legibus non subduntur.

(d) *Habitualiter rationis compotes.* Nam secus, baptizati esse non possent subjectum obligationis. Hanc conditionem absolute requirit *Codex,* c. 12, et præterea ordinarie exigit ut baptizati septimum ætatis annum expleverint. Attamen baptizati, licet rationis usu carentes, jura habere et bona quædam Ecclesiæ participare queunt. H

(3) Corollaria. Inter Ecclesiæ subjectos computantur : 1. ejus membra, 2. apostatæ, hæretici, schismatici et excommunicari, quia in ipsis remanet baptismalis character, quo ad Dei cultum signantur. Igitur quamdiu vivunt jure debitoque ecclesiasticæ jurisdictioni subsunt. Quemadmodum enim militaris desertor, licet vexillum

† D. B., 863 sq

deseruerit, militiæ legibus remanet subjectus; ita baptizati extra Ecclesiam viventes, qui ejus vexillum deserunt, ejus legibus obstricti manent. Possunt quidem coram Deo his præceptis non ligari, si ea invincibiliter ignorant, sed *ex se* ecclesiasticæ hierarchiæ subjiciuntur : quod in *Tr. de Legibus* fusius explicatur.

ARTICULUS II

De juribus et officiis membrorum Ecclesiæ.

1013. — Membrum Ecclesiæ est " persona cum omnibus Christianorum *juribus* et *officiis* " T. Sed declarare oportet quænam sint ejusdem præcipua : 1. *jura,* 2. *officia.*

I. De eorum juribus.

(i) In genere, (a) Hæc jura *oriuntur* primario ex positiva voluntate Dei et Christi qui Ecclesiam fundavit; secundario et immediate ex Baptismi receptione 2; proinde nulio modo a civili potestate pendent in sua origine et exercitio, (b) Hæc jura versantur circa "spiritualia bona et potissimum adjumenta ad salutem necessaria " 3, i. e., doctrinam fidei, omnia sacramenta, etc., quæ a Christo Ecclesiæ collata sunt ut hominibus in ordine ad salutem distribuantur, (c) His juribus obstare potest " obex, ecclesiasticæ communionis vinculum impediens, vel lata ab Ecclesia censura Quare hæretici, schismatici, excommunicati, interdicti et suspensi privantur, juribus saltem quibusdam, quæ habebant ut Ecclesiæ membra 4.

1014. — (2) In specie. Vi constitutionis Ecclesiæ, fidelibus quædam *prærogativæ* competunt : fa) Revera fideles sunt *membra* Ecclesiæ ideoque Christi; quapropter ejus gratiæ et sacerdotio aliquatenus participant, juxta illud S. Petri : " Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis " s. (b) *Cooperatores sunt hierarchiæ,* in suo triplici munere docendi, regendi et sanctificandi, quatenus ipsi religiosam veritatem docent verbis et scriptis, atque disponunt mentes voluntatesque ad Ecclesiæ præcepta servanda, et præparant animas ad sacramenta salutariter recipienda.

« *Cod.,* c. 87. — 3 *Cod.,* C. 87. —3 *Cod.,* c. 682.
« *Cod.,* c. 87, 2241 sq. — 3-✗-A/r. II, 9~

II. De eorum officiis [1].

1015. — Hæc officia considerari possunt vel quoad *omnia membra* in genere, vel speciatim quoad *laicos.*

(i) Officia omnium Ecclesiæ membrorum.

Ex jam dictis de Ecclesiæ constitutione, tria præsertim defluunt : I. *reverentia,, 2. obedientia,* 3. *amor.*

Reverentia : nam, cum Ecclesia sit *corpus* et *sponsa Christi,* materque nostra, eam ut Christo arctissime conjunctam venerari debemus; cum sit *veritatis columna,* qua mentes nostræ ad veritatem tuto ducantur, eam tanquam Spiritus S. interpretem revereri oportet : " Ubi enim Ecclesia, ibi et Spiritus Dei "

'b) *Obedientia :* cum enim sit Dei mandatorum fidelis interpres, vicesque Christi gerat in terris, ei tanquam Deo, in omnibus ad salutem spectantibus, obediendum est. " *Obeditepraepositis vestris et subjacete eis :* ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri "[3].

(C) *Amor :* Ecclesia enim, sicut pia mater nos genuit non solum verbo veritatis sed et lavacro regenerationis; lacte spiritualis doctrinæ nos indesinenter pascit, pane vitæ nutrit et roborat, spiritualiter mortuos suscitat, et tandem in regnum Dei æternamque felicitatem inducit. Nonne igitur eam prosequi debemus, amore pio et generoso, non solum gratitudinis sensibus ac verbis manifestato, sed tota agendi ratione, eam nempe contra hostes strenue tuendo, et præsertim vita exemplari honorificando!

1016. —(2) Officia laicorum.

(a) *Yweter communes* obligationes supra dictas (cf. n. 1005), omnes fideles tenentur præstare necessaria ad cultum Dei, clericorum sustentationem et alios fines Ecclesiæ proprios; insuper debent ipsis clericis, pro diversis eorum gradibus et muneribus, *reverentiam* et simul *obcdientiam,* si eorum auctoritati subjiciuntur, in iis omnibus quæ ad spiritualem potestatem legitime spectant.

[1] **V. Bernadot,** *La pilti erners ГEglise,* **Paris; A. Tanquerey,** *Jésus vivant dans ГEglise,* **Paris, 1932.**

[2] **S. Iren.,** *Adv. fLrres.,* 1. **III, c. 245, n**

[3] *Hebr.,* **XIII,** 17.

(b) De *Actione catholica* speciatim agendum est, quæ tantopere a Pio XI imperata, provecta atque propugnata, " laicos homines cum ecclesiastica hierarchia communione laborum conjungit 1 ".

(a) Actio catholica 2 exigit "ut laici apostolatum hierarchicum quodammodo participent ", et consistit " in verissimo apostolatu catholicis cujusvis ordinis communi " sub legitima episcoporum auctoritate unica.

(b) Sicut hierarchicus apostolatus, hæc Actio erit "non externa prorsus, sed spiritualis non " politica sed religiosa";et ita feliciter interveniet ad familiæ et reipublicæ bonum commune, per morum integritatem et principia, quæ docet Ecclesia. Hæc Actio jure dicitur etiam "socialis", "cum id sibi propositum habeat, ut Christi Domini regnum proferat, quo quidem proferendo cum summum omnium bonum societati acquiritur, tum cetera quærantur bona, quæ ab illo proficiscuntur, ut sunt quæ ad statum civitatis pertinent et politica vocantur".

(C) Actio catholica varia esse potest pro diversitate ætatis et sexus; et in variis locorum et temporum conditionibus. Est optima via qua utitur Ecclesia ad beneficia divinæ religionis nationibus impertienda, præsertim apud multos homines, qui sacerdotes odio prosequuntur. Quapropter "jam mirificam fructuum ubertatem in gentes catholicas profert et ubivis... non parum ad prosperitatem civilem conducit".

(d) De *Actione catholica* sæpius tractavit PlUS XI, qui illam habet ut " pupillam oculi sui præsertim,in encycl. *Ubiarcano,* 23 déc. 1922, et in littera *Quæ nobis* (13 nov. 1928; *A. A. S.,* 3 dec. 1928), ubi ejus principia et fundamenta exponuntur 3.

* Pius XI, Encyc. *Ad catholici sacerdotiifastigium,* 20 dec. 1935.

3 Pius XI, encyc. *Ubi arcano,* 23 dec. 1922; littera *Qim nobis,* 13 nov. 2S; J. *A. S.* 3 dec. 1928; *L'Action catholique,* trad, franç. de tous les documents pontificaux 1922-1932, Paris, Bonne Presse: DD. L. Civardi, *Manuel dyAction catholique,* Paris, 1934; A. Dorsaz, *ILAppel du Pape aux laïques,* Paris, 1934; P. Bayart, *Uaction catholique spécialisée,* Paris, 1935; P. Dabin, *L'Action catholique,* Paris; G. Jacquemet, *Tu es Petrus : Enseignements pontificaux sur ΓAction catholique,* p. 802-827 ; H. du Passage, art. *Action catholique et action politique,* in *Etudes,* 5 déc. 1935, p. 577-596; 20 déc., p. 737-753.

3 Hoc documentum doctissime explicarunt, P. Vermeersch, in *Periodica.* dec. 1928; et Dalla Torre, in *Osservatore romano* : cf. *Documentation caillot.,* 1929, n. 461, 506, 510.

vjudpiupici iiuua unquam in r.cciesia oppositio membra separet ab hierarchia; sed se invicem adjuvent præsules et populi, " donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi " ; " veritatem facientes in caritate, crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus"[2]. Igitur cum S. AUGUSTINO dicamus : " Amemus Dominum, Deum nostrum, *amemus Ecclesiam* ejus : illum sicut Patrem, istam *sicut matrem* "[3].

1017. — Scholion. De Christianis separatis ad catholicam Ecclesiam reducendis[4].

Extra veram Ecclesiam vagantur non solum infideles, sed etiam *Christiani separati*(cf. n. 596-610). Cuique autem catholico officium incumbit reditum sectarum separatarum ad Ecclesiam in quantum potest, promovendi.

(a) Quotannis multi dissidentes individualiter ad *Matrem Ecclesiam* reducuntur. 1. Sed optari sane potest ecclesias integras ad cathedram Petri, unitatis centrum, mox reversuras esse. 2. Etiam apud separatas communitates hoc unitatis desiderium crescit et varii conatus tentati sunt ad unitatem promovendam[5]. Sæpe Summi Pontifices ad dissidentes *verbum pacis* locuti sunt; sic ultimis temporibus Pius IX et LEO XIII; sic etiam BENEDICTUS XV qui specialem Congregationem et Institutum pontificium de rebus orientalibus instituit. 3. Nostris autem temporibus, permulti sunt, quos vocant *panchrlstianos,* qui ad omnes

[1] *Ephes.,* IV, 13. — [2] *Ephes.,* IV, 15.

[3] S. August, *Sermo 2 in Ps.* , n. 14; *P. L.,* XXXVII, 1140.

[4] D. B,, 1684, 1685; Pius XI, Encyc. *Mortalium animos,* 6 jan. 1928, quæ tractat *de vera religionis unitate fovenda;* Encyc. *Rerum Orientalium,* 8 sept. 1928. Cf. d'Herbigny, I et II, passim; Id., art. *L'unité dans le Christ,* in *Correspondant,* 20 fév. 1923, p. 385-407; Batiffol, art. *Le mouvement pour Γunion des Eglises,* in *Documentation catholique,* 3 fév. 1923; Quénet, *DUnité de ΓEglise;* cf. DD. Brunhes, *Christianisme et catholicisme,* 4e partie; J. Congar, art. *Les Protestants et nous,* in *Vie intellectuelle, fév.* 1935, p. 355-366. Multa invenies hac de re in periodicis, v. g., *Etudes, Vie intellectuelle, Revue desJeunes, Echos Orient, L'Union des Eglises, Documentation catholique,* etc.

[5] Cf. e. g., *quoad orthodoxos.* d'Herbigny, in *Etudes,* 5 et 20 oct. 1920; Id., *Anglicanisme cl l orthodoxie gréco-slave,* 1922; *quoad protestantes,* Batiffol, in *Rev. desJeunes.* 25 mai 1920; 10 sept. 1920; d'Alès, art. *Vers Γunité,* in *Eluder* 20 nov. 1920; *Docum. calkoL,* 3 fev. 1923; 28 niai 1827; G. Jacque-*lu es Petrus :* Conferences de Malines, p. 147 sq.

ecclesias Christianas consociandas tendunt, quæ "in nonnullarum professione doctrinarum quasi in communi quodam spiritualis vitae fundamento, fraterne consentiant... Qua de causa, ab iis ipsis (panchristianis), conventus, cretus, conciones, haud mediocri cum auditorum frequentia, haberi solent" [1].

(b) Pius XI sapientissime christiano populo principia declarat, quæ circa religionis verae unitatem sunt fundamenta necessaria. Eadem unitas fidem requirit in divinam originem Ecclesiæ catholicae, quæ sola est a Christo fundata, cujus essentia est immutabilis, doctrina vero infallibilis. Aliunde caritas erga proximum fide integra ac sincera, quasi fundamento, inniti debet. Attamen quædam rituum ac disciplinæ diversitas minime obstat fidei unitati, ut sæpe R. Pontifices declararunt. — Porro panchristiani has veritates communiter respuunt. Quapropter Apostolica Sedes, saltem lege ordinaria non permittit suos fideles interesse acatholicorum conventibus.

(c) Hæc unitas communionum separatarum cum catholica Ecclesia maximas involvit difficultates, non tantum ex doctrina et constitutione Ecclesiæ, sed etiam ex circumstantiis politicis, ethnicis, historicis, etc.

(d) Cum vero hoc opus essentialiter *sufiernaturale* sit, oportet ut cuncti Patrem per Jesum Christum *orent,* qui solus mentes et corda conjungere valet; ut nomen dent confraternitatibus unionem Ecclesiarum per preces promoventibus; ut adsocientur orationibus quæ in diversis locis a i8aad 25am januarii diem pro unitate fiunt, et ita quamprimum fiat unum ovile et unus pastor A

1 **Pius XI, Encyc.** *Mo» tabum animos.* — *Joan..* **X, 16.**

CAPUT V

De Missionibus

lois. — Conspectus.

De missionibus.

1. Notio.
2. Divisio.
3. Necessitas.
4. Auctor.
5. Media.

Ex dictis, Ecclesia constat essentialiter auctoritate et membris. Sed sacræ missiones apud ethnicos paulatim Ecclesiam cum suis intrinsecis elementis propagant. Igitur logice et convenienter de *missionibus* nunc loquimur, quæ, præsertim hodierna ætate, a Sancta Sede strenue provehuntur.

Breviter dicemus de earum : 1. *notione,* 2. *divisione,* 3. *necessitate,* 4. *auctore,* 5. *mediis.*

1019. — (A) Notio. (1) *Quoad nomen.* Missio (a verbo, *mittere')* actionem mittendi designat.

(2) *Quoad rem. Theologice* accepta, missio invenitur præcipue in tractatibus de Trinitate et de Ecclesia, (a) In *Trinitate* missio definitur processio unius personae ab alia, cum destinatione ad aliquem temporalem effectum, in ordine ad sanctificationem. Ita est missio Filii in Incarnatione : Filius enim procedit a Patre et sibi hypostatice humanam naturam conjungit ad expianda peccata, (b) In tractatu autem de *Ecclesia,* ‘‘missio” sumitur tum active, tum passive. 1. Missio *activa* est munus seu actus, quo catholica hierarchia allaborat ut apud infideles evangelium doceatur et Ecclesia ipsa socialiter diffundatur. 2. Missio autem *passiva* est ipsum opus missionalium, variis modis peractum, ex hiérarchisé legitimæ præcepto.

C^7.. 1340-1351; Manual de Missionologia, Vitoria (Hispania), describit Missionologiam fundamentalem, juridicam, historicam, jdescriptivam et practicam. C. Vromant, *Jus miaionariunt. De personis,* Louvain, 1935; A. Perbal, *Premières leçons de théologie missionnaire,* Paris, 1935; Mgr Olichon, *Les Missions, Hist, de l'expansion du Catholicisme dans le monde,* Pans, 1935.

1020. — (B) Divisio. "Sacræ missiones" sunt duplicis generis : aliæ in regionibus catholicis [1], aliæ vero apud acatholicos instituuntur. De *posterioribus* tantum hic agitur[2].

(C) Finis.' Missionum finis *immediatus* considerari potest ex parte tum *individuorum,* tum *Ecclesiæ.* i. Ex parte *individuorum,* missio tendit ad salutem uniuscujusque hominis per dogma, ethicam et cultum in catholica religione. 2. Sed insuper, ex parte *Ecclesiæ,* ordinatur ad instituendam, apud infideles, hierarchicam Ecclesiam, quæ est ordinarium medium veritatis divinæ et gratiæ hominibus dispertiendae. Quapropter missio differt a quacumque privata vel publica evangelii praedicatione et diffusione in catholicis regionibus.

1021. — (D) Necessitas \

Nonnulli *necessitatem missionum* apud infideles *negaverunt,* quia, etiam in catholicis regionibus, permulti sunt qui vel in incredulitate vel paganis moribus vivunt; sed, cum iidem nobis proximiores sunt, de eorum conversione curandum est priusquam infidelibus nationibus evangelium annuntietur.

Necessitas stricta missionum constat ex parte : i. *Christi,* 2. *Ecclesiæ,* 3. *fidelium.*

(1) Ex parte *Christi.* Stricte servanda sunt præcepta Jesu, qui est Dei legatus et ipse Deus. Atqui Jesus jussit Apostolis eorumque successoribus : "*Euntes, docete omnes gentes... Prædicate evangelium omni creaturæ*" [5].

Porro Apostoli eorumque successores Christo obedientes, inter paganos, evangelium nuntiaverunt et Ecclesiam fundaverunt seu "sacras missiones" peregerunt. Ergo eodem modo, in sæculorum decursu, verba Christi sunt adimplenda; aliis verbis, missiones sunt necessariae.

(2) Ex parte *Ecclesiæ.* (a) Ecclesia est *catholica de jure,* siquidem Christus Apostolos misit in mundum *universum* ut evangelium *omni creaturæ* prædicetur; nempe ejus

[1] *Cod.*, c. 1349, 1350.

[3] **Pius XI, 5.** *Leonardum a Portu Mauritio* **declaravit cælestem patronum sacerdotum, qui, in catholicis regionibus, ad sacras missiones populares incumbunt (17 mart. 1923).**

[2] **Louvet,** *Les missions catholiques aux' XIXe s.,* **Paris, 1894; Piolet,** *Les miss, cathol. françaises au XIXe s.,* **6 vol., Paris, 1906; A. Olicbon,** *Les Missions,* **Paris. 1936.**

[4] **Apud U. M. C** *Nécessité des missions,* **Paris, 1933:** *Le devoir missionnaire,* **Paris, 1935**

[5] **s** *Matth.,* **XXVIII, 19;** *Marc.,* **XVI, 15.**

regnum quod est Ecclesia, universale debet esse (cf. n. 773, 779)· Porro Ecclesiæ diffusio et universalitas, sine missionalibus operibus continuis, de facto non evenient, (b) Præterea Ecclesia est via ad salutem necessaria, nempe societas divinitus instituta ad Redemptionis merita singulis applicanda. " Neque ad aliud nata est Ecclesia, inquit PlUS XI, nisi ut, regno Christi ubique terrarum dilatando, universos homines salutaris redemptionis participes efficiat " '. Quapropter eadem in universo orbe ostendatur, ut homines ingredi possint mysticam arcam, a damnationis diluvio eos erepturam. Porro quomodo infidelibus populis Ecclesia elucere poterit, deficientibus sacris missionibus?

(3) Ex parte *fidelium*. Omnes catholici curare debent de gentibus qui extra Christi ovile infeliciter vagantur. Ad hoc tenentur ratione suæ caritatis erga Deum et proximum. Postulat sane nostrum in Deum dilectionis officium, ut, sub amantissimi Redemptoris imperio, quamplurimos subjungamus, quo uberior in dies effectus sacrificii crucis existât. Nonne major insigniorque exhibebitur proximis nostris caritas, quam si eos e superstitionis tenebris· educendos germanaque Christi fide imbuendos susceperimus?

Porro missionum necessitas gravior apparet, ob paganorum multitudinem semper crescentem, quæ maxime superat numerum hominum qui in Christum Redemptorem credunt.

Has veritates eloquentissimo modo docuerunt R. Pontifices, præsertim ultimis temporibus, Leo XIII 2, BENEDICTUS XV 3, Pius XI *.

1022. — (E) Auctor.

(1) Missionum catholicarum causa primaria est *Pater* ipse, qui misit Filium suum ut mundus salvetur; causa vero subordinata est *Jesus Christus* qui, sicut missus fuerat a Patre, misit ipse Apostolos ad evangelium praedicandum. Deinde in nomine Christi, *Ecclesia* per legitimam hierarchiam de missicnibus propagandis sollicita est.

1 Pius XI, Encyc. *Rerum Ealesi<e,* 28 feb. 1926.
2 Leo XIII, Litter. *Ad extremas,* 24 jun. 1893. «1
1 Benedict. XV, Encyc. *Maximum illud.* 30 nov. 1919. rj
' Pius XI, Encyc. *Rerum Eeclesût.* 28 feb. 1926; Mgr Lavarenne, art. *Lettre missiouuaire de Pu XI,* in *Christus.* 20 oct. et 20 nov. 1935.

(2) Hoc munus auctoritative exercent *R. Pontifex* et *episcopi tA* subordinative *auxiliares multi.*

(a) *R. Pontifex l. Codex /. C.* declarat : " Universa missionum cura *apud acatholicos Sedi Apostolicce unice reservatur"* (c. 1350, § 2). Papa hoc munere fungitur *per se* et per *Congregationes romanas.* 1. *Per se* S. Pontifex opus missionale promovet variis modis : v. g., per encyclicas, allocutiones, quasdam institutiones, etc. 2. *Per Congregationes romanas* rem missionalem jugiter prosequitur, præsertim mediante Congregatione de *Propaganda Fide* et Congregatione pro *Ecclesia orientali* 2.

(b) *Episcopis* etiam sub R. Pontifice imponitur fidei propagandæ officium Legimus enim, inquit PlUS.XI totius orbis episcopis, non uni Petro, sed omnibus Apostolis quorum *vos in locum successistis,* Jesum Christum præcepisse : *" Euntes in mundum universum,* prædicate *evangelium omni creatura "* 3. .

(C) *Auxiliares multi* 4, quoad rem missionalem, hierarchiæ ecclesiasticæ cooperantur; quorum alii pertinent ad clerum; alii ad ordines et congregationes religiosas sive clericales, sive laicales, tum virorum, tum monialium; alii ad laicos qui iri rebus religiosis et materialibus validum subsidium missionibus præstant.

1023. — (F) Media.

(a) Media ad missionum progressum permulta sunt ordinis tum supematuralis tum naturalis; quorum alia spectant ad Ecclesiæ hierarchiam, alia ad auxiliares missionales, alia denique ad fideles non missionales. Ea omnia referre res impossibilis est. (b) Memorandæ tantum *prcecipuæ* Pli XI *exhortationes* de re missionali. Primum desiderat ut, in immensas ethnicorum regiones, multo *major* dimittatur *operariorum numerus* et ut fideles intelligant ad opus tam frugiferum quo animi ardore, qua *precum* instantia, qua denique *liberalitate* est sibi conspirandum. (C) *Missionales ipsi* a

1 **Pius XI, Encyc.** *Rerum Ecclesia·,* **G. Jacquemet,** *Tu es Petrus,* **Paris, 1934, p. 829-862; P. Tragella,** *Pio XI, Papa utissionario,* **Milano, 1930.**

= *Cod.,* **c. 252, 257.**

'·*Marc.,* **XVI, 15; Pius XI, Encyc.** *Rerum Ecclesia.*

4 **G. Goyau,** *Missions et missionnaires,* **Paris, 1931.**

Leone XIII, Benedicto XV et Pio XI, vehementissime urgentur " *indigenas in clerum coopta) i* ", ut ex eo episcopi et sacerdotes desumantur, qui populos conversos christiane doceant et regant : quod egerunt Apostoli in Ecclesiæ exordiis. Et revera, sine clero indigena, missionalis apostolatus mancus erit, ut satis patet. Insuper iidem Pontifices enixe volunt missionales semper se gerere, non quatenus rem suæ nationi faventem agentes seu " colonizatores ", sed exclusive quatenus ab Ecclesia missos ad religionem catholicam et universalem propagandam 1. In regno Christi latius dilatando, hæc præcepta quam maxime profectura sunt, (d) Pius XI jubet consuetudinem *rogandi Dominum messis,* apud fideles, inducere et augere, ut Deus sua gratia infidelium corda ad se trahat. Hoc autem missionum præsidium ac quasi alimentum in potestate est omnium, sed præsertim a pueris et sacris virginibus tribuatur 2

1024. — (e) Zelus in missionum progressu inveniatur speciatim in *clericis,* qui pertinebunt ad *Consociationem cleri missionalem (Union missionnaire du Cierge)* 3, cujus finis est missionarios omni modo adjuvare ad Ecclesiæ extensionem inter paganas gentes. " Optandum (est) ut nullus jam sit clericus qui hujusmodi caritatis flamma sit expers ".

(f) Missionalis activitas ejusdem generis *Actioni catholica* proponatur, ut laici omnes, in sua conditione et pro suo posse, ad apostolatum missionalem sub hierarchia participent.

1025. — (g) Subsidiorum temporalium collecta fit per *tria apostolica opera :* I. *Opus a propagatione fidei,* primum est omnium, in urbe Lugdunensi prius erectum (1822), nunc in Romam translatum, quod multiplicibus missionum necessitatibus respondet. 2. Huic tanquam subsidiaria inserviunt duo alia opera : alterum *a S. Infantia,* et alterum *a Petro apostolo* nuncupatum.

(h) Præterea museum et expositio de re missionali constituta fuerunt, in Laterani ædibus; dies dominica missionalis in mense octobri, quotannis celebranda, præscribitur

Benedict. XV, Encyc. *Maximum illud,* **30 nov. 1919.**

' **P. Charles,** *La prière missionnaire.*

' Cf. pro Galha, periodicum : *L'Union missionnaire du Clergé de France,* U, rue Cnllon, Paris, 1V«.

(1933) a S. C. de Propaganda Fide. Scientificum institutum de rc missionali apud Propagandam in Roma approbatum et erectum fuit, in quo periti magistri de variis quæstionibus circa missiones tractant '. Insuper congressus, collationes, expositiones regionales, diaria, periodica, etc., ubique multiplicantur ut missionum indigentiæ, labores et fructus latius aestimentur.

Igitur ubique et semper Catholici omnes, pro suis viribus, orent et laborent, " ut (Dominus) omnes errantes ad unitatem Ecclesiæ revocare et infideles universos ad evangelii lumen perducere " dignetur 2

' Voici, sur le programme de l'année courante (1936) quelques indications qui nous semblent suggestives... . Ce programme comporte d'abord *six disci peines principales :* i. Introduction à la missionologie; 2. la missionologie fondamentale avec 3 subdivisions : les fondements bibliques, les fondements dogmatiques et moraux, les fondements patristiques; 3. l'histoire des missions; 4· le droit missionnaire ; 5. la pastorale missionnaire ; 6. la missionographie qui comprend la géographie missionnaire et la statistique.

Il faut ajouter encore un certain nombre de disciplines *auxiliaires* et de disciplines *spèciales.* I. Les disciplines auxiliaires sont : histoire de la méthode missionnaire, histoire des religions en pays de missions, histoire comparée des religions. 2. I^es disciplines spéciales sont : la linguistique des missions, l'histoire des ordres et congrégations missionnaires, l'histoire des colonies, la coopération missionnaire, les missions des non-catholiques, la bibliographie et la médecine. — Voilà une grande œuvre en pleine réalisation. D'après S. Salaville, art. *L'Institut scientifique missionnaire de la Propagande,* in *Croix de Paris,* 5 fév. 1936. *Cong. de Seminariis,* decret. 1 sept. 1933; 3 dec. 1935. — * *Litania Sanctorum.*

SECTIO III

De Relationibus inter Ecclesiam et Statum[1]

1026. — Objectum et divisio. "Deus, juxta Leonem XIII, humani generis procurationem inter duas potestates partitus est, scilicet ecclesiasticam et civilem, alteram quidem *divinis,* alteram *humanis* rebus præpositam". Prior est Ecclesia, posterior dicitur Status. Ecclesia autem semper diffunditur in societate civili. Quapropter, post delineationem de essentiali Ecclesiae constitutione, convenienter tractatur in *duplici* capite : i. de *unione inter Ecclesiam et Statum,* 2. de *liberalismo et libertatibus modernis,* quæ ad religiosos mores in temporali societate præsertim spectant.

1027. — Conspectus generalis.

De relationibus inter Ecclesiam et Statum.

Cap. I. *De unione inter Ecclesiam et Statum.*
De unione Ecclesiæ et Status : necessitas, modus.
Corollaria practica : De unione Ecclesiæ et Status catholici, acatholici.

Cap. II. *De liberalismo et libertatibus modernis.*
Liberalism! notio, refutatio.
Libertates modernæ : in genere; in specie : libertas cogitandi, conscientiæ.

1 **D. B., Index IP; cf. Gregor. XVI, Encycl.** *Mirari vos,* **15 aug. 1832; Pius IX,** *Quanta cura,* **8 dec. 1S64 ; Leo XIII, Encycl.** *Diuturnum,* **20 jun. 1881:** *Immortale Dei,* **1 nov. 1S85; D. B., 1866-1888;** *Libertas,* **20 jun. 1888; D. B., 1931-1936; M. Liberatore,** *lλ Chiesa e lo Stato; Del Dirilto pubblico eccles.,* **Prato, 18S7. cap. IV. p. 292 sq.; Cavagnis,** *Instil, juris publici eccles.,* **4» ed., Romæ, 1906; t. I, n. 396 sq.; Mgr d'Hulst,** *Le Droit chrétien et le Droit moderne,* **Paris, 1886;** *Confer, de N. D.,* **Carême 1895; Hergenrother,** *Kathol. Kirche und christ. Staa!;* **de Kammerstein,** *De Ecclesia et Statu;* **Manning,** *The Vatican Decrees in their bearing on civil allegiance;* **Moulard,** *L'Église et l'Etat,* **Paris. 1887; Castelein,** *Droit naturel,* **Paris, 1904; Sertillanges,** *La politique chrétienne,* **Paris, 1904; Ch. Antoine, art.** *Etat,* **in** *D. À.,* **col. 1522-1543.** *Historice* **autem : E. Chénon,** *Les rapports de PEglise et de l Etat,* **Paris, 1904; Cayré,** *Précis de Patrol.,* **Paris, 1930; t. II, p. 89g, n. 98.**

Textus Leonis XIII, in hac sectione citati, sine explicita eorum origine, desumantur ex eneve. *Immortale Dei.*

CAPUT I

DE ÜNIONE INTER ECCLESIAM et Statum

1028 — Conspectus.

Unio Ecclesiæ et Status.

Stains quæstionis : prænotiones, principia fundamentalia, errores.

i. *De Unione Ecclesiæ et Status.*

(λ) Necessitas.

(b) Modus : prænotiones, regulæ tenendæ.

Scholion. De Tolerantia.

2. *Corollaria practica de unione Ecclesiæ et Status.*

(a) De unione Ecclesiæ et Status *catholici.*

(b) De Ecclesiæ relationibus cum Statu *acatkolico.*

Post varia*prænoianda,* jam secundum catholicam doctrinam describuntur : i. *unio Ecclesiæ et Status, 2. corollaria practica* circa eamdem materiam.

1029. — Status quæstionis.

Declarantur : i. *prænotiones, 2. principia fundamentalia,* 3. *errores,* 4. *doctrina catholica.*

(A) Prænotiones : (a) *Ecclesia,* ex supradictis, est societas stricte dicta, a Christo immediate instituta, in qua homines eidem fidei eisdemque sacramentis participando, sub auctoritate episcoporum et R. Pontificis, salutem æternam consequi possunt.

(b) *Status* sumitur pro societate civili ipsa, quæ est coetus permanens plurium familiarum, sub 'eadem auctoritate, ad bonum commune temporale directe tendens. Status aliquando designat auctoritatem quæ eidem societati præest.

(C) Alterutra societas locutionibus oppositis designatur : I. *prior* dicitur : societas, auctoritas, principatus, potestas, spiritualis, supernaturalis, divina; vel sacerdotium ; 2.*posterior* autem vocatur : societas, auctoritas, potestas, temporalis, naturalis, humana; vel imperium.

1030. — (B Principium fundamentale præ oculis nunc habendum : *Ecclesia et Status sunt duce societates distincta, perfecta^ inaquales.*

(i) *Distincte?.* <a Etenim *Christus* dixit : " *Reddite qua sunt Casaris, Casari; et qua sunt Dei, Deo* " ». Item *Apostoli* duplicem potestatem distinguunt : " *Obedire oportet Deo magis quam hominibus* " -. (b) Et revera societates distinguuntur potissimum a fine proprio et immediato cum proportionalis mediis. Atqui finis Ecclesiæ est bonum spirituale et æternum per fidem et gratiam; dum finis Status est communis et temporalis prosperitas. — Quapropter Ecclesia et Status differunt etiam ratione originis, auctoritatis, legum, extensionis, historiæ, etc.

1031. — (2) *Perfecta.* Societas perfecta seu completa habet finem in suo genere supremum et omnia media necessaria ad hunc finem. *Ecclesiam* ejusmodi perfectionem habere probatum est (cf. n. 622). *Status* pariter, relate ad temporale bonum societatis, eadem perfectione pollet, juxta omnes. " *Utraque* (potestas) *est,* inquit Leo XIII, *in suo genere maxima :* habet utraque suos, quibus contineatur, terminos, eosque sua cujusque natura causaque proxime definitos; unde aliquis velut orbis circumscribitur, in quo sua cujusque actio *jure proprio* versetur". — Quapropter ambae *in suo ordine sunt libera et independentes :* " Nemo dubitat quin Ecclesiæ conditor Jesus Christus potestatem sacram voluerit esse a civili distinctam, et *ad suas utramque res agendam liberam atque expeditam* ".

(3) *Inæquales quoad dignitatem.* Etenim uniuscujusque societatis praestantia proportionatur dignitati sui proprii finis : nam essentia et jura ejus constituuntur ad hujus finis prosecutionem. Sed fines Ecclesiæ et Status sunt inaequales : prior enim spiritualem vitam hominum promovet; dum posterior ad communem temporalem prosperitatem civium tendit. Ergo Ecclesia et Status dignitate essentialiter inter se differunt. 1

1032. — (C) Errores *duplicis* sunt generis, propugnantes : 1. vel *separationem* inter Ecclesiam et Statum, 2. vel *dominationem* unius ex his societatibus in alteram.

(a) *Separatio inter Statum et Ecclesiam,* i. *Liberalistce* dicti (cf. il 1032, 1056 sq.) volunt *Statum ab Ecclesia sejungi;* Ecclesiam videlicet habent pro associatione mere humana, quæ a Statu libertatem et jura sua obtinet, et sequuntur formulam : "*Ecclesia libera in Statu libero* de facto autem sæpe ecclesiasticas libertates omni modo restringere conantur.

2. *Catholici Liberales,* licet fateantur Ecclesiam divinitus institutam fuisse, docent quidein plenam libertatem ei concedendam esse, sed nihil amplius ei deberi. Juxta ipsos proinde, perturbata societatis conditio, in qua omnes cultus æqualibus juribus in republica gaudent, licet *in se* deordinata, maxime utilis est : vera enim religio sola persuasione propagabitur ac florebit; eam multi amplectentur, et quidem eo majori libertate, ideoque majori fiducia et amore, quo minor erit coactio, cum veritas semper errori prævaleat (cf. n. 1057).

(b) *Dominatio unius societatis in aliam.* 1. Alii volunt *Ecclesiam directe dominari in Statum :* ita pauci theologi et canonistæ, juxta quos, principes et magistratus civiles sunt tantum vicarii R. Pontificis, a quo potestatem accipiunt x.

2. Alii dicunt *Statum dominari in Ecclesiam :* quod multipliciter explicant. 1) Nonnulli Statui concedunt jus *positivum licet indirectum in res spirituales.* Ita olim *Gulielmus Occam* et *Marsilius Patavinus* in opere *Defensor pacis.* Ita *Eegalistæ* et multi *Protestantes,* præsertim in Anglia Germaniaque, ubi Status jus reformandi exercitium religionis sibi vindicat, necnon jus ad sacra munera ministros deputandi. Longius etiam procedentes quidam rationalistæ et pantheistæ, quales fuere *Hobbes, Spinoza, Hegel,* etc., contenderunt Statum esse quamdam divinitatis manifestationem, fontemque omnium jurium, ideoque ipsam religionem imperio Status subjacere. Quem ĕrrorem haud pauci hodierni *politici* amplexi sunt. 2) Statui *jus indirectum et negativum* in res sacras agnoscunt *Gallicani* et *Josephistce :* nam eidem tribuunt jus supremi dominii in bona ecclesiastica, supremæ inspectionis in disciplinam ecclesiasticam ad præcavendos vel extirpandos abusus, aut etiam jus prohibendi bullarum et encyclicarum publicationem, antequam auctoritatis civilis examini subjiciantur 2.

1033. — (D) Doctrina catholica affirmat *necessitatem* et declarat *modum* unionis Ecclesiæ cum Statu.

1 Ita **Augustinus Triumphus,** *Dc potestate ecclesiastica;* **Panormitanus,** *Commentar, in Decret, hb. //.*

3 **Pithou,** *Les libertés de ΓEglise gallicane,* **1594; Dupuy,** *Preuves des libertés de ΓEglise gallicane,* **1639; Febronius,** *De statu Ecclesia et legitima potestate Romani Pontificis,* **1763**·

I. — Unio Ecclesiæ et Status.

Unio Ecclesiæ et Status *consistit* in eo quod utraque societas in suis actibus jura et obligationes exercet, fideliter et concorditer, servato utriusque hierarchico ordine.

I. Necessitas.

1034. — Thesis. **Inter Ecclesiam et Statum mutua vigere debet concordia.** *Certum.*

Concordia ejusmodi est *ex divina ordinatione : " Non oritur* tanquam ex ratione praecipua multoque minus unica ex commodis politicis, quæ conjunctionem et concordiam reipublicæ cum Ecclesia comitantur; sed *fundatur* in lege Dei supremi Domini, auctoris naturæ et gratiæ ac ordinatoris utriusque societatis et potestatis; adeoque conjunctio et concordia non liberæ optionis est, sed necessariae obligationis "

Hæc doctrina explicite affirmatur et demonstratur a Romanis Pontificibus : PlO IX, LEONE XIII, Pio X et Pio XI ».

1035. — (A) Probatur ex utriusque *origine,* 3. *subditis.*

(1) Ex utriusque fine. Etenim *fines Ecclesiæ et Status,* licet distincti, *inter se intime cohærent.* (a) Revera idem est finis proximus Ecclesiæ et finis remotus societatis civilis, aeterna scilicet hominum beatitudo. Etenim, quamvis *Status* directe instituatur ad temporale bonum civium, potest tamen eos multum adjuvare in adipiscenda beatitudine aeterna, optimas leges condendo, religionis liberum exercitium promovendo, etc. Pariter *Ecclesia,* licet primario ad animarum salutem tendat, multum Statui confert, legum etiam civilium observantiam fovendo, ad virtutes sociales hortando, etc. Sed si utraque societas ad proprium finem efficaciter adjuvatur alterius auxilio, recta ratio exigit ut pacifice in concordia semper agant, (b) Præterea notetur

' DD. Gasser, *Acta et Decret. C. Vaticani,* ed. *Laceusis,* t. VII, p. 624.

1 Pius IX, *Syllabus.* D. B., 1700 5η., 1867 ; Leo XIII, Encyc. *Arcanum,* 10 feb. 18S0; *Immortale Dei,* 11 nov. 1885 ; *Libertas.* 20 jun. 1888 ; *Longinqua,* 6 jan. 1895; PiusX, Encyc. *Vehementer,* n feb. 1906; Pius XI, Encyc. Çz/ar *ρ,-imas,* II dec. 1925. CI. J. Rivière, art. *Eglise,* in *Diet, firatiq. des connais, religieuses' (Bi icout).* col. 1079 sq.

quod *Status debet veram religionem profiteri,* quæ est in Ecclesia sola. Sed quomodo ejusmodi officium rite adimplebit, si modo indifferenti vel hostili ad Ecclesiam se habeat? (C) Aliunde discordia et separatio inducunt pessima consectaria pro Ecclesia et Statu.

1036. — (2) Ex utriusque origine. Potestas tum spiritualis, tum temporalis, a Deo procedit et utrique obediendum est. Sed quæ a Deo sunt recte ordinata sunt. Proinde inter potestatem Ecclesiæ et Status, non discordia sed concordia existere debet.

(3) Ex utriusque subditis. Ecclesia et Status eosdem habent subditos, nam iidem homines fideles sunt et cives; et utriusque jurisdictio totum complectitur hominem, secundum animam et corpus, etsi sub diverso respectu. Atqui potestates, quæ ad procurandum bonum totale eorumdem subditorum ordinantur, amico fcedere uniri debent. " Cum regnum et sacerdotium inter se conveniunt, inquit Ivo CARNUTENSIS, bene regitur mundus, floret et fructificat Ecclesia. Cum vero inter se discordant, non tantum parvæ res non crescunt, sed etiam magnæ res miserabiliter dilabuntur " [1].

Igitur, declarat LEO XIII, "inter utramque potestatem quædam intercedat necesse est ordinata colligatio : quæ quidem conjunctioni non immerito comparatur, per quam *anima* et *corpus* in homine copulantur ".

1037. — (B) Corollarium. Hinc contra *Liberalistas* tenendum est quod *separatio Status ab Ecclesia in se non est optanda,* quamvis, in determinatis adjunctis, licite admitti possit. Pius IX damnavit propositionem : " *Ecclesia a Statu, Statusque ab Ecclesia sejungendus est* " [2]. Leo XIII et Pius X ejusmodi liberalisticam sententiam ut nocivam et perniciosam sæpe confutaverunt '.

II. Modus unionis.

Necessitate unionis inter Ecclesiam et Statum jam declarata, logice quæritur *quonam modo* talis unio fieri debeat, utriusque societatis juribus ordinate servatis.

[1] **Yvo Carnut.**, *Epist. 238 aci Paschalem papam; P. L.*, **CLXII, 246.**

[2] **D. B-, 1755· cf.** i6i5, **1995. 2092.**

[3] **Leo XIII, cf. Encyc.** *Immortale Dei, Libertas, Longinqua·*, **Pius X, cf. Encyc.** *Vehementer.*

1° PRÆN0T10NES.

1038. — Hæ prænotiones explicantur : r. de *rebus regendis, 2.* de *potestate Ecclesia in res temporales.*

(i) Res regendæ. Distingui possunt res seu causæ : i. *spirituales*, 2. *temporales,* 3. *mixtee.*

(a) Res *spirituales* seu *sacræ* ad sanctificationem et salutem primario tendunt. Ex his, 1. quædam sunt sacræ *natura sua ;* quales sunt prædicatio verbi divini, sacramentorum administratio, cultus divini celebratio, etc.; 2. aliæ vero, natura sua sunt temporales, sed *sacne* fiunt *ex earum ordinatione adfinem sacrum;* ita ædificia et mobilia cultui divino inservientia, bona ad cultum et ministros sacros sustentandos destinata,etc.

(b) Res *temporales* directe et immediate ad temporale bonum ordinantur : ita jura politica, socialia et privata civium determinare et judicio protegere; effectus civiles contractuum, etiam matrimonii, statuere; transgressores legum civilium punire; tributa necessaria ad res publicas gerendas imponere; scientias et artes promovere; omnia præstare quæ ad patriæ defensionem requiruntur, etc.

(C) Res *mixtæ* eæ sunt quæ, etsi sub diverso respectu, simul sunt tum spirituales et sacræ, tum temporales et profanæ : v. g., matrimonium fidelium est contractus religiosus simul et civilis, institutio publica puerorum, etc.

1039. — (2) Potestas Ecclesiæ in res temporales triplex esse potest : 1. *directa, 2. directiva,* 3. *indirecta.*

(a) *Directa* potestas in aliquam rem habetur, ab ‚eo cui eadem res per se et ex natura sua subjicitur : talis est potestas Ecclesiæ quoad res sacras, non autem quoad res materiales.

(b) *Directiva* potestas ea est qua Ecclesia, ratione sui universalis magisterii, ex jure divino, jus habet directionem etiam practicam imponere principibus et subditis; in Medio Ævo, hæc potestas jure civili roborabatur 1.

(e) *Indirectam* potestatem 2 ille possidet cui res subjicitur tantum per accidens, nempe propter ejus connexionem cum re nobiliori quæ directe suæ auctoritati subjacet. Talis potestas Ecclesiæ relate ad causas temporales seu profanas, quæ ei

‘ Gosselin, *Pouvoir du Pape au Moyen-Age,* Paris.

’ De bac denominatione, cf. G. GÎez, art. *Pouvoir du Pape dans l'ordre temporel,* in *D. T.* C., col. 2771.

subjiciuntur non ratione sui, sed tantum quando et quatenus cum fine spirituali connectuntur. Sic habetur primatus rei spiritualis relate ad temporale (primauté du spirituel).

2° REGULÆ TENENDÆ.

1040. — Unio inter Ecclesiam et Statum fieri debet, ratione habita essentiæ et excellentiae relativæ utriusque societatis; quapropter *Status* habet potestatem directam in res materiales; *Ecclesia* vero pollet potestate tum *directa* in res sacras, tum *indirecta* in res temporales seu Statum.

(A) *De Status potestate directa in res materiales.* Status, cum sit perfecta societas (cf. n. 858), *directam potestatem* in suo fine proprio, seu *circa causas materiales* et *temporales,* jure naturali exercere potest : ita jus habet ad eligendam regiminis formam, quæ melius tali societati convenit. *Hinc* unio Ecclesiæ et Status non fit per incorporationem vel intrinsecam subordinationem Status relate ad Ecclesiam, ut pauci olim contenderunt.

1041. — (B) *De Ecclesiæ potestate directa in res sacras. Ecclesiæ* competit *directa potestas : non in res profanas, sed tantum in res sacras,* (a) *Non in res profanas,* 'scilicet in Statum, i. Etenim societatis potestas ejus fini proportionatur. Atqui Ecclesiæ finis est hominum salus non vero temporale bonum. Ergo ejus auctoritas res temporales non directe attingit. 2. Quapropter Christus declaravit regnum suum non esse de hoc mundo; item B. Petro et R. Pontifici dedit claves regni cælorum, non vero regnorum terrestrium.

(b) *In res sacras tantum.* Revera ejusmodi res exclusive ad Ecclesiæ munus et finem proprium primario et immediate pertinent : ideoque sub ejus potestate directa cadunt. Hoc defluit ex eo quod Ecclesia sit perfecta distinctaque societas (cf. n. 1030, 1031).

1042. — (C) *De Ecclesiæ potestate indirecta* [1] *in Statum.* Hujus supremæ potestatis declarantur : 1. *existentia,* 2. *modus.*

[1] **X. Arquillière, S.** *Grégoire VII; Essai sur sa conception du pouvoir pontifical,* **Paris; Ch. Journel,** *La juridiction de l'Eglise sur la .cité,* **Paris; J. Maritain,** *Primauté au spirituel,* **Paris, 1927 ; Y. de la Brlère, art.** *Pouvoir pontifical dans l'ordre temporel,* **in** *D. A.,* **col. 94-115; G. Glez, art.** *Pouvoir du Pape dans l'ordre temporel,* **in** *D. T. C.,* **col. 2670.2772.**

H Existentia. Societas spiritualis seu Ecclesia habet indirectam potestatem in societatem civilem seu Statum.

Probatur : r. *auctoritate,* 2. *ratione theologica.*

a Auctoritate : 1. Hæc enim suprema Ecclesiæ potestas affirmata vel exercita fuit a *conciliis* Lateran. III et IV. Lugdunensi (1245), Constantiensi et Trident.; et a 30 A'. *Pontificibus* vindicata, præsertim a BONIFACIO VIII in bulla *Unam sanctam* (1302), P1O IX, LEONE XIII et Pio XI. 2. *Theologi* unanimes sunt in hac jurisdictione asserenda. ‘‘Potestas saæularis, ait S. Thomas, subditur spirituali, sicut corpus animæ ” m

(b **Rat. theol.** Ordo et dignitas societatum respondent ordini et dignitati finium, nam societates ex fine specificantur. Porro finis Status, qui est temporale bonum, inferior est fini Ecclesiæ, qui est æterna et supernaturalis felicitas; proinde Status subordinatur Ecclesiæ. “ Sicut finis quo tendit Ecclesia, inquit Leo XIII, longe nobilissimus est, ita ejus potestas est omnium præstantissima. neque imperio civili potest haberi inferior, aut eidem esse ullo modo subjecta

1043. — '2) Modus, (a) Hæc præeminentia convenit Ecclesiæ : tum ex *jure naturali,* cum oriatur ex ipsa Ecclesiæ natura; tum ex *jure divino positivo,* nam Christus Deus Ecclesiam suam auctoritate, fine et mediis ordinis supernaturalis præditam instituit, (b) Eadem suprema Ecclesiæ in Statum jurisdictio est *tantum indirecta,* nempe fit ratione connexionis rerum temporalium, de quibus curat societas civilis, cum vita religiosa et salute æterna hominum : revera omnes actus humani etiam circa res profanas nos conducere debent ad ultimum finem seu cælum; quare, sub hoc respectu, Ecclesiæ subjiciuntur, (c) Ecclesiæ suprematia importat subordinationem *negativam* et *positivam* civilis principatus : quatenus Ecclesia jus habet auctoritative exigendi ut Status, ex una parte, nihil fini suo spirituali oppositum moliaturet, ex alia præstet omnia, quæ judicat necessaria aut valde utilia ad sui finis consecutionem.

till·' *Sum. theol.,* **2» 2*. q. 60, a. 6. ad 3; Ch. Journet, art.** *La pensée thomiste*

Scholion. De Tolerantia ».

Breviter disserimus de ejus : i. *notione* et *speciebus, 2. moralitate.*

1044·. — I. Notio et species.

(A) Notio. Tolerantia, de qua nunc agitur, est actus seu series actuum, quibus publica potestas errorem et malum quoad religiosam vitam diffundi permittit. Differt ab indifferentismo, qui præcipue ad ordinem speculativum pertinet (cf. n. 261).

(B) Species. Tolerantia est *absoluta* vel *relativa,* (a) *Prior* est practica applicatio absoluti indifferentismi, qui eadem jura attribuit vero et falso, bono et malo; atque declarat omnes religiones esse æqualiter veras seu aequaliter falsas, ex ignorantia, fanatismo et mentis imbecillitate ortas; proinde nullam esse quæ potiori præ aliis jure gaudere valeat. (b) *Posterior,* jura veritatis et virtutis theorice agnoscit; sed erroris et mali, v. g., falsarum religionum, manifestationem et diffusionem permittit ob justas causas.

1045. — II. Moralitas.

(A) Absoluta tolerantia est essentialiter illegitima : (a) *In suo principio :* nam est practica realisatio indifferentismi absoluti qui falso non tantum rejicit Ecclesiæ divinitatem; sed etiam fundatur in atheismo formali vel æquivalenti, et declarat religionem qua religio est, esse rem indifferentem (cf. n. 262 sq.). (b) *In suo scopo :* quia, sub apparenti moderatione, veræ religionis ruinam prosequitur; quare, de facto, hæc tolerantia sæpe in acerbissimam intolerantiam erga Catholicos evolvit : ut historice constat.

(c) *In suis effectibus :* revera pravos fructus inducit in familiam et societatem, atque inultos homines a suo fine supremo avertit.

1046. (B) Relativa tolerantia, positis ponendis, est licita.

(1) Legitimitas. (a) Humanum regimen imitari potest regimen *Dei, Christi* et *Ecclesiæ.* Atqui *Deus, Christus* et

P. Veermersch, *Tolérance,* **Paris, 1922; L. Billot,** *De Ecclesia Christi,* **t. H, Romæ, p. 101-113; Ami du Clergé, 1914, p. 149153; 504-506.**

Ecclesia quamdam tolerantiam exercent. Ergo. i. Revera " *Deus* quamvis sit omnipotens et summe bonus, permittit tamen aliqua mala fieri in universo, quæ prohibere posset, ne eis sublatis, majora bona tollerentur, vel etiam pejora mala sequerentur"[1]. 2. *Christus,* in Apostolorum collegio, Judam, qui fuit proditor, accepit ; et insuper in sua societate permittit malos cum bonis misceri usque ad judicii diem. 3. *Ecclesia* pariter tolerantiam erga Judæos constanter manifestavit.

(b) Insuper recta ratio declarat Status officium esse commune bonum civium fovere. Sed, in quibusdam adjunctis, tolerantia relativa necessaria est ad ejusmodi commune bonum. Ergo.

(e) Merito igitur Leo XIII pluries docuit tolerantiae legitimitatem : " Si divini cultus varia genera eodem jure esse, quo veram religionem, Ecclesia judicat non licere, *non ideo tamen damnat rerum publicarum moderatores quit magni alicujus aut adipiscendi boni, autprohibendi causa mali, moribus atque usu patienter ferunt, ut ea habeant singula in civitate locum* ".

1047. — (2) Conditiones pro relativa tolerantia. Ut hæc tolerantia sit licita, teneantur regulæ sequentes : (a) *Necesse est* ut tolerantia *requiratur ob bonum publicum,* sive ad majus malum vitandum, sive ad bonum acquirendum aut conservandum. Igitur existentia, extensio et duratio hujus necessitatis quæ ex bono publico provenit, sunt mensura durationis et extensionis pro tolerantia concedenda : " omnis enim libertas legitima putanda (est), quatenus rerum honestarum majorem facultatem afferat, præterea nunquam (b) Status invigilare debet ne ex hac tolerantia, damna et persecutiones adversus Ecclesiam practice oriantur, (c) Præterea hæc conditio non ut optima vel optanda consideretur; sed potius ut malum quod permittitur[2]

Hæc doctrina applicatur a Leone XIII, v. g, separationi Ecclesiæ a Statu et etiam "modernis libertatibus", de quibus infra (cf n. 1062 sq.).

[1] *Sunt, theol.,* 2æ, q. io, a. II.

[2] Pius IX, Encycl. *Quanta cura,* 8 dec. 1864; *Syllabus, prop.* D. B., 1777-1780.

II. — Corollaria practica de unione Ecclesiæ et Status

1048. — Hic exponendæ sunt relationes Ecclesiæ cum Statu : i. *catholico,* 2. *acatholico*\ quare declarabimus utriusque societatis jura et officia.

iode unione ecclesiæ et status catholici».

(a) *Catholicus Status* is est in quo, non solum plerique cives sunt catholici, sed etiam regimen, quæcumque sit ejus forma, exercetur secundum catholica principia.

(b) Unio inter Ecclesiam et catholicum Statum, juxta principia superius exposita (cf. n. 1030-1043), statuenda est. Quo res melius intelligatur, præcipua exponemus *jura* et *officia* Ecclesiæ et Status.

1049. — (A) **Jura** et officia Ecclesiæ. . (1) *Jura* enumerantur : i. *in genere,* 2. *in specie.*

(a) *In genere* hæc jura sunt tum *negativa,* tum *positiva. Vi priorum,* Ecclesia nullo modo impedietur in suo fine spirituali prosequendo; vi autem *posteriorum,* Ecclesia a civili potestate auxilia et protectionem, ad suum munus convenientem, obtinebit.

(b) *In specie.* 1. Ecclesia et quidem sola auctoritatem exercet *in mere spiritualibus* causis, v. g., quoad sacramentorum administrationem, missæ celebrationem, clericorum educationem. 2. *In mixtis rebus,* quæ, etsi temporales, sunt *connexce cum spirituali bono* et quandoque ei necessariæ, Ecclesia suam jurisdictionem exercendi jus habet. Quare potest temporalia bona acquirere, retinere et administrare "ad fines sibi proprios prosequendos", "scholas cujusvis disciplinæ non solum elementarias, sed etiam medias et superiores " 2 condere; R. Pontificis et clericorum immunitatem 3 a civili potestate exigere, juxta normas a se determinatas ; etc.

(2) *Officia,* (a) Ecclesia non solum *non debet sese immiscere in iis qua sunt mere temporalia ;* sed etiam *societatem*

' Tiberghien, *La doctrine cathol. et la politique ;* R. Aigrain, *Ecclesia,* Paris, 1927, p· 1008-1026. 3 *Cod.,* c. 1495' !375·

» E. Magnin, art. *Immunités ecclésiast.,* in *D. T. C.,* col. 121S sq. ; L Choupin, art. *Immunités ecclésiast.,* in *D. A.,* col. 613-628.

civilem adjuvare tenetur in iis quæ proprio fini necessaria sunt, in fovendo nempe publicam honestatem, quæ multum ad temporalem felicitatem conducit; in promovendo pacem et tranquillitatem, quæ religiosæ simul ac civili prosperitati favent. Pariter, *in specialibus circumstantiis, Ecclesia Statum adjuvare debet,* quando agitur de avertendo malo quod utrique societati imminet, v. g., de bello vel hostium incursione. (b) Hac in re, ut ecclesiastica historia constat, Ecclesia erga civilem societatem magnanima plerumque fuit, de suis juribus sæpe cedendo, et propria bona tradendo, ut Statui in necessitate auxilio esset.

1050. — (B) **Jura et officia Status,** (1) *Jus* est Statui, ut liber et expeditus sit ad res civiles agendas : v. g., ad eligendam formam regiminis, ad leges circa materialem prosperitatem, tributa, exercitum, etc., condendas; uno verbo, ad omnia quæ ad finem civilis societatis directe conducunt honesto modo.

(2) *Officia.* Status tenetur : (a) *religionem* promovere, nedum ad eam sit indifferens (cf. n. 167-170); (b) religionem *revelatam* profiteri ac fovere : si enim Deus, omnium Creator et Dominus, specialem religionis formam et præcepta positiva imposuit, evidenter eis obsequium praestare debent societates et principes civiles, sicut et privati cives ;(C) verum *Christianismum* seu *catholicam Ecclesiam defendere et adjuvare.*

i. Status tenetur eamdem *protegere :* hoc debet *sibi ipsi* et *suis subditis, Christo* et *Ecclesiæ :* i) *Sibi ipsi :* etenim sibi debet protegere fundamentum societatis. Hoc autem fundamentum nihil aliud est nisi religio et quidem religio vera. Si ergo Deus, per revelationem, quamdam religionem determinavit ut solam legitimam, Status eam defendendo, jura Dei defendit ac consequenter fundamenta ipsius societatis, quia nullum jus existere potest nisi prius jura Dei in tuto ponantur. 2) *Propriis subditis :* hi jus habent ut omnia sua jura protegantur a Statu; si sunt catholici, qua tales habent jura quæ protegi debent : sed eadem jura servare nihil aliud est nisi Ecclesiam protegere adversus quoslibet hostes. 3) *Christo et Ecclesiæ :* nam *Christus* Dei legatus, in nomine Dei loquitur et *Ecclesiam* fundavit singulis neces-

sariam ad salutis prosecutionem. Hinc princeps per se punire potest contra religionem delinquentes, quatenus ordinem socialem perturbantes et etiam aliorum civium jura violantes. In hoc tamen prudenter agendum est, et non inconsulta auctoritate ecclesiastica. Ipsi Romani Pontifices nonnunquam principes admonuerunt, qui nimio zelo in hac re agebant; ita CLEMENS IV S. Ludovicum, Galliæ regem, rogavit ut poenas contra blasphemos mitigaret.

2. Status debet etiam Ecclesiam positivis mediis *adjuvare*. Ipsi enim officium incumbit ea omnia curandi quæ ad publicam prosperitatem pertinent, et quæ privati cives per se procurare insufficientes sunt : quales sunt, v. g., academiæ, scholae, varia instituta ad fovendam industriam, artes, scientiam, etc. Equidem alia est potestas, scilicet ecclesiastica, ad hæc instituenda; sed quando temporalibus opibus caret, Status divitiis affluens Ecclesiæ auxilium ferre debet.

Conclusio. Merito igitur cum LEONE XIII concludere juvat : " Fuit aliquando tempus cum evangelica philosophia gubernaret civitates... cum sacerdotium atque imperium concordia et amica officiorum vicissitudo auspicato conjungeret. Eoque modo composita civitas fructus tulit omni opinione majores... Mansissent profecto eadem bona, si utriusque potestatis concordia mansisset; majoraque exspectari jure poterant, si auctoritati, si magisterio, si consiliis Ecclesiæ majore esset cum fide perseverantiaque obtemperatum ",

2° DE RELATIONIBUS ECCLESIÆ CUM STATU NON CATHOLICO.

Hujusmodi Status potest esse christianus, sed *non catholicus*. vel *indifferens,* vel *infidelis*. *De jure*. Status non catholicus debet Ecclesiam agnoscere et colere. Sed *de facto,* quid sit practice et immediate agendum?

1051. — (i) Cum Statu Christiano acatholico. (a) Omnis Status christianus *per se* eadem habet officia erga Ecclesiam ac Status catholicus, quia quicumque baptismo initiantur, auctoritati a Christo fundatæ subjiciuntur; rebellio, schisma vel hæresis nullum jus conferunt, nec ab obligatione eximunt, (b) Evidens tamen est Ecclesiam de facto obtinere non posse a Statu hæretico omnia ad quæ jus habet. Inquirendum ergo est *quid rationabiliter exigere possit,* et

quid Status logice præstare valeat, imino debeat, juxta vera principia. *Ecclesia exigere potest* ut catholici in Statu hæretico vel schismatico, liberi sint in professione suæ religionis : quia talis Status, cum infallibilitatem non sibi vindicet, non potest rationabiliter contendere religionem quam profitetur esse solam veram; aut saltem non potest negare Catholicos in bona fide versari posse, et ideo non inquietandos.

Proiestantismus præsertim, cum *liberum examen* pro principio fundamentali suscipiat, nullomodo adversari potest eis qui romanæ religioni adhærent, si illis placeat [1] : ideo catholica Ecclesia agnoscenda est ut *persona moralis,* gaudens *omnibus juribus cujuslibet societatis,* capax possidendi, invocandi publicam auctoritatem adversus hostes tum externos, tum internos, qui regulas in hac societate acceptas violant. Equidem talis Status non puniet discedentes ab Ecclesia, sed vetare nequit ne haereticos persuasione ad se convertat.

1052. — (2) Cum Statu indifferenti, (a) Talis Status, cum non magis unam quam aliam religionem foveat, catholicam Ecclesiam ut *legitimam societatem* agnoscere debet. Quapropter tenetur nil contra ejus jura moliri, sed eam protegere, sicut Status protegit jura familiae quæ non ipse constituit, jura etiam commercialis societatis, v. g., puniendo membrum, quod ea non perficeret ad quæ sese obligavit societatem ingrediendo[2], (b) hnmo adjuvare ac *fovere debet Ecclesiam;* nam ratio et sensus communis docet, religionem societati utilem esse, et aliunde religionem catholicam ut legitimam religionis formam agnoscendam esse, juxta principia ipsa indifferentismi.

1053. —(3) Cum Statu infideli. Hic nullomodo Ecclesiæ auctoritati subjicitur, sed non potest rationabiliter negare religionem christianam probabiliter saltem veritatem docere. Ideo contra rationem ac jus naturæ ageret, si impediret illius prædicationem et propagationem. Quare si prohi-

[1] Similiter, cum *Ecclesiæ schismatics* Ecclesiam Christi habeant ut foederationem plurium ecclesiarum, Status schismaticus Ecclesiam Romanam proscribere non debet.

[2] ^epe occurrit in Pœderatis Statibus Americæ; si quandoque de rebus ecclesiasticis coram civili tribunali agatur, v. g., de dominio ecclesiasticorum bonorum, judices plerumque sententiam ferunt secundum leges quæ in hac societate religiosa vigent.

beret ne prædicatores veritatem annuntiarent, vel Christiani in suo dominio jam existentes, libere suam religionem profiterentur, ad hoc cogi posset interventu nationum Christianarum.

1054. — Nec dicatur : *Ecclesia sibi contradicit,* utpote libertatem exigens a Statu heterodoxo, dum ipsa docet Statum catholicum talem libertatem heterodoxis concedere non posse. Si Ecclesia excludere potest heterodoxos, ita et Status heterodoxus Ecclesiam. — Resp. (a) *Nulla est contradictio, objective* loquendo : etenim Ecclesia, cum sit unica revelata religio, habet jus exclusivum vindicandi protectionem pro veritate, ac proinde pro seipsa et non pro aliis religionibus quæ falsae sunt, (b) *De facto,* Ecclesia ut sola religio vera non agnoscitur ab omnibus, i. Quapropter, in regione ubi libertas omnibus sectis conceditur, ipsa certe sine contradictione, eadem privilegia, quæ errori conceduntur, exigere potest; in regione autem ubi una religio, et quidem erronea, admittitur, Ecclesia divinæ suæ missionis testimonia exhibet, ut ostendat adesse aliquam saltem probabilitatem in sui favorem, sibique deberi saltem tolerantiam. 2. E contra ipsa certa est nullam extra se veram esse religionem, quæ jus habeat ad protectionem : tolerantia tamen utitur quoad heterodoxos bonæ fidei.

CAPUT II

De Liberalismo et Libertatibus Modernis

1055. — Conspectus.

Liberalismus et libertates modernæ.

1. *De Liberalismo.*
   (a) *Notio, species.*
   (b) *Refutatio* liberalismi, absoluti, moderati, catholici.
2. *De Libertatibus modernis.*
   (a) In *genere* : notiones.
   (b) In *specie.*
   De libertate *cogitandi.*
   De libertate *conscientia et cultuum.*

Summatim tractandum est : 1. *de liberalismo, 2. de libertatibus modernis.*

I. De Liberausmo r.

Liberalism! : I. zz<V/£>, 2. *sfedes,* 3. *refutatio.*

1056. — (A) Notio, (a) *Quoad nomen,* liberalismus voce *liber\ significat* sententias quæ humanæ libertati favent. Sed hæ sententiæ ad res permultas, v. g., quæstioncs politicas, oeconomicas, philosophicas, religiosas, etc., referri possunt : exinde diversæ liberalism! forniæ. Hic exclusive loquimur de liberalismo in religionis materia.

(b) Quoad *rem.* Liberalismus, quatenus est error in religione et fide, est illud systema quod, juxta naturalisa» et rationalism! principia, vindicat absolutam hominis autonomiam et consequenter ejus emancipationem a Deo tum in vita individual!, tum in activitate sociali et civili.
“ Liberalismi capitale vitium ” 1

1057. — (B) Species. Liberalism! distinguitur *triplex forma,* secundum quod plus minusve negat aut restringit hominis dependentiam a Deo.

(a Liberalismus *absolutus* convertitur cum atheismo et materialismo; ‘‘imperium summi Dei funditus recusat, atque omnem obedientiam prorsus exuit in publicis vel etiam in privatis domesticisque rebus Quare religionem despicit et dominationem Status supra Ecclesiam affirmat, (b Liberalismus *moderatus* Dei existentiam et perfectiones speculative agnoscit: sed doctrinam fidei et morum, quæ ut supernaturalis æstimatur, repudiat, præsertim in publicis moribus civitatis; propterea docet plenam independentiam tum Status ab Ecclesia, tum Ecclesiæ a Statu, (c) Tertia forma, quæ nominatur liberalismus “ *catholicus*” 3, profitetur Ecclêsiæ existentiam, sed ei naturam juraque propria socie-

1 Pius IX, variæ allocut. in *Syllabo* rèlatæ, cf. D. B., 1701-1780; Leo XIII, Encyc. *Immortale Dei, Libertas praestantissimum, Sapientiis Christiana ;* Pius X, Encyc. *Pascendi ;* L. Billot, *De Ecclesia Christi,* Romæ, 1910; p. 19-63; G. de Pascal, art. *Libéralisme,* in *D.* col. 1822-1842.

Textas hic citati, sine explicita auctoris indicatione, <·χ encyclical *Libertas* desumuntur.

3 Y. de la Brière, art. *La question du libéralisme cathol. ait cours des vin^l demiires années,* in *Pe~c. de Philosophie* (Peillaube), janv. 1046 η 16-Ï2· *De Ecclesia Christi,* t. II, p. 3550.

tatis perfectæ eripit, atque simul imperium potestatis civilis in camdem exaggerat.

Ejus fautores agnoscunt equidem quod Status subordinari debet Ecclesiæ (=*jits')}* sed addunt quod talis subordinate, tempore præsenti, Ecclesiæ nociva esset (=*factum*\ utpote principiis modernis contrarie opposita. Quapropter independentiam et separationem Status ab Ecclesia promovent, ut optimum vivendi modum. Imo volunt Ecclesiam, jure communi tantum gaudere, ne Statui noceat; dum plenam libertatem relate ad Ecclesiam Statui concedunt (cf. n. 1032,.

1058. —(C) Refutatio Liberalismi.

(i) Liberalismus absolutus est falsus. Juxta sanam philosophiam, Deus summe perfectus existit, a quo omnia creata pendent; præterea, homo, constans ex anima et corpore, ejus supremum dominium theoretice et practice per religionem agnoscere debet. Atqui liberalismus absolutus negat vel Dei existentiam, vel ejus attributa; atque respuit in homine animam spiritualem et religionis officium. Ergo. (Cf. n. 262, 263).

1059. — (2) Liberalismus moderatus admitti nequit.

(a) *Theoretice.* Illud enim systema non admittendum est quod adversatur *rationi* et *apologeticce demonstrationi.* Atqui ita est moderatus liberalismus. Ergo. 1. Adversatur enim *rationi.* Nam, ex una parte, Dei creatoris omnipotentiam et dominationem infinitam admittit; ex alia vero, profitetur a Deo independentiam hominis et Status quoad res religiosas publici ordinis. "Quam sibimetipsis parum cohærent" hujus opinionis fautores! 2, Pariter adversatur *apologeticæ,* quæ divinam originem Ecclesiæ supernaturalis et necessitatem ei adhaerendi demonstrat. 'Atqui liberalismus moderatus has veritates in praxi abjicit, saltem pro Statu.

(b) *Practice.* De facto, per 19 sæcula, ut ex populorum historia apparet, separatio Ecclesiæ a Statu, fere nunquam sincero modo inducta fuit, atque civiles potestates vel suprematiam Ecclesiæ agnoverunt, vel eamdem plus minusve oppresserunt.

1060. — (3) Liberalismus "catholicus" est rejiciendus.

(a) Hoc systema opponitur *euangelio.* Christus enim declarat: "*Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, et quæ sunt*

/λζ, /Vt> ' ', et alibi : " *Nemo potest duobus dominis servire,,. Qui non est meeum contra me est"* a. Atqui liberalismus ""catholicus" concedit Cæsari seu Statui jura quæ Status non habet, dum Ecclesiæ seu Deo non agnoscit jura quæ ei certe competunt. Præterea idem liberalismus conatur simul Deo et homini placere, fidem supernaturalem cum naturalismi principiis conciliare, atque auctoritatem Ecclesiæ cum Status exigentiis consociare. Sed hujus propositi assecutio res est omnino impossibilis, quam Jesus condemnavit ut sibimetipsi et Deo injuriosam.

b) Hoc systema *sibi contradicit,* i. Revera, ex una parte, Catholicismus admittit Deum existere et esse principium et ultimum finem generis humani. Sed, ex altera parte, liberalismus declarat melius esse easdem veritates Statui hodierno non applicare. 2. Aliunde Catholicismus profitetur Romanam Ecclesiam solam a Christo fuisse fundatam ad hominum salutem, cum infallibilitate et aliis supcrnaturalibus dotibus. Sed liberalismus de Ecclesiæ natura, origine, infallibilitate et omnibus privilegiis supernaturalis ordinis silet, ita ut " principia moderna " non impugnentur et veritas solo splendore suo humanas mentes ad se trahat.

C) In *praxi,* hæc liberalismi forma veritatem Christianam apud fideles debilitat, atque nullum proprie dictum commodum Ecclesiæ contulit. Igitur sententia " catholicorum liberalium " est reprobanda.

II. De Libertatibus modernis3.

Ouædam breviter dicentur *de'libertatibus modernis :* 1. *in genere,* 2. *in specie.*

I. DE LIBERTATIBUS MODERNIS IN GENERE.

1061. — (1) Praenotanda de stricte dicta libertate.

Ad instar principii hanc quæstionem illuminantis, revocamus in memoriam hoc summarium rectæ philosophiæ. — (a) Homo ratione præditus ad finem suum ultimum, nempe

» *Matth.,* XXII, 21.
Matth.. VI, 24: *Luc..* XI, 23.

' D. B., 1613 sq., 1666 sq., 1674, 1679, 1690. 1877, 1932; G. **Jacquemet,** 77/ *es Petrus*^ Paris, 1934. p. 960-970.

Deum, tendere debet, per suos actus eidem fini conformes. Porro ex his actibus præcipui a voluntate procedunt, quam dirigit intellectus/

(b) *Libertas* seu liberum arbitrium est vis activa voluntatis, quæ eligit media, servato ordine finis. Ejusmodi electio a voluntate elicitur, sed necessario prius supponit practicum judicium intellectus, declarans media adhibenda ad finis obtentionem.

(C Quapropter libertas residet *formaliter* in voluntate, et *fundamentaliter* in intellectu; et essentialiter consistit in eo quod tendit ad objectum quod est bonum simul et verum; tendentia vero ejusdem ad falsum et malum est tantum defectus seu imperfectio libertatis^ sicut claudicatio est defectus facultatis ambulandi.

1062. — (2) Libertates modernæ in genere.

(a) Liberalism! sectatores, nomine libertatis, designant licentiam utendi activitate propria, quæcumque illa sit, absque exteriori coercitione, quæ autonomam ejus expansionem impediat. Talem libertatem dicunt *bonum* per antonomasiam, cui cedere debent omnia, iis tantum forsan exceptis quæ pro ordine pure materiali in republica requiruntur.

(b) *Libertates modernæ :* 1. sunt formæ quædam hujus libertatis, sensu Liberalistarum intellectæ; dicuntur autem *modernæ,* quia in recentiori ætate præsertim propugnatæ et publici juris factæ, apud multas nationes invaserunt. 2. *Præcipuæ,* ordine logico, enumerantur : tum libertas *cogitandi, loquendi* et *imprimendi;* tum libertas *conscientiæ* et *cultuum.*

2. DE LIBERTATIBUS MODERNIS IN SPECIE.

Tractamus de libertate : 1. *cogitandi,* 2. *conscientiæ.*

1063. — i° De libertate cogitandi.

(i) *Vera libertas cogitandi* consistit in jure quod habemus amplectendi verum et illud solum, certo cognitum. Hæc est omnino *legitima :* nam nobis licet proprium intellectum dirigere secundum suæ naturæ leges : igitur jus habemus nihil admittendi nisi quod evidens nobis est, evidentia intrinseca vel extrinseca. Omnem proinde respuimus *vio-*

lenitam, qua doctrina per meram vim externam imponeretur. Jus etiam habemus, inter opiniones quæ sunt liberæ, quam volumus eligendi. Sed jus ad falsum amplectendum in se repugnat, utpote contrarium ipsi naturæ entis intellectualis. **H**

1064. — (2) *Libertas cogitandi, juxta Liberatistas,* est facultas cogitandi quidquid nobis placet, præcipue quoad vitam moralem, non considerato ad finem supremum ordine.

(a) Certe *existit physica libertas* cogitandi in sensu liberalism!. Experientia enim constat homines posse permultis erroribus adhærere. Sed ejusmodi libertas non identificari debet cum jure hoc modo agendi : nonne potestas physica furandi constituat jus furandi? Intellectus ad verum ordinatur, sicut voluntas ad bonum. Itaque non magis jus habet intellectus adhærendi falso, >9 quam voluntas faciendi malum. Habemus *potentiam,* non autem *jus;* et quando errorem amplectimur, sicut et quando malum agimus, facultate nobis data abutimur.

(b) *Absoluta libertas moralis cogitandi non est admittenda.* Etenim intra limites veritatis remanere tenemur, et quidem sive veritas illa sit naturalis, sive revelata, dummodo sit sufficienter cognita.

Nec exinde *minuitur libertas cogitandi,* sed *e contra perficitur.* Si enim vera libertas cogitandi sit jus dirigendi vitam nostram intellectualem secundum leges nostræ naturæ, seu jus adhærendi veritati, quo major evidentia præbetur, eo facilior adhæsio, ac major libertas. Cum autem revelatio divina novum lumen afferat et ab errore nos liberet, libertatem non minuit, sed auget, defectibus nostræ naturæ remedium præbendo. Eodem modo in societate, omne quod cognitionem veri faciliorem reddit, libertatem cogitandi auget, quia ea removet quæ illius exercitio obstant.

(C) *Hinc defluit* quid sentiendum sit de absoluta libertate manifestandi suas cogitationes, seu de libertate *loquendi, docendi, imprimendi.* Si enim non habemus jus adhærendi errori, nec jus habere possumus eum docendi. Homo errare valet, et propter bonam fidem excusari, sed *objective* loquendo, jus ad errorem propagandum *in se* repugnat rectæ rationi.

"Itaque, inquit Leo XIII, ex dictis consequitur nequaquam licere *petere, defendere, largiri, cogitandi, scribendi, docendi... libertatem,* veluti jura totidem, quæ homini natura dederit"[*].

1065. — 2° De libertate conscientiae et cultuum.

Hic agitur de ***libertate conscientice*** quoad moralitatis et religionis ordinem, proinde semper connectitur et quandoque identificatur cum ***libertate cultuum,*** seu externæ religionis observantiae.

(A) ***Vera libertas conscientice et cultuum*** est jus eligendi, profitendi et servandi interne et externe religionem veram singulis hominibus praeceptam, quæ est religio catholica.

1066. — (B) ***Libertas conscientiæ et cultuum, juxta Liberalistas.*** (i) Sic definiri potest : Licentia (a)***pro unoquoque homine,*** aut nullam, aut quam libuerit religionem profitendi; b) ***pro Statu,*** nullum cultum socialem Deo exhibendi et æquo jure omnes religiones tractandi. (2) Indubie individui et Status hac licentia physice praediti sunt, ut patet. Sed hæc absoluta libertas seu licentia non est vera libertas : nam est negatio strictae obligationis Deum adorandi, singulis hominibus impositae. " Revera, ait Leo XIII, ex omnibus hominum officiis illud est sine dubitatione maximum ac sanctissimum, quo pie religioseque Deum colere omnes jubemur". Præterea Status tenetur Ecclesiæ auctoritatem et divinitatem agnoscere, per cultum socialem in vera religione revelata, ex dictis (cf. n. 166-170, 1048 sq.).

1067. — (C) ***Practice quæritur utrum et quomodo*** libertas conscientiae et cultuum ***ab Ecclesia vel Statu*** servari debeat?

(a) Modus agendi Ecclesiæ quoad conscientiæ libertatem. i. Ecclesia semper docuit ac docet ***neminem cogi posse ad profitendam religionem quam ut veram nunquam agnovit:*** "Magnopere cavere solet Ecclesia, ait Leo XIII, ut ad amplectendam fidem catholicam nemo invitus cogatur, juxta quod sapienter Augustinus monet : credere non potest homo nisi volens". INNOCENTIUS III anathemate plectebat Christianos, qui Judaeos ad baptismum cogebant vel eorum cultum perturbabant.

2. Attamen etsi *Ecclesia* eos, qui foris sunt, ad fidem cogere nequit, *jus habet et officium proprios filios ad finem ducendi,* proindeque media adhibendi, quibus amoveantur impedimenta huic fini obstantia. Itaque sicut omnis societas jus habet reprimendi quidquid bonum commune graviter lædit ; ita Ecclesia, in protectionem fidelium, repellere potest eos qui errorem vel corruptionem ih proprio sinu disseminarent.

3. *Nec in hoc ulla est Ubertatis violatio,* sed *protectio veræ libertatis* contra eos qui ea abutuntur. Quod verum est etiamsi Ecclesia auxilium civilis potestatis ad cohibendam propagationem erroris vel corruptionis vocaret. Nam, ex una parte, error nullum jus habet; ex alia, societas officium habet protegendi libertatem propriorum subditorum.

4. Exinde facile *explicatur agendi ratio Ecclesiæpræsertim* in *Medio Ævo.* Hæc coactionem adhibuit, sed tantum contra Christianos in mala fide versantes seu formales hæreticos, qui obligationes suas erga Ecclesiam non adimplebant. Infideles autem, vel qui in hæresi nati et educati fuerant, libertate conscientiæ et cultus gaudebant, dummodo Christianam societatem non perturbarent. Ecclesia autem, ut *potestas spiritualis,* nullum unquam hominem capite damnavit. Si autem aliquot viguerint abusus, hi hominum malitiæ, non Ecclesiæ doctrinæ tribuendi sunt.

1068. — (b) Status jura et officia *relative ad libertatem conscientiæ.* Status, ut vidimus, *incompetens* est in rebus religiosis; *non* tamen *indifferens* esse debet. 1. Si ageretur de errore quodam fundamenta societatis evertente, ut plures fuerunt hæreses in Medio Ævo, Status certe jus haberet eum proscribendi. Quamvis enim non sit infallibilis, sunt quædam veritates sensus communis, de quibus certus esse potest; ita legitime Status reprimere potest eos qui in praxi *jus proprietatis* negant vel *polygamiam* admittunt, et alia hujusmodi.

2. Status non definit doctrinam, sed sicut et quælibet persona privata, agnoscere potest religionem Christianam esse divinam, et hanc religionem ut *legem fundamentalem suce constitutionis* assumere. Tunc quicumque Ecclesiam aggreditur, injuriam Statui ipsi infert et ab ipso puniri

potest. Talis erat societas Christiana Medio Ævo, quando florebat unitas fidei. Hæp ab Ecclesia obtinuerat maxima beneficia et principium firmitatis in ea inveniebat.

1069. — 3. Status *debet* errorem religiosum reprimere, quia cives jus ad bonum et verum libere amplectendum habent. Hoc autem jus expeditum esse nequit nisi auctoritas socialis illud protegat contra tyrannidem mali et falsi. Praeterea veritas religiosa est fundamentum societatis, ideoque illam defendere est defendere ipsam societatem. Hanc etiam protectionem debet Ecclesiæ, ut ipsa finem suum attingere possit. Hinc Status errorem proscribere debet, non quidem omnem errorem, nec omnem abusum, sed quidquid bono societatis nocere potest. Item libertatem cultuum, quatenus societati nocivam, rejicere debet.

1070. — Conclusio, (a) Doctrina sic proposita statuit quæ *de jure ac per se* sunt tenenda quoad modernas libertates. Sed dantur circumstantiæ, in quibus *libertates modernæ tolerari possunt,* si justae sunt causae, definita tamen moderatione, ne in libidinem atque insolentiam degenerentr; et hoc secundum principia jam declarata (cf. n. 1044-1047). In his casibus, ejusmodi libertates accipiuntur ut minora mala; et honesti homines iisdem uti debent ad veritatis et religionis defensionem, (b) Quare Ecclesiæ doctrina non adversatur humanae libertati, quam semper tuetur, sed opponitur tantum libertatis abusibus, præsertim iis qui ut quoddam imprescriptibile jus a superbis hominibus vindicantur.

TRACTATUS V

DE FONTIBUS REVELATIONIS

ECCLESIASTICA DOCUMENTA DE FONTIBUS REVELATIONIS.

I. C. Tridentinum (1545-1563).

Decretum de Canonicis Scripturis [2].

SESSIO IV, 8 APRILIS 1546.

E 4

783 “ Sacrosancta œcumenica et generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem tribus Sedis Legatis, hoc sibi perpetuo ante oculos proponens, ut sublatis erroribus, puritas ipsa Evangelii in Ecclesia conservetur.:

[1] M. Canus, *De locis theologicis,* l. I, c. 1-3; S. Bellarminus, *De Verbo Dei,* l. IV; Billuart, *De Reculis fidei.* dissert. 2; Schrader, *De theologico testium fonte,* Parisiis, 1878, L II: J. B. Franzelin, *De divina Traditione et Scriptura,* Romæ, 1882; L. de San, *De divina Traditione et de Scriptura,* Brugis, 1903; S. Muncunill, *De locis theologicis,* 1916; Van Noort, *De Fontibus Revelationis,* 1932; M. Jugie, *Theol. dogmat. Christian, oriental.,* Paris, 1926, t. I, p. 640-682; T. Spacil, *Doctrina Orientis separati de revelatione, fide, dogmate,* Romæ; A. Gardeil, Zz *donné révélé et la théologie,* Paris, 1910; Van den Eynde, Zzr *normes de l'enseignement chrétien dans la littéral, patrist· des trois premiers siècles** 1933.

[2] Numeri marginales ii sunt quibus utitur Denzinger-Bannwart, *Enchiridion symbolorum* Friburg. Br.. 1932.

quod promissum ante per Prophetas m Scripturis sanctis Dominus noster Jesus Christus, Dei Filius, proprio ore primum promulgavit; deinde per suos Apostolos, tanquam fontem omnis et salutaris veritatis et morum disciplinæ, omni creaturæ prædicari jussit : perspiciensque, hanc *veritatem et disciplinam contineri in libris scriptis, et sine scripto traditionibus, quce (ex) ipsius Christi ore ab Apostolis acceptce, aut ab ipsis Apostolis Spiritu Sancto dictante, quasi per manus traditce,* ad nos usque pervenerunt, orthodoxorum Patrum exempla secuta, *omnes libros tam Veteris quam Novi Testamenti, aim utriusque unus Deus sit auctor, nec non traditiones ipsas, tum adfidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel oretenus a Christo vel a Spiritu Sancto dictatas, et continua successione in Ecclesia catholica conservatas,* pari pietatis affectu ac reverentia suscipit et veneratur.

Revelata doctrina in Scriptura et Traditione continetur.

784 *Sacrorum vero librorum indicem* huic decreto adscribendum censuit, ne cui dubitatio suboriri possit, quinam sint, qui ab ipsa Synodo suscipiuntur.

Index librorum sacrorum /. Vet. Test.

Sunt autem infra scripti :

Testamenti veteris : 5 Moysis, id est : Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium; losuæ, ludicum, Ruth, 4 Regum, 2 Paraliponienon, Esdræ primus et secundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Judith, Esther, Job, Psalterium Davidicum 150 psalmorum, Parabolæ, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Jeremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, 12 Prophetæ minores, id est : Osea, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias; 2 Machabæorum, primus et secundus.

Testamenti novi : 4 Evangelia, secundum Matthæum, Marcum, Lucam et loannem; Actus Apostolorum a Luca Evangelista, conscripti; 14 Epistolæ Pauli Apostoli : ad Romanos, 2 ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, 2 ad Thessalonicenses, 2 ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos; Petri Apostoli 2, Joannis Apostoli 3, Jacobi Apostoli i, Judæ Apostoli 1, et Apocalypsis Joannis Apostoli.

2. ^σv.

Si quis autem *libros ipsos integros cum omnibus suis partibus,* prout in Ecclesia catholica legi consueverunt et in *veteri Vulgata latina editione* habentur, *pro sacris et canonicis non susceperit,* et traditiones prædictas sciens et prudens contempserit; A. S.

De inspira scriptura,

Decretum de editione et usu sacrorum Librorum.

7^5 Insuper eadem sacrosancta Synodus considerans, non parum utilitatis accedere posse Ecclesiæ Dei, si ex omnibus Latinis editionibus, quæ circumferuntur, sacrorum librorum, quænam pro authentica habenda sit, innotescat : statuit et declarat, ut hæc ipsa

authenti-čité

îjùfs ft Vulgata editio, quæ longo tot sæculorum usu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus praedicationibus et expositionibus *pro authentica habeatur,* et ut nemo illam rejicere quovis praetextu audeat vel praesumat.

Præterea ad coercenda petulantia ingenia decernit, ut nemo 786
suæ prudentiæ innixus, *in rebus fidei et inorum ad ædificationein doctrina christianæ pertinentium* sacram Scripturam ad suos sensus contorquens, *contra eum sensum, quem tenuit et tenet sancta Mater Ecclesia,* cujus est judicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum sanctarum, aut etiam *contra unanimem consensum Patrum, ipsam Scripturam sacram interpretari audeat,* etiamsi hujusmodi interpretationes nullo unquam tempore in lucem edendæ forent..."

II. C. Vaticanum (1869-1870).

Constitutio dogmatica de fide catholica.

SESSIO III, 24 APRILIS 1S7O.

CAP. II. De Revelatione.

" ... Hæc porro *supematuralis revelatio,* secundum universalis 1787
Ecclesiæ fidem a sancta Tridentina Synodo declaratam *continetur*

Revelutio continetur in Scriptura et Traditione.

" in libris scriptis et sine scripto traditionibus, quæ ipsius Christi ore ab Apostolis acceptæ, aut (ab) ipsis Apostolis Spiritu Sancto dictante quasi per manus traditæ, ad nos usque pervenerunt ". Qui quidem *Veteris et Novi Testamenti libri integri cum omnibus*

Libri sacri Deum habent auctorem.

suis partibus, prout in ejusdem concilii decreto recensentur et in veteri vulgata latina editione habentur, *pro sacris et canonicis suscipiendi sunt. Eos vero Ecclesia pro sacris et canonicis habet,* non ideo, quod sola humana industria concinnati, sua deinde auctoritate sint approbati; nec ideo dumtaxat, quod revelationem sine errore contineant; *sedpropterea, quod Spiritu Sancto inspirante conscripti Deum habent auctorem,* atque ut tales ipsi Ecclesiæ traditi sunt.

Quoniam vero, quæ sancta Tridentina Synodus de interpretatione 1788
divinæ Scripturae ad coercenda petulantia ingenia salubriter decrevit, a quibusdam hominibus prave exponuntur, Nos idem decretum renovantes hanc illius mentem esse declaramus, ut *in rebus fidei et morum ad ædificationem doctrinæ christianæ pertinentium*

De vero sensuSeripturee S. in rebus fidei et morum.

is pro vero sensu sacræ Scripturæ habendus sit, quem tenuit ac tenet sancta Mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum Sanctarum; atque ideo nemini licere contra hunc sensum aut etiam contra unanimem consensum I atrum ipsam Scripturam sacram interpretari "

l *Cone. Trident.* l D. B., 783.

III. Leo XIII (1878-1903).

Ex Encyc. **Providentissimus** (18 nov. 1893) :

1951 "...Tantum vero abest, ut *divinæ inspirationis error ullus subesse possit,* ut ea per se ipsa non modo errorem excludat omnem, *Inerrantia Scriptura S.*
sed tam necessario excludat et respuat, quam necessarium est, Deum summam Veritatem, nullius omnino erroris auctorem esse.

>952 Hæc est antiqua et constans fides Ecclesiæ, sollemni etiam sententia *in Conciliis definita Florentino* 1 *et Tridentino* 2; confirmata denique atque expressius declarata in concilio *Vaticano* \ a quo absolute edictum : Si quis sacræ Scripturæ libros integros... «.

Nam *supernaturali ipse virtute ita eos ad scribendum excitavit* *Descriptio divinæ inspirationis,*
et movit, ita scribentibus adstitit, ut ea omnia eaque sola, quæ ipse juberet, et recte mente conciperent etfideliter conscribere vellent et apte infallibili veritate exprimerent : secus non ipse esset auctor sacræ Scripturæ universæ... Atque adeo Patribus omnibus et Doctoribus persuasissimum fuit, *divinas litteras,* quales ab hagiographis editæ sunt, *ab omni omnino errore esse immunes,* ut propterea non pauca illa, quæ contrarii aliquid vel dissimile viderentur afferre (eademque fere sunt, quæ nomine novæ scientiæ nunc objiciunt), non subtiliter minus quam religiose componere inter se et conciliare studuerint; professi unanimes, libros eos et integros et per partes a divino æque esse afflatu, *Deumque ipsum per sacros auctores elocutum nihil admodum a veritate alienum ponere potuisse ".*

a quo defluit absoluta inerrantia.

IV. Pius X (1903-1914).

Ex decreto **Lamentabili** (3 jul. 1907), quod sequentes propositiones damnat :

2004 4. " *Magisterium Ecclesiæ* ne per dogmaticas quidem definitiones *genuinum sacrarum Scripturarum sensum determinare potest.*

2009 9. ... Nimiam simplicitatem aut ignorantiam præ se ferunt, qui *Deum* credunt vere esse *Scripturæ S. auctorem.*

2OIO 10. *Inspiratio librorum V. Testamenti in eo consistit,* quod scriptores israelitæ religiosas doctrinas sub peculiari quodam aspectu, gentibus parum noto aut ignoto, tradiderunt.

2OII **n.** *Inspiratio divina* non ita ad totam Scripturam S. extenditur, ut *omnes et singulas ejus partes ab omni errore freemuniat* " 5.

B., 706.
B., 783 sq.
B., 1787.
B., 1809. — 5 Cf. D. **B.,** 2102.

PROŒMIUM

1071. — Objectum et divisio.

(a) Ex prioribus tractatibus constat divinam revelationem a *Christo* dictam, fuisse exclusive *Ecclesiæ christiano-catholicæ* commissam, quæ eam infallibiliter profitetur (cf. n. 30, 31). . Porro statim nova exsurgit quæstio : Ex *quibus fontibus* Ecclesiæ magisterium hauriat *depositum revelationis* propagandum et conservandum. Et *C. Vaticanum,* post *Tridentinum* affirmat supernaturalem revelationem contineri " *in libris scriptis* et *sine scripto traditionibus* " 1

(b) Unde *duo* sunt fontes revelationis : *Scriptura Sacra* et *Traditio ;* igitur in hoc Tractatu, *duplex* erit sectio : I. *De Traditione,* 2. *De Scriptura S.* Incipimus autem a *Traditione,* quæ prior est Scriptura non solum *chronologice,* sed etiam *ambitu,* ut mox exponemus.

Hic Tractatus logice præcedit theologiam dogmaticam specialem; antequam enim de singulis dogmatibus agamus,necesse est expendere ex quibus fontibus dogmata hauriri possint 2.

1072. — (2) Nomina.

Hic Tractatus diverse nominatur; appellatur enim : (a) *De Fontibus revelationis,* ut dictum est; (b) *De Scriptura et Traditione,* aut verbis æquivalentibus, quæ revelatos fontes sigillatim designant; (c) *De Verbo Dei* : hic titulus indicat divinam locutionem, quæ in prædictis fontibus consignatur.

1 D. B., 1787, 783.

2 Tractatum de *Fontibus theologicis* (quatenus non tantum de Scriptura et Traditione agit, sed etiam de aliis fontibus quibus theologia utitur) ad formam scientificam primus reduxit Melchior Canus, in eximio opere de *Locis theologicis,* q»'o theologi sequioris ævi copiose usi sunt, (a) *Ante ipsum* tamen multæ quæstionesad hunc tractatum spectantes a *Patribus* exploratæ fuerant, praesertim a S. Ignatio in suis *epistolis* de episcoporum auctoritate, a S. Irenæo in libris *contra Haveses,* a Tertulliano in libro *de Proscriptione,* a S. Augustino in opere de *Doctrina Christiana,* et a Vincentio Lirinensi in *Commonitorio :* in his enim et aliis hujusmodi operibus multa invenire est de usu et auctoritate Scripture, Traditionum ratiomsoue, in expositione ac probatione catholicæ veritatis, (b) *Scholastici* pariter, revelatam doctrinam ad severiores scientiæ leges revocando, de Scripture ⌐ Patrum auctoritate sive in quæstionibus præviis ad explicationem libri Sententiarum vel initio Theologiæ Summarum, aut ubi de regula fidei, non pauca tradiderunt, (c) A tempore autem *Reformationis,* necesse fuit copiosius de locis theologicis disputare, ut efficacius refellerentur Protestantes, qui Scripturam pro unica fidei regula habebant. Multi theologi hac de re disseruerunt in *Tr. de Fide;* alii, post Melchioris Cani tempora, in *0,1/1 theologicis* , vel de *Fontibus revelationis.*

(d) Idem tractatus *De Locis theologicis* sæpe etiam dicitur, i. *Loci* (τόποι), inde ab Aristotele, sunt quasi armaria, in quibus quaelibet scientia invenit sua argumenta. Proinde *loci theologici*[1] sunt ii qui theologiæ præbent omnes ejus probationes. 2. Porro alii sunt *communes* pluribus scientiis : ita ratio, philosophia, historia, scientiæ naturales, etc. 2, et vocantur *subsidiarii,* pro theologia. Alii autem dicuntur *proprii, intrinseci* et sunt exclusive *Scriptura, Traditio* ejusque monumenta, quatenus Dei Verbum continent. 3. Ex his locis propriis, quidam sunt *primarii* seu per se infallibiles : v. g., textus clariores Scripturæ, definitiones ex cathedra, fidei symbola, etc.; alii vero *secundarii,* qui fidem secure tradunt ob suam connexionem cum infallibili Ecclesia : ita liturgiæ, scripta Patrum et theologorum, etc.

1073. — Conspectus generalis.[2]

De Fontibus Revelationis.

Sect. I. De Traditione.
- Cap. I. De *natura* et *existentia* Traditionis.
- Cap. II. De *organis* Traditionis.
- Cap. III. De *testibus* Traditionis.

Sect. II. De Scriptura Sacra.
- Cap. I. De Scripturæ S. *notione* et *existentia.*
- Cap. II. De *inspirationis natura et extensione.*
- Cap. III. De *inerrantia* et *interpretatione* Scripturæ S.

Epilogus. Traditio et Scriptura S. *inter se comparantur.*

t

=*-**««=

[1] **A. Gardeil,** *La notion du lieu théologique,* **Paris, 1908; art.** *Lieux théologiques,* **in** *D. T. C.,* **col. 731 sq.**

[2] **Hæc exponuntur in tomo sequenti tractando de** *scientia fidei* **seu** *scientia theologica* **(cf. n. 339 sq.).**

SECTIO I

De Traditione

1074. — Objectum et divisio.

(aj Revelatio Christiana in R. Ecclesia conservatur, præsertim per vivum et injallibile magisterium, nempe per *Traditionem* quæ est fons Revelationis primarius, (b) Ut clare simul et complete praesens materia explicetur, dicendum erit in *triplici* capite i. *de natura et existentia* Traditionis, 2. *de ejus organis,* 3. *de ejus testibus.*

1075___Conspectus generalis.

De Traditione.

Cap. L *De natura et existentia Traditionis.*
- I. De natura Traditionis.
- II. De existentia Traditionis.

Cap. II. *De organis Traditionis.*
- I. De Traditione per solemne magisterium.
- n. De Traditione per magisterium ordinarium.

Cap. III. *De testibus Traditionis.*
- I. De Patrum consensu.
- II. De Theologorum consensu.
- III. De Fidelium consensu.

1 **D. B., 125, 164, 212, 308, 349, 78359., 995, 1792. etc.; Bossuet,** *Défense de la Tradition et des Saints Pères;* **D. Petavius,** *Theolog. dogmata,* **Paris, 1867; t. II,** 1. **II, c. 6;** 1. **III, c. 11; t VI,** 1. **VII, c. 2; t VII, L XV, c. 10. Melchior Canus,** *De Locis theologicis,* **ap. Migne,** *Theol. Curs.,* 1. **III, p. 235 s<|.; S. Bellarminus,** *De Verbo Dei,* 1. **IV; Murray,** *De Ecclesia,* **disp. XII, t. II, p. 445 sq.; de Groot,** *op. cit.,* **q. XIX, art. 1-3; Berthier,** *Tr. de Locis theologicis,* **Taurini. 1888; Vacant,** *Etudes sur les Constit. du C. du Vatican,* **Paris, 1895, t I, p. 367-379; L. Billot,** *De Sacra Traditione,* **Romæ, 1904;** *De Immutabilitate Traditionis,* **Romæ, 1907; Bainvel,** *De Magisterio vivo et Traditione,* **Paris, 1905; C. Pesch,** *Pralect. dogmat.,* **t. I, P- 397-425;}· M. Hervé,** *Manuale theol. dogm.,* **t. I, p. 505-546; F. Diekamp,** *Theol. dogm. manuale,* **t. I. p. 49-67; G. Proulx,** *Tradition et Protestantisme,* **Paris, 1924; A. Denefle,** *Der Traditionsbegriff,* **Münster, 1930;** **F. Cayré,** *Précis de Patrologie,* **Paris, 1930, t. II, p. 882, n. 27 sq.; M. Jugie,** *Theolog. dogm. Christianorum orientalium,* **t. I. Paris, 1935 : De fontihus traditionis divinæ, juxta theolog. græco-russos, p. 662-682 ; t. V. Paris, 1935 : De fontibus traditionis, juxta Nestorianos; p. 19-24; De Traditione active sumpta (juxta Monophysitas), p. 370-383.**

CAPUT I

De Natura et Existentia Traditionis

1076. — Conspectus.

De Traditione.

i. *De natura Traditionis.*
   (a) *Notio.* In genere; in sensu theologico : active et passive sumpta.
   (b) *Species :* ratione originis, materiae, relationis ad Script. S., medii.

2. *De Existentia Traditionis.*
   (a) Status quæstionis.
   (b) *Thesis* statuitur : ex Scriptura, testimoniis antiquis, conciliis.

Scholion. De relationibus inter Traditionem et Ecclesiam.

Convenienter prius exponemus Traditionis *notionem* et *species,* posterius autem ejus *existentiam* statuemus. Unde *duplex* erit articuluS de Traditionis : I. *natura,* 2. *existentia.*

ARTICULUS I

De Natura Traditionis.

Breviter declarabimus Traditionis : i. *notionem,* 2. *species.*

I. — De Notione Traditionis

Elucidatur notio Traditionis : 1. *in genere,* 2. *in sensu theologico.*

1077. — i° In genere.

(1) Traditio (a vocibus *trans, do)* est rei transmissio de uno in alium. Quod vero traditur esse potest res, institutum, doctrina quædam, etc.

(2) Hic agimus tantum de traditione *doctrina.* Traditio multipliciter distinguitur : (a) Ratione essentiae est duplex : i. *Passiva* seu *objectiva,* quæ est doctrina ipsa a majoribus transmissa. 2. *Activa* est authenticum magisterium eorum qui doctrinam communicant, vel *tota series actuum* quibus

idem magisterium exercent. 3. Passiva seu *objectiva simul et activa,* quæ includit tum traditam doctrinam, tum magisterium, actus et organa quibus transmittitur; qui sensus est

;b) Ratione auctoris, traditio dicitur *humana* vel *divina,* prout rationis viribus est inducta, vel divinitus revelatur. ^Hic unice de *divina Traditione* est sermo.)

1078. — 2° In SENSU theologico, sumi potest tum

(A) *Active* sumpta, Traditio divina designat : (a) vel ipsam doctrinæ revelatæ *prcedicationem* authenticam, (b) vel *organum* seu *organa,* quibus fit eadem prædicatio et quæ sunt *Ecclesia ipsa* 1 seu *personæ,* nempe R. Pontifex et ccetus episcoporum, quibus immediate competit magisterium sollemne vel ordinarium, in Christi religione (cf. n. 1097).

(B) *Passive* seu *objective* spectata, Traditio divina accipitur *late* vel *stricte.*

(1) Late. Traditio significat integram veritatem revelatam verbo vel scripto transmissam, juxta illud S. *Pauli :* " Tenete *traditiones,* quas didicistis, sive -per *sermonem,* sive per *epistolam* nostram " 2.

1079. — (2) Stricte, prout a Scriptura differt, Traditio *definiri potest : Doctrina revelata, circa fidem vel mores, Scripturis S. non relata, a Deo Ecclesiæ commissa, et per legitimos pastores infallibiliter transmissa.* Ergo hæc doctrina est verbum Dei traditum.

Dicitur.

(a) *Doctrina revelata.* Traditio est realiter verbum Dei supernaturaliter manifestatum, continens veritates et præcepta. En Traditionis *objectum.*

(b) *Circa fidem vel mores.* Objectum Traditionis continetur in ipso objecto magisterii ecclesiastici (cf. n. 915-932).

(c) *Scripturis S. non relata.* Et sic distinguitur a verbo Dei scripto quod in solis libris divinitus inspiratis invenitur.

(d) *A Deo Ecclesuz commissa...* Ejus *auctor* est Deus sive per Christum ipsum, sive per Apostolos, dictante Spiritu Sancto. *Medium* vero *conservationis* est *Ecclesia docens,* quæ constituitur

L. Billot, *De Sacra Traditione*^ Romæ, 1904. p. 24 sq.
- *II Thess.,* II, 14.

legitimis pastoribus, nempe episcopis et S. Pontifice, qui, infallibili potestate docendi gaudent, proindeque infallibiliter servare atque interpretari valent doctrinas revelatas traditas, eas magis explicite et lucide exponendo.

1080. — Scholion. De Testibus et Monumentis Traditionis.

(i) Testes Traditionis stricte sumpti designant homines docendi potestate in Ecclesia non præditos, v. g., theologos et simplices fideles; dum Traditionis *organa* sunt authentici et vivi magistri, nempe S. Pontifex et episcopi collective considerati, qui, ex jussu Christi, revelatas veritates ore prolatas docent (cf. n. 1097) I.

1081. — (2) Traditionis monumenta, *testimonia, instrumenta* (a) sunt *media* mortua, externa et permanentia, quibus divinæ veritates orales exprimuntur et servantur.

(b) Eadem efficiuntur : 1. sive ab Ecclesia *doceiite* per magisterium tum sollemne, v. symbola, definitiones cathédrales; tum ordinarium, v. g., usus baptizandi pueros; 2. sive ab Ecclesia *discente ;* acta martyrum, scripta theologorum, documenta historica, monumenta artis christianæ, etc. (c) Exinde in theologicum usum venit, ut hæc monumenta seu testimonia simul sumpta " Traditio " nominantur; et argumentum " ex Traditione " dicitur ea probatio quæ in iisdem fundatur, (d) *Valor* theologicus horum monumentorum ad divinam Traditionem discernendam pendet in genere ab eorum auctore et significatione. " Tantum valent quantum probant aliquo tempore obtinuisse consensum moraliter unanimem magisterii ecclesiastici in aliquam doctrinam ut revelatam, (e) Igitur argumentum peremptorium constituunt : I. quoties exhibent sollemne judicium magisterii infallibilis de doctrina revelata; 2. quoties certo probant consensum moraliter universalem magisterii dispersi in doctrinam ut revelatam. Ad hunc autem effectum aliquando sufficere possunt documenta numero quidem pauciora, sed quæ ex peculiaribus adjunctis universalis Ecclesiæ fidem repræsentare noscuntur " 2

Hunc duplicem sensum in sequenti capite *secundo* et *tertio* retinuimus. Van Noort, *De Fontibus Revelationis,* Hilversum, 1920, p. III.

Hinc apparet gravissimus error "*critica independentis*", quæ Traditionis documenta cum solis communibus artis historicæ regulis libere interpretari præsumit.*

(3) Appellationes "*organa, monumenta, testes, testimonia*" Traditionis, non raro promiscue dicuntur, quatenus Traditionem manifestant. Videatur quisnam sit horum verborum su ictus sensus, juxta singula loca et singulos auctores.

II. — De Speciebus Traditionis.

1082. — Traditio *divina objectiva* diversimode vocatur, (i) Ratione originis, est : (a) *Divina,* quæ a Deo procedit, sive immediate ex ore Christi recepta (= Trad, *dominica}}* sive ab ^Apostolis Christo obedientibus aut dictante Spiritu S. praedicata (= Trad, *divino-apostolicaj* (b) *Humana,* quæ ab hominibus non ut inspiratis provenit; et *duplex* distinguitur : I. *Mere apostolica,* quæ emanat *ab Apostolis proprio nomine loquentibus* et non verbum revelatum docentibus : v. g., lex jejunii; 2. *Mere ecclesiastica,* quæ versatur circa *instituta ab Ecclesia* post ætatem apostolicam : v. g., observatio festorum ac jejuniorum. — Traditio *mere apostolica* aut *mere ecclesiastica* non oritur immediate a Deo, nec est objectum fidei divinæ; sed procedit *immediate ab auctoritate Ecclesiæ,* proinde ab eadem mutari potest.

1083. — (2) Ratione materiae est : 1. *Dogmatica,* quæ doctrinam prædicat non divinitus scriptam, quæ fide divina credenda est, vel cum revelatione connectitur tantum, v. g., inspirationem evangeliorum. 2. *Moralis* seu *disciplinaris,* quæ tendit ad mores et cultum juxta Christi doctrinam regendum.

(3) Ratione relationis ad Scripturam S. Traditio esse potest *inhcesiva, declarativa* vel *mere oralis :* 1. *Inhcesiva,* si id tantum continet quod jam *clare* in Scriptura comprehenditur; v. g., traditio quæ verba Christi "*Hoc est corpus meum*" sensu *litterali,* non metaphorico, intelligit. 2. *Declarativa,* quæ *disertius declarat ca quce obscurius in Scriptura* continentur : v. g., traditio quæ verba "*gratia plena*" de Immaculato Conceptu B. Mariae interpretatur. 3. *Mere oralis,* quæ comprehendit id quod *nullo modo in Scriptura signifiiatur,* qualis est traditio de Assumptione Mariæ in cælum.

<4) Ratione medii quo servatur, Traditio es£ *oralis* vel *scripta :* prout exprimitur vivo Ecclesiæ magisterio tantum, vel in variis scriptis non inspiratis continetur.

1084. — Scholion. De Relationibus inter Traditionem et Ecclesiam.

(1) Traditio procedit a Spiritu S., ut causa principali, et *ab Ecclesia ut causa instrumentait,* quæ, per magisterium sive sollemne sive ordinarium, ipsam infallibiliter proponit et transmittit christiano populo.

(2) Quapropter Traditio *ab Ecclesia essentialiter pendet :* etenim sine ea non potest authentice cognosci, servari, interpretari, explicari et defendi. Revera Christus Ecclesiam instituit ad doctrinam revelatam sine errore docendam. Porro in Traditione sicut in Scriptura, veritates revelatæ continentur. Insuper organa et testes Traditionis sunt ipsius magisterii ecclesiastici organa et testes.

(3) Attamen *noli Traditionem cum Ecclesia confundere.* (a) Revera Traditio directe pertinet tantum ad Ecclesiæ magisterium, non vero ad ejus potestatem jurisdictionis vel ordinis, (b) Traditio *active* sumpta nil aliud est quam constans prædicatio magisterii ecclesiastici circa fidem et mores; attamen notetur hoc magisterium non coarctari ad verbum Dei traditum, sed attingere etiam Scripturas, facta dogmatica et veritates revelationi connexas, (c Traditio autem *passive* accepta est complexus revelatarum veritatum quæ in Scripturis sacris non consignantur; et, sub hoc respectu differt ab Ecclesia, sicut depositum aliquod a depositario.

ARTICULUS II

De Existentia Traditionis.

1085. —Status quæstionis.

(i) Errores. (a) Post /Yrianos et Pelagianos, *Protestantes veteres* ' negant Traditionem esse fontem Revelationis, cum, ex

1 Hæc enim leguntur in sexto ex 39 Articulis Ecclesiæ Anglican». apud Schaff *Creeds,* t. III, p. 489 : ‘‘Scriptura sacra continent *omnia* quæ sunt ad salutem necessaria, ita ut quidquid in ea nec legitur, neque inde probari potest, non sit a quoquam exigendum, ut tanquam articulus fidei credatur... ” Ita pariter *ICestmonast. Confessio,* ap. Schaff ;* *0/>. cit.,* p. 605 : ‘‘Quotiescumque oritur quæstio de vero plenoque Scripturæ cujusvis sensu, ex aliis locis, qui apertius loquuntur, est indagandus ct cognoscendus”. Cf. Karl Müller, *Die Bekenntnisschriften der ref. Kirche,* p. 506-507. 542-547.

dictis, pro fundamentali principio habeant Scripturam esse solam fidei regulam et solum supremum controversiarum judicem (cf. n. 743 sq.). (b) *Anglican!* vero hanc doctrinam mitigarunt, admittendo traditiones *inhasivas* et *declarativas*^ quatenus Scripturam disertius explicantf; sed rejiciunt traditiones *mere orales* ut fontem Revelationis, (c) *Liberales* hodierni agnoscunt traditionem mere humanam, cujus auctoritas in singulis casibus critice expendi debet et quæ est fructus christianæ conscientiæ. (d) *Modernistic* retinent Traditionis nomen, sed hoc nomine designant conscientiam Christianam fidelium, et, negantes infallibilitatem vivi magisterii, contendunt *Ecclesiam docentem* nil aliud posse nisi communes *discentis Ecclesia* opiniones sancire a.

(2) Catholici credunt Christianam revelationem contineri partim in *Traditione,* quæ a Scriptura Sacra distinguitur, Spiritu S. protegente servatur et est vere infallibilis.

1086. —Thesis. Existit Traditio divina, fons Revelationis a Scriptura distinctus. *Defide.*

Ecclesiæ magisterium.

(a) *C. Trident,* definivit : " Perspiciens *hanc veritatem* et disciplinam *contineri in libris scriptis,* et *sine scripto traditionibus,* quæ ipsius Christi ore ab Apostolis acceptae, aut ipsis Apostolis, Spiritu S. dictante, quasi per manus traditae, ad nos usque pervenerunt, (Synodus) ... *omnes libros* tam Veteris quam Novi Testamenti,..., necnon *traditiones ipsas,* tum ad *fidem,* tum ad *mores* pertinentes, tanquam vel cretenus a Christo, vel a Spiritu S. dictatas, et continua successione in Ecclesia catholica servatas, *pari pietatis affectu ac reverentia suscipit et veneratur".* (b) Idem tenet *C. Vaticanum* (cf. p. 712) '.

1087. — Explicatur.

Hic agitur de *Traditione divina,* nempe de doctrina quæ fuit : i. a Deo revelata; 2. non in *Sacris Scripturis* consignata, quamvis postea in humanis libris relata; 3. *authentico*

1 Ita Gore ; *Roman Catholic Claims,* p. 57, ait Scripturam esse quidem fidei regulam, sed Scripturam ab Ecclesia expositam. Ita, inter alios, A. C. Headlam ; *History, Authority and Theology,* London, 1909, p. 71-72 : " But it is impossible to limit our authority for Christianity to the Bible and the New Testament... The controversy between the authority of Christian tradition and that of Scripture is one wich is exceedingly unprofitable, for the antithesis is a false one. The Scriptures are simply a part of the Church tradition ".

2Cf. D. B., 200ȯ; 2145-2147- — 3 D. B., 783, 1787.

magisterio Ecclesiæ servata et proposita : nam non ad privatos doctores, sed tantum ad infallibilem Ecclesiam pertinet Traditionem fideliter custodire et authentice exponere.

1088. — Probatur : i. *Scriptura,* 2. *testimoniis antiquis,* 3. *conciliis.*

i° Ex Script. : in *V.* et in *N. Test.* (Hic Scriptura allegatur ut *historicum* documentum maximæ auctoritatis.

(A) Ex analogia Vet. Test, (a) Ab Adamo ad Moysen nulla erat Scriptura inspirata, ideoque revelata doctrina servabatur sola traditione orali, quæ a majoribus transmittebatur posteris suis, (b) Etiam post revelationem Moysi datam, non paucæ remanserunt traditiones mere orales, quæ a proohetis et sacerdotibus servatæ fuerunt : v. g., catalogus sacrorum librorum. Quapropter Moyses ipse prope moriturus, post commemorata Dei beneficia, aiebat : " Interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi, majores tuos et dicent tibi " l.

(B) Ex Nov. Test., tum *implicite,* tum *explicite.*

(i) *Implicite. Ex agendi ratione Christi et Apostolorum.* (a) *Christus* ipse nullum librum scripsit, nec Apostolis præscripsit ut scriberent, sed potius ut *ore* docerent. Revera Apostolos mittens ad oves quæ perierant domus Israel, dixit eis : " Euntes autem *prædicate,* dicentes quia appropinquavit regnum cælorum "2; iterum mox caelum ascensurus, Apostolis ait: "Euntes ergo, *docete* omnes Gentes3... *Prædicate* (non scribite) evangelium omni creaturae "4. Ex quibus constat munus Apostolorum praecipuum fuisse*prcedicandi,* non autem scribendi, (b) Quod sane *Apostoli* intellexerunt; quidam enim ex eis nihil scripserunt; alii pauca tantum, nec cum intentione totam revelationem scriptis transmittendi, sed solum *data occasione,* et ad aliquam specialem veritatem inculcandam; et, de facto, pleraque eorum scripta sunt *epistolæ* ad particulares ecclesias missae.

Jamvero *hæc agendi ratio Christi et Apostolorum* luculenter ostendit quasdam esse *veritates ore solum traditas,* quas *ut fidei regulam et fontem Revelationis a Scriptura distinctum* accipere tenemur.

1089. — (2) *Explicite. Ex verbis expressis S. Pauli.* a) *Thessalonicensibus* declarat verbum quod *ore* praedicat

' *Deuter.,* **XXXII, 7.** — - *Matth.,* **X, 7.**
3 *Matth.,* **XXVIII, 18-20.** — < *Marc..* **XVI, 15.**

esse vere *verbum Dei :* " Quoniam cum accepissetis a nobis *verbum auditus Dei,* accepistis illud non ut verbum hominum, sed (sicut vere est) *verbum Dei" ».* Paulo post scribit eamdem fidem ei præbendam esse ac Scripturæ : " Itaque, fratres, state : et tenete *traditiones* quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram"'. Hic enim traditiones *orales* (per sermonem) traditionibus *scriptis* (per epistolam) æquiparantur, et utrisque eodem modo fideliter est adhaerendum, (b) Ad *Romanos* scribens, animadvertit fidem esse *ex auditu* seu ex viva prædicatione qua verbum Dei traditur : " Quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine praedicante?... Ergo *fides ex auditu, auditus aurem per verbum Christi"* 3. Quapropter et ipse frequenter percurrebat civitates quibus evangelium prædicaverat, ut eas orali magisterio in fide confirmaret. (C) Usque fere inter sui martyrii supplicia, ad orales traditiones sequendas provocat. Ad *Timotheum* enim scribit : " *Formam habe sanorum verborum* quæ a me *audisti,* in fide et in dilectione in Christo Jesu. Bonum depositum custodi per Spiritum S. qui habitat in nobis 4... Quæ *audisti a me* per multos testes, *hæc commenda* fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere " 5.

Ex factis nanatis certo colligitur oralem traditionem fuisse fidei seu doctrinæ christianæ fontem et quidem præcipuum, jam a tempore Apostolorum et post scripta Evangelia. Sed ceconomia, ab Apostolis usitata et approbata, est de se perpetua. Porro Apostoli nedum hujus Traditionis mutationem vel suppressionem jubeant, eam omnino conservari volunt.

(C) CONFIRMATUR *ex ipsa indole Scripturæ,* quæ, ex dictis, non est fidei regula tuta et completa, nec universalis et ad dirimendas controversias apta (cf. n. 743-745).

1090. — 2° Ex testimoniis antiquis,6 quæ sunt *theoretica* et *practica.* Priora apud Patres inveniuntur; posteriora autem in Ecclesiæ praxi continentur.

' **Z** *The».,* **II, 13.** — = ***II*** *Thess.,* **11,44-** — *3 Rom.,* **X, 14-17.**
4 II Tim., **I, 13.14.** — **s** ***n*** *Tim* ^ ***n*** *2*

A. d'Alès, art-*Tradit. chrit. dans l'histoire,* **in** *D. A.,* **coi. 1740-1783;** **G-Brunhes, art.** *L idée de Tradit. dans les trois premiers siècles,* **in** *R. P. A..*

(I) Patres, sicut Apostoli ipsi, Traditionem ut fontem Revelationis a Scriptura distinctum et infallibilem habuerunt.

(a) Inter *Patres apostolicos,* i. S. IGNATIUS M. hortabatur incessanter "*traditioni Apostolorum inhcercre" (cf.* n. 757,758; et aperte docebat ad fidem tuto servandam necessarium esse fideliter adhærere doctrinae ab Apostolis traditæ et ab episcopis authentice expositæ l. 2. Pariter S. POLYCARPUS, S. Joannis discipulus, ad Philippenses scribebat (cap. 7) : " Relinquentes vanitatem multorum et falsas doctrinas ad *traditam nobis ab initio* doctrinam revertamur

(b) *Sæc. 11°,* S. IRENÆUS, contra Gnosticos, eamdem doctrinam disertius exponit (cf. n. 885) et addit : " Quid autem si neque Apostoli quidem *Scripturas* reliquissent nobis, nonne oportebat *ordinem sequi traditionis,* quam tradiderunt iis quibus committebant ecclesias? Cui ordinationi assentiunt multæ gentes Barbarorum eorum qui in Christum credunt, *sine charactere vel atramento* scriptam habentes per Spiritum in cordibus suis salutem, et *veterem traditionem* diligenter custodientes"[2]. Ergo, juxta S. Irenæum, existunt traditiones apostolicæ, a Scriptura distinctæ, et quæ, absque Scriptura, sufficiunt ad fidem stabiliendam.

1091. — (c) *Sæc.* ***IIP*** et postea res clarior evadit.

1. TERTULLIANUS manifeste declarat lites theologicas non Scriptura sola sed *Traditione* dirimendas esse : "Ergo non ad Scripturas provocandum est; nec in his constituendum certamen, in quibus *aut nulla aut incerta victoria esset, aut par incertat* "[3]. Et postea asserit regulam fidei tutam esse doctrinam " quam Ecclesia ab Apostolis, Apostoli a Christo, Christus a Deo tradidit "[4].

2. S. Augustinus inquit : " Ego evangelio non crederem, nisi me catholicae Ecclesiæ commoveret auctoritas "[5].

(d) *Patres græci* idem de Traditione sentiunt : 1. Ita, v. g., S. BASILIUS : " Ex asservatis in Ecclesia dogmatibus

[1] **Euseb.,** *H. E..,* l. **III, c. 36;** *P. G.,* **XX, 228.**

[2] **S. Iren.,** *Adv. Hares.,* l. **Ill, c. 4; R., 213.**

[3] **Tertull.,** *De prescript.,* **c. XIX;** *P. L.,* **II, 31; R., 291.**

[4] **Id.,** *op. cit.,* **c. XXXVII;** *P. L.,* **II, 50. Cf.** *de Corona militis,* **c. III-IV. Cum alia testimonia congerere limites hujus** *Synopsis* **non permittant, ea legere potes apud auctores allegatos, v. g., Murray,** *De Ecclesia,* **t. II, p. 474 sq.; Schrader,** *De theologico testium fonte.* **Parisiis, 1878, p. 137 sq.; Franzelin, th. 8. —** [5] **S. August.,** *Cont. ep. Manieh.,* **c. 5.**

et prædicationibus, alia quidem habemus e doctrina *scripto* prodita, alia vero nobis in mysterio tradita recepimus ex *traditione Apostolorum,* quorum utraque vim eamdem habent ad pietatem " 1.

2. Item S. Chrysostomus explicando S. Pauli verba : Tenete traditiones... " ait : " Hinc est perspicuum quod *non omnia* (Apostoli) *tradiderunt per epistolam;* sed *multa etiam sine scriptis,* et ea quoque sunt fide digna... Est traditio; nihil quæras amplius " 2

1092. — Nec dicatur : Permulti sunt Bibliæ et Patrum textus qui affirmant *Scriptum plenitudinem* et *sufficientiam.* Ergo eo ipso Traditio rejicitur. — Resp. Cum singula loca examinare perlongum esset, principia ad solvendas difficultates breviter referimus. Textus allegati agunt : (a) de Scripturæ *plenitudine,* seu de ejus mirabili doctrina tum in genere, tum circa aliquam quaestionem; non autem de plenitudine quæ alium fidei fontem respuit; (b) de ejus *sufficientia :* i. sed tantum *relativa,* v. g., ad causam particularem dirimendam, quæ excludit libros apocryphos, argumenta philosophica, traditiones humanas et falsas; vel quæ præsupponit Ecclesiæ interpretationem; 2. non vero de sufficientia *absoluta,* pro omni re et casu. Aliunde non mireris Patres, enotem Protestandum ignorantes (!), aliquando verba dixisse de Scripturæ excellentia, quæ sensu litterali non sunt urgenda.

1093. — (2) Practica testimonia Ecclesiæ multum prevalent antiquitate et universalitate. Ita, quatuor evangelia aliique libri *N. T.,* ab initio, ab omnibus ex sola Traditione ut inspirati æstimantur. Patres sæpius ex Traditione arguunt contra errores : v. g., S. CLEMENS Corinthios rebellantes improbans 3; S. ÏRENÆUS demonstrans Scripturarum canonem et Trinitatem personarum 4; S. CYPRIANUS Novatianos impugnans5; S. OPTATUS proscribens Donatistas 6, etc.

1094. — 3° Ex Conciliis : ex eorum *praxi* et *decretis.*

' **S. Basii.,** *De Spiritu S.,* **c. 27;** *P. G.,* **XXXII, 187; R., 954. Quam doctrinam Patrum Græcorum exponit J. Tixeront,** *Hist, des dogmes,* **t. II,** p. 14-15.

S. Joan. Chrysost, *Hout. 4 in II Thessal.,* **n. 2.**

3 **S. Clem.,** *I Cor.,* **5 sq.**

4 **S. Iren.,** *Adv. Hures.,* **I, to; Ill, 3; IV, 26 sq.**

5 **S. Cyprian.,** *De Unit. Ecclesia,* **η. 19.**

c **S. Optat.,** *C. Parmen.,* **II. n. 3.**

(a) In praxi concilia, quæ sunt infallibilia (cf. n. 905, 906), suam doctrinam fundaverunt in Traditione. 1. Sic, in *C. Nicano,* Patres cum Scriptura Traditionem allegaverunt ut fidei regulam, teste S. Athanasio, qui arianos reprehendit eo quod errorem Patrum doctrinæ contrarium docuerintr. 2. Pariter in *C. Ephesino,* juxta S. VINCENTIUM LlRlN., *sanctorum Patrum sententice* in medium prolatæ sunt, " ut scilicet rite atque solemniter *ex eorum consensu atque decreto* antiqui *dogmatis religio confirmaretur* et profanæ novitatis blasphemia condemnaretur"[3]. 3. Nec aliter in *C. Chalcedonensi,* ubi, lecta Leonis epistola, episcopi clamaverunt : " *Hac fides Patrum; hac fides Apostolorum; omnes ita credimus"* (cf. n. 888).

1095. —(b) Decreta *CC. Tridentini*et *Vaticani* expresse declarant revelationem supernaturalem seu fidei doctrinam " contineri in libris scriptis et *sine scripto traditionibus,* quæ ab ipsius Christi ore ab Apostolis acceptæ, aut ab ipsis Apostolis Spiritu S. dictante, quasi per manus traditæ, ad nos usque pervenerunt " [3].

Conclusio. Igitur secundum Scripturam ipsam, antiquissimæ Ecclesiæ agendi modum, atque Patrum et Conciliorum sententiam, agnoscendus est fons revelationis, qui divina Traditio vocatur.

CAPUT II

De Organis Traditionis *

1096. — Conspectus.

De Organis Traditionis.

i. *De Traditione per sollemne magisterium.*
   (a) Definitiones dogmaticae.
   (b) Symbola fidei.
   (c) Professiones fidei.
2. *De Traditione per magisterium ordinarium.*

[1] **S. Athanas.,** *De decretis Nic. Synodi,* **n. 25** ; *P. G.,* **XXV, 460-461.**
[2] **S. Vincent. Lir.,** *Commonit.,* **n. 29;** *P. L.,* **L, 678-679.**
[3] **D. B., 783, 1787.**
[4] **H. Perennès, art.** *Tradition et Magistère,* **in** *D. A.,* **col. 1783-1793.**

1097. — Traditio divina tuto conservatur, in sæculorum decursu, ab infallibili *Ecclesia,* nempe ab ejus *magisterio* sive *sollemni,* sive *ordinario et universali* [1]; quod *a E. Pontifice* vel *ab episcoporum collegio* proponitur : hæc sunt *Traditionis organa,* quæ *varia monumenta* adhibent ad oralem revelationem exprimendam. (Cf. n. 1080).

I. — De Traditione per sollemne Magisterium

1098. — Traditio divinitus credenda proponitur in *sollemni magisterio,* juxta modum supra descriptum (cf. n. 874 sq., 946), quod eamdem declarat præsertim in : 1. *definitionibus dogmaticis, 2. symbolis,* 3. *fideiprofessionibus.*

I. De definitionibus dogmaticis.

1099. — (1) Definitiones dogmaticæ sunt declarationes in quibus Ecclesia profitetur explicite aliquam veritatem quatenus a Deo revelatam et ab omnibus credendam. (2) *Procedunt* vel a conciliis oecumenicis, vel a R. Pontifice ex cathedra loquente, vel a conciliis particularibus quæ ab Ecclesia universali recepta sunt aut a SS. Pontificibus in forma sollemni approbata sunt [3]. (3) *Auctoritate* maxima fruuntur : nam sunt vere infallibiles, ideoque ex sese irreformabiles : proinde certum revelationis fontem continent.

(4) Definitionis dogmaticæ *signa* non consistunt in determinatis locutionibus; ad eam noscendam sufficit quæcumque formula qua formaliter vel æquivalenter declaratur talem doctrinam esse *revelatam, de fide tenendam, dogma catholicum, dogma fidei,* veritatem *in Scriptura aut verbo Dei contentam, perpetuo in Ecclesia creditam, a Patribus traditam,*

[1] D. B., 1792.

[2] Præcipua documenta magisterii ecclesiastici invenies apud : **Denzinger-**Bannwart, *Enchiridion symbolorum, definitionum et declarationum de rebus fidei et morum,* Friburg. Br., 1932; E. Cavallera, *Thesaurus doctrina catholica ex documentis magisterii ecclesiastici* Parisiis, 1920.

[3] Hujusmodi sunt *Milevitanum* ZZ, vel *Carthaginense* (418) ab Innocentio I (ep. 30) et Zozimo per *Tractoriam* epistolam probatum; *Arausicanum* //(529) a Bonifacio II confirmatum, etc, Cf. D. B., 101, 174. Dixi in*forma sollemni,* qua videlicet Pontifex *sua faciat decreta* concilii ; si enim ea tantum approbat in forma *simplici.* prout hodie fit communiter, definitiones conciliorum particularium non sunt irreformabiles; pro genuino tamen fidei testimonio episcoporum his conciliis assistentium haberi possunt.

fidem esse omnium, etc.; vel contrariam doctrinam esse *hæreticam, verbo Dei, evangelio doctrinœve Apostolorum contrariam,* etc.; his enim et similibus verbis satis clare exprimitur veritatem propositam esse objectum fidei.

Generatim loquendo, canones qui *anathemate* plectunt eos qui talem vel talem doctrinam asserunt vel negant, definitionem continent, dummodo constet rem de qua agitur non esse mere disciplinarem. Idem multi theologi dicunt de *decretis quibus excommunicatio fertur* in contradicentes; quod tamen non semper verum est, cum aliquando Pontifices excommunicatione punierint, ipso facto incurrenda, eos qui propositiones erroneas tantum aut scandalosas docebant vel defendebant :*

1100. — (5) *Objectum* dogmaticae definitionis complectitur unice *veritatem quam Ecclesia proponit ut divinitus revelatam et universaliter tenendam* (cf. n. 874 sq.).

(a) Hæc veritas *clare et certo* in definitione *proponitur.* Ecclesia enim rem non definit nisi ad obscura apertius declaranda et dubia solvenda. Si igitur verba adhibita ita sunt obscura et dubia, ut de eorum interpretatione merito disputetur, fideles exspectare possunt usquedum authentica interpretatione magisterii sollemnis aut ordinarii res clara et certa evadat.

(b) Ad rectius intelligendum quid, in Ecclesiæ decretis, *vere et proprie definitum fuerit,* expendatur :

1. *Quid docuerint hceretici* quorum errores damnantur, et *quodnam* ex eorum assertis Concilium aut Pontifex reprobare voluerint. Ita, cum in *Tridentino* mens Patrum fuerit Protestandum errores reprobare, non autem opiniones inter Catholicos libere disputatas, melius sane intelligentur canones, si prius Lutheri Calvinique errores sedulo investigantur.

2. *Quid Patres definire voluerint,* quid vero liberæ disputationi relinquere : quod constat non solum ex ipso tenore decreti, sed etiam ex discussionibus quæ ipsam definitionem praecesserunt, ut sæpe ex *Actis Concilii* colligi potest.

3. *Quo sensu verba, in definitione adhibita, intelligenda sint :* quod elucidari potest ex communi et recepto usu verborum tempore

* Ita **Alexander VII,** post damnatas 28 propositiones, addit : "Sanctissimus, re mature considerata, statuit et decrevit prædictas propositiones, et unamquamque ipsarum, ut minimum tanquam *scandalosas,* esse damnandas et prohibendas... ita ut quicumque illas aut conjunctim aut divisim docuerit... ipso facto incidat in excommunicationem ". Cf. **Murray,** *op. cit.,* disp. **XVII,** n. 274; G. Jacquemet, *Tu es Peints,* Paris, 1934, p. 48 sq.

quo concilium habitum est, necnon e præviîs discussionibus ut supra, et ex interpretatione quæ inter coaevos aut subsequioris ævi theologos prævaluit, præsertim vero ex authentica interpretatione ipsius Ecclesiæ, si quæ data fuerit [1].

1101. — (6) Ad dogmaticam definitionem strictam: (a) *non pertinent* quæ in *præviis congregationibus* vel *sessionibus* a Patribus dicuntur. Etsi utilia ad mentem eorum ideoque ad sensum decreti intelligendum, *non sunt ut talia objectum fidei,* quia in his episcopi non definire, sed solum discutere intendunt, (b) In decretis vel canonibus, attente distinguatur definitionis *objectum* a *motivis* seu *argumentis* quibus innititur. Objectum enim definitum est quidem de fide tenendum; sed argumenta prolata ad fidem non pertinent, quia mens pontificis vel concilii non est aliquid definire his argumentis utendo. Pariter *obiter dicta, propositiones incidentes,* aliaque ejusmodi, quæ cum re definita connectuntur, minime sunt objectum fidei definitum, (c) Si in decretis adest aliquid *ad filem et mores non spectans,* v. g., aliquid ad disciplinam aut ad naturales scientias exclusive pertinens, non est objectum fidei (cf. n. 916 sq.), ideo nec vere definitum.

(7) Quoad *Scripturam S.,* si aliquis textus declaratur tali vel tali modo intelligendus, hæc declaratio est infallibilis, cum in hoc casu sensus Scripturæ authentice definiatur[2]; si vero textus inspiratus usurpatur tamquam argumentum ad hominem, vel sensu accommodatitio, vel alio quocumque modo ex quo constet genuinum ejus sensum non definiri, talis interpretatio non est de fide [3].

[1] Ita sensus vocabuli ὁμοούσιο perfecte non intelligitur nisi præ mente habeantur errores ariani, disceptationes inter Athanasium et Eusebianos sive in ipso C. Nicæno sive post, et subséquentes definitiones C. Constantinopolitani.

[2] Ita, v. g., quando *Tridentinum* definivit, sess. VII, can. 2, D. B., 858, verba Christi, " Nisi quis *renatus fuerit ex aqua* "... non metaphorice, sed de *aqua naturali* esse intelligenda; aut verba Apostoli (Titow., III, 24), quibus dicit *justificari hominem per fidem* et gratis, eo sensu intelligenda esse quem perpetuus Ecclesiæ consensus tenuit et expressit, sess. VI, c. 8, D. B-, 801.

[3] Ita, quamvis concilia quædam generalia verba Christi, ‘‘Ubi duo vel tres fuerint congregati”... *Matth,,* XVIII, 20, de conciliorum institutione intellexerint, non est de fide verba præfata hunc habere sensum, quia nonnisi obiter et sensu accommodatitio hoc declararunt Cf. Murray, *op. cit.,* disp. XVI,

II. De Symbolis fidei.

Dicemus de symbolis : i. *in genere,* 2. *in specie, de præcipuis.*

1° DE SYMBOLIS IN GENERE [1].

1102. — (i) Notio. (A) *Quoad nomen* [*] (&) Symbolum (gr. σύμβολον) tria significat : *i. plurium* collationem seu *collectionem in unum,* 2. signum aut *tesseram militarem,* qua milites ab aliis dignoscuntur, 3. etiam *contractuum tesseram,* qua videlicet pacta ut authentica habentur, (b) Quæ quidem *tria* optime *Symbolis fidei adaptantur;* sunt enim collectio quædam credendorum, signum quo Christiani ab infidelibus distinguuntur, et tessera pacti quod cum Deo in baptismo inimus λ

(B) *Quoad rem,* symbolum est *brevis summa præcipuorum articulorum fidei, ab Ecclesiæ magisterio fidelibus imposita, in signum christianæ professionis.*

1103. — (2) Auctor. Symbola ab Ecclesia ipsa eduntur; vel authentice approbantur si a privato fiunt doctore. (3) Valor symboli concordat cum Ecclesiæ infallibili magisterio a quo docetur. (4) Utilitas ejusdem triplex est : (a) ut *docentes* unum et idem fidei compendium habeant, quod omnes omnibus proponant, et sic fidei unitas facilius et efficacius servetur; (b) ut *discentes* brevem fidei formulam habeant, quam memoriæ commendare atque frequenter recitare valeant, cujus *brevitas* mentem instruat nec memoriam oneret, *simplicitas* rudium ingenio accommodetur, ac *plenitudo* eorum necessitatibus satisfaciat; (e) ut *fideles* ab infidelibus per ejusdem fidei professionem secernantur atque securius ab hæresibus retrahantur. (5) Praecipua symbola,

1 **Nonnulli referunt** *symbola* **ad magisterium** *ordinarium* : **hoc verum est quidem sub aliquo respectu, quatenus quotidie a fidelibus recitantur; sed quatenus a Conciliis vel Pontificibus sollemniter eduntur vel approbantur, ad magisterium** *sollemne* **spectant.**

" *Sum. theol.,* 2ª 2æ, **q. 1, a. 9, 10; q. 1 r, a. 2.**

3 **Natalis Alexander,** *de Symbolo; de Symbolo Apostolorum* : **Madrisius,** *de Symbolo fidei;* **Lazerus,** *de Antiquo usu Formul. fidei* **(quæ omnia invenies apud** *Migne,* **Theol. Curs., VI, p. n sq.); Cayré,** *op. cit.,* **t. II, p. 883, n. 29; C. Butler** *, *An historical and literary account of the Formularies, Confessions of Faith or Symbolic books of the R. Catholic, Greek, and principal Protestant Churches,* **London, 1816; P. Schaff***, *The Creeds of Christendom,* **New-York, 1887; Denzinger,** *Enchiridion Symbolorum et definitionum,* **Friburg. Br., 1932.**

quæ etiam a Græcis plerisque Protestantibus accipiuntur tanquam fidei expositio sunt : S. *Apostolicum, S. Niaeno-Constantinoftolitanum* ac S. *Athanasianum,* de quibus seorsim pauca dicemus.

2° DE SYMBOLIS PRÆCIPU1S IN SPECIE.

1104. — i. De Apostolorum symbolo \

A) Apostolicitas. (a) Certum est Symbolum, quod Apostolorum dicitur, esse vere *apostolicum* quoad *doctrinam,* quatenus nihil aliud continet nisi quod ab Apostolis fuerit traditum.

(b) *Contravertitur* autem num sit etiam *apostolicum* quoad *originem,* quatenus fuerit *ab Apostolis* ipsis conditum, i. Hodie rejicitur opinio quæ singulis Apostolis tribuit singulorum Symboli articulorum confectionem. 2. Multi autem antiquiores theologi docebant, et quidam etiam nunc putant, totum Symbolum fuisse ab Apostolis, antequam ab invicem discederent, conditum atque approbatum

3. Hodierni critici ;* etiam Catholici, communiter tenent Symbolum primitivum fuisse brevissimum et exprimens tantum Trinitatis dogma. Erat *pdei regula,* catechumenis ante Baptismum proposita, cujus Apostoli substantiam tantum tradiderunt, quæ successive nova suscepit additamenta, præsertim circa Trinitatem et Christum, ut novæ hæreses efficacius confutarentur ‹.

« **D. B., 1-14;** *Sum. thecl.,* **2a 2æ, q. i, a. 8, 9; P. Batiffol., art.** *Apôtres (Symbole des)* **in** *D. T. C.,* **col. 1060-1673 ; A. Vacant,** *Ibid.,* **col. 1673-1680; E. Vacandard, art.** *Apôtres (Symbole des),* **in** *D. A.,* **col. 272-283, cum auctoribus ibi allegatis; F. Cayré,** *Précis de Patrologie,* **t. I, p. 37-42. Prater auctores citatos, cf. P. Gaspari ;*** *Geschichle des Tatifsymbols und der Glaubensregel,* **Christiana. 1866-75; A. Swaison ;*** *The Nicetie and Apostles? Creeds,* **London, 1875; F. Kattenbusch,** *Das Apostolische Symbol,* **2 vol., Leipzig, 1894-1900; S. Baümer,** *Das apostolische Glaubensbekenntniss,* **Mainz, 1893, c· XIII; A. Harnack',** *Das Apostolische Glaubensbekenntniss...* **Berlin, 1892.**

2 **Primus Rufinus, (t 410) id aperte docuit in** *Comment, in Symbol. Apost.,* **n. 2,** *P. L.,* **XXI, 337, hæc scribens : "** *Discessus i (Apostoli)* **ab invicem, normam sibi prius future praedicationis** *in commune constituunt,* **ne forte alii alio abducti, diversum aliquid his qui ad fidem Christi invitabantur, exponerent.** *Omnes igitur in uno positi et Spiritu S. repleti,* **breve istud futura sibi, ut diximus, praedicationis indicium,** *in unum conferendo quod sentiebant unusquisque, componunt,* **atque hanc credentibus dandam esse regulam statuunt. Symbolum autem hoc multis et justissimis ex causis appellari voluerunt ".**

* **Cf. Ami du Clergé, 1933, p. 65, catalogum pracipuarum dissertationum de hoc Symbolo, ab anno 1918, scriptarum.**

4 **Hæc est sententia plurium : v. g., M. Peitz, K. Holi, A. Harnack, A Nussbaumer, H. Lietzmann, J. Lebreton, J. de Ghellinck, etc.**

4. *Præcipui* enim *articuli* jam in epistolis S. Ignatii, et in operibus S. Justini, S. Irenæi, Tertulliani et Origenis inveniuntur sed tantum *quoad substantiam ;* et a temporibus apostolicis usque ad finem sæc. V, nonnulla verba successive addita fuisse constat ex variis formulis, quas legere est apud Patres a.

1105. — (B) Textus.

Textus igitur hodiernus differt a forma primitiva, imo a Rufini (404?) textu, qui *romanus* dicitur, et ab aliis formis occidentalibus et orientalibus. In Occidente, jam a sæc. II, habetur formula quædam stabilis, Apostolorum symbolum dicta 3.

(C) Divisio.

Hoc symbolum (a) *dividitur :* juxta quosdam, in quatuordecim, juxta alios, in duodecim articulos : quæ posterior divisio communi fidelium usu recepta est, et a *Catechismo C. Tridentini* approbata.

(b) In *tres partes distribuitur :* in Ia, agitur de Patre et de miro creationis opere; in 2a, de Filio et humanæ redemptionis mysterio; in 3a, de Spiritu Sancto, qui est caput et fons sanctitatis nostræ. (Alibi ostendimus (cf. n. 26), theologiam dogmaticam nihil aliud esse nisi Symboli scientificam expositionem), (c) S. *Thomas* 4 explicat hoc symbolum complecti *omnia ad salutem magis necessaria.* Duo enim primario ad fidem pertinent, finis ultimus supematuralis, seu Deus per visionem beatificam apprehensus, et medium ad hunc finem attingendum, scilicet humanitas Christi. Atqui Symbolum nobis credendas proponit præcipuas veritates : 1. tum circa *majestatem Divinitatis,* videlicet unitatem naturæ et personarum trinitatem, opera divinitatis propria, sive naturalia, ut creationem, sive supernaturalia, ut sanctificationem et glorificationem; 2. tum circa *humanitatem Christi,* ejus conceptionem, nativitatem, passionem, sepulturam, descensum ad inferos, resurrectionem, ascensionem et futurum adventum ad judicandos homines.

(D) Auctoritas.

Hoc symbolum non est inspiratum nec aliquod scriptum sacrum, sed est infallibilis magisterii ecclesiastici expressio in omnibus

1 **S. Ignat,** *ad Trail.,* **c. 9, R., 51 ; S. Justinus,** *Apolog. I et II* **et** *Dial, cum Tryph.;* **S. Iren.,** *Adv. Hares.,* **l. I, c. X, n. i; R., 191;** l. **m , c. IV, n. 12; Tertul.,** *de Virgin. velandis,* **c. I :** *Adv. Prax.* **c. II ; R., 371; K., 189; Origen.,** *De principiis,* l. **I, præfat., 4-5; R., 445-446.**

- **Præter Paires jam allegatos, cf. Cyprian.,** *Ep. ad magnum;* **Euseb. Cæsar., apud Socratem,** *Hist. Eccles.,* **I. I, c. 8; S. Cyril. Hieros.,** *Catecheses,* **etc.**

J **Varias Symboli formas vàriaque additamenta compendiose refert D. B., 1-40. —** 4 *Sum. theol.,* **2 2æ, q. 1, a. 8.**

suis articulis et gaudet summa auctoritate doctrinali, ex usu quotidiano in liturgia ct fidelium pietate, per saecula.

1106. — 2. De Symbolo Nicæno-Constantinopolitano ’.

(i) Origo et additiones, (a) Hoc symbolum, quod *Patrum* dicitur, inchoatum est in C. Nicaeno (325), in C. Constantinopolitano (381) auctum, a C. Ephesino (431) approbatum, et sæc. IX completum per additionem vocis

(b) *Additiones.* 1. *C. Niaenum,* contra hæresim arianam, hæc circa *divinitatem Verbi,* Symbolo Apostolorum addidit 3 : “ Et in unum Dominum nostrum Jesum Christum, Filium Dei, natum ex Patre unigenitum, hoc est, *de substantia Patris,* Deum ex Deo, Lumen ex Lumine, *Deum verum de Deo vero,* natum, non factum, *consubstantialem* Patri, per quem omnia facta sunt, quæ in cælo et in terra...

2. Exorta autem hæresi Macedonianorum, qui divinitatem Spiritus Sancti impugnabant, *C. Constantinopoli'fanum* pauca addidit ad hoc dogma disertius vindicandum3 : ‘‘Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem, ex Patre procedentem, cum Patre et Filio adorandum et conglorificandum, qui locutus est per Prophetas ”,

3. Postea vero quibusdam hæreticis negantibus *Spiritum S. a Filio procedere,* opportunum visum est Symbolo addere particulam *Filioque;* quod additamentum primum in Hispania (589) obtinuit, deinde in Gallia Angliaque; attamen Leo III illud sancire noluit, et nonnisi sæc. IX a R. Pontificibus approbatum fuit, nec sollemni decreto, sed permissione data illud in missa canendi *.

1107. — (2) Auctoritas. Auctoritas hujus Symboli est manifesta, cum a conciliis generalibus conditum et approbatum fuerit, ipsaque particula *Filioque* non solum a R. Pontificibus, sed etiam a *C. Lugdunensi II* et *Florentino* confirmata fuerit.

1108. — 3. De Symbolo Athanasiano 5.

(1) Origo et auctor, (a) Illud symbolum ita nuncupatur, quia, jam a sæc. IX°, S. At h a NASIO tributum fuit.

* *Sum. theol.,* **2’ 2". q. I, a. q, iO; 3, q. 83, a. 4.**

’ D- B , 54.

Alès, art. *Nide, Constantinople. Les premiers sym-*

Λ·. *SR.*, fév. ,936. p. S5.93. __ . d. B;, 69r, 1083.

D. B.t 39*4°; *Sun. theol..* **2* 2*** q t ά τη' **c-» τ** a

Mana,’ **S.), in D' £ c, col.**

Hodierni vero critici plerique negant Athanasium ejus auctorem fuisse, quia in genuinis operibus S. Doctoris non invenitur; nec unquam explicite allegatum fuit sive ab auctoribus, sive a conciliis ante sæc. VII, quamvis dogmata ibi expressa per hoc tempus sæpius impugnata fuerint; et insuper jam in eo inveniuntur circa mysterium Incarnationis formulæ quæ nonnisi a *C. Chalcedonensi* post ejus mortem celebrato, in Ecclesia viguerunt.

(b) Quisnam ejusdem *auctor* fuerit, vel quo» tempore scriptum, incertum manet. Primum expresse allegatur in synodo quarta Toletana (633), et videtur in Hispania vel Gallia meridionali, sæc. V° aut Vl° latine confectum, sub ementito nomine Athanasii, ut major auctoritas statim ei conciliaretur r.

1109. — (2) Objectum et auctoritas, (a) Hoc symbolum theologicam expositionem duplicis mysterii *Trinitatis* et *Incarnationis* verbis claris simul ac philosophicis complectitur. (b) Est documentum magisterii authenticum, cum ab Ecclesia approbatum, et tanquam fidei regula propositum sit, necnon, in sæc. IX°, consignatum Breviario. Protestantes, qui *Orthodoxi* dicuntur, ejus auctoritatem pariter accipiunt, non autem Liberales.

III. De professionibus fidei2.

1110. — (1) Professio fidei est *fusior expositio quorumdam fidei articulorum contra recentiores errores.* Cum enim novæ hæreses aut schismata orta fuerint, opportunum visum est antiquis symbolis novas addere formulas, quibus tutius præcaveretur error.

(2) *Prcecipua* sunt : (a) Professio *Tridentina* seu *Piana,* quæ, jubente *Tridentino,* a Pio IV præscripta fuit per constitutionem *Injunctum nobis,* 13 nov. 1564. Summarium eorum quæ a Concilio definita sunt continet hisque concluditur verbis : " Cetera item omnia a sacris canonibus et oecumenicis conciliis, ac praecipue a sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita et declarata

1 **K. Kiinstle,** *Eine Bibliothek der Symbole und theologischer Tractate,* **in** *Forschungen zur christlichen Lilt, und Dogmengeschichte,* **Bd. I, Heft IV, p. 35-42, hispanicam originem asserit. Juxta alios, 5.** *Cesarius Arelatensis* **(t 543) hujus esset symboli primus testis, et forsan auctor. Ita G. Morin,** *Le symbole d'Athanase et son premier témoin Césaire d'Arles,* **in** *Revue Bénédictine,* **XVIII (1901), p. 337-363; P. Lejay, art.** *Césaire, in D. T. C.,* **col. 2177. — ' Buschbell,** *Die professionesfidei der Piipste,* **1896.**

indubitanter recipio atque profiteor ". Præterea, ex decreto S. *Cong. Condi,* 20 jan. 1877, his verbis addi debent sequentia : " et ab cecumenico concilio Vaticano tradita, definita ac declarata, præsertim de R. Pontificis primatu et infallibili magisterio "

(b) Citandum est *jusjurandum antimodemisticum,* auctoritate Pli X, i sept. 1910, præscriptum

(c) Præterea aliæ propositæ fuerunt : Professio fidei S. Leonis IX (1053); professio fidei Innocentii III, pro Waldensibus (1208); Gregorh X, pro Michaele Palæologo (1274); Gregorii XIII, pro Græcis schismaticis^ 1575); Benedicti XIV, pro Maronitis(i743)a.

(3) *Auctoritas.* His professionibus præstanda est fides, cum sint summarium credendorum a R. Pontificibus authentice editum vel approbatum.

Ad dijudicandum *quid sit de fide tenendum* in Symbolis et professionibus fidei, sequendæ sunt regulæ superius expositæ de definitionibus dogmaticis (cf. n. 875 sq., uoo).

II. — De Traditione per Magisterium ordinarium[4].

1111. — Juxta *Vaticanum,* Traditio divina hominibus transmittitur per organum ecclesiastici magisterii, non tantum sollemnis, sed etiam *ordinarii* et *universalis.*

Porro *ordinarium* magisterium exercetur tum a *R. Pontifice,* tum ab *episcopis,* qui fidelibus Traditionem dispensant.

(i) S. Pontifex, in suo magisterio ordinario, Traditionem servat tum aliquando docendo infallibiliter, tum munere fungendo providentiæ universalis quoad fidem in Ecclesia (cf. n. 946-948). Et hoc munus Traditioni favens exercet per se vel per Congregationes romanas, eas præcipue quæ revelatæ doctrinæ invigilant.

1112. — (2) Episcopi vero magisterium ordinarium et universale tenent, quando sumuntur collegialiter per totum orbem dispersi et R. Pontifici fideliter conjuncti. Tunc sunt infallibiles, ex dictis (cf. n. 896 sq.), ideoque Traditionis veritates tuto annuntiant.

' D. B., 994 sq. — - D. B., 2145 sq.

3 D· B·, 420 sq., 461 sq.. 10S3 sq., 1450 sq.

4 Præter auctores jam allegatos, cf. J. M. Vacant, *Le magistère ordinaire de ΓEglise et ses organes,* Paris, 1887 ; Ami du Clergé, 9 mai 1935, p. 290 sq.. de ordinarii magisterii prioritate.

Requiritur eorum consensus circa talem doctrinam, qui potest esse *expressus* vel *tacitus*. (a) *Expressus* adest, quando episcopi recipiunt alicujus concilii particularis decreta, si rogati a Papa ipsi respondent in re fidei, si exorta controversia doctrinam determinatam praedicant. Idem consensus manifestatur etiam : *catechismis* summam veritatum credendarum exponentibus; *synodalibus instructionibus, mandatis* aut *concionibus* ad fidem proponendam aut propugnandam, (b) *Tacitus* autem consensus fit quando episcopi, doctrinæ propagationi in suis dioecesibus, scienter et volenter non opponuntur.

Si ex his aut aliis ejusmodi documentis constat aliquam doctrinam *universaliter* tanquam objectum fidei proponi, id plane sufficit ut hæc credenda sit.

1113. — (3) **Liturgia** [1] (a) seu exercitium sacri ministerii ab episcopis vel a sacerdotibus sub eorum auctoritate refertur ad magisterium ordinarium, quod manifestant. Porro liturgia, positis ponendis, fidem et Traditionem tuto continet, (b) juxta *Renaudot,* liturgîæ sunt "*officia* seu *rituales libri auctoritate publica ecclesiarum scripti* earumque usu comprobati, quibus preces et ritus ad consecrandam et administrandam *Eucharistiam* continentur" [2]. Liturgiis eucharisticis jungi debent *formulée precum* in sacramentorum administratione atque varia festa aut officia ab Ecclesia instituta; vel tandem *usus sacri* cum doctrina connexi. In his enim et aliis hujusmodi fides Ecclesiæ authentice manifestari potest [3].

[1] **Monumenta liturgica exhibent Assemani,** *Codex lititrgicus Ecclesia universalis,* **Romæ. 1749. *3 v°l·: Daniel,** *Codex liturgicus Ecclesia universalis,* **Lipsiæ, 1847. 4 vol.: Martène,** *De antiquis Ecclesia ritibus,* **Antwerpiæ, 1763,' 3 vol.; Renaudot,** *Liturgiarum Orientalium collectio,* **Parisiis, 1716; Denzinger,** *Ritus Orientalium.* **Wircebnrgi, 1S63 : Goar,** *Eitchologium, sive Rituale Gracoruin,* **Paris, 1647; Muratori,** *Liturgia Romana vetus* **; Thomasi, Opera. — De liturgiis scripserunt : C. Pesch,** *De Sacramentis,* **p. I, n. 65059.; L. Duchesne,** *Origines du aille chrétien.* **3°· cd., Paris. 1903; Dom Cabrûl,** *Le livre de la prière antique,* **Paris, 1900:** *Les origines liturgiques,* **Paris, 1906 ;** *Introd, aux Etudes liturgiques,* **1907 ;** *Diet, dArchéologie chrét. et de Liturgie,* **Paris, 1907 sq.; A. Gréa,** *La sainte liturgie,* **Paris; G. Lefebvre,** *Liturgia,* **Lophem-lez-Brugel·»; R. Aigrain,** *Liturgia,* **Paris, 1907. — 3 Renaudot,** *op. cit.,* **I, 152.**

[2] **Antiquiora documenta de re liturgica sunt :** *Doctrina Apostolorum* **(70-90?),** */*' Apologia* **S. Justini (152?).** *Traditio apostoliea* **S. Hippolyti (+ 235?),** *Catecheses* **S. Cyrilli Hierosolymitani (t 386),** *Constitutiones apostoliuz* **et** *Eucholo-gion Serapionis.* **Hæc omnia, ratione eorum antiquitatis et contenti, maximo Iruuntur valorc historico et theologico.**

1114. — (c) Auctoritas liturgiarum *quoad Traditionem et fdem.* Ut liturgia sit Traditionis et fidei critérium, necesse est ut *necessario connectatur cum veritate dogmatica,* simulque sit *universalis* aut *infallibili auctoritate* saltem tacite *approbata.* (a) Si non connectitur cum veritate dogmatica : si, v. g., versatur circa facta mere historica, qualia inveniuntur in sanctorum legendis, aut circa res morales quæ ad ædificationem spectant, non autem ad fidem, nulla fit propositio etiam tacita veritatis credendae. Si vero necessario connectitur cum aliquo dogmate, qualis est adoratio Eucharistiæ quæ supponit realem Christi præsentiam sub speciebus consecratis ejusque divinitatem, Ecclesia hanc praxim præscribens eo ipso dogmata cum ea necessario connexa *fidei* nostræ proponit ». (b) Insuper hujusmodi praxis *universalis* esse debet. I. Cum enim ecclesiæ particulares errare possint, unius ecclesiæ praxis *probabile* quidem, sed *non certum* veritatis revelatae argumentum præbet. 2. Si ’ro omnes aut fere omnes liturgiæ de re ad fidem spectante consentiunt, habetur infallibile veritatis critérium : si enim error in eis inveniretur, tota erraret Ecclesia. Quo sensu verum est axioma a S. CÆLESTINO enuntiatum : “ *Lex supplicandi statuit legem credendi* ”.

Pariter *Liturgia Romana,* cum a SS. Pontificibus approbata fuerit, *errores dogmaticos* continere nequit

1115. — Conclusio. Igitur catholica Traditio a solo authentico Ecclesiæ magisterio supra descripto nobis exhibetur. Nonnulli asserunt ad idem magisterium pertinere secundario *Patres ct theologos;* sed verius videtur, ut supra dictum est (cf. n. 1080), eos considerare prout fidei et *Traditionis testes;* de quibus statim tractamus.

’ Ut alia afferamus exempla, *praxis non rebaptizandi hiereticos* probat baptismum in hæresi collatum validum esse, preces pro defunctis Purgatorii existentiam arguunt.

- Dixi errores *dogmaticos;* nam errores historici irrepere possunt et de facto irrepserunt in legendas Breviarii, ut optimi critici fatentur, quorum testimonia vide apud De Smedt, *Introd. ad Historiam ecclesiaste* Gandavi, 1876, P· 179 sq· mirum, cum præcipuæ lectiones secundi nocturni scriptæ fuerint tempore quo opera apocrypha passim spargerentur. Non sunt tamen contemnendae hce lectiones, cum pleraque in eis contenta vera sint ct ad pietatem fovendam aptn. Cf. P. Batiffol, *Hinoire du BrMaire roumiu.* Paris, ıoi i.

CAPUT III

DE TESTIBUS TRADITIONIS

1116. — Conspectus.

De testibus Traditionis.

De testibus Traditionis *in genere.*

1. *De Patrum consensu* : Patrum *notio, auctoritas,* praesertim *quoadfidem.*
2. *De Theologorum consensu.*

(a) *Notio :* theologi et scholæ theologicae.

(b) *Auctoritas :* in genere, quoad fidem.

Scholion. De auctoritate S. Thomæ.

3. *De Fidelium consensu :* Notio et auctoritas.

1117. — De Traditionis testibus in genere.

(a) Testis *in genere* dicitur qui alicujus verbi aut facti existentiam affirmat. *Traditionis testes* vocamus *homines,* .qui divinam veritatem olim vel hodie ab Ecclesia propositam manifestant; nos plus minusve clare edocendo utrum, in tali epocha, doctrina quædam objectum traditionis catholicæ habita sit necne, (b) Ergo *differunt* a Traditionis *organis* seu magistris, qui oralem revelationem cum divina auctoritate vivo magisterio populis communicant. (C) Testes Traditionis plurimi computantur; ex his omnibus hic praesertim considerandi sunt : i. *Patres* τ, 2. *theologi* -, 3. ipsi *fideles;* qui traditionem a magisterio acceptam consignant in *monumentis* nempe libris, operibus historiae, picturæ et cujuscumque artis.

I. — De Patrum consensu*

Declaranda est eorum : i. *notio,* 2. *auctoritas.*

* *Paires* **hic considerantur exclusive quatenus nobis testantur revelationem christianam non scriptam, sive sint episcopi singulatim sumpti, sive sacerdotes simplices, sive laici, v. g. S. JUSTINUS.**

3 **Cf. L. Billot,** *De Ecclesia Christi,* **p. 432; C. Manzoni,** *Conif. theol. (foo»iat.,* **Taurini, 1914, t. I, n. 638.**

1 **D. B., 270, 1788, 1948, 2083, 2145 sq.; J. Fessler,** *Institutiones Patrologics,* **Œniponte, 1850, cujus nova ed. a Jungmann correcta est, 1890-1896;**

1° iNOTIO.

1118 — çA) Quoad nomen. Hoc nomen prius datum fuit iis qui fideles ad vitam supernaturalem gignebant » : v. g., omnibus Apostolis, deinde episcopis seorsim vel conciliariter sumptis; postea autem viris, qui Ecclesiam primitivam scriptis et virtutibus suis illustrarunt.

B) Quoad rem.

(i) Patres i. hic vocantur *scriptores ecclesiastici eminenti orthodoxia et sanctitate vitee conspicui, ab Ecclesia probati, qui in primis sæculis vixerunt.* 2. Sunt *Patres Ecclesiæ,* quia Deus illos suæ Ecclesiæ misit ad ejus quasi infantilem ætatem defendendam et educandam. 3. Patres, *dignitate episcopali ornati, sunt Traditionis* non solum testes, sed etiam *magistri* seu organa.

(2) *Notes quatuor* recensentur ad Patres dignoscendos : (a) *Orthodoxia eminens,* qua fidem catholicam recte ac erudite docuerunt; pauci tamen errores materiales huic orthodoxiæ non obstant, dummodo scriptor *mentem catholicam* habuerit : ex hoc capite excluduntur omnes haeretici *formales,* etiam scientia eminentes.

(b) *Sanctitas vitæ,* quæ utilis est ad testis veracitatem et ad rerum divinarum scientiam addiscendam et recte exponendam. Aliunde Patres instruere debent suos spirituales filios, non solum verbo sed etiam insigni virtutum exemplo. — Quaelibet culpa christiane reparata non destruit sanctitatem : v. g., apud S. CYPRIANUM et S. AUGUSTINUM[2].

1119. — (C) *Antiquitas,*\\ cujus ii solum ut Patres habentur qui Ecclesiam adhuc infantem docuerunt. Hinc, juxta plures, Patrum aetas concluditur sæc. VI1° et

J. B. Alzog, *Handbuch der Patrologie,* **Freiburg, 1876,** *gallice* **versum; R. Duval,** *La littérature syriaque,* **Paris, 1900; P. Batiffol,** *La littérature grecque,* **1901; O. Bardenhewer,** *Patrologie,* **Freiburg, 1901;** *gallice redditum* **a P. Godet et C. Verschaffel,** *Les Pires de l'Eglise,* **Paris, 1905; Id.,** *Gesek, der alt. christl. Littcralur,* **4 vol., Freiburg, 1913 sq.; H. Kihn,** *Patrologie,* **2 vol., Paderborn, 1904-1908; J. Tixeront,** *Précis de Patrologie,* **Paris, 1927; F. Cayré,** *Précis de Patrologie,* **2 vol., Paris, 1927.**

[1] *I Cor.,* **IV, 15;** *Galat.,* **IV, 19.**

[2] **" Eorum duntaxat Patrum sententiæ conferendæ sunt, qui in fide et communione catholica, sancte, sapienter, constanter viventes, docentes et permanentes, vel mori in Christo fideliter, vel occidi pro Christo feliciter meruerunt Vincent. Lirinensis,** *Commonitorium,* **28; R., 2175.** - τβ

a S. Isidoro (f 636) et S. Joanne Damasceno (f 749) juxta quosdam sed minus apte, extenditur ad sæc. XII[*] ita ut S. BERNARDUS ultimus inter Patres vocari soleat.

(d) *Approbatio Ecclesiæ,* quæ Patrum doctrinam ut orthodoxam judicat, i. Hi fidei testes constituuntur formaliter ut Ecclesiæ Patres per ecclesiasticam approbationem : sola enim infallibilis Ecclesia hoc factum authentice declarare potest. 2. Eadem approbatio est vel *generalis* vel *specialis.* Approbatio *generalis* refertur ad doctrinam universim sumptam alicujus Patris et fit modo *tacito* vel *expresso : tacito,* si quis generali et constanti æstimatione, ut Ecclesiæ Pater laudatur : v. g., si ejus opera post Scripturam legi consueverant. *Expresso,* quando aliquis Pater nominatur in decretis conciliorum generalium, R. Pontificum, vel in scriptis insignium Patrum. 3. Adest etiam approbatio *specialis,* quæ fertur in opus vel doctrinam determinatam alicujus Patris : v. g., in doctrinam S. AUGUSTINI de gratia ». 4. Denique *specialissime* quandoque approbantur quædam doctrinæ capita, quæ, ex hoc facto, valorem catholicum obtinuerunt : ita epistola dogmatica Leonis I ad Flavianum a C. Chalcedonensi sollemniter acclamata 2.

1120. — (C) **Patres et Doctores.**

(a) *Doctores Ecclesiæ* s sunt ii qui *doctrina orthodoxa, eminentiori eruditione theologica* et *sanctitate* conspicui, hunc titulum a R. Pontificibus jam a Bonifacio **VIII** (t 1303) acceperunt. Ad hoc munus exercendum non requiritur *antiquitas,* ut patet. — (b) Proinde titulus *Doctoris Ecclesiæ* differt a titulo *Patris Ecclesiæ* : multi enim Patres non sunt Doctores, et inter Doctores nonnullos computamus qui Patres non dicuntur. — (c) Saltem *28 numerantur* Doctores Ecclesiæ. Inter *Patres,* agnoscuntur : 1. *octo majores* : quatuor in Ecclesia occidentali : Ambrosius, Hieronymus, Augustinus et Gregorius M.; quatuor pariter in Ecclesia græca : Athanasius, Basilius, Gregorius Nazianz. et Joannes Chrysostomus; 2. Præterea quidam alii Patres ut Doctores coluntur : Ephrem (1921), Leo M., Hilarius Pict., Cyrillus Alexandr., Cyrillus Hierosolymit., Petrus Chrysologus, Joannes Damascenus, Isidorus Hispalensis. 3. Post ætatem patristicam citantur : Beda Venerabilis, Bernardus, Petrus Damianus, Thomas (1567), Bonaventura

* **D. B., 128, 142, 1320.** — *3 D. B.,* **113 sq.**

• **Fessler-lungmann,** *Instil. Pair.,* **I, 27-41, Inspriick, 1890; Valton, art.** *Docteur de ГEglise,* **in** *D. T. C.,* **c. 1509 sq.**

(15S8), Anselmus (1720), Alphonsus Maria de Liguori, Francisais Salesius (1899), Petrus Canisius (1925), Joannes a Cruce (1926), Beilarminus, Albertus M. (1932). ■

1121. — (D) Patres et Scriptores ecclesiastici.

Scriptores ecclesiastici ‘ (a) *generation* designant viros doctrina religiosa eminentes, qui de rebus ad fidem moresve spectantibus scripta reliquerunt, (b) In *sensu stricto,* sic vocantur nonnulli auctores antiqui, qui eruditione floruerunt quamvis in hæresim lapsi, aut de hæresi suspecti sint, vel non indubitatæ sanctitatis fuerint; quales sunt : Tatianus, Tertullianus, Clemens Alex., Origenes, Arnobius, Lactantius, Eusebius Cæsar., Theodoretus Cyr., Rufinus aliique. (c) Eorum *auctoritas* eadem non est ac Patrum, sed sæpe tamen jiiaximi momenti est, ad sciendum quid Ecclesia docuerit vel condemnaverit in illis temporibus. lidem aliquando inter Patres, sensu latiori, recensentur; licet stricte ab ipsis distinguantur.

20 Auctoritas Patrum 2 H

Hæc auctoritas consideratur : 1. *in genere,* 2. *in specie quoadfidem.*

I. AUCTORITAS EORUM IN GENERE.

1122. — Patres duplici fruuntur auctoritate 3 : sive ut *doctores privati,* sive ut *testes fidei* 4. (1) Ut doctores privati, (a) magnam habent auctoritatem humanam, etiam in rebus divinis, tum propter *scientiam* qua ornati sunt, tum propter *veritatis zelum.* Et de eis dici potest cum S. AUGUSTINOS Isti sunt docti, graves, sancti, veritatis acerrimi defensores adversus garrulas vanitates, in quorum *ratione, eruditione, libertate,* quæ tria bona judici tribuisti, non potes invenire quod spernas

1 Ceillier, *Hist. des auteurs sacrés et ecclês.,* Paris, 1858-1869.

• Nomen “ *Patrum* " hic sumitur sensu lato, qui amplectitur Patres, Doctores et Scriptores ecclesiasticos; ita tamen ut auctores qui a fide defecerunt non accipiantur nisi in quantum cum veris Patribus concordant.

3 Ad doctrinam alicujus Parris accurate investigandam, minime praetermittenda: sunt leges *historicen entices ;* proindeque expendatur qua occasione et quo fine scripserit, contra quos adversarios, quid igitur prolxire voluerit; pariter ejus mens non ex una vel altera sententia, sed ex toto opere aut etiam ex aliis ejusdem operibus sedulo inquirenda est; imm<» ex antecessorum et coævorum doetnnis quæ forsan in ejus opiniones influxerint. Ad quod haud parum proderunt Patrum *edit,ones critice. Patroni* et *Dogmatum historia.*

* R. Aigrain, *Pour qu'on lise les Pires,* Paris, 1922; G. Bardy, *En lisant les Peres,* Pans, 1921.

' S. Augustin., *CM* !. n, c. ,o. 37i Λ z„ t. XLIv ™

(b) Eorum auctoritas est : i. vel *historica,* nam testimonium omnino certum reddunt de doctrina et vita priorum fidelium; 2. vel *scicntifica :* apud Patres, non desunt qui in variis disciplinis præstant : v. g., S. JUSTINUS in philosophia, S. HIERONYMUS in Scripturae interpretatione.

(C) Ut *doctores privati spectandi sunt,* quando de rebus profanis agunt, aut de veritatibus revelatis nonnisi suam opinionem privatam exponunt; vel quando *more philosophorum* arguunt, analogiis ac comparationibus utuntur, aut ita suam opinionem propugnant ut contraria possit probabiliter defendi. In his casibus, eorum auctoritas tanti valet quanti pondus rationum quas afferunt [1].

(2) Ut fidei, Traditionis vel Ecclesiæ testes, (a) majore gaudent auctoritate, siquidem doctrinam revelatam custodiunt. (b) Hæc auctoritas *ajcthentica* nonnullas exigit conditiones ex parte *numeri, objecti* et *formez,* quas infra citamus (cf. n. 1123). (c) Si *dubitatur* utrum Patres opinionem suam proponant an catholicum dogma, consulendus est de hac re sensus vel *Ecclesiæ veX^posteriorum Patrum :* et si sensus Ecclesiæ adsit, dociliter teneatur; si autem Patres et Doctores posteriores constanter habeant priorum Patrum sententiam ut unice veram, hæc accipiatur ut catholica doctrina; in altero autem casu, opinio priorum Patrum non est obligatoria.

II. AUCTORITAS PATRUM RELATE AD FIDEM.

Hæc auctoritas diversa est : i. *in eorum consensu, 2. extra eorum consensum,* 3. *in eorum dissensu.*

1123. — i° In eorum consensu.

Negant infallibilem Patrum auctoritatem in re fidei *Reformatores,* quibus consentiunt *Rationalists* et *Modernists,* qui eisdem auctoritatem historicam valde imminutam concedunt.

1 Ita M. Canus, l. VII, c. 3. — Revera Patres ipsi sæpe in exponendis rebus physicis, astronomicis etc., eas describunt non prout sunt, sed prout visibiliter apparent, non quasi asserentes, sed quasi ulenies his quæ a philosophis, vel scientiarum naturalium cultoribus audierant, et S. Scripturam diversimode exponunt secundum varia systemata quæ sibi magis placuerant. In his rebus igitur a Patrum opinione etiam communi recedere licet, servata tamen reverentia eis debita.

Thesis. Consensus unanimis Patrum », indubitanter asserentium aliquam doctrinam esse de fide, certum est divinæ veritatis et Traditionis argumentum. *Communiter.*

(A) Explicatur.

Conditiones quædam necessariae sunt ex parte *unanimitatis, objecti* et *formce* ipsius consensus.

(a) *Unanimitas,* i. non absoluta et mathematica, sed *saltem moralis exigitur;* quæ certo existit quando omnes moraliter Patres diversarum regionum (universalitas quoad *spatium}* et diversorum *temporum* (universalitas quoad *tempus}* de dogmate aliquo consentiunt, et etiam si Patres omnes *unius atatis,* sufficienter universalem Ecclesiam représentantes, quoddam dogma secure tenent.

2. Unanimitas moralis in consensu adest, etiam si apud Patres, *doctissimi* duces doctrinam ut divinam evidenter praedicant; vel quando *pauci,* eruditione et pietate insignes, diversis locis et aetatibus florentes, aliquam veritatem maximi momenti tanquam de fide tradunt, nemine refragante. Patres enim jn talibus adjunctis spectari possunt ut authentici testes fidei communis hac de re in Ecclesia vigentis.

3. In priori casu, argumentum habetur *apologeticum* quoad ipsos *Acatholicos,* cum exinde constet nostram fidem eamdem osseae fidem Apostolorum. In alteris casibus, argumentum valet solum quoad *Catholicos* qui infallibilitatem Ecclesiæ admittunt.

(b) *Objectum.* 1. Testimonium Patrum referri debet ad *fidem aut mores,* scilicet ad veritates revelatas vel cum revelatis necessario connexas, quibus constituitur objectum *directum* et *indirectum* infallibilitatis Ecclesiæ (çf. n. 915 sq.).

2. In scientiis vero mere naturalibus, sive philosophicis, sive historicis aut aliis hujusmodi quæ cum dogmatibus fidei non connectuntur, Patres non sunt infallibiles.

(C) *Forma.* Testimonium Patrum de veritate Christiana *"miter et indubitanter* debet affirmare explicite vel implicite

* Franzelin, th. 14, 15; C. Pesch, p. 404-418; J. M. Hervé, η. 5765η.; E. Amann, *Le dogme catholique dans les Pères de ΓEglise,* Paris, 1922: J. Tixeront, *Histoire des dogmes,* 3 vol., Paris. *

veritatem aliquam *ad fidem* aut *ad doctrinam Ecclesiæ* pertinere; vel ita exponere Scripturam, ut aliam interpretationem tanquam plane intolerabilem rejiciant. Si enim *dubitanter* loquuntur, vel plures expositiones proponunt, vel accommodatitium sensum, jam non ut Ecclesiæ testes, sed ut doctores privati considerari debent, nec eorum interpretatio infallibilis estr.

1124. — (B) Ecclesiæ magisterium.

(i) *C. Ephesinum* (431) contra Xestorium argumenta ex Patrum operibus exhibet et simul declarat se posteris *nil aliud credendum* velle imponere " *nisi quod sacra sibi consentiens Sanctorum Patrum tenuerit antiquitas* ". (2) *C. Constant. II* (553) declarat se fidem Apostolorum praedicare *quam Sancti Patres confessi sunt et explanaverunt et sanctis ecclesiis tradiderunt* " -.

1125. — (C) Probatur :

(1) Tradit. (a) *Patres* hanc conciliorum methodum adhibuere. Revera privatim fidei dogmata exponendo, aut controversias dirimendo, aut haereticos impugnando, ut solidum argumentum adducunt Patrum præcedentium sententiam : ita procedunt præsertim a sæc. IV°. " Qui ab unanimi Patrum consensu discedit, ait S. AUGUSTINUS, ab universa Ecclesia discedit "3. Audi S. VINCENT. LIRIN. : " *Quibus* (Patribus) *hac lege credendum est* ut, quidquid vel omnes vel plures uno eodemque sensu, manifeste, frequenter, perseveranter, velut quodam consentiente sibi magistrorum concilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmaverint, *id pro indubitato, certo ratoquc habeatur* "4.

1 **Quapropter pro doctrina fidei haberi nequit opinio plurium Patrum qui, >.ec. IIId et IV°,** *chiliasuium.* **seu sententiam de regno Christi in terra per mille annos docuerunt; nam et ipsi hanc sententiam inter** *liberas opiniones* **recensent : ita v. g., S. Justinus,** *Dial, cum Tryph.,* **n. 80; S. Iren.,** *Adv. hares.,* **1. V, c. 31, n. i; nec ejusmodi opinio unquam fuit communis, sed a Latinis fere unanimiter rejecta, et, inter ipsos Græcos, a paucis tantum gravis auctoritatis Patribus recepta. Cf. Franzelin,** *op. cit.,* **th. 16; J. Tixeront,** *Hist, des dogmes,* **Paris, 1930, t. I, p. 222 sq.**

3 **D. B., 212.**

s **S. August.,** *Cont. Jul.,* **II, c. 10, n. 33, 34, 37, 3S; I, c. 7, n. 30; Cf. S. Basil.,** *De Spiritu S.,* **10, 25; 29, 71; S. Greg. Naz.,** *Orat.* **33, 15; S. Leo M., Epist. 62.**

* **S. Vincent. Lirin.,** *Commonit.,* **28.**

(b R. Pontifices eamdem assertionem contra hæreticos propugnant : ita Pius IX contra Semi-Rationalistas, Leo XIII, in encyclica *Providentissimus* x, PiUS X contra Modernismum jurare præcepit : " Sententiam illorum rejicio qui tenent... scripta Patrum singulorum interpretanda (esse) solis scientiæ principiis, sacra qualibet auctoritate exclusa, eaque judicii libertate, qua profana quævis documenta solent investigari " 3.

(c) Concilia theoretice et practice profitentur Patrum consensionem nobis cum certitudine Apostolicam fidem praebere. Ita, inter multa, C. Nicænum (325), Chalcedonense (451), Lateranense I (649), Tridentinum et Vaticanum 3.

1126. — (2) Rat. theol. *Ex relatione Patrum cum Ecclesia infallibili.* Ecclesia gaudet infallibili magisterio circa fidem aut mores. Sed consensus Patrum unanimis de hac materia cum magisterio infallibili jungitur. Etenim Ecclesia, Patres approbando, simul asserit eorum scripta fidei doctrinam continere, ideoque per eosdem revelationem aliquo modo praedicat. Quare si omnes Patres errarent, eo ipso Ecclesia docens fallibilis esset et de facto falleretur; quod est impossibile, ex dictis (cf. n. 750 sq.).

1127. — 20 Extra eorum consensum.

(a) *Singulorum aut paucorum Patrum testimonium de re fidei et morum argumentum est probabile tantum veritatis revelatæ.* Etenim Patres altam habent auctoritatem in veritatibus fidei exponendis, tum quia in rebus theologicis peritissimi erant ac veritatis amatores, tum quia eorum scripta communem Ecclesiæ approbationem receperunt. — Hæc autem auctoritas varios gradus præbet; et eo major est quo magis crescit numerus et ecclesiastica eorumdem Patrum auctoritas.

(b) *Singuli Patres non sunt, infallibiles.* Revera non gaudent inspiratione aut assistentia Spiritus Sancti, quibus auctores sacri vel Apostoli nunquam circa fidem erraverunt Ipsi hanc fallibilitatem fatentur : ita S. AMBROSIUS ‡;

‘ D. B., 1657, 1944.
’ D. B., 2145-2147.
3 D. B., 54 sq., 148 sq., 270, 786, 1788.
♦S. Ambros., *Epist.*, 48, c. 6; R., 1255.

M

S. AUGUSTINUS ‘. — Et de facto, nonnulli graviter erraverunt : v. g, S. CYPRIANUS de valore baptismi ab hæreticis collati, S. GREGORIUS Nyssenus quoad pænarum aeternitatem in inferno.

1128 — 30 In eorum dissensu.

(A) De hoc dissensu teneantur sequentes *regulce interpretationis,* tum *catholicce,* tum *scientificce.*

(1) Catholica interpretatio, (a) Error formalis non eis tribuatur quoad fundamentales fidei articulos vel quoad revelatas veritates tunc explicite creditas, (b) Consensus Patrum unius epochæ nunquam censeatur contradictorie oppositus consensui Patrum ætatis posterioris2 3vel magisterio et sensui Ecclesiæ. (c) Obscura loca Patrum unius temporis explicanda sunt clariorj expositione Patrum posterioris ætatis.

(2) Scientifica interpretatio, juxta grammaticæ, criticæ et historiæ leges communes, fieri debet. Notetur præsertim : (a) quod eadem verba 3 sensum diversum accipiunt, attenta diversitate regionis, scholæ, generis litterarii, etc. t v. g., substantia, persona, natura, etc. : unde idem terminus licite potest negari ab uno, affirmari ab altero; (b) attendi debet contextui, scopo totius libri vel auctoris, aliis loçis et scriptis in quibus Pater mentem suam de eadem re apertius declarat; (c) nonnulli Patres voces et modum sibi proprium scribendi retinent; (d) non facile admittatur Patrem quoad res graves sibimet contradicere in suis operibus.

1 *Epist.* 82, *ad Hier.*, n. 3. **S. Augustinus de auctoribus loquens a sacris scriptoribus diversis, ait : " Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate doctrinaque præpolleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi vel per illos auctores canonicos vel probabili ratione quod a vero non abhorreat, persuadere potuerunt". Cf.** *Coni. Faust.*, 1. **I, c. 5. — Idem docet S. Thomas,** *Sum. theol.*, **1, q. 1, a. 8, ad 2.**

3 **S. August,** *C. Julian.*, 1. **I,** n. **19-34.**

‘ **Ita, v. g., Dionysius Alex., dixerat quidem Filium esse ποιημα Patris, sed ipse explicavit hoc verbum, obiter usurpatum, posse in bonum sensum explicari, cum apud Græcos ποιητή ille dicatur qui non solum res externas fabricat, sed etiam cogitationes ad intra efformat. S. Athanas.,** *De sent. Dionys.*, **n. 21;** *P. G.*, **XXV, 510. — Alia exempla affert Franzelin,** *op. cit.*, **p. 189, et merito addit : " Hujusmodi propositiones omnes prolate ab hæreticis damnatæ vel damnandæ sunt, apud Patres tamen in sanum et catholicum sensum explicantur ex contextibus, et ex eorum doctrina alibi clariori ".**

1129. — (B) Patrum *dissensus est vel apparens, vel realis.* <a) *Prior* ex legum expositarum applicatione non ægre generatim dignoscitur et solvitur, (b) *Posterior* autem, si manifestus adsit, non negetur, sed candide fateatur quosdam Patres errare potuisse, cum singuli sint fallibiles. Eorum autem verba sanæ fidei dissona non sumantur in alicujus thesis argumentum, sed reverenter seponantur.

" Quapropter neque temere deserendi sunt Patres, neque etiam ubi erraverunt *unquam contemnendi,* siquidem, nonobstante errore momentaneo et levi, remanent *magistri* ab Ecclesia *approbati,...* vere *patres nostri* in fide, quibus proinde semper debetur *reverentia filialis* " x.

II. — De Theologorum Consensu 2.

Declarabimus eorum : J. *notionem, 2. auctoritatem.*

1130. — i° Notiones.

(A) Theologi definitio.

(I) *Theologus* (a) nominatur vir catholicus eruditus, qui, post Patrum ævum, dirigente Ecclesia, de sacra doctrina scientifice disserit, (b) Ille *solus fidei testis* habendus est, qui, *Ecclesia approbante,* apud theologiae cultores, praestanti gaudet auctoritate, (e) Ecclesiae autem approbatio est : vel *tacita* quando aliquis theologus universaliter aestimatur; vel *expressa,* si fit in aliqua declaratione authentica. (d) Theologi *differunt a Patribus* ratione : I. *antiquitatis :* nam omnes Patres in prioribus saeculis vixerunt; dum theologorum doctrina in aetatibus posterioribus modo continuo diffunditur; 2. *dignitatis :* Patres multi erant episcopi, non ita est de theologis. 3. Præterea theologi omnes non sunt ab Ecclesia approbati nec sancti; sicut fuerunt Patres.

(2) Theologi hic habentur *tantum ut fidei testes :* nempe eo quod eorum consensus est *signum* prædicationis ordinarii magisterii, " *et nihil plus quam signum, cum theologi* qua tales ad Ecclesiam *docentem minime pertineant* " 3.

' J. M. Hervé, *op. di.*, n. 586.
i D' IS76,I579, I6s2 "1657,1680 sq-: c· Pesch· p^t.<hSmal
' L. Billot, *De Ecclesia Christi*

1131. — (B) Scholae theologicae definitio.

(a) *Schola theologica* vocatur cœtus theologorum, qui, sub Ecclesiæ directione et regimine, præeuntibus doctissimis magistris, scientiam theologicam exposuerunt.

(b) Praecipuae scholae theologicæ stricte dictæsunt *thomismus, scotismus* et *augustinismus* x. Juxta quosdam, theologia *scholastica* amplectitur exclusive scholasticorum theologorum coetum, qui, a saec. XII° usque ad sæc. XVIII medium, sequentes principia S. Thomæ, S. Bonaventuræ, Scoti aliorumque doctorum, christianarn religionem docuerunt 2 (Cf. n. 20.)

1132. — 20 Auctoritas Theologorum : i. *in genere.* 2. *quoadfidem.*

i. Auctoritas eorum in genere.

Theologi, sicut Patres, fruuntur auctoritate *duplici :* tum ut doctores privati, tum ut fidei testes. *Prior* est mere humana; *posterior* vero connectitur cum Ecclesiæ doctrina et magisterio, quod ad populum Christianum dirigunt; et fundatur in ipsa docentis Ecclesiæ auctoritate a qua saepius magnificatur s. Theologorum auctoritas inferior est Patrum auctoritati : nam Patrum consensus per se exhibet *antiquissimum* et *immediatum* divinæ veritatis argumentum; dum theologi concordes nisi testimonium *recentius, mediatum* et *indirectum* ejusdem revelationis afferunt.

1133. — 2. Auctoritas theologorum quoad fidem 4.

Ejusdem auctoritatis statuitur : 1. *existentia,* 2. *extensio.*

i° Ejus Existentia.

(A) *Adversarii.* Eam negant vel adulterant *Protestantes,* post Lutherum 5 et Melanchtonem, et recentius *Liberales, Hermes, Günther* et *Modernistæ* 6, qui theologorum maxime scholasticorum sententiam despiciunt.

(B) Probatur, (a) Theologi ut fidei testes *ab Ecclesia approbantur;* proinde, si universim errarent, eorum defectus

1 Cf. F. Cayré, *Precis de Pairologie,* Paris, 1927, t. II, p. 878, 879.
2 Franzelin, th. 17; C. Pesch, n. 595 sq.
3 *Sum. theol.,* 23 2®, q. io, a. 12.
< D. B., 609, 1127, 1576, 1579, 1652, 1657, 16S0 sq.
s C. Pesch, n. 598.
t Pius X, encycl. *Pascendi,* passim.

tribuendus esset Ecclesiæ ipsi : quod admitti nequit. (b) De facto, scholæ theologicæ, quoad multas quæstiones invicem oppositæ, *nunquam in errores* circa fidem abierunt. (c) Memorandum est *theologorum constans et maximum munus* tum in conciliis œcumenicis (Tridentino, Vaticano) et particularibus; tum in documentis circa doctrinam, quæ a R. Pontifice, Congregationibus aut episcopis eduntur. (d) Quapropter R. Pontifices *summis laudibus theologos extulerunt.* Afferamus pauca ex multis. SlXTUS V, in bulla, qua S. Bonaventuram creat Ecclesiæ doctorem (1588), theologiam vocat " *invictum fidei propugnaculum* Irreverentiæ et calumniae erga theologiam sæpius reprobantur [1]: ita a PlO VI [2] agendo contra Pistorienses: a Gregorio XVIÜ, a PlO IX° contra Hernesium et Güntherum; a PlO X°, contra Modernistas. Insuper Leo XIII, in encyc. *Æterni Patris* (4 aug. 1879); PlUS JX, in encyc. *Pascendi* (7 sept 1907); PlUS XI, in encyc. *Studiorum ducem* (29 jun. 1923), theologiam vehementer laudaverunt (cf. n. 20).

1134. __ 2° Ejus Extensio.

Thesis. Consensus unanimis Theologorum doctrina aliquam ut revelatam docentium est certum veritatis fidei argumentum. Sententia communis.

(A) Explicatur.

(a) Theologorum vel scholarum theologicarum consensus debet esse saltem *moraliter unanimis, certus, perseverans* per diuturnum tempus et spectans *doctrinam de fide vel moribus* quam ut revelatam tenent. (b) " Consensus ille, juxta *Pesch* [3], sæpe probatur ex *paucorum* testimonio, qui hac in re ceteris *duces* fuerunt. Si, e. gr., Magister, Bonaventura, Thomas, Scotus unanimiter et asseveranter rem proponunt ut dogma credendum, rationabili dubitationi locus non relinquitur, quia eo ipso constat eorum discipulos idem docuisse".

1135. — (B) Probatur.

(i) Ex connexione cum infallibili magisterio. Ex dictis, infallibile Ecclesiæ magisterium secure integrum

[1] D. B., 1620, 1652.
[2] D. B., 1576-1579, 1680; cf. 1683 sq. — [3] C. Pesch, n. 599.

fidei depositum custodit. Sed hoc non eveniret, si unanimis theologorum consensus in errorem de fide abiret : nam si omnes theologi falsum diu spargerent, R. Pontifice et episcopis approbantibus vel tacentibus, docens Ecclesia erraret; ita etiam errarent fideles accipiendo a pastoribus theologorum falsas doctrinas. Et sic integrum fidei depositum non amplius ab Ecclesia conservaretur.

(2) Auctoritate. Hic verba Pu IX citare sufficiat : " *Subjectio* quæ *fidei divina actu* est praestanda ", non restringitur ad sollemnis magisterii decreta, sed etiam " ad ea quoque extendenda, quæ ordinario totius Ecclesiæ per orbem dispersæ magisterio tanquam divinitus revelata traduntur, ideoque *universali et constanti consensu a catholicis theologis adfidem pertinere retinentur* " L

1136. — (C) Corollaria.

(a) Quando unanimis theologorum consensus declarat doctrinam ut de fide divina tenendam, eamdem negare esset per se hæreticum, quia talis consensus est catholicæ veritatis certum indicium, (b) Si idem consensus fertur in doctrinam, quæ proponitur, non quidem ut divinitus revelata, sed ut deducta necessario ex veritate revelata, eadem doctrina ut *theologice certa* tenenda, et eam respuere esset error in theologia, (c) Quando theologi modo unanimi sententiam proponunt ut speculationem veram aut probabilem, aut probabiliorem, quæ ad fidem non spectat, *eorum auctoritas gravi'ssimum pondus huic sententia, prabet,* usquedum nova argumenta certa vel saltem vere probabilia in contrarium afferantur. *A fortiori, hcec valent,* ubi theologi unanimiter proponunt doctrinas profanas, sive mere philosophicas, sive alias, (d) Si graves theologi vel scholæ ipsæ *dissentiunt, eorum auctoritas per se nihilprobat,* etiamsi suam opinionem ut certam aut fidei proximam habeant. Proinde nulla adest obligatio eam accipiendi : hæc enim dissensio satis demonstrat rem esse dubiam, proinde cuique licet auctoritates et argumenta attentius perpendere, ut quid sit verum vel probabilius ipse dignoscat

1137. — Seholion. De Auctoritate S. Thomæ.

Jamvero, inter scholasticos Doctores, omnium princeps et magister longe eminet Thomas Aquinas, cujus auctoritas constat tum *intrinsece,* tum *extrinsece.*

1 **Pius IX, Litter, ad archiep. Monae., 21 dee. 1863; D. B., 1683; cf. acta R. Pontificum de eadem re, n. 1133.**

3 **Cf. C. Pesch, n. 600, de quibusdam objectionibus.**

(i) Intrinsece quidem, attento ejus ingenio, memoria, labore, scientia, methodo, et vitæ sanctitate. Tanta est ejus doctrinæ amplitudo, ut etiam contra recentes errores arma invictissima suppeditet. (2) Extrinsece, (a) Revera *Summi Pontifices,* inde a multis sæculis, et præsertim recentiore tempore, S. Thomæ doctrinam sæpius et instantissime commendant (cf. n. 20). (b) Eumdem Doctorem "singularibus laudum præconiis" extollunt tum *Concilia Generalia* (Lugdun. II, Viennense, Florentinum, Tridentinum et Vaticanum); tum *Ordines religiosi* (Dominicani, Augustiniani, Jesuitæ, etc.), tum Academiæ multæ, quæ S. Thomam ut magistrum habent, (c) Insuper *Codex J. C.* (c. 1366, § 2) hanc statuit legem : " Philosophiæ rationalis ac theologiæ studia... professores omnino pertractent ad Angelici Doctoris rationem, doctrinam et principia, eaque sancte teneant

Hæc specialissima S. Thomæ approbatio respicit ejus operis partem præsertim scholasticam, cui addenda est pars positiva (cf. n. 22). Non ut certa habenda sunt quaecumque proposuit Angelicus Doctor; sed qui vim argumentorum quæ affert sedulo expendere voluerit ejus conclusionibus plerumque assentiet. Attamen, sicut ipse scientiarum sui temporis studio incubuit, erroresque tunc temporis grassantes impugnavit, ita pariter theologus, qui ad mentem 5. *Thomæ.* discere aut docere vult, hodiernas scientias colere atque hodiernos errores confutare debet. Ita docebit non tantum quod S. Thomas suo tempore docuit, sed quod *doceret* si hodie adhuc viveret et hodiernis uti scientiis valeret

III. — De Fidelium Consensu.

1138. — i° Notio. Hic agitur de *consensu* populi Christiani, seu Ecclesiæ discentis in aliquam veritatem de fide tenendam. Porro idem consensus diversimode manifestatur : (a) *Explicite,* quando veritas expressis terminis creditur. (b) *Implicite,* vel *approbatione* doctrinæ a præcone catholico prædicatæ, aut *reprobatione* errorum hæreticorum, quemadmodum temporibus Arii et Nestorii factum est; vel *inscriptionibus,* quibus in parietibus Catacumbarum aut in numismatibus christiani suam fidem exprimebant; vel *responsis* quæ *martyres* coram judicibus protulerunt de fide; uno verbo, tota fidelium loquendi et agendi ratione circa res fidei.

1139. — 20 Auctoritas. Thesis. Consensus fidelium est certum Traditionis et fidei Ecclesiæ criteriu || *Sententia communis.*

Cf. Gardeil, *Le donné révélé et la théologie* **Paris, 1910, p. 285-318.**

(A) Probatur : **1.** *auctoritate,* 2. *ratione theologica* ».

(1) Auctoritate. Patres sæpe communi fidelium sensu, tanquam invicto argumento, contra haereticos utuntur; siquidem teste S. IRENÆ03, doctrina apostolica custoditur " in Ecclesia a Spiritu S. quasi in vase bono eximium quoddam depositum juvenescens et juvenescere faciens ipsum vas in quo est"; nec Spiritus Dei, ait TERTULLIANUS 3, sinit " *ecclesias aliter interim intelligere, aliter credere, quam ipse per Apostolos prædicabat* ". Igitur hoc argumentum evolvitur a S. HIERONYMO, contra Vigilantium, de cultu Sanctorum; a S. Epiphanio, quoad B. Mariæ virginitatem; a S. Basilio, quoad Verbi divinitatem, contra Eunomium. Similiter S. AUGUSTINUS 4, contra Pelagianos arguens, peccati origirfalis existentiam in parvulis, baptismi necessitatem pro eisdem, gratiæ actualis necessitatem ad initium fidei et perseverantiam demonstrat e communi fidelium sensu. Immo S. Hilarius, videns quosdam episcopos arianismo favere, dum populus fidem nicaenam integram servaret, scribere non dubitavit : " Sanctiores sunt aures plebis quam corda sacerdotum " 5.

1140. — (2) Rat. theol. : 1. ex *infallibilitate Ecclesiæ,* 2. ex *ejusdem unitate.*

(a) Ex *infallibilitate.* Revera *Christus* ideo infallibilitatem instituit *ut fides Christiana integra ac immaculata* custodiretur, " donec occurramus omnes in unitatem fidei ". Atqui hic finis obtineri nequit nisi fidelium corpus, in communione cum pastoribus manentium, rectæ fidei constanter adhaereat : nam si, per notabile tempus, fidelium coetus tanquam fidei dogma accipit quod revera non est divinitus revelatum, jam tota moraliter Ecclesia graviter errat in rebus fidei : quod est contra ejus indefectibilitatem. Aliunde, si corpus Pastorum infallibilitate gaudet, corpus Fidelium, quod suis rectoribus unitum manet, in fide errare nequit.

1 **Franzelin,** *De Divina Tradit.,* **p. 103 sq.; Schrader,** *De theol. testium fonte,* **p. 323 sq.; C. Pesch,** *Prcelect. dogmat.,* **t. I, p. 424 sq.**

3 **S. Iren.,** *Adv. Heres.,* 1. **III, c. 24;** *P. G.,* **t. VII, 966.**

» **Tertullian.,** *De Prescription.,* **n. 28; T'.** *L.,* **t. II, 40.**

4 **S. August.,** *Semi.* **294, 14-17;** *P. L.,* **t. XXXVIII, 13-43 ;** *Contra Julian.*. 1. **I, n. 31, 32;** *P. L.,* **t. XLIV, 662;** *De Donopersever.,* **n. 63, ibid., 1031.**

5 **S. Hilar.,** *Cont. Auxentium, n^^^*

(b) Eκ *unitate.* Hanc Ecclesiæ praerogativam Jesus voluit vigere, non solum in regimine, sed etiam in fide (cf. n. 775). Porro evidenter destrueretur fidei unitas, si populi Christiani consentientes sese ab infallibilibus magistris averterent. Ergo. — Hinc fidelium consensus Traditionem divinam certo indicare potest.

1141. — (B) Conditiones requisita.. Ut sit infallibile veritatis critérium, fidelium consensus debet esse : (a) *certus,* non dubitativus nec opinativus; *clarus,* non ambiguus; *moraliter unanimis,* nam particularis ecclesia decipi potest; (b) spectans *res fidei et morum,* quæ in explicita fidelium cognitione vel constanti aliqua praxi continentur : si enim agitur de rebus *subtilioribus,* quæ implicite tantum a plerisque fidelibus creduntur, ad hunc consensum provocari non debet : " Quo in genere, ait M. Canus si vulgarem plebis sententiam roges, perinde erit, ut si a cæco sensum colorum postulares ".

J

‘ M. Canus, L VIT

SECTIO II

DE SCRIPTURA SACRA [1]

1142. — Objectum et divisio.

Libri sacri gaudent auctoritate *humana* simul et *divina :* quarum prior consideratur in apologeticis tractatibus; nunc vero posterior tantum investigatur, quæ ex divina inspiratione procedit. Omissis quæstionibus de auctoritate, authenticitate, integritate et canonicitate librorum sacrorum, quæ ad "Introductionem biblicam" pertinent, exponemus in *triplici* capite Scripturæ S. : i. *notionem* et *exister,tiam,* 2. *inspirationem,* 3. *inerrantiam* et *interpretationem.* — Quas tamen quæstiones nonnisi breviter attingimus, cum hodie fusius in cursu Scripturæ expendi soleant.

1143. — Conspectus generalis.

De Scriptura Sacra

Cap. I. *De Scripturæ. S. notione et existentia.*
Cap. II. *De inspirationis natura et extensione.*
i. De natura inspirationis.
n. De extensione inspirationis.
Cap. III. *De inerrantia et interpretatione Scripturæ S.*
i. De inerrantia Scripturæ S.
π. De interpretatione Scripturæ S.
Epilogus. Traditio et Scriptura S. inter se comparantur.

1 **D. B., Cf. Index If; Leo XIII, Encycl.** *Providenlissimus,* **18 nov. 1893; D. B., 1941, sq.; Benedictus XV, Encycl.** *Spiritus Paraclitus,* **15 sept. 1920; P. Schmid,** *De inspirationis Bibliorum. vi et ratione,* **Brixinæ, 1885; Dausch,** *Die Schrif(inspiration,* **1891 ; C. Pesch,** *De inspiratione S. Scriptura,* **Friburg. Br., 1906; L. Billot,** *De inspiratione S. Scriptura,* **Romæ, 1906; V. Bainvel,** *De Scriptura Sacra,* **Paris, 1910; Enchiridion biblicum, Romæ, 1927; H. Lusseau et M. Collornb,** *Manuel d'Etud. bibi.,* **t. I,** *Introduction générale,* **Paris, 1936.**

CAPUT I

De Scripturæ S. Notione et Existentia

1144. — Conspectus.

De Scriptura Sacra	
1. *De ejus notione*	2. *De ejus existentia.*
Nomina, definitio, praestantia.	Status quaestionis. Thesis demonstratur.

I. De Notione Scripturæ S.

Indicantur ejusdem : 1. *nomina,* 2. *definitio*, 3. *præstantia.*

1145. — (1) Nomina, (a) Libri inspirati multiplici appellatione designantur *Testamentum, divina Bibliotheca; Scriptura, Liber,* numero singulari aut plurali, cum vel sine adjectivis : *inspiratus, divinus, sacer,* ' etc. (b) Vocantur præsertim : *Libri* (τα Β-.βλία), *Biblia* et *sacra Scriptura,* per antonomasiam : 1. *Biblia* nam præ aliis assequitur librorum scriptorum finem, qui est eruditio : etenim continet divinam doctrinam, quæ " *utilis est ad docendum, ad arguendum,* ad corripiendum, *ad erudiendum in justitia :* ut perfectus sit homo Dei *ad omne opus bonum instructus* " a. 2. *Sacra,* " primo quia a Spiritu S. sunt inspirati, secundo quia sancta continent, tertio quia sanctificant " 3.

1146. — (2) Definitk). Scriptura S. est collectio librorum *qui " Spiritu S. inspirante conscripti Deum habent auctorem atque ut tales ipsi Ecclesice traditi sunt"* 4. Vel brevius : *Verbum Dei, Spiritu S. inspirante, ab hominibus scriptum.* Quare Scriptura S. est fons purus divinæ revelationis et certus locus theologicae scientiae.

(3) Praestantia Scripturæ S. constat ratione : 1. *auctoris:* nam Scriptura ab ipso Deo conficitur; 2. *modi,* procedit enim a divina inspiratione omnino supernatural! ; 3. *objecti :*

CI. R. Comely, *Historica et Cnhca Introduci, in V. T. Libros sacros,* **t. I, p. 19 sq.; Parisiis, 1885.**

' *II Ttm.,* **III,** 16. — 3 **S. Thom.,** *Rom.,* **I, 2; lec. 2.**

4 *C. Vatican.,* **Sess. III, cap. 2; D. B., 1787.**

continet Dei altissima mysteria, opera, promissiones, consilia; 4. *finis :* datur in adjutorium Ecclesiæ magisterio, nam inspirata dogmata conservat et homines ducit ad supernaturalem eorum finem seu vitam æternam.

II. De Existentia Scripturæ S.

1147. — Status quæstionis.

(a) Errores. Existentiam inspirationis negaverunt : *Rationalisiez* qui eam tribuunt naturæ viribus; *Protestantes liberales* et *Moderniste,* irridentes theologos qui docent libros sacros a Deo scriptos fuisse '.

(b) Doctrina catholica. Ecclesia definivit in *C. Vaticano* Scripturam S. a Deo supernatbraliter inspiratam et conscriptam fuisse2. Et *C. Tridentinum* jam dederat librorum sacrorum seu inspiratorum indicem 3.

1148. — Thesis. **Existunt libri qui, Spiritu inspirante conscripti, Deum habent auctorem.** *De fide.*

Ecclesiæ magisterium.

(1) *C. Florentinum* vocat Deum auctorem V. et N. Testamenti, "quoniam *Spiritu Sancto inspirante* utriusque Testamenti sancti locuti sunt "4. (2) *C. Tridentinum* asserit libros utriusque Testamenti habere Deum auctorem 5. (3) Idem affirmatur a *C. Vaticano,* quod insuper anathematizat negantem eosdem libros fuisse inspiratos 6.

Probatur

(A) Script. Existere Scripturam a Deo inspiratam multoties affirmatur in *Veteri* et in *Novo* Testamento.

(1) *In V. Test,* (a) Scriptores sacri non pauci asserunt a Deo accepisse mandatum ipsius verba conscribendi : ita *Moysi* Dominus dixit : "Scribe hoc, ob monumentum, in libro". *(Exod.,* XVII, 14; XXXIV, 2' *Deuter.,* XXXI, 19); simile praeceptum acceperunt *Isaios* (VIII, 1 ; XXX, 8; cf. XXXIV, 16); *Jeremias* (XXX, 2; XXXVI, 1 sq.)

(b) Insuper hagiographi, in antiquo Testamento, nomine

1 **D. B., 2009;** cf. **Etudes, 5 avril 1908, p. 31** sq. — 3 **Đ* B., 17S7.**
3 **D. B., 787. — * D. B,, 706. — 5 D. B., 783. — 6 D. B., 1787.**
1 **J. M. Hervé,** *De Fbntihus /\eveldtionis,'t\. 600* **sq. ; C. Pesch,** *De Licis theologicis,* **n. 605 sq.**

prophetæ vocantur. Porro hoc verbum in V. T., significabat hominem, qui loquitur vel scribit, sub immediata motione seu inspiratione supernatural! a Deo accepta, (c) Attamen nullibi expresse dicitur totam Scripturam fuisse divinitus inspiratam.

1149.— (2) *In. Novo Testam.* Loquitur enim : \.*de Veteri Testamento,* 2. *de seipso,* 3. *de tota Scriptura.*

a) *De Veteri Testam.* Pluries, tum ab ipso *Christo (Marc.,* XII, 36; *Matth.,* XXII, 41-43), tum ab *Apostolis (Act.,* I, 16; II, 30; IV, 24 sq.), declaratur *David* locutum fuisse "in Spiritu Sancto" seu inspiratum fuisse; affirmatur *Moysis et Prophetarum* verba fuisse a Deo ipsis Judæis dicta, i. e., sub ejus influxu scripta *(Matth.,* XXII, 31-32; *Ex.,* 111, 6 ; *Hebr.,* IV, 4).

(b) *De seipso.* Ita *S. Joannes* librum suum vocat prophetiam *(Apoc.,* XXII, 9) et asserit se zXpocalypsim scribere ex Dei præcepto *(lb.,* I, 10, 19; XIV, 13; XIX, 9). Similiter S. *Petrus* B. Pauli epistolas æquiparat " ceteris Scripturis", quæ summa gaudent auctoritate.

1150. — (c) *De tota Scriptura.* Universæ Scripturæ inspiratio asseritur praesertim in *explicita* declaratione S. Pauli *ad Timotheum* (II *Tim.,* III, 14-16). Apostolus Timotheum ad perseverantiam in fide hortatur, quæ fundatur in Scripturis inspiratis : " *Omnis Scriptura divinitus inspirata* (πάσα ·φαφη θεόπνευστο) utilis est ad docendum ". (v- 16).

In hoc loco agitur : (a) de *Scriptura,* i. e. de libris sacris quos ab infantia Timotheus didicerat; (b) de Scriptura *tota,* nempe saltem de V. Testamenti scriptis, et etiam, juxta quosdam, de libris N. T. jam scriptis. Insuper vox πάσα sumi potestatum collective *(integra* Scriptura), tum distributive (quoad *singulas Scripturæ partes),* (c) Scriptura dicitur *divinitus inspirata* (θεόπνευστο). Hæc vox græca intelligenda est *sensu passivo* (nempe *divinitus inspirata).* Etenim hic est ordinarius sensus adjectivorum cum verbo θεό compositorum; præterea hic est classicus sensus ejusdem vocis; insuper idem sensus adhibetur a græcis r' latinis Patribus, a Vulgata, Peschito, etc.

Ergo S. Paulus declarat universam Scripturam fuisse a Deo inspiratam. — (Cf. *IIa Petri,* I, 10-21).

1151. — (B) **Ratione** suadetur, (a) Equidem mens humana, propriis viribus, Scripturam quatenus inspiratam cognoscere nequit, quia inspiratio est aliquid supernaturale quod sensu non percipitur, (b) Sed supposita Bibliæ inspiratione, facile intelligitur quomodo auctores sacri aliquando imperiti, loquantur cum tanta certitudine, securitate et veritate de rebus altissimis; luomodo scriptores diversæ ætatis et conditionis numquam sibi ontradicant; et alia hujusmodi quæ naturaliter non explicantur.

CAPUT II

De Inspirationis Natura et Extensione I

1152. — Conspectus.

De Inspiratione

i° De *natura inspirationis.*
(a) Praenotiones : definitio, species.
(b) Quid non sit inspiratio?
(c) Quid sit inspiratio?

20 De *extensione inspirationis.*
(a) quoad libros inspiratos.
(b) quoad res in libris sacris contentas. De universalitate inspirationis : realis, verbalis.

Scholion. De Vulgata editione.

ARTICULUS I

De Natura Inspirationis

Post *prænotiones* circa inspirationem, dicemus primum de ejusdem *natura.*

M. Vosté, *De vattira et extensione inspirationis biblica,* **Romæ, 1924; E. Dorsch,** *De Inspiratione S. Scriptura,* **1927; H. Hopfl,** *Tract, de Inspiratione S. Scripturæ,* **Romæ, 1929; H. Lusseau,** *Essai sur la nature de l'inspiration scripturaire,* **Paris; E. Mangenot, art.** *Ecriture et Inspiration* **in** *D. T.* **C.yart.** *Inspiration* **in** *Diet, de la Bible;* **A. Durand, art.** *Inspiration de la Bible,* **in** *D. A.,* **col. 894-916; M. Hervé,** *Manuale Theol. dogm.,* **t- P· 547'57°; E· Diekamp,** *Theol. dogm. manuale,* **t. I, p. 28-48.**

1153. — Pr .ENOTIONES : i. *definitio,* 2. *species.*

(A) Definitio, (i) *Etymologica,* (a) *Inspiratio, latine* significat motionem non ab interiori; sed ab exteriori, scilicet a Deo «.

(b) *Græce :* ἐπίνοια, a verbo πνευω, *(insufflatio)* indicat metaphorice influxum naturalem vel supernaturalem ab externo in humanas facultates. Scriptura dicitur a S. *Paulo* θεόπνευστο 2, i. e., a Deo inspirata, ut vertunt lexicographi (cf. n. 1151). Λ

S. *Petrus* 3 scribit hagiographos a Spiritu S. impulsos fuisse, et Patres eos vocant θεοοερόαενου vel πνευ^ατο^ορου .

(2) *Reads.* Inspiratio, sensu *stricto,* est influxus divinus supernaturalis, quo auctores sacri, ut libera instrumenta divinitus sumuntur, ad libros scribendos qui Deum habent proprie auctorem.

1154. — (B) Species. Inspiratio *dividi* potest ratione : i. *subjecti, 2. objecti.*

(a) Ratione *subjecti,* dicitur *activa,passiva et terminativa.* i. *Activa* est Dei excitatio hominem moventis ad librum sacrum scribendum. 2. *Passiva* est hujus motionis effectus in homine, seu charisma supernaturale, ad modum gratiæ gratis datæ,quo hagiographus fit Dei instrumentum liberum in libri compositione. 3. *Terminativa* est supernaturalis qualitas qua Scriptura S. stricte dicitur et est Dei verbum.

(b) Ratione *objecti,* inspiratio dicitur *realis* aut *verbalis,* secundum quod refertur ad *res* aut ad *verba* libri.

1155. — Natura INSPIRATIONIS. Dicemus de ea : i. *quid non sit? 2. quid sit?*

§ I — Quid non sit Inspiratio?

Statuemus inspirationem esse: i.nec *hominis* personalem impulsum aut motum pium; 2. nec *Ecclesiæ* approbationem 3. nec *Dei* assistentiam aut revelationem.

1156. — (A) Non est impulsus personalis nec pius animi motus. *De jide.*

' *Sum. theol.,* i» 2®, q. 68. a. 1.
- *II Tint.,* III, 16. — 3 *II PαΓ* t 21

Hæc enim sententia negat divinam et supernaturalem Bibliæ inspirationem a C. Florentino et Vaticano definitam (cf. n. 1148-1159.)

i. Errores. Nonnulli *Protestantes,* [1] *Semi-Rationalisiez* et præsertim *Modernistic,* [2] juxta quos inspiratio est aliquid mere naturale et personale; scilicet quædam inspiratio "poetica" vel impulsus aut motus pius animi, vi cujus homines religiosi moventur ad aliis exprimendum experientias, emotiones aut doctrinas ad religionem spectantes.

1157. — 2. Probatur. Etenim Scripturæ S. tribuuntur directe Deo vel.Spiritui Sancto; insuper *Patres* asserunt, cum S. AMBROSIO [3]: Hagiographi "scripserunt quae Spiritus S. eis loqui dabat." Porro, juxta sententiam oppositam, auctor libri sacri non esset Deus, sed solus homo, qui humanas cogitationes vel pios sensus aliis manifestat.

1158. — (B) Non est subsequens Dei aut Ecclesiæ approbatio = inspiratio subsequens.

i. Errores, (a) Quidam, ut Lessius (1586),[4] Haneberg [5] (1863), putant librum humanum, quem *Deus* vel *Spiritus S.* testantur ab omni errore immunem, inter libros inspiratos reponi posse, (b) Boxfrerius (1625) eumdem modum inspirationis admittit ut possibilem pro Scripturis deperditis [6]. (c) Alii vero docent IIum librum Macchabæorum et omnes mere historicas partes V. et N. Testamenti non inspiratas fuisse nisi per *Ecclesiæ approbationem subsequentem* [7].

2. Doctrina catholica declarat ad inspirationem non sufficere *approbationem nec Dei, nec Ecclesiæ :* prior assertio est *theologice certa;* posterior, *de fide.*

1159. — 3. Probatur, (a) C. Vaticanum docet : " Eos (libros) Ecclesia pro sacris et canonicis habet, non ideo

[1] **Grotius, Sender, Wegscheider, etc., de quibus C. Pesch,** *op. cit.,* **n. 231 sq.**

[2] **Cf. D. B., 2010 sq. ; 2090 sq. Sabatier *,** *Les religions d'autorité et la religion de l'esprit,* **p. 387 sq. ; Paris, 1904.**

[3] **S. Ambros.,** *Epist.* **8.**

[4] **Lessius,** *De divin, inspirat, doctrina.* **Cf. C. Pesch,** *op. cit.,* **n. 283 sq.**

[5] **Haneberg,** *Hist, de la Révélât.;* **trad. Goschler. t. II. p. 468 sq. ; Parisiis, 1856.**

[6] **Bonfrerius,** *In Scriptur. proloquia,* **VIII, sect. 7; cf. C. Pesch,** *op. cit.,* **n. 323 sq.**

[7] **Haneberg,** */. cit.;* **Holden,** *Divina fidei analysis,* **Parisiis, 1782: cf. C. Pesch,** *op. cif..* **n. 315 sq.**

quod sola humana industria concinnati, *sua deinde auctoritate sunt approbati;* nec ideo dumtaxat quod revelationem sine errore contineant ; sed propterea quod, *Spiritu Sancto inspirante conscripti, Deum habent auctorem,* atque ut tales ipsi Ecclesiæ traditi sunt. 1 ”

(b) Inspiratione Deus fit verus libri auctor. i. Sed *Ecciesice approbatio* subsequens non mutat libri auctorem, qui illum scripsit sine speciali et positivo Dei influxu : ejus declaratio inspirationem libri sacri affirmare non autem creare potest. 2. Eodem modo *approbatio divina* alicujus libri jam scripti non est ejus compositio : episcopus enim iibrum approbando sane non fit ipsius auctor.

1160. —(C) Non est simplex Dei assistentia inspiratio concomitans.

1. **Errores.** Du Pin, Calmet, lahn, Holden, aliique confundunt inspirationem cum *Dei assistentia* ab errore præservantis hagiographum.

2. Catholici theologi thesim asserunt : nam, ex *Vaticano,* non sufficit quod libri sacri “ revelationem sine errore contineant

3. Probatur. Etenim græca vox θεόπνευστο , qua designatur Scriptura sacra3, antecedentem impulsum significat, non autem solam negativam assistentiam. Insuper definitiones *ex cathedra* R. Pontificis dici nequeunt inspiratae, licet sub divina assistentia edantur; præterea canon Scripturæ S. augeri posset : sed est omnino clausum post S. Joannem. Aliunde simplex assistentia non sufficit ut Deus sit proprie auctor libri.

(D) Non est Dei revelatio. *-De fide,* ex *C. Vaticano* supra citato (cf. n. 1159.)

i. **Errores.** *Veteres Protestantes,* Lutherus, Melanchton s. declarant *inspirationem non differre a revelatione;* proinde Scriptura S. est divina quia revelationem exprimit et continet.

1 D. B., 1787.

II Ill, 16. Græca vox etymologice significat *afflatu divino acftu* et de iis usurpator quorum scripta vel sermones ad divinum impulsum referenda sunt ; cf. Schleusner, Grimm, *Lexicon,* ibi.

3 Grotius, Chemnitz.

2. Probatur, (a) Ratione inspirationis, hagiographus comparatur ad Deum inspirantem tamquam instrumentum ad causam principalem. Sed, in simplici acceptione notitiæ, etiam per revelationem acquisitae, nemo censetur instrumentum ejus a quo notitiam accipit, (b) Præterea non raro auctores sacri affirmant se scribere res visu, auditu vel studio cognitas ideo non revelatas.

II. — Quid sit Inspiratio[2].

Status quæstionis.

1161. — (A) Praenotanda.

(a) Natura inspirationis deducitur a theologis ex dogmate, in quo affirmatur Scripturam habere Deum tanquam auctorem seu causam efficientem. Attamen certe Deus libros sacros edidit non immediate per se; sed mediate, "pèr conscriptores humanos", qui sunt eorumdem causæ instrumentales, (b) Itaque Scripturæ *Deus* est causa *principalis; scriptor* vero causa *insfrumentalis.* De priore, nulla dubitatio possibilis est. Posterius *constanter* affirmat catholica Traditio [3], quam sic exprimit ANGELICUS DOCTOR : "Auctor *principalis* S. Scripturæ est Spiritus S..... homo fuit auctor *insfrumentalis* " [4].

(e) Ex hac Ecclesiæ doctrina concludi potest quænam sit *inspirationis essentia,* in qua inveniuntur, inter Deum et hagiographum, relationes quæ semper vigent inter causam principalem et causam instrumentalem. Hujusmodi theologica notio inspirationis est omnino legitima et

9

[1] *Ioan.* **XIX, 35; XXI, 24;** *Luc.* **I, 23;** *II Reg.,* **I, 19. Recte scribit S. Bellarminus : Deus sacris auctoribus "non semper revelabat quæ scripturi erant, sed excitabat ut scriberent ea quæ viderant vel audierant, quomodo recordabantur, et simul assistebat ne falsi aliquid scriberent. "** *De Verbo Dei,*

[3] **S. Protin,** art. *La nature de l'inspiration,* **in** *Rev. Augustin.,* **1900, I, p. 25, sq. M. J. Lagrange,** *L'inspiration et les exigences de la critique,* **in** *R. B.,* **1895-1897; D. Zanecchia,** *Divina inspirat. S. Scripturarum ad mentem S. Thoma,* **Romæ, 1899;** *Scriptor sacer sub divina inspiratione,* **Romæ, 1903; Méchineau,** *L'idée du livre inspiré,* **Bruxelles, 1907; H. Lusseau,** *op. cit.,* **2a pars.**

[3] **Cf. textus citatos a C. Pesch,** *Pralect. dogmat.,* **t. I, p. 435.**

[4] **S. Thom.,** *Quodl.,* **VII, a. 14, a. 16; Leo XIII, Encycl.** *Providentissimus.*

essentialiter concordat cum ejusdem notione, quam vocant *exegeticam* et *a posteriori,* quæ ex prævia consideratione singulorum librorum sacrorum oritur.

1162. — (B) **Præviæ notiones.**

Ut quæstio securius solvatur, rememoramus quædam thomisticæ philosophiæ principia de causa sive principali sive instrumental!r.

Causa efficiens *principalis* producit virtute propria effectum. Causa vero *instrumentalis* seu instrumentum producit effectum per virtutem causæ principalis. Instrumentum duplici operatione gaudet : alia est ei connaturalis et propria, ita calamus scribit; alia est proprie instrumental seu derivata a causa principali, sic calamus orationem scribit. §3

Igitur instrumentum non est tale nisi sub principalis agentis actione;[1] non perficit instrumentalem (suam) actionem, nisi exercendo actionem propriam "[2]; non mutatur ejus natura ab agentis principalis motione; denique ex causa principali et instrumental! unum resultat principium et una operatio, quæ ab utraque causa procedit totaliter, licet sub respectu diverso.

1163. — Thesis. **Inspiratio consistit in eo quod Deus "supernatural! virtute ita eos (hagiographos) ad scribendum excitavit et movit, ita scribentibus astitit, ut ea omnia eaque sola quæ ipse juberet, et recte mente conciperent, et fideliter conscribere vellent, et apte infallibili veritate exprimerent "** [3].

Hæc inspirationis definitio proponitur a Leone **XIII** et optime declarat partes tum *Dei,* tum *hagiographi,* in biblica inspiratione. H

I. PARTES DEI.

Per inspirationis charisma Deus "*supernaturali virtute... excitavit et movit*" sacros auctores, (i) Hæc motio convenit causæ principali, quæ instrumentum reducit ad effectus productionem; est non tantum moralis sed physica seu

1 S. Thom., *Cant. Gent.,* 1. **III,** c. 70; *Sum. theol.,* 3, q. 19, a. 1; *Quodlib.,* VII, cap. 14, ad. 5.

a *Sum. theol.,* 3, q. 62, a. 1.

3 D. B., 1952; *Enchiridion biblicum,* Roinæ, 1927.

realis; est *efficax,* quatenus infallibiliter suum obtinet effectum, ita ut, sub ejus influxu, auctor certo etsi libere scripturus sit ea quæ Deus vult; procedit a tribus divinis personis, cum sit actio ad extra, attamen Spiritui S. appropriâtur.

(2) Talis motio est : (a) *supernaturalis* ratione principii, modi et finis; (b) *charismatica* seu *gratia gratis data,* cum per se et primario detur non ad propriam auctoris sanctificationem, sed ad totius Ecclesiæ utilitatem *(1 Cor.,* XII, 7-11), inspiratio autem pertinet ad prophetiae charisma1; (C) *extraordinaria,* quia paucis tantum datur, extra communem agendi modum, et modo transitorio, quamdiu scilicet auctor sacer munus exercet instrumenti ad scribendum.

1164. --- II. PARTES HAGIOGRAPHI.

Considerari possunt : i° *in genere,* 2° *in specie.*

(A) *In genere.* Auctor sacer, qui est causa instrumentalis, motionem accipit per inspirationem a Deo, causa principali. Hæc divina motio influit in omnes hagiographi tacultates : principaliter in *intellectum,* sed etiam in *voluntatem* quæ agit et imperat *aliarum* actus *potentiarum,* ut liber scribatur. Juxta S. THOMAM, inspiratio est "quædam vis aut impressio a Deo illuminans et tangens corda"2.

1165. — (B) *In specie.* (1) **Influxus in intellectum.** Deus ita scribentibus astitit ut *recte mente conciperent, fideliter conscriberent* et *apte exprimerent* 3.

a) Intellectus in hagiographo munus habet præcipuum, cum libri compositio sit præsertim opus intellectuale. A Deo inspirante recipit motionem in præparatione et redactione libri sacri.

(b) Primum res scribendæ "*recte mente"* concipi debent. Lumen inspirationis dirigit auctoris mentem ad harum rerum considerationem, quarum notitia prærequiritur et obtinetur : sive *mediis naturalibus,* scilicet propria experientia et memoria, historicis documentis, etc.; sive (alias sed non necessario) *Dei revelatione,* quando agitur de rebus scriptori omnino imperviis 4. Hæc vero revelatio

* *Sum. theol.,* **2ª 2æ, q. 171 prol. — = S. Thom.,** *In I Cor.,* **XIV, lect. 6.**
1 **Cf. D. B., 1952.**
* *Sum. theol.,* 2.* **2r, q. 171, a. 3; q. 174« a· 2_:** *Veritate,* **q. 12, a. 12.**

non est inspiratio (cf. n. n6o), sed potius aliquid prærequisitum ad inspirationem.

(c) Postea inspiratio proprie dicta intellectum scriptoris sacri penetrat et illuminat, ita ut idem scriptor, sub Dei motione continua, concipiat ideas, efformet judicia et eligat verba ad eorum expressionem. Quare hagiographus *fideliter conscribit* et *apte exprimit* ea omnia et sola quæ Deus jubet.

(2) **Influxus in voluntatem.** Deus hagiographos assistit ut *"fideliter scribere vellent"*. In alicujus libri auctore, voluntas fertur tum in propositum scribendi libri, tum in ipsius compositionem.

(a) Inspiratione sua Deus efficaciter movet hagiographi voluntatem, ut ille decernat conscribere veritates in intellectu divinitus conceptas, et executionl mandet quod decretum est, ipso Deo volente ».

(b) Hæc divina motio data fuit aliquando, *occasione circumstantiarum* externarum aut *motivorum* humanorum : v. g., quando Paulus ad Philemonem scripsit ut commendaret Onesimum servum ejus fugitivum. Sub divino influxu, hagiographi voluntas imperat diversas facultates ut liber componatur effective.

(e) Notetur quod *materialis conscriptio* libri non necessario fit ab auctore sacro; sed ab amanuense perfici potuit et pluries perfecta fuit[2].

1166. — (3) Motio Dei inspirantis perseveranter assistit intellectui et voluntati auctoris sacri; " ipsi... peculiariter continenterque adest, inquit BENEDICTUS XV [3], non solum negative ab errore præcavendo, sed etiam positive, ut ea omnia eaque sola quæ Deus juberet infallibili veritate scriberet, nihil ex eis omittendo, nec aliquid eis addendo"[4].

[1] *II Petr.*, I, 21 ; *II Tim.*, III, 16.

[3] Cf. *Rom.*, XVI, 22; Respons. *Coni, biblicce*, 27 jun. 1906.

[3] Benedict. XV, Encycl. *Spiritus Paraclitus, A. A. S.t* 15 sept. 1920, p. 389.

[4] Cf. S. Thom., *Sum. theol.*, 2A 2æ, q. 174, a. 2, ad 3 ; *De Verit.*, q. 12, æ I2› P. Vosté, *De Scripturarum Veritate*, Romæ, 1924; L'Ami du Clergé, 21 août 1924, p. 535 scribit : " L'inspiration a son point de départ, son principe dans la volonté de Dieu qui veut communiquer aux hommes certaines vérités et les leur communiquer par écrit. L'exécution de cette volonté divine implique chez l'hagiographe une motion spéciale de son intelligence et de sa volonté pour le déterminer à écrire. Son intelligence doit ensuite être illuminée pour distinguer et assembler les idées que Dieu veut lui faire exposer. Ce n'est donc [xis de son propre mouvement, mais par une motion divine, que l'auteur sacré conçoit et assemble dans son esprit les pensées qu'il doit énoncer. Ces pensées ainsi conçues et déterminées ne sont pas ses propres pensées, mais celles de Dieu, et elles participent par conséquent à sa certitude et à son infallibilité ... L'hagiographe n'étant qu'une cause instrumentale, a comme tout instrument une double action. Il agit d'après la vertu de l'agent principal qui l'utilise, mais il agit aussi suivant sa forme propre. Il donne donc à la formation des idées élaborées dans son intelligence, sous la motion divine, son cachet personnel tant pour la modalité des concepts que pour celle de la rédaction et du style. Le tempérament spécial de l'auteur inspiré n'est nullement modifié par l'action divine, ses aptitudes ne sont pas davantage accrues; seulement elles sont surélevées de telle sorte que, par l'illumination del intelligence ct l'assistance divine dans la redaction, il conçoive et transcrive infailliblement les pensées divines".

[1] *Multi* sane ex sacris scriptoribus *conscii* fuerunt se esse inspiratos; nam aperte declarant se mandatum a Deo accepisse scribendi : ita *Moyses, Ex.* XVII, 14; *Isaias*, VIII, 1 ; *Habacuc*, II, 2-3; *Jeremias*, XXXVI, 1-2; auctor *Sapientia*, VII, 15; S. *[oannes, Apoc.*, I, xo, XXII, 18. Sed de *quibusdam aliis*, v. g., auctore libri Machabæorum aut S. Luca, *res dubia est :* eorum enim verba, etsi conscientiam inspirationis non excludunt, eam tamen non significant. \ *II Mac.*, II, 24; *Luc.*, I, 1-4).

Ap. Eusebium, *II. E.*, V, 16-17; *P.* 6'..\X. 466-474.

1167. — COROLLARIA. Ex dictis sequentia deducuntur quoad : i. *inspirationis essentiam, 2. librum inspiratum.*

(1) Quoad **inspirationis essentiam,** (a) Ad hanc *non sufficit* ex parte Dei : *mera motio* ut hagiographus scribat; nec *simplex directio* quo auctor dignoscit et exprimit sententias proprias, omnino distinctas a sententiis quæ a Deo stricte provenirent. In his enim casibus, Scriptura non proprie haberet Deum auctorem.

(b) Ad hanc *non requiritur,* ut auctor *conscius sit inspirationis* supernaturalis : cum enim Deus *in omnibus* nobiscum concurrat, aliquando homo ægre distinguit utrum suæ cogitationes *ordinario* an *extraordinario* Dei influxu ortæ sint. *Plerique* tamen theologi censent reapse *sacros scriptores divinet inspirationis conscios fuisse,* quia id magis convenire videtur instrumento rationali.

(C) Inspiratio *non requirit* essentialiter ut hagiographus *in extasi* scribat: quidam sane prophetæ in exstasim rapti sunt, ceteroquin ab alienatione mentis valde diversam ; sed id minime necessarium est ad inspirationem, ut Patres recte animadverterunt contra Montanistas - : Deus enim potest esse auctor primarius alicujus libri, quin auctor secundarius extra se rapiatur.

(d) Inspiratio *non supponit necessario donum apostolatus* : nam Marcus et Lucas, etsi non fuerint Apostoli *proprie didi,* sunt certo scriptores inspirati. Aliunde etsi *de facto* quidquid Apostoli scripserunt ab Ecclesia tanquam inspiratum agnitum fuit, hæc

inspiratio non sequitur necessario ex ipsa notione apostolatus; possunt enim apostoli mitti *ad docendum, non autem ad scribendum* veritates revelatas; itaque ex se charisma apostolatus distinguitur a charismate inspirationis. Si igitur quæcumque Apostoli scripserunt sunt inspirata, id ex testimonio Ecclesiæ infertur, non ex ipsa apostolatus natura

1168. — (2) Quoad librum inspiratum, (a) Ex inspirationis natura, sequitur quod sententiae' libri sacri sunt vere *divinæ,* cum procedant principaliter a Dei motione; et vere *humana,* i. e., a tali auctore humano realiter conceptæ et scriptæ, licet instrumentaliter tantum.

(b) Proinde, in libro inspirato distingui non debet *pars humana et pars divina,* cum totus sit et a Deo et ab homine sub diverso tamen respectu; sed *discerni debet formalitas divina,* qua liber sacer fit verbum Dei scriptum; et *formalitas humana,* vi cujus homo, sub Dei influxu, servat actionem propriam : stylum, linguam, imperfectiones aut qualitates.

(C) Non necesse est ut *liber inspiratus sit authenticus,* seu scriptus ab auctore cujus nomen gerit aut cui communiter tribuitur : aliquando enim certum est Deum esse auctorem principalem alicujus libri quin scriptor ejus humanus certo cognoscatur. Jam S. GREGORIUS, sæc. VI exeunte, dicebat[2] : "Inter multos sæpe quæritur quis libri beati Job scriptor habeatur... Sed quis hæc scripserit, valde supervacue quæritur, cum tamen auctor libri Spiritus Sanctus fideliter credatur

ARTICULUS II[4]

De Extensione Inspirationis[3].

Jam declarata inspirationis natura, exponenda manet ejus *extensio :* 1. quoad *libros inspiratos,* 2. quoad *res in iisdem libris contentas.*

I. — Quoad libros inspiratos.

1169. — Status quæstionis.

(i) Ecclesia sola, ratione sui infallibilis magisterii, potest authenticam librorum inspiratorum collectionem seu *canonem* agnoscere et docere.

[1] J. M. Hervé, *De Fontibus Revelat.*,n. 612.
S. Gregor., *Tnjob,* pnefat.; *P. L.*. t. LXXV. 5 sq. — D. B., V

(2) Errores, (a) Scripturarum S. canonem corruperunt *Reformatores,* qui libros deuterocanonicos rejecerunt, (b) *Rationalistic* et *Modernist#* hunc canonem tribuunt naturali auctoritati et evolutioni quorumdam documentorum in Ecclesia, (c) *Recentes* quidam *Protestantes* canoni addunt libros priorum Patrum, utpote Christianismi primitivi documenta.

1170. — Thesis. Extenditur Dei inspiratio ad omnes "S. Scripturæ libros". *De fide.*

Ecclesiæ magisterium.

Hæc doctrina fuit definita a CC. *Trident,* et *Vaticano',* ex quibus prius integrum sacrorum librorum indicem affert. — Hoc dogma hic breviter affirmatur, et agendo de Scripturæ S. canone demonstratur.

II. — Quoad res in libris sacris contentas.

Quæritur utrum, in libris sacris supra enumeratis, cadant sub inspiratione : 1. *singulte partes et sententia (= universalitas inspirationis realis);* 2. *omnia et singula verba (= universalitas inspirationis verbalis)?*

1° DE UNIVERSALITATE INSPIRATIONIS REALIS

1171. — Status quæstionis.

(a) Errores. Auctores multi inspirationem restringunt : ita *Holden,* ad res dogmaticas et morales vel cum eis necessario connexas; *Lenormant,* ad res fidei et morum. *Rohling* autem excludit ab inspiratione res scientificas, et *Newman,* obiter dicta.

(b) Catholica Ecclesia vero profitetur *omnes et singulas partes* in Scripturis S. esse inspiratas.

1172. — Thesis. Extenditur Dei inspiratio ad omnes res et sententias libri sacri. *Doctrina catholica.*

Ecclesiæ magisterium.

(a) Ecclesia definivit *libros Biblice integros cum omnibus suis partibus* esse sacros et canonicos *(C. Trident.),* vel divinitus inspiratos *(C. Vatican.)* (cf. η. 1159). Insuper damnata fuit hæc Modernistarum propositio : "*Inspiratio divina* non ita ad totam Scripturam S. extenditur, ut *omnes et singulas ejus partes* ab omni errore præmuniat"[2]

[1] D. B., 783, 1787. — [2] D. B., 2011.

(b) ÀÂ *Pontifices* idem declarant. Ita Leo XIII dicit : " Nefas omnino fuerit inspirationem ad aliquas tantum S. Scriptura? partes coangustare"1. Et BENEDICTUS XV declarat esse Ecclesiæ doctrinam : Sacri scriptores "in scribendo Spiritum Dei secuti sunt, ut *omnis sensus omniumque sententiarum Scriptura Deus causa princeps habendus sit* " 2. M

2° DE UNIVERSALITATE INSPIRATIONIS VERBALISA

1173. — Varie sententiae.

Universalitas inspirationis verbalis dupliciter intelligitur : (i) Alii, cum *Rabbinis* et *veteribus Protestantibus,* putant verba librorum sacrorum fuisse materialiter a Deo dictata hagiographo, qui mere mechanice eadem scripsit.

(2)-Alii vero *hanc sententiam respuunt,* utpote oppositam dignitati Dei et instrumentorum revelationis, et auferentem hagiographorum libertatem et singularitatem, quæ in Scripturis elucent et a Patribus laudantur; et *aliam doctrinam duplici modo* explicant, (a) Multi, ab ultimis sæculis, declarant omnes sententias Bibliæ esse a Deo inspiratas, non autem materialia verba, quæ a solo hagiographo electa sunt, sub Spiritus S. assistentia 4, exceptis tamen paucis maximi momenti, (b) *Thomiste* principaliter aliique docent inspirationem extendi ad singula verba : non per materialem eorum dictationem; sed quia sub influxu Dei, causæ principalis, auctor sacer, ejusdem instrumentum, ideas concipit et verba eligit quæ in libro inspirato exprimuntur. Hanc opinionem cum Thomistis tenemus. .".·$■

1174. — I. Thesis. Inspiratio Dei extenditur ad singula verba libri sacri. *Sententia probabilior.*

(1) Auctoritate. Hæc sententia conformior videtur verbis : (a) S. *Pauli* in textu jam explicato : " *Omnis* Scriptura *divinitus inspirata"* 5; (b) *Tridentini,* secundum

' **D. B., 1950.**

Benedict. XV, Encyc. *Spiritus Paraclitus.* **Cf. Decret.** *Commits. biblicir,* **D. B., 2180.**

E. Granelli, *De inspiratione verbali S. Scripturit,* **in** *Divus Thomas,* **1902, p. 211 sq.; 321 sq.**

4 **Schmid,** *De inspirationis Bibliorum vi et ratione,* **Brixinæ, 1885; Crets,** *Dc divina Bibliorum inspiratione,* **Lovanii, 1886; C. Pesch,** *De Inspiratione.* **n. 46« «η., 473 sq. — 5 //** *Tini.,* **III, 16.**

?

quod Scripturæ S. sunt " dictatæ " a Dço; (C) *Patrum,* qui nunquam asserunt verba S. Scripturæ non esse inspirata, sed sæpissirne inspirationem totalem et verbalem proponunt‡; (d) *R. Pontificum* LEONIS XIII et BENEDICTI XV, in encyclicis jam relatis.

1175. — (2) Rat. theol. (a) *Ex natura inspirationis.* Ratione inspirationis, Deus est et dicitur principalis auctor totius libri sacri; sed si inspiratio non ad verba pertingit, liber totus non est divinum opus, cum sit mere humanum quoad verborum electionem, (b) *Ex connexione verborum cum conceptibus.* Adversarii admittunt conceptuum inspirationem in S. Scriptura. Porro hujusmodi inspiratio impossibilis videtur, si non extenditur etiam ad verba eligenda : nam ideas naturaliter non concipimus, abstractione facta a vocibus quæ eas exprimunt. Proinde, nisi Deus voluerit instituere quamdam " vivisectionem " absonam inter conceptus et verba in mente, non potuit hagiographo inspirare conceptus non inspirando verba eosdem exprimentia.

1176. — II. Principium generale.

i°Sic enuntiari potest *Omnia et singula* in originalibus Scripturæ libris contenta, *prout et ea ratione qua in iisdem libris posita jacent,* vere a Deo sunt ut directum ad nos scriptum verbum Dei " -. Quod deducitur ex inspirationis essentia et modo quo res contentæ in aliquo libro tribui debeant ejusdem auctori.

1177. — 20 Applicationes. Quædam applicationes hujus principii evolvuntur.

Inter voces et propositiones inspiratas, quæ in Scriptura S. inveniuntur, aliæ sunt ab auctore sacro *assertæ;* aliæ vero, *simpliciter citatæ.*

(A) *Assertæ* ab hagiographo sunt *formaliter Dei verbum :* ita omnia facta historica quæ auctor sacer, quatenus est Dei instrumentum, vere affirmat et narrat.

' Cf. **S. Clemens R.,** *1 Cor.,* **45, 2; 53, 54; S. Justin.,** *Afol.·,* **I, 33; Origen.,** *Regula fidei,* **8.** *In Ps.* **r, n. ii; S. Joan. Chrysost,** *In Genes.* **hom. 15, i ; 21, i ; S. August,** *In Ps. 90,* **serm. 2, i;** *De consensu evangelist.,* **I, c. 35, n. 54; cf. R. 22, 203, 400, 483, 1479, 1609, 2158.**

1 **L. Billot,** *De Inspiratione,* **p. 60 sq.**

117 8. — (B) Aliæ sunt *citatæ* ab hagiographo tum *explicite* tum *implicite.*

(i) Explicitas citationes. Ex his *quæ explicite refet untur,* alia *reprobantur,* alia *laudantur,* alia *sine ullo judicio* narrantur.

(a) Si verba relata *improbantur* a Deo, aut ab auctore sacro, aut ab humana ratione, evidens est ea non esse Dei verbum formaliter, (b) Si vero *laudantur* a Deo, vel a Christo vel ab auctore sacro, hæc verba ut verbum Dei haberi possunt, eo sensu quo approbantur. (C) Quando verba *sine approbatione aut improbatione referuntur,* dici possunt verbum Dei *materialiter* seu quatenus inserta in libro divino; sed *non formaliter,* nempe quatenus mentem et veritatem divinam exprimentia : quod præsertim teneri debet de verbis mendosis et blasphemis, de sententiis aliorum hominum vel scriptorum non inspiratorum, de documentis quæ hagiographus non sua facit nec laudat. — Consequenter in verbis relatis improbatis invenitur error; in verbis approbatis, veritas; in verbis non approbatis aut damnatis, adest tantum veritas eorum citationis in libro sacro.

1179. — (2) Implicitae citationes sunt verba seu documenta quæ hagiographus adhibet vel allegat, quin expresse id dicat. *Commissio bibhca* asserit : Citationes implicitas *admittere non licet, nisi, salvo Ecclesiæ judicio, solidis argumentis* probetur : 1. hagiographum alterius dicta vel documenta revera citare; et 2. eadem nec probare nec sua facere, ita ut jure censeatur non proprio nomine loquir. Errant igitur qui, ad enodandas difficultates contra veracitatem Scripturæ, citationes implicitas ita frequentes admit-

1 Proposita nempe quæstione : " Utrum ad enodandas difficultates quæ occurrunt in nonnullis S. Scripturæ textibus, qui facta historica referre videntur, *liceat exegeta catholico asserere agi in his de citatione tacita vel implicita documenti ab auctore non inspirato conscripti*\ cujus adserta omnia auctor inspiratus minime adprobare aut sua facere intendit, quæque ideo ab errore immania haberi non possunt? — Prædicta Commissio *respondendum* censuit : 14 ^egative^ excepto casu in quo, salvis sensu ac judicio Ecclesiæ, solidis argumentis probetur : Ie hagiographum alterius dicta vel documenta revera citare; et 2 eadem nec probare nec sua tacere, ita ut jure censeatur non proprio nomine loqui '. Quod responsum die 13 febr. 1905 approbavit Plus X; D. B·, 1979· Cf. L. Billot, *De Inspiratione, op. cit.,* p. **36; Chauvin,**' *L inspiration,* c. S; C. Pesch, *De Inspiratione,* n. 436-450.

tunt ut exinde nutare videatur sacrorum librorum veritas historica.

1180. — (C) *Genus litterarium* libri sacri considerandum est. Aliud enim judicium de ipsius veritate fertur, secundum quod hæc veritas exprimitur in opere historico, vel doctrinali, vel prophetico, vel poetico, etc. Sed, in omni casu, teneatur semper omnia proprie affirmata ab hagiographo esse simpliciter vera.

(1) In libris poeticis facilius reperiuntur locutiones quemdam anthropomorphismum aut rhetoricam ampliationem sapientes : quæ proinde intelligendæ sunt secundum leges poematibus proprias.

(2) In libris historicis, (a) Benedictus XV reprobat eos qui " partes Scripturarum historicas non factorum *absoluta* inniti veritate arbitrantur, sed tantummodo *relativa* quam vocant et concordi vulgi opinione"1, (b) Res historicas hagiographus secundum veritatem semper exponit. Referendo vulgares traditiones aut modo populari narrando, non recedit a veritate, licet omnes circumstantias et res parvi momenti incomplete evolvat.

(C) In iisdem libris, possunt esse *parabola, allegoria, narrationes ficta* et alia ejusmodi ad veritatem quamdam moralem illustrandam ; quod quidem veritati Scripturæ minime officit.

Attamen narrationes fictas esse *non facile, nec temere* admitti debet, sed tantum quando, Ecclesiæ sensu rion refragante ejusque salvo judicio, probatur hagiographum voluisse non veram et proprie dictam historiam tradere, sed parabolam, aut allegoriam, aut aliquid hujusmodi2.

1181. — (3) In rebus scientificis, i. e., quando de phœnomenis physicis agitur, hagiographi ea describunt secundum externam apparentiam, et tractant, " sicut *communis sermo per ea ferebat tempora* hodieque de multis fert rebus in quotidiana vita, ipsos inter homines scientissimos... Scriptor sacer *ea secutus est qua sensibiliter apparent,* seu quæ Deus ipse homines alloquens ad eorum captum significavit *humano more"* s. Hæc factorum

1 D. B., 2187.

3 Ita *Commissio biblica,* 23 jun. 1905. Proposito dubio : ""Utrum *admitti possit tanqnam principium rectce exegeseos sententia,* quæ tenet S. Scripturæ libros, qui pro historicis habentur, sive totaliter, sive ex parte, non historiam proprie dictam et objective veram quandoque narrare, sed *speciem tantum historice prce seferre,* ad aliquid significandum a proprie litterali seu historica verborum significatione alienum. — Responsum est : *Negative,* excepto tamen casu, non facile nec temere admittendo, in quo Ecclesiæ sensu non refragante, ejusque salvo judicio, solidis argumentis probetur hagiographum voluisse non veram et proprie dictam historiam tradere, sed sub specie et forma historiæ, parabolam, allegoriam, vel sensum aliquem a proprie litterali seu historica verborum significatione remotum proponere". D. B., 1980. —3 D. B., 1947.

descriptio, licet non scientifica, est tamen vera secundum apparentiam, et omnino convenit ut ab omnibus intelligatur.

Scholion. De Vulgata Editione.

1182. — Declaratur ejusdem : i. *notio. 2. authenticitas.*

i° Notio. Inter latinas Bibliæ versiones, eminet *Vuigata* editio, quæ tribuitur S. Hieronymo, qui, jubente Damaso papa, majorem partem ex textibus originalibus vertit, aut ad eorum fidem revocavit. Ad hoc opus arduis assiduisque laboribus sese præparaverat, non solum philosophiæ ac theologiæ studio, sed linguam hebraicam a rabbinis discendo, Palæstinam peragrando, variasque versiones conferendo; hinc versionem præstantissimam edidit, quam ipsi Protestantes non potuerunt non mirari1.

2° Authenticitas. Ejusdem : i. *existentia.* 2. *extensio.*

(A) Existentia. Vulgata editio pro authentica habenda est. Constat ex *auctoritate Tridentini* (sess. IV) : "Sacrosancta synodus... statuit et declarat, ut hæc ipsa vetus et *vulgata editio,* quæ longo tot sæculorum usu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, et expositionibus *pro authentica habeatur" 2* '«B

1183. — (B) Extensio, (i) Hæc authenticitas *non importat absolutam conformitatem cum originali Biblice textu,* ita ut Vulgata immunis esset ab omni mendo vel errore etiam levi 3. Nam quædam correcta fuere auctoritate Sixti V et Clementis VIII, et "alia quæ mutanda

' Quorum testimonia non pauca collegit Glaire, initio gallicæ versionis *La Su Bible selon la Vulgate,* Paris, 1889-90, t. I, p. Xl-Xli. Circa Vulgatam cf. Méchineau in *Etudes Religieuses,* déc. 1894, nov. déc. 1885; Batiffol, *La. Vulgate hiéronymienne,* in *Revue Biblique,* 1893; p. 544-559; Smith ; *Did. of the Bible,* voce *Vulgate ;* Vercellone, *Sulla authenticità delle singole parti della Bibbia Vulgata,* Roma, 1866; F. Cavallera, *S. Jérôme, 2* vol., Louvain, Paris, 1922; D. H. Quentin, *Mémoire sur l'établissement du texte de la Vulgate,* Rome, 1922: Mangenot, art. *Vulgate,* in *Diction, de la Bible,* col. 2465-2500; A. Durand, art. *Vulgate latine et S. Jérôme,* in *D. A.,* col. 1943-1980; Ami du Clergé, 1920, p. 565 sq. — ' D. B., 785, cf. 1787.

3 Cf. Levesque, art. *L'authenticité et les erreurs de la Vulgate,* in *R. B.,* 1895, p. 645 sq.; Condamin, art. *Caractères de la traduction de la Bible de S. Jérôme,* in *R. S. R.,* 1911, p. 425-440; 1912, p. 105-138. Critica editio Vulgate a Protestantibus White et Wordsworth in Anglia edita est an 1895 sq. Jussu Pü X (1907). a Benedicto XV, et Pio XI confirmato, *Commissio pontificia* instituta fuit, ut, cura et studio monachorum S. Benedicti edatur editionis Vulgate textus criticus S. Hieronymi ex codicibus et Patrum'scriotis. *Librum Genesis* (1927) jam recensuit D. Gasquet

videbantur, consulto immutata relicta sunt Aliunde linguarum periti norunt nonnulla menda inveniri in ea.

(2) Hæc versio est *authentica,* eo sensu quod : (a) Est *officialis,* nec rejici potest in Ecclesia; ejus usus est legalis et praescribitur in diversis ordinarii magisterii ecclesiastici actibus x.

(b) Supponit saltem " conformitatem moralem et substantialem " cum originali inspirato, ita ut cum eodepi consonat in rebus fidei et morum; nam, juxta Tridentini theologos, "eatenus voluit Concilium Vulgatam authenticam haberi, ut certum omnibus esset nullo eam defaedatam errore, ex quo perniciosum aliquod dogma in fide et moribus colligi posset"2.

caput m

De Inerrantia et Interpretatione Scripturæ S.

1184. — Conspectus.

De inerrantia et interpretatione.

i° *De inerrantia.*

(a) Ejus existentia.

(b) Ejus amplitudo : ejus universalitas; de erroribus realibus et apparentibus.

20 *De interpretatione.*

(a) Notiones præviæ : interpretationis, sensus Scripturæ S.

(b) De legibus interpretationis : regulæ interpretationis scientific® et catholicæ.

Scholion. Munus Ecclesiæ relate ad Scripturàm S.

' Juxta *Commissionem biblicam,* versio S. Scripturæ in ecclesiis publice legenda fidelibus debet sumi non -ex textibus primigeniis sive græcis sive hebraicis; sed tantum ex Vulgata editione, seu "ex textu ab Ecclesia pro sacra liturgia approbato. " (30 april. 1934).

ARTICULUS I

De Inerrantia Scripturæ Sacræ.

Quaeritur utrum Scriptura S., ratione inspirationis, gaudeat absoluta veritate seu *inerrantia*.* Et ejusdem inerrantiæ probamus : i. *existentiam,* 2. *amplitudinem.*

1185. — Status Quæstionis.

(i) Errores. Multi Scripturæ inerrantiam negant, (a) *fiationalisti?* Scripturas considerant ut libros mere humanos, et in eis vident sæpius mythos, legendas, errores et multas contradictiones præsertim in rebus physicis et historicis.

(b) *Alii* inerrantiam coarctant soli elemento religioso aut rebus fidei et morum in libris sacris; alii in Scriptura agnoscunt popularem historiam de narratorum veritate parum curantem; alii denique exaggerant "citationum implicitarum" numerum aut sensum ad errores Scripturæ admittendos.

(c) *Modernistæ* docent relativam veritatem libri sacri, qui refert opiniones tempore auctoris vigentes, sed non amplius cum progressu et evolutione hodiernis concordes.

(2) Doctrina catholica affirmat Scripturam S. originalem et authenticam frui veritate absoluta et necessaria.

I. Ejus existentia.

1186. — Thesis. Nullus omnino error est in Scriptura S. inspirata. *Doctrina catholica.*

Ecclesiæ magisterium.

(a) Leo XIII declarat : "Tantum vero abest ut divinæ inspirationi error ullus subesse possit, ut *ea per se ipsa, non modo errorem excludat omnem,* sed *tam necessario excludat et respuat, quam necessarium est Detun, summam Veritatem, nullius omnino erroris auctorem esse.* Hæc est antiqua et constans fides Ecclesiæ, sollemni etiam sententia in

1 Cf. Pius IX, Encyc. *Qui pluribus;* Alloc. *Maxima quidem; Syllab.,* prop. 7; Leo XIII, Encyc. *Providentissimus Deus,* 18 nov. 1893; Pius X, Decret., *Lamentabili,* prop, n, 14, 16; plura decreta *Commissionis biblicce;* P. Durand, art. *Inerrance biblique,* in *D. A.,* col. 752 sq., F. Albanese, *La verità nella S. Scrittura,* 1925; M. Sales, art. *Doctrina S. Thomcz de inerrantia biblica,* m *Divus Thomas,* 1924, p. 84 sq.; Vosté, *De divina inspiratione et veritate S. Scriptura,* Romæ, 1932.

Conciliis definita Florentino et Tridentino, denique expressius declarata in C. Vaticano..." x. (b) BENEDICTUS XV eadem docet, in encyc. *Spiritus Paraclitus,* (15 sept. 1920).

1187. — Probatur.

(1) Script. Etenim ipsa testatur, ex una parte, quod libri sacri a Deo procedunt; ex alia vero, quod Deus verax est et mentiri nequit 1.

(2) Tradit. *Unanimis Patrum et Doctorum consensus.*

(a) " *Patribus omnibus* et *Doctoribus,* ait Leo XIII (loc. cit.), persuasissimum fuit divinas Litteras, ...*ab omni errore esse immunes*...\ professi (sunt) unanimes ... Deum ipsum per sacros auctores elocutum nihil admodum *a veritate alienum ponere potuisse* " 3. (b) *Patres* de hæresi damnant eos qui errores etiam leves Scripturæ tribuunt 4. (c) Eadem est *Doctorum* sententia post S. THOMAM, qui ait : "Scripturæ divinæ a Spiritu S. traditæ non potest subesse falsum ". Et alibi : " Hæreticum est dicere quod aliquid falsum... in quacumque canonica Scriptura inveniatur" 5.

(3) Rat. theol. *Ex Dei veracitate.* Deus enim summe verax, qui nec decipi nec decipere potest, permittere nequit *errorem* irrepere in librum cujus est auctor principalis. Porro, ex dictis, Deus est principalis auctor omnium librorum Veteris et Novi Testamenti; ergo nullus in eis est error.

II. Ejus amplitudo.

1188. — Inerrantiæ amplitudo in divinis Litteris sic summatim contrahi potest.

(A) Universalis et absoluta veritas ex inspiratione proveniens *adest tantum in textu originali,* prout ab hagiographo conscribitur; itaque non necessario excludit mendosa verba vel loca in codicibus transcriptis et versionibus translatis.

1 **D. B., 1951, 1952.**

2 *Hebr.,* **VI, 18;** *Rom.,* **III, 4 5 II/., I» 2.**

3 **D. B., 1952.**

4 **Epiphan.,** *Hares,* jh·, **August.,** *C. adv. leg. et proph.,* 1. **II, c. 2; cf. C. Pesch,** *De Inspiratione,* **p. 491 sq., qui mulla Patrum testimonia refert.**

5 **S. Thom.,** *De Potent.,* **q. 4, a. i;** *In Joan.,* **13, lect. I.**

<B) Versio latina, quæ *Vulgata* dicitur, gaudet veritate divina et *inerrantia in rebus fidei et morum :* quod affirmatur ab Ecclesiæ magisterio [1] (cf. n. 1182, 1183).

1189. — (C) *Errores reales* vel *apparentes* in S. Litteris inveniri possunt.

(1) Quoad errores reales, (a) " Fieri quidem potest, declarat Leo XIII *(op. cit.),* ut quædam librariis in codicibus describendis minus recte exciderint; quod considerate judicandum est, nec facile admittendum, nisi quibus locis rite sit demonstratum ".

(b) Errores *reales in auctore sacro :* 1. vel simpliciter referuntur, quod sæpe fit, v. g., " Dixit impius in corde suo : Xon est Deus2"; et tunc error ab ipso hagiographo non affirmatur; 2. vel ab eodem proprie asseruntur. De hoc casu S. AUGUSTINUS declarat, ubicumque in Scriptura "aliquid videatur contrarium veritati, nihil aliud quam vel mendosum esse codicem, vel interpretem non assecutum esse quod dictum est, vel se minime intellexisse [3] ", Idem docet Leo XIII[4]. 3. Quoad *mythos* et *legendas,* hæc habet Leo XIII *(op. cit.) :* "Cum SS. Patres inter portenta errorum et impias sententias recenseant *fabulas,* vel *mythos* in Scriptura admittere, hæc una sufficiens jam ratio debet esse theologo catholico non sequendi hac in re rationalistarum placita".

1190. — (2) Quoad errores apparentes. Teneantur sincere sequentes regulæ :

(a) In Scripturis nulla inveniri potest contradictio sive cum aliis Bibliæ locis, sive cum doctrina ab infallibili Ecclesiæ magisterio proposita, sive cum profanis scientiis certa docentibus. Nam omnis veritas est a Deo et Deus nequit sibimetipsi contradicere.

(b) Attamen notandum est Scripturam non scientifico modo loqui, nec inquirere intimam pheenomenorum naturam sed sæpe loqui juxta modum consuetum in tali vel tali tempore et regione.

[1] D. B., 785.
[2] *Ps.* XIII, 1.
[3] S. Augustin, *Epist.* 82, 1, 3.
[4] D. B., 1952.

ARTICULUS II'

De Interpretatione Scripturæ Sacræ.

I. — Notiones præviæ.

1191. — Plura sunt praenotanda de Scripturae : i. *interpretatione,* 2. *sensibus.*

I. Interpretationis Scripturæ S. notio et species.

(a) S. Scripturae *interpretatio* est judicium quo ejus sensus verus nobis manifestatur.

(b) Alia est *authentica,* alia vero *privata :* i. *Authentica* ea est qua verus Scripturae sensus proponitur ab infallibili Ecclesiae magisterio tum sollemni, tum ordinario. De hac præsertim nunc tractamus. 2. *Privata* vero datur a privatis doctoribus, qui Scripturæ sensum exponunt, juxta regulas hermeneuticae et exegeseos. Potest esse sive *vulgaris* sive *scieniifica.*

II. De S. Scripturæ variis sensibus.

Dicemus : i. *quinam sint,* 2. *quomodo revelationem exprimant.*

1192. — DE SCRIPTURÆ SACRÆ SENSIBUS.[2]

(1) Notio. S. Scripturæ sensus est id quod ejus verba immediate vel mediate significant, ex Spiritus Sancti intentione.

(2) Species. *Duplex* communiter distinguitur : 1. *litteralis* 2. *typicus?»;* 3. quibus additur alius, qui *accommodatitius* vocatur.

' **Patrizi,** *De interpretatione Scriptlirarum,* **Romæ, 1844; pars prior, Institutio de interpretatione Bibliorum, denuo edita, Romæ, 1876; J. Lajny,** *hitrod. in S. Script.,* **Lovanii, 1866, t. I, p. 219 sq. ; Ubaldi,** *Introductio,* **vol. 3; Comely,** *Introductio,* **t. I. p. 510 sq. ;** *Compend.,* **p. 126 sq. ; Chauvin,** *Leçons d'Introd, générale,* **Parisiis, 1898 ; Briggs ;** *General Introduction to the study of H. Scriptures,* **1899; Hummelauer,** *Exegetisches zur Inspirationsfrage,* **Friburg. Br., 1904; E. Mangenot et J. Riviere, art.** *Interprétation de I'Ecriture,* **in** *D. T. C.,* **col. 2290 sq. ; V. Bainvel,** *op. cit.,* **n. 210-226; M. Schultes,** *De Ecclesia catholica,* **Paris, I925> 543 s<1. » Van Noort,** *De Fontibus Revelationis,* **Hilversum, 1920, p. 72 sq.**

- **Comely,** *Manuel d.'introduci, à toutes les Saintes Ecritures,* **Paris, I9°7> t. I. p. 183-197.**

3 **Quem** *duplicem sensum* **sic exponit S. Thomas : " Illa ergo pnma significatio, qua** *voces significant res,* **pertinet ad primum sensum, qui est sensus**

1193. — (A'I *Litteralis* (seu *historicus')* (a) est illequem.ipsa verba immediate exprimunt, (b) *Subdividitur* in sensum *proprium* ct *metaphoricum,* secundum quod verba sumenda sunt proprie vel metaphorice : i. *Proprius* immediate exsurgit ex verbis obvia sua significatione acceptis; 2. *Metaphoricus* seu *paraboiicus,* provenit ex verbis figurative acceptis : hinc vocatur etiam *figuratus,* v. g., *Luc.,* XIII, 32.

Quod S. Thomas 12 illustrat exemplo : "Utroque modo utitur Scriptura, sicut cum dicitur quantum ad primum quod *Jesus ascendit,* et cum dicitur, quod sedet *a dextris Dei,* quantum ad secundum ".

(c) Controversia de multiplicitate sensus litteralis. Controvertitur num una eademque sententia in Scripturis possit habere *multiplicem* sensum litteralem.

1. Affirmarunt S. Augustinus, S. Thomas et cum eo nonnulli Scholastici : "Quia vero sensus litteralis est quem auctor intendit, auctor autem sacræ Scripturæ Deus est, qui omnia simul suo intellectu comprehendit, non est inconveniens, ut dicy: Augustinus3, si etiam secundum litteralem sensum in una littera Scripturæ plures sint sensus " s. II

2. *Communius* tamen moderni exegetæ tenent sensum spiritualem posse quidem multiplicem esse, sed *sensum litteralem, etiam in prophetiis, esse unum.* Etenim in libris humanis nonnisi unus litteralis sensus cuique sententiæ competit; jamvero Scriptura ad normam libri humani scripta est, utpote ad homines destinata. Insuper, si multiplicem haberet sensum, multis dubiis et ambagibus ansam præberet, ideoque minus apta esset ad docendum.

1194. — (B) *Typicus (seu spiritualis, mysticus),* (a) Ille est qui exprimitur non verbis ipsis, sed *rebus aut personis* per *verba indicatis,* quæ ex divinæ Providentiae ordinatione, alias res aut personas significant et earum sunt typi. Sic multa quæ *litteraliter* de patriarchis, aut regibus, vel prophetis prædicabantur, *typice* seu *spiritualiter,* de Christo intelligi debent. Nam antiquum Testamentum erat *figura,*

histortcus vel *litteralis.* Illa vero significatio, qua *res significata* per voces iterum *res altas significant,* dicitur sensus *spiritualis,* qui super litteralem fundatur, et eum supponit". *Sum. theol.,* i, q. r, a. IO; Cf. *Quodlibet.,* VII, q. M, a. 14. ; P. Synave, *La doctrine de S. Thomas sur le sens littéraire des Ecritures,* in *R. B.,* 1926, p. 40 sq.

' S. Thom., *In Galat.,* IV, lect. VII. "s·

2 S. August., Confess., 1. XII, 31 ; XXXII, S44.

• 3 *Sum. IheoL,* I. q. J. a. io; *De Rotent.,* q. 4, a, u I

vel *lypus* aut *prophetia* eorum quæ sub N. læge ventura erant, juxta illud Apostoli 1 : " Hæc autem omnia in figura contingebant illis".

(b) Sedulo distinguatur sensus *typicus* a sensu *litterali melaphorico.* Hic significatur a verbis immediate; ille autem, mediate tantum. Hoc habes exemplum : Agnus paschalis in V. Testamento erat typus Christi, ac proinde *typice* Christum significabat. Quando autem S. Joannes Baptista, Jesum ostendendo, dicebat : " *Ecce Agnus Dei", metaphorice,* quamvis littéraliter, loquebatur.

(C) *Triplex* esse potest sensus typicus[3] : i. *Allegoricus,* qui res et facta V. Testamenti refert ad credenda de Christo vel Ecclesia; 2. *Tropologicus* seu *moralis* exprimit rem ad mores spectantem, quæ immediate significatur ab alia re in Scriptura. 3. *Anagogicus* applicat res et dicta præsentis vitæ ad cælum et æternam gloriam.

Quæ omnia his versibus Veteres declarabant :

Littera gesta docet, quid credas *allegoria,*
Moralis quid agas, quo tendas *anagogia.*

Quod pariter vocabulo *Jerusalem* exponere solebant : *litteraliter* enim urbem designat, *allegorice* Ecclesiam militantem, *moraliter* animam justi, *anagogice* Ecclesiam triumphantem.

1195. — (C) *Accommodatitius* sensus (a) in eo consistit quod textus sacer usurpatur ad rem significandam, quam revera non significavit inspiratus auctor et quæ tantum similis est rei realiter significatæ.

(b) Quod fit per *extensionem* et per *allusionem : 1. Priori modo,* quando ampliatur sensus Scripturæ, v. g., si extenduntur ad sanctos in genere quæ de quibusdam tantum scripta sunt : " Inventus est justus et in tempore iracundiæ factus est reconciliatio... Benedictionem omnium Gentium dedit illi Dominus...3 2. *Posteriori modo,* quando textus applicatur rei omnino diversæ, v. g., si verba " *Deus mirabilis in sanctis suis* " ‹ sanctis *hominibus* applicantur, dum in textu referuntur ad Dei sanctuarium.

1196. — II. DE SCRIPTURÆ s. SENSU, REVELATIONIS FONTE.

Varii S. Scripturæ sensus non habent eumdem valorem ad revelationem significandam.

2 *Sum. theol.y* I, q. I, a io; *Qiiodlib.* 7, a 15.

k'r.

(1) *Litteralis sensus* est a Spiritu Sancto, proinde est revelationis fons purissimus, et ex eo solo sumi per se potest argumentum theologicum biblicum ».

(2) *Typicus sensus,* quando certo constat, *(a) ex se* eamdem vim habet ac litteralis cum sit vere a Deo intentus, quare constituit argumentum theologicum vere efficax, (b) *Quoad nos* autem, debet certo probari sive ex alio Scripturæ loco, sive ex Traditione : non enim invenitur in omni textu, aliunde non est in se evidens, nec possumus eum recte intelligere nisi in quantum Spiritus S. revelaverit rem aliquam esse typum, et quidem sub hac vel illa specifica significatione. (C) Quoad *adversarios,* videndum est utrum, ex suis principiis, hunc sensum typicum admittant necne. Si eum non admittunt, expedit aliis argumentis contra eos uti, eo magis quia quidquid essentiale sensu typico significatur, alibi sensu litterali magis evidenter significatur[2].

(3) *Accommodatitius sensus,* nec directe nec indirecte inspiratus a Deo, revelationem non continet. Et ideo nullo modo pro revelationis fonte haberi potest, nec ex se aliquid valet in theologica demonstratione[3].

II. — De Legibus Interpretationis.

1197. — (a) Ad varios S. Scripturæ sensus discernendos et præsertim sensum litteralem detegendum, *hermeneutica sacra* tradit certas interpretationis regulas, quæ ab arte *exegeseos* deinde applicantur.

1 *Sum. theol.* I, q. i, a. io ad I. M

3 Quod animadvertit S. August, *De doctrina Christiana,* l. II, c. 6, n. 8; *P. L.,* XXXIV, 39 : u Nihil enim fere de illis obscuritatibus eruitur, quod non planissime dictum alibi reperiatur B

* *Ecclesia* non raro in liturgia utitur *hoc sensu :* v. g., B. Virgini applicando quæ de Sapientia dicuntur in Sacris libris. — Eumdem sensum *sacri oratores* adhibere possunt ad religiosam veritatem illustrandam, dummodo tamen hæc accommodatio vera analogia innitatur et verba non usurpentur *contra* eum sensum quem præ se ferunt. Ita peccator Hevæ verba mutuari potest : "Serpens decepit me". *Gen.* III, 13. Sed absonum esset de B. Virgine dicere : " *Posuerunt me custodem* cum statim addatur : " *Vineam meam non custodivi ". Cantic.* 1,5; aut de Ss. Corde Jesu : " *Accedet homo ad cor altum et exaltabitur Deus ". Ps.* 63, 7"^> cum in hoc psalmo agatur de malitia peccatorum et de gloria quæ ex eorum castigatione Deo accrescit. — Multa alia exempla invenies ap. Bainvel, *Les Contresens bibliques des prédicateurs* Paris, 1924.

(b) *Hermeneutica*' (a græco ἑρμηνεύειν, explicare), designat didacticam collectionem regularum ad librorum sacrorum interpretationem. Differt ab *exegesi,* quæ harum regularum auxilio, textum divinæ Scripturæ explicat.

(c) Porro cum hermeneutica tractat de S. Scriptura, quæ est liber *humanus* simul et *divinus,* duas regularum species exponit : 1. regulas *grammatico-historicas* omnibus libris communes, 2. regulas *catholicas* libro inspirato speciales. De quibus singulatim nunc agimus, sed breviter, quia his studere solent in " Introductione ad Scripturam".

I. Regulæ Interpretationis Scientificæ.

1198. — Omnis legitima libri interpretatio eo tendit, ut, legibus grammaticæ, historicisque adjunctis sedulo inspectis, lector intelligat sensum ab auctore intentum : ad quem obtinendum non parum prosunt : i. *textus,* 2. *contextus,* *paralleli loci,* 4. variaque *commentaria.*

(1) **Textus** sedulo investigetur[2]. Nam primum *vocabulorum significatio* est cognoscenda, (a) *Linguarum* proinde *sacrarum* (hebrææ, aramaicæ, græcæ et latinæ) notitiam habere necesse est ad perfectam eorum intelligentiam; vis enim primigenii textus totaliter in versionem transire nequit, ita ut, teste Hieronymo, ad *hebraicam veritatem* recurrere oporteat[3].

(b) Necesse est etiam studere ingenio linguæ ac populorum qui ea utebantur; orientalia enim idiomata longe differunt ab occidentalibus, præsertim modo dicendi nec varietate nec ordine distincto, frequentioribus imaginibus, penuria vocum et indole minime

H. Janssens, *Hermeneutica Sacra,* Turin, 1858; Zapletal, *Hermeneutica Sacra,* 1908; E. Mangenot, art. *Herméneutique,* in *Diet, de la Bible,* col. 612 sq.

2 L. Vaganay, *Initiation à la critique textuelle néo-sacramentaire,* Paris, 1934. Optimam textus hebraici editionem edidit Rud. Kittel ;* *Biblia hebraica,* Lipsiæ, 1905 sq. ; A. Merk, *Novum Textum grace et latine apparatu critico instructum,* Romæ; Vogels, *Novum Testamentum grace et latine,* Dusseldorf; P. Bodin, *Novum Testamentum D. N Jesu Christi,* Parisiis; A. Crampon, textum Hebraicum gallice reddidit, Paris, Desclee, 1923 sq.

3 Plerique libri V. Testamenti *hebraice* scripti sunt; quædam tamen partes in dialecto *aramaico,* v. g., *Danielis,* II, 4-VII, 28; *Esdra,* IV, 8-VI, 18; VII, 12-26; *Jer.,* X, II. Non parvam utilitatem pariter affert studium aliarum *orientalium linguarum,* præsertim assyriaeæ et arabicæ, quæ hebraicæ sunt affines : ex harum enim comparatione securius determinatur sensus vocabulorum quæ dubia sunt. Cf. F. Delitzsch, *The Hebrew language viewed in the light of Assyrian research,* London, 1883.

philosophica, ideoque alia interpretatione indigent. Frequens hebraici textus lectio, assiduum commercium cum *apocryphis* V. Testamenti aut scriptis Judæorum *post-biblicis,* v. g., duplici Talmude, etc., hoc nobis præstabunt.

(C) Maximæ pariter utilitatis sunt *Grammatica* et *Glossaria* tum communia, tum specialiter ad intelligentiam utriusque Testamenti scripta

1199. — (d) Nec minoris est utilitatis *variarum collatio versionum*[2] cum enim ex variis manuscriptis desumptæ fuerint, menda quæ aliquando in textum primigenium irrepserunt, versionibus corrigi possunt; aliunde versio est quædam ipsius textus interpretatio. Inter has versiones, eminet ***Iiilgata*** (cf. n. 1182). Recurrendum est etiam ad *codices primigenios* vel ad *antiquas versiones,* ut expresse declarat Leo **XIII**[3].

Notandum est etiam textum *hebraicum* quem hodie habemus, non esse ab omnibus mendis immunem, sed opportune corrigendum recursu ad *Septuaginta* et ad *Vulgatam,* ut fatentur ipsi acatholici.

1200. — (2) **Contextus** etiam diligenter scrutetur.

Tria præsertim sunt attendenda : (a) *Occasio* libri et *scopus* auctoris : hæc si cognoscantur sive ex Scriptura ipsa, sive ex aliis

* **Inter** *Grammaticas hebraicas,* **notatu dignæ sunt : Gesenius,** *Hebraische Grammatik,* **ed.** *Kautzch* **(28), 1909; J. Touzard,** *Grammaire hébraïque abrégée,* **Paris, 1905. — Inter præcipua** *Glossaria* **sunt : G. Gesenius,** *Thesaurus hngua hebr. et chalet.,* **Lipsiæ, 1835-53; Gesenius's** *Hebrew and Chaldee Lexicon,* **London, Bagster, 1902;** *Hebrdisches und Aramaisches Handwoterbuck,* **ed.** *Buhl,* **1909; Joan. Buxtorfius,** *Lex. chald. talm. rabb.,* **Basileæ, 1639, Lipsiæ, 1865; E. Castelli,** *Lex. syriacum,* **Cottingæ, 1787 ; Brun, S. J.,** *Diction. Syriaco-latinum,* **Beyrouth, 1895; Schleusner,** *Lex. in Septuaginta,* **Lipsiæ, 1820; Bretschneider,** *Lex. Manuale,* **Lipsiæ, 1840; Schleusner,** *Lex. Graco-Latinum in .V. Testam.,* **Glasguæ, 1817; Thayer,** *Greek-english Lex. of The N. Test.,* **N.-York, 1887; Grimm,** *Lex. Graco-lalinum,* **Lipsiæ, 1903; Weitenauer,** *Lex. biblicttm Vulgata,* **Augustæ Vind., 1758; Fr. Kaulen,** *Handinuh. zttr Vulgata,* **Mainz. 1870: F. Zorell,** *Lexicon Grac. N. T.,* **Parisiis, 1931.**

2 *Précipitas versiones* **invenire est in Polyglottis, quorum præcipua sunt** *Coinpinlensia,* **a. 1502, cura** *C. Ximettes* **edita;** *Antuerpiensia* **(1569-72), ed. ab** *Aria Montano; Parisiensia,* **cura** *Guid. M. Le Gay,* **1629-1645;** *Londinensia,* **seu** *H'alloniatia,* **cura** *B. IVallon,* **Londini, 1657-1686, omnium optima; Stier-Theile,** *Polyglotten-Bibel zum praktischen Handgebi attch,* **Bielefeld, 1890. Editionem manualem edidit Vigouroux,** *La Sainte Bible Polyglotte,* **Paris, 1900 sq. — Græcam versionem V. T. edidit Henry Barclay Swete,** *The Oïd Testament m Gieek,* **3 vol., Cambridge, 1909. — De** *coplicis* **versionibus vide Hyvernat,** *sur les Versions coptes de la Bible* **in** *Revue Biblique,* **oct. 1896, p. 540, janv. 1897, p. 48; vel ap. Vigouroux,** *Diet, de la Bible,* **art.** *Copies.* **— De** *syriacis* **versionibus vide R. Duval,** *La littérature syriaque,* **Paris, 1899, p. 31-55.**

3 **D. B., 1041.**

documentis, jam auctoris mentem multo facilius intelligere possumus.

(b) *Argumentum generale* quod auctor sibi proposuit : nam omnis significatio generali argumento contraria, generatim rejicienda est, dum significatio huic consona accipi debet : non enim admittitur, sine urgenti ratione, gravem auctorem sibi contradicere; et, quando agitur de auctore *inspirato,* id nullo modo retineri potest. Ita, v. g., quid Paulus per *Legem* et *opera Legis,* in Ep. ad *Rom.* et *Galat.,* intelligat ex tota arguendi ratione facilius deducitur.

(c) *Contexta oratio,* seu nexus idearum et vocabulorum inter se et cum eis quæ præcedunt vel consequuntur. exus ille potest esse non solum *grammaticus* et *logicus,* sed etiam *psychologicus.*

1201. — (3) **Loci paralleli** attente considerentur, (a) Sunt enim hi textus qui, etsi in aliis capitibus ejusdem libri, vel etiam in alio prorsus libro inventi, eamdem doctrinam sive eisdem sive aliis verbis tradunt, et ita se invicem illustrant.

Cum enim unus idemque sit auctor principalis Scripturæ, sibi contradicere nequit; et, si in diversis locis de eadem re locutus est, ea quæ dubia apparent in uno loco, per alia quæ clariora sunt in alio explicari debent. Ita, v. g., quæ Paulus ait de fide justificante in *Ep. ad Romanos* non parum elucidantur eis quæ habet in *Ep. ad Galatas* de eodem subjecto, atque complentur eis quæ Jacobus docet in sua Epistola. — *Duplex* vero est *parallelismus, verborum* et *rerum,* prout eadem verba proferuntur vel eædem res tractantur. Majoris utilitatis est parallelismus *rerum,* dummodo tamen *idem* et *non simile tantum* argumentum, *eodem* et non simili tantum modo exponatur. — Ad quod detegendum multum conferent tum assidua Bibliorum lectio, tum rectus *Concordantiarum*[1] usus.

1202. — (4) (a) **Commentariis** tandem utendum est, quæ textum *ex professo* explicant : " Quod si non potueris, ait Chrysostomus[2] assiduitate lectionis invenire quod dicitur, accede ad sapientiorem, vade ad doctiorem ". Quod pariter inculcat Leo XIII[3] " Quoniam Bibliorum studia continuum quemdam progressum in Ecclesia habuerunt, istorum (catholicorum interpretum) pariter *commentariis* suus tribuendus est honor, ex quibus multa

1 *Concordantiarum* **auctor dicitur Card.** *Hugo a S. Caro,* **O. P. (+ 1263); optima editio cura Dutripon prodiit, Parisiis, 1838 et sæpius; neque utilitate caret Concordantiarum Manuale editum a PP. de Raze et Lachaud, Lugduni et Parisiis, 1851 et sæpius postea.**

2 **S. Joan. Chrys.,** *De Lazaro,* **Concio III, 3;** *P. G.,* **XLVIII, coi. 995.**

3 **D. B., 1945.**

opportune peti liceat ad refellenda contraria, ad difficiliora enodanda

(b) Ad commentaria referri possunt varii libri de sacra *archaologia* et *geographia* scripti, qui historiam, regionem ac mores describunt tum populi judaici, tum eorum cum quibus relationes habuit. Uno verbo, interpres proprios conceptus abdicet, ut res sibi depingat eo modo quo a scriptore conceptæ sint '.

II. Regulæ Interpretationis Catholicæ.

Regulæ scientificæ, ut notat Leo XIII, non sufficiunt ad genuinum Scriptune sensum agnoscendum; quare omnino necessarium est *catholicas regulas* applicare, in librorum sacrorum interpretatione.

1203. — i° Principium generale :

Thesis : Interpretatio authentica et infallibilis S. Scripturæ fit ab Ecclesia sola. *De fide.*

Ecclesiæ magisterium.

C. Tridentinum et postea *Vaticanum* declarant Ecclesiæ esse " judicare de *vero sensu et interpretatione* Scripturarum sanctarum " et docent tanquam verum sensum accipiendum illum quem tenuit aut tenet Sancta Mater Ecclesia 2.3

1204 — Probatur, (i) Patres S. Scripturam interpretantur ex consensu Ecclesiæ : " Id ipsum sensere et exemplo confirmavere... Patres, qui divinarum *Scripturarum tntelligentiam,* non ex propria præsumptione, sed ex *majorum scriptis et auctoritate* sequebantur, quos et ipsos ex apostolica successione intelligendi regulam suscepisse constabat " 3.

1 Hac de re legi possunt Vigouroux, *La Bible et les Découvertes modernes,* 5e éd., 1889; Fillion, *Atlas d?Archéologie biblique, — Atlas d'Histoire naturelle de la Bible, — Atlas géographique,* 1884-89; Vigouroux, *Diet, de la Bible* et son *Supplément;* Smith, *Dictionary of the Bible;* Hastings*, *Did. of the Bible,* 1898-99.

' Ait enim Leo XIII : " Cujus quidem ceterorumque Patrum doctrinam Synodus Vaticana amplexa est, quando Tridentinum decretum de divini verbi scriptis renovans, hanc illius mentem esse declaravit, ut in rebus fidei et morum, ad ædificationem doctrinæ christianæ pertinentium, *is pro vero sensu sacra Scriptura habendus sit, quem tenuit ac tenet Sancta Mater Ecclesia,* cujus est judicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum sanctarum; atque ideo nemini licere contra hunc sensum, aut eti.am contra unanimem consensum Patrum ipsam Scripturam sacram interpretari ". Encyc. *Pravidentissimus; C. Trident.,* sess. IV; *C. Vatican.,* sess. III, cap. 2; D. B., 786, 1788.

3 Leo XIII, Encyc. *Providentissimus ;* cf. Origenes, */n Matth.,* n. 46; S. August., *Cont. Crescen.,* 1. I, c. 33; S. Hilar., *In Matth.,* XIII η I

(2) Rat. theol. (a) Depositum integre custodiendum, |tiod Christus commisit Ecclesiæ, continet revelatam doctrinam. Atqui ad hanc doctrinam pertinet Scriptura S. Ergo Ecclesia S. Litteras servare debet non solum materialiter, sed etiam earum sensum et intellectum genuinum fidelibus exponendo per legitimam suam interpretationem, (b) Præterea fides certitudine absoluta et unitate perfecta debet esse prædita. Sed hæc necessario deerunt, si S. Scripturae interpres errori obnoxius est; dum servantur tantum per Ecclesiæ interpretationem quæ in docendo infallibilis est.

1205. — 20 Regulæ præcipuæ.

(1) Interpretatio S. Scripturae ab Ecclesia versatur solum circa " *resfidei et morum ad œdificationem doctrinæ christianæ pertinentes* ", ex declarationibus CC. Tridentini et Vaticani.

(2) *Tenenda est* Ecclesiæ interpretatio quæ proponitur : (a) Per *sacros auctores,* Spiritu Sancto afflante, uti multis in locis N. Testamenti; (b) et per *Ecclesiam* (ipsam) eodem Sancto adsistente Spiritu.

(3) Sed Ecclesia S. Scripturam interpretatur sive judicio *sollemni,* sive magisterio *ordinario,* (a) Judicium ejus *sollemne* exprimitur præsertim definitionibus RR. Pontificum et conciliorum, quod satis raro evenit, (b) Magisterium autem *ordinarium* et universale fit in unanimi episcoporum prædicatione ; ejusdem vides "documentum haud æquivocum... in usu exegetico Conciliorum et Pontificum, in institutionibus liturgicis, in catecheticis instructionibus, in consentiente et unanimi judicio probatorum theologorum seu interpretum, etc." L

(4) Ad ordinarium Ecclesiæ magisterium refertur *auctoritas Patrum* quoad Scripturae S. interpretationem. Eorum " *summa auctoritas* est quotiescumque testimonium aliquod biblicum, ut ad fidei pertinens morumve doctrinam, uno eodemque modo explicant omnes : nam ex ipsa eorum consensione, ita ab Apostolis secundum catholicam fidem traditum esse nitide eminet"2. Tria ergo ad hoc requiruntur : *moralis unanimitas, de rebus fidei morumve, affirmatio* explicita vel implicita quod res, de qua loquuntur, *adfidem pertinet.*

' **L. Billot,** *Dt Inspiratione,* **cap. 5.**

1 **Leo XIII, Encyc.** *Providentissimus,* **18 noy. 1893.**

Extra hos casus, Patrum auctoritas magna est quidem, sed non infallibilis : " Enrumdem vero Patrum sententia tunc etiam *magiri testimanda est,* cum hisce de rebus munere doctorum quasi priva· tim funguntur; quippe quos, non modo scientia revelatæ doctrinæ et multarum notitia rerum, ad apostolicos libros cognoscendos utilium, valde commendet, verum Deus ipse, viros sanctimonia vitæ et veritatis studio insignes, amplioribus luminis sui præsidiis adjuverit. *Quare interpres suum esse noverit, eorum et vestigia reverenter persequi et laboribus frui intelligenli delectu* "

Exinde patet hodiernorum libertatem exegetarum interpretatione Patrum non restringi in quæstionibus scientificis nostris diebus agitatis : de his enim plerumque non concordant, nec suam sententiam tanquam de fide enuntiant.

(5) In locis inspiratis, pro quibus Ecclesiæ interpretatio authentica ct consensus Patrum desideratur, (a) *semper attendi debet ad analogiam fidei catholicce.* Quod declarat Leo XIII : "In ceteris *analogia fidei sequenda est et doctrina catholica;* qualis ex auctoritate Ecclesiæ accepta *tanquam summa norma est adhibenda...* Ex quo apparet, eam interpretationem ut ineptam et falsam rejiciendam, quæ vel inspiratos auctores inter se quodammodo pugnantes faciat, vel doctrinæ Ecclesiæ adversetur", (b) Analogia vero fidei regit Scripturæ interpretationem : tum *negative,* quatenus eam præmunit ab explicatione quæ dogmati catholico adversatur; tum *positive,* viam ostendendo ad verum alicujus loci sensum recte explicandum : sic Ecclesiæ doctrina de juramento inservit ad rectam interpretationem verborum Christi apud *Matth.,* V, 33-37.

1206. — Corollaria, **(a)** Nemini licet Scripturam S. interpretari contra sensum quem tenuit vel tenet Ecclesia, aut contra unanimem consensum Patrum (b) Nunquam admittatur S. Scripturæ sensus, qui adversatur alicui catholicæ veritati, vel tribuit hagiographo aliquem errorem, v. g., in rebus historicis aut scientificis, vel contradictionem cum seipso aut aliis libris sacris. Hæc enim repugnant inspirationi et inerrantiæ divinarum Scripturarum. **W**

1207. Scholion. Munus Ecclesiæ relate ad Scripturam S.

' **Leo XIII,** /. *cit*

Munus Scripturam tuendi tribuitur Ecclesiæ, et etiam Traditioni, quia ab Ecclesia, mediante Traditione, exercetur. Idem est maximi momenti : non enim sine causa Deus Scripturas tradidit Ecclesiæ, ut docet Leo XIII[1].

(1) Ejusdem *existentiam* negaverunt *Protestantes,* juxta quos, ex una parte, Ecclesia visibilis et socialis non fuit a Christo instituta, nec proinde infallibili gaudet magisterio; ex alia vero, Scriptura S. est unicus fons Revelationis et sola fidei regula ad salutem consequendam.

1208. — (2) *Necessitatem* et optimam *utilitatem* Ecclesiæ quoad Bibliam docent Catholici unanimiter : quod summatim evolvitur.

(a) Ecclesia sola *factum revelationis totius Scripturæ S.* affirmare potest. Etenim tale factum, utpote intrinsece supernaturale, discerni nequit naturaliter, sed solum ex revelatione. Atqui Ecclesiæ magisterium est organum authenticum ad cognoscendam revelationem. (Cf. n. 750 sq.). Quare scribit S. AUGUSTINUS : " Ego Evangelio non crederem, nisi me catholicæ Ecclesiæ commoveret auctoritas " -.

(b) Consequenter Ecclesia tradit *canonem,* seu collectionem completam librorum inspiratorum, quæ proponitur a C. *Tridentino* et *Vaticano* jam citato. (Cf. n. 1170).

(C) Praeterea Ecclesia declarat *Vulgatam editionem* esse legitimum revelationis fontem in iis quæ ad fidem et mores pertinent. (Cf. n. 1183).

(d) Ecclesia dux est et magistra in *interpretatione* authentica *sensus* librorum inspiratorum. (Cf. n. 1203).

(e) Notetur aliunde Ecclesiam prosequi divinas Litteras honore maximo, earum lectionem[3] et cognitionem promovere atque integritatem decretis et legibus sedulo servare.

[1] D. B., 1787. — [2] S. August., *C. Epist. Munich.. c. 5.* n. 6.
[3] *C. Trident.,* Sess. V. De Reformat, cap. i; Van Noort, *De Fontibus itionis,* p. 81-85.

EPILOGUS

Traditio et Scriptura S« inter se ℭomparantur

1209. — Summatim exponuntur Traditionis et Scripturæ S. i. *similitudines, 2. discrimina,* 3. *præstantia relativa.*

(1) Similitudines. Utraque est *verbum Dei revelatum* et proinde est fons verus revelationis absolute *infallibilis,* atque pari *reverentia pietatisque* affectu suscipi debet, ex *Tridentino* et *Vaticano.* Utraque est simul supremus expositionis et demonstrationis theologicæ locus et fons.

1210. — (2) Discrimina, (a) Ratione *formæ : Scriptura* in libris inspiratis tantum invenitur; *Traditio* autem ore aut libris non sacris transmittitur.

(b) Ratione *objecti : Traditio activa* se extendit ad omnia vere revelata sive ore sive scripto prædicata; dum *Scriptura* continet solum quæ in Biblia declarantur.

(c) Ratione *infallibilitatis.* Infallibilitas Scripturæ ab inspiratione procedit; Traditionis infallibilitas autem ab assistentia Spiritus S. oritur.

(d) Ratione *necessitatis.* Traditio magis necessaria est ac Scriptura S., ut ex nunc dicendis patebit.

1211. — (3) Præstantia relativa.

(A) *Scriptura Traditioni antecellit :* (a) Ratione *inspirationis,* qua singula verba libri sacri ipsum Deum habent auctorem et perpetuo conservantur; dum verba, quibus usi fuerunt Apostoli ad traditionem mere oralem docendam, evanuerunt, ita ut doctrina in iisdem contenta nonnisi quoad substantiam, Spiritu S. assistente, fuit conservata.

(b) Ratione *clarioris intellectionis.* Nam difficilius videtur indicare ea quæ in Traditione sunt Dei revelatio, quia verba

‘ DD. Besson, *L'Église catholique et la Bible,* Paris, 1931 ; *Katolische Kirche und Bibel,* Einsiedeln, 1934; Franzelin, th. 21 ; Bainvel, *De Magisterio vivo,* n. 33*39^^^^^

primitiva non remanent et multis intermediis fallibilibus transmittuntur.

(B) *Traditio Scripturæ præstat* multipliciter : (a) *Antiquitate :* nam in V. T. sola viguit usque ad Moysen; item in N. T. divina revelatio prius ore tradita fuit quam litteris consignata, (b) *Amplitudine* ratione objecti : nam Traditio plura amplectitur quam Scriptura, (c) *Utilitate* ac *necessitate,* cum Traditio sine Scriptura sufficere possit; dum Scripturæ inspiratio, canon ac verus sensus, in plurimis saltem locis, certo et integre, absque Traditione, determinari nequeunt.

Utramque autem tenendo, duplicem fontem Revelationis habemus, ex quo omnia possunt hauriri dogmata. “ Itaque, fratres, state et tenete traditiones quas didicistis, sive per *sermonem,* sive per *epistolam* nostram ” τ.

' // *Thessal.,* II, 14.

Λ?·

APPENDIX

Series Conciliorum generalium

Numerus chronologicus.	Nomen.	Annus.	Hom. Pontif.	Quædam Quæstiones solitæ.	Numeri, juxta Denzinger-Bannwart.
				I. ORIENTALIA	
I	**Nicaenum I.**	**325**	Silvester.	*Divinitas Perbi contra Arianor.*	**54, I71» 3°5> 1460.**
II	**Constantinop. I.**	**381**	Damasus.	*Divinitas Spiritus S. contra A/acedonianos.*	**85 sq., 1461.**
III	**Ephesinum.**	**431**	C/ELESTINUS.	*Unitas personce in Christo et divina Maria maternitas contra Nestorianos.*	
IV	**Chalcedonense.**	**4SI**	Leo **M.**	*Diac nature in Christo contra Eutychianos.*	
V	**Constantinop. II.**	553	Vigilius.	*Damnantur origenismus et Theodorus mopsiteslenus.*	**212 sq., 1464.**
	Constantinop. III.	**680-81**	/ Agatho. (Leo **II.**	*Duplex operatio in Christo contra Monothelitas.*	**289 sq., 1465.**
VII	**Nicænum II.**	**787**	Hadrianus **I.**	*Doctrina de cultu imaginum contra Iconoclastas.*	**302 sq., 986, X466.**
VIII	**Constantinop. IV.**	**S69-70**	Hadrianus **II.**	*Definitiones de imaginum cultu et Photii condemnatio.*	336 sq., 1467, 1833.
				II. OCCIDENTALIA	
IX	**Lateranense I.**	**1123**	Callistus **II.**	*Condemnatio simonia, etc.*	**359 sq.**
	Lateranense II.	**1139**	Innocentius **II.**	*Damnantur Petrus et Arnaldtis Brixiensis.*	**364 sq.**
X!	**Lateranense III.**	**1179**	Alexander **III.**	*Damnantur Cathari.*	**400 sq.**
XII	**Lateranense IV.**	**1215**	Innocentius **III.**	*Canones de annua confessione, communione pascali, secreto sacramenlah, etc. Damnantur Abbas Joachim, Albigenses, Valdenses, etc.*	**428 sq.**
XIII	**Lugdunense I.**	**1245**	Innocentius **IV.**	*Damnatur Frcdcricus II.*	
XIV	**Lugdunense II.**	**1274**	Gregorius **X.**	*Definitur processio Spiritus S. el Grad in communionem recipiuntur.*	**460, 1S34.**
XV	**Viennense.**	**1311**	Clemens **V.**	*Decreta de Incantatione et de anima rationali corporis humaniforma ; damnantur Dulciniani.*	**471 sq.**
XVI'	**Constantiense.**	**1414-18**	Martinus **V.**	*Decretum de communione sub utraque specie: damnantur Widefus, J. Huss, etc.*	
.XVII'	**Florentinum.**	**1438-45**	Eugenius **IV.**	*Decreta pro unione Gracorum, Armenorum, Jacobitarum.*	**691 sq·. 1083 sq X468, 1S26, 1835·**
IXVIII	**Lateranense V.**	**1512-17**	/Julius **II.** (Leo **X.**	*Damnantur quidam errores de anima.*	**738 sq.**
XIX	**Tridentinum.**	**I545-63**	/ Pau**LUS III** *(convoc.)* **Piüs IV** *(dimittit).*	*Varue definitiones dogmatica et condemnatio errorum Prolestantium.*	**782 sq·. 19S1, I991·**
XX	**Vaticanum.**	**1869-70**	**Pius IX.**	*Constitutio de fide catholica et Ecclesia Christi; definitio II. Pontificis infallibilitatis.*	**17S1 sq·, J942, I9^r·**

' **In hoc Concilio, ultimæ sessiones tantum (XLII-XLV), quæ Martino V praesidente habitro sunt, dici possunt œcumenicæ; sessionum tamen praecedentium nonnulla decreta postea Martinus V approbavit.**

-r* 3 **Concilii** *Basileettsis* **(1431 sq.) tria decreta tantum Eugenius IV approbavit; cum autem translatum fuerit (1438)** *Ferraram,* **et postea (1439)** *Florentiam,* **vere factum est œcumenicum.**

INDEX ALPHABETICUS

Abælardus rationalisme, favet, 61.

Accommodatitius sensus, 427, 1195.

Ï:tio catholica, 14, 1016, 1024.

Actus religionis, 91, 95; actus debiti Deo, 159.

Adimpletio prophetia, signum originis divinæ, 336; prophetiarum circa regnum Messiæ, 429; circa Messiam ipsum, 429, 435, 494.

Adoratio, 159.

Adventus proximus Christi non fuit professus certe ab Apostolis, 630-632.

Æ gyptii, eorum religio, 117.

Aggregatio ad Ecclesiam necessaria ad salutem, 819-827.

Agnostici, errores de religione, 99.

Allegoricus sensus, 1194.

Ambrosius S., de primatu, 682; de infallibilitate, 762, 887.

Analogia fidei in Scriptura interpretanda, 1206.

Anagogicus sensus, 1194.

Angeli boni quomodo operantur ad miracula, 301.

Anglicani articuli, 604.

Anghcanismus, origo, 604; doctrina de Ecclesia, 604 ; sectæ variæ, 605 ; de Ecclesiæ unitate, 772 ; de Traditione, 1085.

Anima Ecclesiæ, notio et existentia, 833 ; elementa, 834 ; relationes cum corpore, 835 ; Spiritus S. anima Ecclesiæ efficienter, 853; gratia sanctificans anima Ecclesiæ formaliter, 854.

Animismus, exponitur, 130; rejicitur, 135·

Apologetæ Patres, 51-58.

Apologetica, 28, pars theologiæ, 32; definitio, 37 ; indoles, 39; argumenta et præsupposita, 42 ; apologeticæ conspectus historicus, 50; apologetica Christiana, 361 ; ejus modus, 362 ; fontes, 363 ; Apologetica distincta a fide, 40;

Apostolatus, notio et prærogativæ, 647 ; non est critérium inspirationis, 1167.

Apostoli, notio, numerus, missio, 645; Apostolorum *collegio* Christus contulit triplicem potestatem docendi, regendi et sanctificandi fideles, 648-654; infallibilitatem, 751-760.

Apostolicitas, nota veræ Ecclesiæ, 767.

Apostolorum successores sunt episcopi, 657-669.

Apparitiones Christi redivivi : earum existentia, 510-512; realitas objectiva, 513-520.

Appellatio ad R. Pontificem probat ejus primatum, 720; et jurisdictionem plenam et supremam, 972; est legitima, 972 ; non autem appellatio a R. Pontifice ad concilium, 1912.

Approbatio ordinum religiosorum est objectum infallibilitatis, 932.

Approbatio consequens non sufficit ad inspirationem, 1158.

Archæologia sacra, fons theologicus, 16.

Aristoteles, de moribus paganorum, 238, 536 *n.* 6.

Arnobius, de numero et dignitate Christianorum, 531, de miraculis Christi, 474 *n.* 2, 478.

Ars, a religione distincta, 88.

Aspirationes humanæ, intellectus, 382 ; voluntatis, 388 ; naturæ sensibilis, 392 ; a Christianismo expletæ, 383 sq.; earum perfecta satisfactio supponit in Christianismo interventum Dei supematuralem, 394-396.

Assensus Ecclesiæ magisterio debitus, 953; sive magisterio infallibili, 954; sive non infallibili, 955, 956.

Athanasius S., de infallibilitate R. Pontificis, 887 ; de conciliis, 905.

Athei, 99.

Auctoritas a Christo Ecclesiæ et collegio Apostolorum collata, 648-654;

i Invenies in hoc Indice non solum w, sed præcipuos ***auctores*** allegatos. Indicantur numeri marginales» non paginæ; littera ***n.*** notas designat.

Romano Pontifici, 672-727.
Auctoritatis alicujus in religiosis rebus necessitas, 617-620.
Auctoritas infallibilis, Ecclesiæ, 749-700; R. Pontificis, S72 S95 ; collegii episcoporum, 896 ; conciliorum œcumenicorum, 904-906; V. *Infallibilitas.*
Augustinus S., de necessitate theologia;, 12; opera apologetica, 57; de notione religionis, 84 ; de beatitudine hominis, 152; de oratione, 179; de revelatione, 240; de prophetis, 420;de resurrectione Christi, 50S; de propagatione Christianismi, 541, 544, 547; de martyribus, 557; de Ecclesiæ visibilitate, 630; de infallibilitate, 743, 747, 762, 8S5; de notis Ecclesiæ, 708, 779 6, 7S1, Sii, 815; de adhæsione ad Ecclesiam, 822; de Ecclesia sponsa Christi, 841; et corpore Christi, S46, 849, S52; de anima Ecclesiæ, 853; de Traditione, 1091.
Autocephales Ecclesiæ, 509.

Babystæ, 570-571.
Baianismi errores de revelatione, 245.
Baptistæ, 605.
Basilius S., Traditionem propugnat, 1091.
Beatificatio servorum Dei, 950.
Beatitudo, finis hominis, 149; ad beatitudinem ducit religio, 150, 388; beatitudo non est in bonis creatis, i52-157-
Bellarminus S., definit Ecclesiam, 612; ejus opinio de connexione primatus cum Sede Romana, 734.
Bellum a Christianismo mitigatum, 540.
Benedictus XIV, de studio theologiæ 13; dc connexione primatus cum Sede Romana, 732 ; de canonisatione Sanctorum, 811, 812, 950, 931 ; de jurisdictione, 963; de origine jurisdictionis episcopalis, 994; de circumstantiis miraculi, 322.
Benedictus XV, de inspiratione, 1166-1174; de Scripturæ inerrantia, ii86.
Bernardus S., contra Abælaidum, 61.
Biblica theologia, 16; præcipui auctores, 16.
Bossuet, apologeta, 66.
Brahmanismus, 112, 113.
Budhismus, auctor, 574, 114 ; doctrina et cultus, 575; a Deo non fuit inspiratus, 577; et propagatio ejus causis naturalibus explicatur, 579; ideo non est revelatus et est inferior Christianismo, 580.

Cæsarismus, 669, 604; rejiciendus, 609,
Caius, testatur Petrum venisse Romam, 706.
Calvinismus, auctor 603 ; doctrina de Ecclesia, Ô03, 624, 634 ; de regula fidei, 742-745 ; de episcopis, 658 ; de membris Ecclesiæ, 999 ; Calvinismi symbola, 603.
Calvinus, 603.
Canonisatio sanctorum, notio, species, 930; objectum infallibilitatis, 931.
Caput Ecclesiæ, Christus, 849 ; relationes Christi capitis ad Ecclesiam, S50-S52.
Caritas a Christianismo propagata est, 533-540 ; 795 ; 803-804.
Catalogi episcopales, 707; catalogus liberianus, 707.
Catechumeni, membra in voto Ecclesiæ, 1006.
Catholici, numerus, conditio, diffusio geographica, 780, 610.
Catholici veteres, schismatici, 879.
Catholici Liberales, de relationibus inter Ecclesiam et Statum, 1057, 1060.
Catholicitas, notio, 773; existit in Ecclesia romana, 779-781 ; non autem in sectis separatis, 781 ; est miraculum morale demonstrans divinam originem Ecclesiæ, 788, 790.
Cato, de servis, 537.
Celsus, de miraculis Christi, 54, 475-
Censura doctrinalis, notio, objectum infallibilitatis Ecclesiæ, 924, de assensu et obedientia, 956 //. r.

Certitudo, notio, species, 343'344 i certitudinis apologetic® notio, 345 ; objectum, 346; influxus voluntatis, 347; certitudo facti revelationis requiritur vera tum objectiva, tum subjectiva, vel absoluta, vel relativa, 349. Certitudo *moralis,* species, legitimitas, 354·355·

Chaicedonense C., de primatu R. Pontificis, 723; de infallibilitate, 888.

Christus, vere exislit, 366; ejus divina legatio probatur ex mirabili excellentia doctrinæ christianæ, 369-407; ex prophetico ministerio in Veteri Testamento, 408-437 ; ex ipsius persona et testimonio, 438-464; ex ejus miraculis, 465-486; et vaticiniis, 487-496; ex ejus resurrectione, 497-522; ex ejus religionis mirabili propagatione, 523-550; e martyrum heroica constantia, 551-572 ; e transcendentia Christianismi cum budhismo et mahumetanismo comparati, 577-581; 587; Christus fidei et Christus historicus non sunt distinguendi, 365-367.

Chrysostomus S., de doctrina Christi, 407 ; de persona Christi, 446 ; de miraculis Christi, 488 *n.* 2 ; de .propagatione Christianismi. 547 ; de martyribus, 569 ; de Ecclesia sponsa Christi, 841 ; de membris Ecclesiæ, 1002; de traditione, 1091.

Cicero, de religione, 84; de ejus universalitate, 169; de moribus paganorum, 235, 236, 238, 538; de philosophia, 239, 240, 398.

Citationes in Scriptura : explicite, 1178; implicite, 1179.

Civilisatio moderna Christianismo comparatur, 805-807.

Civilis principatus R. Pontificis, notio, legitimitas, 983, 984.

Clemens Romanus, papa, describit propagationem Christianismi, 528; docet successionem apostolicam, 668, 706; testatur Petrum Romam venisse, 706 ; primatum R. Pontificis asserit, 717, unitatem Ecclesiæ, 771.

Clemens XI, de membris Ecclesiæ, 1000.

Collegium apostolicum, 646; collegium episcoporum, 657» 896.

Commissio Biblica, ejus auctoritas, 948; 957; assensus ei præstandus 957.

Concilium œcumenicum, notio, 900 conditiones, 901-903; auctoritas infallibilis, 904-906; utilitas, 907; non autem necessitas, 908; R. Pontifex superior est concilio œcumenico, 909-913. Conciliorum cecumenicorum *series,* 900 et p. 792, 793 ;

Concilium particulare, notio et species, 899; auctoritas, 899.

Conclusio theologica, notio, 923; circa eam infallibilitas Ecclesiæ, 923.

Conformitas cum principiis rationis non est critérium revelationis, 273·

Confucius, m.

Congregationalistæ, 605, 1003.

Congregationes Romanæ, 980 ; earum potestas magisterii, 948 ; potestas jurisdictionis, 978.

Consensus fidelium, notio, 1138; auctoritas, est testis et manifestatio ordinarii magisterii, 865, 914, 1139-1141.

Constantiense C., p. 791, 792.

Constantinopolitanum III C., de primatu R. Pontificis, 723; de infallibilitate, 888 ; quo sensu Honorium damnavit, 890.

Constantinopolitanum IV C., de primatu R. Pontificis, 724; de infallibilitate, 888.

Controversia paschatis, primatum romanum probat, 718.

Corpus Christi, Ecclesia est corpus Christi mysticum, 845-852.

Corpus Ecclesiæ, notio, 818; de necessitate ut homines aggregentur corpori Ecclesiæ, 820-826.

Credentitas, notio, 37; judicium et motiva credentitatis pro religione, 37, 346; credentitas Christianismi, 589.

Credibilitas, notio, 37, credibilitas religionis, 37, 346; credibilitatis motiva, 266; credibilitas Christianismi, 588.

Index ad ***numeros marginales*** remittit.

Criteria revelationis, notio, 266; species, 267-268; necessitas, 269; valor, 272-277; usus, 278-284; criteria intrinseca et extrinseca 267; interna et externa, 267, 274-276.

Cultus, notio, species, 172; necessitas cultus externi, 176; cultus diis redditus, 236; cultus in religionibus paganis, 105, 109, no, 113, 116, 117, x 18, 119, 122. 575, 583. *Unitas* cultus in Ecclesia catholica, 776; non apud Protestantes, 777; et Græcos separatos, 778. *Sanctitas* cultus in Ecclesia, 798; non apud Protestantes, 809. Cultuum *libertas*, 1065.

Curia Romana, 979-982.

Cyprianus S., de Ecclesia, 636, 646; de successione apostolica, 668; de primatu R. Pontificis, 690, 703, 705, 715; de infallibilitate, 759; de unitate, 771; de catholicitate, 779; de adhæsione Ecclesiæ, 822; de Ecclesia sponsa Christi, 841; et matre nostra, 842; de Traditione, 1093; S- Cyprianus adversus S. Stephanum papam, 716.

Cyrillus Hierosolymitanus, de miraculis Christi, 485; de martyribus, 569.

Damascenus Joannes S., theologus, 21, 24.

Declaratio Cleri gallicani (1682), 879, 895.

Definitio ex cathedra, conditiones, 874-878; existentia, 880-894; definitiones ex cathedra irreformabiles et tenendæ, 895.

Deismus, præcipui fautores, 64. V. *Rationalismus.*

Democratica regiminis forma, ejus notio, 643, 736; quo sensu admitti potest in Ecclesia, 738.

Democratismus. V. *Multiludinismus.*

Desiderium videndi Deum, 251.

Deterministæ, de miraculo, 309.

Diabolica prodigia non sunt miracula, 324.

Dilettantismus exponitur et refutatur, 153.

Dionysius *gafia* **exercet primatum**, 719.

Doctores Ecclesiæ, notio, 1120.

Doctrinæ catholicae, qualitates: excellentia transcendens, 370-372; est completa, nulli veritati certæ adversa, harmonice unita, omnibus accommodata, 382-387; doctrina Christiana diflert a doctrina pagana, 398, 399; etiam in forma syncretica, 400-406; venit a Christo, 374-378; et propter mirabilem excellentiam est supernaturalis et divina, 394-396.

Documenta ecclesiastica, pp. 26 sq., 3S8 sq., 559 sq., 710 sq.

Dogmatica theologia, 26.

Dogmatum historia differt a theologia, 16; præcipui auctores, 16 m. 4.

Dynamismus moralis, 285.

Ecclesia Christi, Ecclesiæ notio, 612; nomina et figuræ, 613; varii aspectus, 615; Christus eam instituit, 622-633; ut societatem visibilem, 634-637; ideo non est regnum Dei, unice internum, 638, 639. Ecclesia est societas hierarchies ratione auctoritatis collate Apostolis, 643-654; et transmissæ episcopis, successoribus Apostolorum, 657-671; est societas monarchica per primatum B. Petri, 672-697; et R. Pontificis, 698-738; est societas supernaturalis, 838-839; sponsa Christi, 840-841; corpus Christi mysticum, 844-852: Ecclesiæ anima, 853-854. Ecclesiæ note, 767-769; unitas catholica, invicta stabilitas, 771-79°; sanctitas eximia et inexhausta fecunditas, 791-805; admirabilis propagatio, 525-547; de tempore fundationis Ecclesiæ, 633. Ecclesia mater nostra, 842; Regina et Domina, 843.

Ecclesiæ magisterium. V. *Magisterium.*

Ecclesiæ orientales et græcæ schismaticæ, 596-600; carent unitate, 777; catholicitate, 781; sanctitate et fecunditate, 808; non sunt vera Ecclesia Christi, 763.

Index ad ***numeros marginales*** remittit.

Egyptii, eorum religio, 117.
Ephesinum C., de primatu R. Pontificis, 722 ; de ejus infallibilitate, 888.
Episcopalismus, notio, 600, 604, 605, 607; est rejiciendus, 728.
Episcopatus primitivus, notio, existentia, 663-665.
Episcopi, notio, 657 ; episcoporum collegium, 657 : episcopi sunt Apostolorum successores, 660-666; jure divino, 667-668; et presbyteris sunt superiores, 670. Collegium episcoporum est infallibile tum in magisterio ordinario, 896, 897 ; tum in sollemni judicio conciliorum cecumenicorum, 898 ; non quidem independenter a Summo Pontifice, 901-903; episcopi singulatim sumpti gaudent potestate regendi, docendi, sanctificandi fideles suæ dioecesis, non sunt autem infallibiles, 985-986; de jurisdictione episcoporum, 985-996.
Eschatologistae, 630-632.
Essenorum doctrina a Christianismo differt, 397.
Ethica a religione differt, 88.
Eucherius S. in verba *Pasce agnos...*, 687.
Eugenius IV necessitatem baptismi affirmat ut quis sit membrum Ecclesiæ, 1005.
Eusebius, apologeta, 56 ; de miraculis Christi, 474; de B. Petro, 707.
Evolutionismus, de origine religionis, 129; de revelatione, 226.
Examen liberum Scripturæ a protestantibus propugnatur, 273, 602, 603, 742.
Excommunicatio, excommunicari suntne membra Ecclesiæ? 1010.
Experientia religiosa sola non est critérium revelationis, 273.
Extra Ecclesiam nulla salus hoc axioma explicatur, 824, 825.

Facta dogmatica, notio et species, 925 ; sunt objectum infallibilitatis, 926, 927 ; etiam in quæstione facti, 928-929.
Factum religiosum, existentia historica, 104-122; explicatio psychologica ejus universalitatis, 98,123-157.
Familiae instauratio a religione Christiana promota fuit, 535; apud Budhistas et Mahumetanos collapsa, 577» 585.
Febroniani, de primatu, 675, 732, 910; de Ecclesiæ jurisdictione, 961.
Fecunditas Ecclesiae in omnibus bonis, nota Ecclesiæ, 795, 796, 803-807 ; quæ non existit supereminens in ecclesiis orientalibus separatis, 808 ; nec apud protestantes, 810.
Fideistae, errores de revelatione, 226, 231.
Fidelium consensus, notio, auctori-
Fides, distincta a theologia, 8; ab apologetica, 40 ; quid sit, 45 ; actus fidei, 45 ; fidei unitas in Ecclesia catholica, 771, 776 ; non autem apud protestantes et græcos separatos, 777, 778. Fidei professio requiritur ut quis sit membrum Ecclesiæ, 1007.
Finis hominis, 149; religio ad finem hominis ducit, 152-157 ; ideo necessaria est ad finem hominis, 123, 124, 157 ; finis supernaturalis, 48.
Finis mundi, 630-632.
Flavius Josephus, de Christiana religione, 363; de miraculis Christi,475.
Florentinum C., de primatu R. Pontificis, 724; de successione R. Pontificis in primatu, 753 ; de Ecclesiæ infallibilitate, 888 ; de adhæsione Ecclesiæ, 820 ; de Ecclesia corpore Christi, 846.
Fontes revelationis, 30, 31, 1071-1073.
Fossae communis hypothesis, 504.
Fundamentalis theologia, notio, 28; nomina, 29; divisio, 30.

Galilaei casus exponitur, 891.
Galli, eorum religio, 120.
Gallicani, de primatu Petri, 675, 732» 910; de infallibilitate R. Pontificis, 879, 904; de Ecclesiæ jurisdictione, 961, 969; de dominatione Status in Ecclesiam, 1032.

Index ad ***nvmm marginales*** remittit.

Gelasianum decretum de successione in primatu, 729.

Germani, eorum religio, 12r.

Graeci antiqui, eorum religio, IIS; græci separati. V. *Orientales Ecclesia.*

Gratia sanctificans, est supernaturalis, 46-48; anima Ecclesiæ, S54.

Gratiarum actio in religione, 159.

Haeretici, quo sensu sunt extra Ecclesiam, 1007.

Hallucinatio non explicat resurrectionem Christi, 519.

Harnack A., de conscientia messianica Christi testatur, 462 ; explicat diffusionem Christianismi naturaliter, 524 ; juxta eum diffusio geographica Christianismi in primis sæculis, 530 ; et instauratio conditionis servomm,53S; adventusPetri Romæ, 704.

Henotheismus, non est religio primitiva, 133.

Hermeneutica, notio, 1197; regula·. 1198-1206.

Hierarchia ecclesiastica, notio, divisio, 644. Gradus primitivi : Primatus Petri a Christo fundatus, 673-690; Apostolorum auctoritas a Christo collata, 645, 648-653. Romanus Pontifex, successor Petri, 704, 711-728 ; episcopi successores Apostolorum, 655-666. Gradus hierarchise secundarii, 992.

HieronymusS.,de martyribus,569;de primatu, 720; sententia de superioritate episcoporum, 67α

Historia religionum, 103; conclusiones, 87, 9O;præcipui auctores, 104.

Historica theologia, notio, præcipui auctores, 16, 18.

Honorius I, papa, nonne fuit haereticus, 890.

Hypnotica phaenomena a miraculis prorsus diversa, 320, 330.

Hypnotismus non est causa miraculorum Christi, 480.

Idealisatio progressiva in historia Christi juxta rationalistas, 477.

Ignatius S. martyr, de martyribus, 557 ; de successione apostolica, 668, 706; de præsidentia R. Ecclesiæ, 713; de infallibilitate, 757; de unitate, 771 : de Traditione, 1090.

Immanentiæ methodus, notio, 285: fautores, 286; principia, 2S8; valur 290-294.

Immanentismus modernisticus de origine religionis exponitur et rejicitur, 138-140; error de criteriis revelationis, 282, 286, 287.

Indi, eorum religio, II2.

Indifferentismus, notio, species, 261 : exponitur et rejicitur, 262, 263; enor circa adhæsionetn Ecclesiæ, 819; circa revelationem, 253.

Indigentia hominis relate ad religionem 148-157; ad orationem, 184.

Inerrantia Scripturæ, existentia, 1186-1187; amplitudo, 1188-1190.

Infallibilitas, definitio et species, 864 : de infallibilitate activa et passiva. S66; in societate religiosa, præsertim in religione revelata, convenit existentia magisterii infallibilis, 741 ; Ecclesia prædita fuit infallibilitate in doctrina fidei et morum, 749-760; infallibilitas B. Petri, 678-687; collegii apostolici, 648-654; Romani Pontificis, 872-895; collegii episcoporum, 896-913; subjectum passivum infallibilitatis, 865, 871, 914; infallibilitatis objectum sive directum et primarium, 917; sive indirectum et secundarium, 918-932-

Infideles non sunt membra Ecclesiæ, 1006.

Innocentius I S., papa, de primatu R. Pontificis, 719 ; de ejusdem infallibilitate, S86.

Innocentius III, papa, de libertate conscientiæ, 1067.

Inquisitionis apologia, 1067.

Inspiratio privata, non est regula fidei tuta, 742-745.

Inspiratio Scripturæ. ejus notio, quid non sit, 1155-1160; quid sit, 1161-1168; ejus existentia, 1148-1151 ; ejus extensio, 1169-1183.

Interpretatio Scripturæ, 1091-1206; regulæ interpretationis scientific®, 1198-1202; regulæ catholic® interpretationis, 1203-1206.
Iræneus S., de diffusione Christianismi, 529: desuccessione apostolica, 605, 706, 707 ; de episcopatu monarchico, 665; de potentiori principalitate R. Ecclesiæ, 714, 720; de infallibilitate, 758; de adhæsione Ecclesiæ, 822; Spiritus Sanctus anima Ecclesiæ, 853; de Traditione, 1090, 1093; de consensu fidelium, 1139.
Islamismus, auctor, 582; doctrina, 60; 583; non fuit a Deo inspiratus, 585-587 ; ejus propagatio naturalibus causis explicatur, 586; non est revelatus et comparatus Christianismo invenitur inferior, 587.

Jansenistæ, 597, errores de revelatione, 245 ; de primatu Petri, 675, 732; de membris Ecclesiæ, 999; qüæstio juris et facti, 928.
Jerusalem, ejus excidium a Christo prædictum, 493.
Jesus Christus. V. *Christus.*
Joannes IV, de Honorio, papa, 890.
Joannes XXII, de potestate coactiva Ecclesiæ, 966.
Josephistæ, de dominatione Status, 1032.
Judæi, eorum religio, 116; quoad monotheismum fuit a Prophetis instaurata, 414-418; per regnum messianicum evehenda ad perfectiorem statum, 423; ejus influxus in Christianismo, 397, 548; Judæi multi Christianismum impugnaverunt,543.
Julius I, papa, primatum exercuit, 719.
Juramentum antimodernisticum, P· 38, 394 5 cf. n. 625, 660, 677, 869; et *passim.*
Jurisdictio Ecclesiæ, notio, **959;** objectum, 960; complectitur potestatem legislativam, judiciariam et coactivam, 961-968; jurisdictio Summi Pontificis, existentia, 712-731; proprietates : est plena et suprema, ordinaria et immediata, 970-976; exercitium, 978; jurisdictio episcoporum singulatim sumptorum est completa et subordinata, ordinaria et immediata, 986-988, exercitium, 988; de jurisdictione episcoporum collcgialiter sumptorum sive per orbem dispersorum, sive in concilio congregatorum, 989-992; jurisdictionis episcoporum origo, 993-996.
Justinus S., apologeta, 52, 53, 337, 407, 528. 534 "■ b 563·

Labor manualis ab Ecclesia nobilitatur, 392, 537.
Lactantius, apologeta, 55; de religione, 84; de moribus paganorum 238; de philosophia, 299; de martyribus, 559.
Laicis, utilis est scientia theologica, 12, 14; laicorum officia, 1016.
Laicismus, errores de necessitate religionis pro societate civili, 166, 785, ÏO32.
Lamaismus, forma budhismi, 576.
Lamentabili *(decretum),* pp. 37-38, 394, 713; cf. n. 193, 452, 499, 500, 608, 658, 660, 782, 869.
Lateranense IV C., de primatu R. Pontificis, 724 ; de adhæsione Eccle: siæ, 820.
Legati a R. Pontifice mittuntur, 978.
Leges disciplinares, Ecclesia est infallibilis in legibus universalibus,932.
Leges naturæ hypothetice necessariæ, 310 *n.* 2, sq.
Leo XIII, de theologia, 10, 13 «. 3, 20; de religione, 158, 166, 167, 168, 169; de conditione opificum, 390, S04 *u.* 4; de Ecclesia, 629, 703, 727 ; de unitate Ecclesiæ, 775 › de adhæsione Ecclesiæ, 827 ; de corpore et anima Ecclesiæ, 833 ; de ejus supernaturalitate, 839; de Ecclesia societate perfecta, 859, 860; de jurisdictione, 966, 974; de missionibus, 1021 ; de relationibus inter Ecclesiam et Statum, 1034,· 1037, 1042, 1046, 1047; de liberalismo et libertatibus modemis, 1056, 1064, 1066, 1067; de Scriptura S., 1163, 1205; et *passim.*

Index ad ***numeros marginales*** remittit.

Liberalismus, notio, 1056; **species : absolutus, moderatus, quidam nominatus "calholicus", 1057; neuter est admittendus, 1058-1 error de separatione inter Ecclesiam et Statum, 1032. Catholici liberales, 1032. Libertates juxta Liberalismum, 1062, 1064, 1066. V.** *Libertates moderna.*

Liberius, papa, nonne erravit in fide, 889; Sedi Romanæ adseribit jus deponendi episcopos, 719.

Libertas in genere. 1061.

Libertas cogitandi, 1063-1064.

Libertas conscientiæ et cultuum, 1065-1070.

Libertates modernae, notio, 1062; libertas cogitandi vera et falsa, quæ ultima non est admittenda, 1063-1064; libertas conscientiæ et cultuum vera et falsa, 1065--L066; de modo agendi Ecclesiæ circa'libertatem conscientiæ, 1067; jura et officia Status in eamdern, 1068; libertates modemæ quando tolerandæ, 1070.

Liturgia, Traditionis organum, 1113-1114.

Litteralis sensus, 427, 1193, ''96

Logica supernaturalis, 28.

Loisy, definitio religionis, 193; dogmatis, 198; distinguit Christum historicum et Christum fidei, 365; docet syncretismum sub influxu Pauli, 400; errat de prophetis, 418, 420; de conscientia messianica Christi, 463; asserit Christum sepultura in fossa communi 504; regnum Dei mere eschatologicum, 630; declarat Apostolos accepisse auctoritatem ab Ecclesia prrmæva, 645; et negat Ecclesiæ infaliibilitatem, 869 *n.* **i; etc.**

Lourdes, de miraculis ibi patratis, 814.

Lugdunense II C., de primatu R. Pontificis, 724; de infallibilitate, 888.

Lutheranismus, auctor, doctrina de Ecclesia, 602, 624, 634, 999.

Lutherus, 602.

Magia, diflert a religione, 88.

Magismus, exponitur, 131; rejicitur, 136. **H**

Magisterii potestas : notio, 942: Ecclesiæ magisterium cum auctoritate infallibili vel cum auctoritate providentiæ doctrinalis, 943; sollemne vel ordinarium, 944; objectum, 945; potestas magisterii collatæ Petro et Apos-tolis, 648; et eorum successoribus scilicet Romano Pontifici, 7n, 880, et episcopis, 607, 754, 896; de auctoritate et exercitio magisterii R. Pontificis, sive sollemnis, sive ordinarii, 946-948; episcoporum, 949-951; quinam subduntur Eeclesiæ magisterio, 953; assensus ei pnestandus, 954'957-

Mahumes, 582.

Mahumetanismus. V. *Jslamismus.*

Marsilius Patavinus, 675. 704, 961 1032.

Martyr, notio, 552; numerus martyrum, 555; conditio, 555; tormenta, 556; heroica constantia, 557 Γ heroica martyrum constantia propter causam religionis est supernaturalis, et proinde est miraculum morale legationem divinam Christi demonstrans, 558-565; de testimonio humano martyrum in favorem Christi, 567-568; de martyribus falsarum religionum et eorum motivis, 570-571.

Martyrium, notio, 552; in Apologetica, 553; martyrium christianum in exordio Ecclesiæ, 554; a lll°sæc. usque ad nos, 566. V. *Martyr.*

Membra Ecclesiæ, notio, 998; nec prædestinatio, nec justificatio rçquiritur ut quis sit membrum Ecclesiæ, 999-1002; conditiones : susceptio baptismi, veræ fidei professio, vinculum communionis catholicæ, 1003-1008. Schismatici, excommunicari suntne membra Ecclesiæ, 1009-1010; jura et officia membrorum Ecclesiæ, 1013-1016.

Messianica vaticinia, notio, species, 425» authenticitas et antiquitas, 426; sensus, 427; praecipua evocan-

tur, 428, 430; adimpleta fuerunt, 429-430, 431-433; sunt supernaturalia et divina, 434-435; et ideo probant divinam legationem Christi, 436; usus eorum apologeticus, 437.
Messianicum regnum, ejus natura, 428; adimpletio in Ecclesia vaticiniorum circa regnum messianicum, 429; eorum supernaturalitas, 434-435.
Messianitas Christi, Christus conscientiam habuit suæ messianitatis, sed progressive eam docuit, 447-449, 453; testimonium ejus probat suam divinam missionem, 459-461 ; erro,-res circa idem testimonium, 462-463.
Messias, a prophetis prænuntialus, 414-415; vaticinia circa ejus regnum, 428-429; circa ejus personam, 430; realisatio eorum in Christo, 430; testimonium Christi de sua messianitate, 452-458.
Metaphoricus sensus, 427, 1193,

Methodistæ, 605.
Methodus, in theologia, 15.
Methodus apologetica, notio, **278;** variæ methodi, 279; interna, 280; doctrinalis, 281; historica. 282; integra, 283 ; immanentiæ methodus exponitur et rejicitur, 285-293.
Miracula Christi, eorum numerus et divisio, 468; historicitas, 471-477; sunt supernaturalia, 478-482; in confirmationem divinæ ejus missionis peracta, 483-485. De miraculis *Apostolorum,* 486. Miracula in favorem *Ecclesia,* 811, 812. De miraculis *hodiernis,* præsertim in Lourdes, 813-814. De miraculis in religionibus falsis, 329-330.
Miraculum, notio vera, 296-302; notiones heterodoxæ, 307, 308; species, 303-305 ; possibilitas et convenientia, 309-313; cognoscibilitas, 314-323; valor apologeticus, 325-329; de miraculo prophetiae, 331. V. *Prophetia;* de miraculis ordinis moralis, 338-341.
Missiones catholicæ, notio, 1019; divisio, 1020; necessitas, 1021; auctor ct cooperatores, 1022 ; media, 1023-1025.
Mixta theologia, 22, 23.
Modernismus, errores **de** religione, 93; de necessitate cultus externi, 173; de revelatione, 193, 253; <te criteriis revelationis, 273, 282, 286; de miraculo, 308; de prophetia, 333» 334'» de certitudine, 351; de existentia Christi, 365 ; de Christiana doctrina, 373, 400; de praedicatione prophetarum, 418; de Christo, 450, 462, 463, 470; de resurrectione Christi, 504; de propagatione Christianismi, 549; de Ecclesia, 608, 614, 624, 630; de episcopis, 658; de primatu Petri, 675, 698; de infallibilitate, 749, 764, 869, 879; de unitate, 772; de sanctitate, 794; de jurisdictione, 969; de membris Ecclesiæ, 1003; de Traditione, 1085; de inspiratione Scripturæ, 1156; de ejus inerrantia, 1185.
Monachi catholici, 799; budhistæ, 575.
Monarchia in Ecclesia, notio, **643,** 736; Ecclesia est societas monarchica, 672-735; de speciali monarchiæ ecclesiastice forma, 736-738.
Monotheismus primitivus et apud Judæos, 414-417.
Monumentales traditio, 1081.
Montanistæ, 794.
Moralis theologia, notio et divisio, 26.
Morum depravatio apud paganos et per Christianismum renovatio, apud individuum, 533-534;apud familiam, 535-538; apud societatem civilem, 539-540.
Mors Christi realis fuit, 501 ; et non apparens, 502.
Mosaica religio comparatur cum Christianismo, 397 ; historia, 409.
Multitudinismus, 603, 604, 607, 669.
Mutatio moralis, effectus Resurrectionis Christi, 515-516.
Mysterium, notio, 210; divisio, 212-213; possibilis est ejus revelatio ex parte Dei, 217; ex parte hominis, 218; ex parte mysterii, 219; est conveniens, 220.

Index ad ***numeros marginales*** remittit.

Natura, naturale, ordo naturalis, 44.
Naturalismus, errores **de** origine religionis, 127, 163,- de necessitate religionis pro societate civili, 166.
Necessitas, notio, species, 225.
Necessitatibus temporalibus, subvenit Christianismus, 390 *n.* 4.
Newman, apologeta, 74; devicumulativa criteriorum, 2S4 *n.* 2 ; promotor in schola Oxoniensi, 605

Nicænum II C., de primatu R. Pon-

Nirvana in budhismo, 575.
Notæ revelationis. V. *Criteria revelationis.*
Notæ Ecclesiæ, notio et numerus, 767; divisio juxta C. Vaticanum, 768-769 ; de admirabili propagatione Christianismi, 525-547 ; de unitate Ecclesiæ, 771, 775 778, 787; de catholicitate, 773, 779-781, 788, de invicta stabilitate, 774, 782-785, 789; de sanctitate. 792-793, 797-802 ; de fecunditate, 803-S04. Ecclesiæ sive orientales, 808, sive protestantes carent his notis, 777-778, 781, 808-S10; ex sanctitate et eximia fecunditate Ecclesiæ, probatur ejus divinitas, 811 ; note Ecclesiæ juxta protestantes, 767;

Officia romana, 982.
Oratio, notio et species, 179; possibilitas, convenientia et necessitas, 181-185; oratio, dispositio ad theologiam, 27.
Ordines religiosi sanctitatem Ecclesiæ probant, 799.
Ordinis potestas, notio, 936; subjectum, 937; objectum, 937; comparatur cum potentate jurisdictionis, superior est sed cum illa relationes habet, 939 940.
Ordo naturalis, 44 ; supernaturalis, 49.
Orientales Ecclesiæ, origo, et nomina, 598; status hodiernus, 599; doctrina de Ecclesia, 599; sectæ minores, 597; error de primatu, 675, 698; de unitate, 772; de membris Ecclesiæ, 1003.

Origenes, apologeta, 54; de valore prophetiæ, 336 ». i, 437; de propagat ioneChristianismi, 546;de obligatione adhærendi Ecclesiæ, 822,

Pacianus S,, de catholicitate, 780.
Pænitentia, actus religionis, 159.
Pagani, errores paganorum, 105-121, 235; pagani philosdphi incapaces ad veritatem religiosam cognoscendam et errores corrigendos, 239; pagani hostes Christianismi, 52, 543; et persecutores, 555; paganorum calumnke, 52.
Paganismus, variæ formæ et doctri lue, 105-121; in multos errores incidit, 235-238;comparatur cum Christianismo et illi inferior est in doctrinis, 394. 398 : et moribus, 533-540.
Pantheistæ, errores de religione, 93, de dominatione Status in Ecclesiam, 1032.

Pascal, apologeta, 67, 259 *n.* 1.
Passio Christi, a prophetis prædicta, 430; a Christo prævisa, 490.
Patres apologetæ, 53.
Patres Ecclesiæ, notio, **1118-1121;** auctoritas in genere, 1122 ; relate ad fidem, 1123-1129.
Paulus S., testatur Petri primatum, 689; Petrum reprehendit, 694; Petrus primas et Paulus, 697 ; de ejus influxu in Christianismum juxta syncretistas, 400, 405 ; testimonium Pauli circa apparitiones Christi redivivi, 510, 513; Paulus non fuit Petro æqualis, 697.
Paulus V, papa, et Galilæi damnatio, 891.
Peccatores sunt membra Ecclesiæ, 1000-1002.

Persæ, eorum religio, 115.
Persecutiones in christianos, antiquæ. 555 «- 7. 554-556 ; hodiernae, 784-785·
Persona Christi (i. e., ejus sapientia et sanctitas), describitur, 439-444; ejus supematuralitas et valor apologeticus, 445-446.

Pessimismus exponitur ct refutatur, «54·
Petavius, historia dogmatum, 18.
Petrus est fundamentum Ecclesiæ, claviger regni cælorum, habet potestatem ligandi et solvendi, gregem Christi pascendi, 681-687; ei promittitur et confertur primatus, 677-687: ejus primatus agnoscitur ab Ecclesia primæva, 688-695- Petrus fuit romanus episcopus, 705-710; Romam venit et ibi martyrium subiit, 704-710; quo jure primatum Romanæ Sedi affixit, 732-735.
Philosophia, differt a religione, 88 *n.* 2 ; veritates philosophies in Apologetica, 43 ; Ecclesia de philosophia definire potest, 922.
Philosophorum insufficientia ad homines docendos de rebus religiosis, 239-241 ; graviter philosophi erraverunt, 239.
Pistorienses, de infallibilitate, 749; de jurisdictione, 961 ; de membris Ecclesiæ, 999.
Pius VI, de membris Ecclesiæ, 1000.
Pius IX, de religione, 166 ; de revelationis criteriis, 268 ; de Christi existentia, 366 ; de persona Christi, 439 ; de prophetiis ejus, 489, 499 ; de propagatione Christianismi, 524; de unitate Ecclesiæ, 775 ; de adhaesione Ecclesiæ, 819, 820, 822, 826; de infallibilitate, 920, 922 ; de jurisdictione, 966, 986 ; de civili principatu Papæ, 983 ; de relationibus inter Ecclesiam et Statum, 1034, 1042, 1047; de liberalismo, 1056; et *passim.*
Pius X, de theologia, 10, 13, 22 ; de religione, 140; de revelatione, 193; de immanentia, 289, 293 ; de Christi existentia, 367 ; de Christi doctrina, 374 ; persona, 452 ; resurrectione, 499 *n.* 2, 500; de modernismo, 608, 658 *n.* 2, 660 *η.* I ; de primatu 677 ; de stabilitate Ecclesiæ, 782; de infallibilitate, 869; de auctoritate Congregationum, 957 ; de relationibus inter Ecclesiam et Statum, 1034, 1037; de liberalismo et libertatibus modernis, Kx6: et *passim.*
Pius XI, de theologia, 13, 14, 22; de conditione opificum, 390 *n.* 4, 392 *n.* 3, 804; de unitate Ecclesiæ, 771, 775; de corpore Christi mystico, 852 *n.* 4 ; de Ecclesia societate perfecta, 859-860; de actione catholica, 1016; de missionibus, 1020, 1021, 1022, 1023; de relationibus inter Ecclesiam et Statum, 1034, 1042; et *passim.*
Plinius Junior, de Christiana religione, 363 ; de Christianis, 528 *n.* 4, 543.
Plutarchns, de necessitate religionis, 168; de universalitate religionis, 176; de moribus paganorum, 535.
Pænitentia, actus religionis, 159.
Politici, 1032.
Polycarpus S., de primatu, 720; de infallibilitate, 757.
Pontifex Romanus, successor B. Petri in primatu, 711-728; jure divino, 729 ; ex cathedra loquens est infallibilis, 879-895; hujus infallibilitatis conditiones, 875; R. Pontificis magisterium sollemne et ordinarium, 946-948; R. P. jurisdictione gaudet suprema, universali ordinaria et immediata, 969-976 hujus jurisdictionis exercitium, 978 est romanus episcopus, 977; ejus jura in concilia oecumenica, 909-913 ; jus habet concilia convocandi, eis præsidendi, eademque confirmandi, 901-903; ejus civilis principatus,983-984.
Positiva theologia, notio, 15 ; divisio, 16; valor, 17; usus, 18, 22-23.
Positivo-scholastica theologia, notio 22; valor optimus, 23.
Positivismus, theoria de facti religiosi explicatione exponitur et refutatur, 127-128, 163; de beatitudine hominis, 155; errores de religione, 93 de miraculo, 307, 309, 314; de perfectione sociali Ecclesiæ, 858.
Potestas directa, indirecta, directu a, Ecclesiæ in res materiales, 103^.
Potestas ecclesiastica, notio, divisio, 935 ; potestas ordinis, 936-940 ;

potestas magisterii, 942-957; potestas jurisdictionis, 958-996.

Praecepta positiva revelari possunt, 223; Ecclesia infallibilis in praeceptis condendis, 932.

Praedicatio unanimis episcoporum, S96.

Praehistorici populi, eorum religio, 105.

Praescriptionis argumentum in favorem primatus R. Pontificum, 726.

Pragmatismus, 2S5.

Presbyteri ab episcopis distincti et eis inferiores, 670-671.

Presbyterianismus, 603, 607, 670.

Presbyteriani seu Calviniste, 603, 607, 658, 670.

Primatus Petro ac R. Pontificibus collatus, notio, 673; in B. Petro, 676-703; in R. Pontificibus, 711-727. V. *Petrus* Pontifex *romanus*.

Primaeva religio, 165, 409.

Primitivi, eorum religio, 106.

Professiones fidei, i 110.

Propagatio Christianismi, existentia, 526-532; impedimenta gravissima, 543-544; media naturalia inefficacia, 545; causæ insufficientes, 548-549; vera causa est potentia De»» 546-547.

Prophetæ, nomina, notio, 410; ministerium ordinarium et extraordinarium, 411; prophetæ majores et minores, 412. Praedicatio prophetarum factis et scriptis, 414-417; est supematuralis et divina, 418-422; probat originem divinam Messiæ et Christianismi, 423; prædictiones prophetarum variæ, 424: praecipuæ sunt messianicæ, 425-433; probant divinitatem Christi et Ecclesiæ, 434-436. Propheta *Christus.*, 48S-496.

Prophetia, notio, 331-332; heterodoxy notiones, 333; possibilitas, 334 335; discernibilitas, 336; valor apologeticus, 337; prophetiae Veteris Testamenti, 424-437; præsertim messianicæ, 430-437; prophetiae Christi, 488-496.

Propheticum argumentum in praedicatione prophetarum, 417.

Prosperitas quoad temporalia bona, sive apud catholicos sive apud protestantes, 805-807.

Protestantisraus, historia et praeipuæ sectæ,6oi-607; conceptus Ecclesiæ juxta protestantes, 602,603, 604, 606, 607; proteslanticæ ecclesiæ carent notis veræ Ecclesiæ, unitate, 777, catholicitate, 781, sanctitate et fœcunditate, 809-810.

Protestantismus liberalis, character et fautores, 606; errores de criteriis revelationis, 273, 282; de miraculo, 307; de prophetia, 333; de certitudine, 351; de doctrina Christiana, 373; de praedicatione prophetarum, 41S; de Christo, 463, 470; de ejus resurrectione, 520; de Ecclesia, 606, 614, 624, 638; de episcopis, 658; de primatu Petri, 675, 698, 704; de infallibilitate, 749, 764, 869, 879, 904; de adhæsione Ecclesiæ, 819; de perfectione sociali Ecclesiæ, 858; de jurisdictione, 961; de dominatione Status in Ecclesiam, 1032; de Traditione, 1085; de inspiratione, 1156; et *passim*.

Psychologice probatur religionis necessitas, 123-157.

Psychologistæ, de origine religionis, 138.

Puseystæ seu Ritualistæ, 605.

Quadratus, apologeta, 53; de miraculis Christi, 474.

Ratio humana, quid cognoscere valeat relate ad religionem naturalem, 226-244; relate ad veritates supernaturales, 245-248; ejus autonomia non violatur a revelatione, 204, 218.

Rationalismus, origo et propugnatores, 64; errores de necessitate cultus externi, 173; orationis, 180; de revelatione, 193, 201, 206, 215, 226, 245, 253; de criteriis revelationis, 273; de miraculo, 309; de prophetia, 334; de doctrina Christiana, 396, 400; de predicatione prophetarum, 418; de Christo, 439, 450, 460, 462, 470, 477, 488; de morte et resurrectione Christi, 502,

5’7. 5’9. 5; de propagatione christianismi, 514, 549Î de episcopis, 658;-de primatu Petri, 675, 698, 704; de martyribus, 555, 570; de Ecclesia, 614, 624, 638; de infallibilitate, 749, 869, 879; de sanctitate, 794 ; de adhæsione Ecclesiæ, 819; de perfectione sociali Ecclesiæ, 858; de dominatione Status in Ecclesiam, 1032; et *passim*.

Regalistæ, 1032.

Regimen Ecclesiæ monarchicam, 738; unitas regiminis in Ecclesia, 776; non in Protestantisme, 777; nec in ecclesiis orientalibus separatis, 778.

Regnum Dei et regnum cælorum in Evangelio, 627-628.

Regnum Dei,.est Ecclesia, 635; sed non unice regnum internum, 638-639 ; aut mere eschatologicum, 630-632; externum, 634-636.

Regula fidei, notio, dotes, species, 742; regula fidei catholica cum protestantica comparatur, 742-748.

Relationes Ecclesiæ et Status, 1026-ï054.

Religio, notio, S4-92 ; elementa, 89; actus, 91; divisio, 94; notiones heterodoxæ, 93 ; possibilitas et unicitas, 96-97; necessitas pro individuo ex universalitate facti religiosi, 99-122; explicati per essentialem indigentiam hominis relate ad religionem, 123-161; necessitas pro societate civili, 166-170; de origine religionis, 163.

Religio Christiana, a Christo praedicata, 375-378;superexccllens, 381-393; supematuralis, 394-396 ; transcendit alias religiones, 572-587. V. *Christus*.

Religiones in mundo (tabella), 610.

Religio spiritus, juxta Modemistas, 253-

Resurrectio Christi est miraculum intellectuale et physicum, 499, 505; Christus vere resurrexit, 506 ; apparuit, 510; resurrectio data in signum missionis divinæ, 521 ; probat ejus divinitatem, 522.

Revelatio, notio, 189-192; species, 194-197; origo, 198; supematuralitas, 199; possibilitas revelationis immediatae, 201-204 ; mediatae, 207-208; mysteriorum, 216-219; moralis necessitas revelationis, quoad veritates religionis naturalis, 226-244;absoluta, quoad veritates supernaturales, 245-250; obligatio revelationis accipiendae, 252-257 ; et inquirendae, 258-260; revelationis criteria, praesertim miraculum et prophetia, 264-341 ; de certitudine quoad revelationis factum, 342-356.

Romani, eorum religio, 119.

Roma, vocatur Babylon, 709; ad Ecclesiam Romæ fundatam conveniunt fideles,-714; usque ad finem mundi Roma extitura, 735. V. *Ecclesia Romana*.

Sacerdotes scientiam theologicam acquirere debent, 13.

Sacerdotium catholicum, 799.

Sallustius, de moribus paganorum, 238.

Sanctitas, notio, 792 ; sanctitas communis, perfecta, heroica ; interna et externa, personalis et realis, 792-800; sanctitas Christi, 442-446 ; nota Ecclesiæ, 793. Ecclesia gaudet sanctitate principiorum et membrorum, 797-801 ; ecclesiæ vero orientales et protestantes eam non habent, 808-810; sanctitas apud sectas et infideles, 808.

Sapientia Christi supereminens, 441.

Scandala Ecclesiæ sanctitati non obstant, 811.

Scandinavi, eorum religio, 121.

Scientia, theologia est scientia suprema, 10; scientia differt a religione, 88 ; non evertitur a miraculo, 311; et aliquando miraculum investigare potest, 317.

Schisma orientale, 598. V. *Orientales ecclesia*.

Schismatici suntne membra Ecclesiæ, 1009.

Scholastica theologia, notio, 19; valde approbatur, 20; usus, 21.

Scriptura S.» notio, 1145-114Ô; existentia, 1147-1151 ; inerrantia, 11S5-1190; interpretatio, 11911208; comparatur cum Traditione, 1209-1211.
Sedes Apostohca. V. *Poti/ijes Romanus.*
Sedes Romana, nunquam primatus a Sede Romana separabitur, 733 ; sed Sedes non supponit residentiam in Urbe vel Romæ existentiam, W
Semi-Rationalistæ, 193, 214, 245, 282.
Semite, eorum religio, 116.
Seneca, de ejus doctrinis, 39S ; de moribus paganorum, 534, 536, 537.
Sensus communis fidelium, notio, 1138; auctoritas, 1139-1141.
Separatio inter Statum et Ecclesiam rejicienda, 1032.
Sepulcrum honorificum Christi, 503; vacuum, 507-508.
Servitus, rigor servitutis apud paganos, 537 ; per Christianismum temperata et denique extincta, 538.
Sinenses, eorum religio, 110.
Siricius S., de primatu, 719.
Sixtus V, theologiam scholasticam commendat, 20.
Societas, notio, **622,** elementa, species, 623, 643; Ecclesia est societas proprie dicta, 624-629; visibilis, 634-637; externa, 617-620; hierarchica, 643 sq. ; monarchies, 672 sq.; supematuralis, 838 sq.; perfecta, S57 sq. ; Ecclesia et Status sunt societates distinctæ, perfectae, inaequales, 1030: non separandae, 1034.
Societas civilis. V. *Status.*
Sociologismus, de origine religionis exponitur et rejicitur, 141, 144.
Spiritismus, 156, 330; et miracula Christi, 480.
Spiritus internus non est critérium revelationis, 273.
Spiritus S., anima Ecclesiæ, 853; cor Ecclesiæ, 853.
Stabilitas, nota Ecclesiæ, notio, 774; existentia, 782-785; stabilitas invicta probat divinam Ecclesiæ Romanæ originem, 789.
Status, necessitas religionis pro societate civili, 166-170; Status distinctus ab Ecclesia, 1030; non ab ta separandus, 1032; potestas Status in res materiales, 1040; indirecta potestas Ecclesiæ in Statum, 1042, Status in suis relationibus cum Ecclesia, 1049· 1051 ; jura et officia Status relate ad libertatem conscientiæ et cultuum, 1068-1069.
Stephanus papa, exercuit primatum, 719.
Subjectiviste, errores de revelatione, 193; de criteriis revelationis, 282.
Suetonius, de Christiana religione,363, 493 ; de moribus paganorum, 535.
Suggestio religiosa non est causa miraculorum Christi, 481.
Supernaturale, notio, species, 46-47 ; supematuralis ordo et finis, 48-49.
Superstitio differt a religione, 88.
Sylvester I, papa, primatum exercuit, 719.
Symbola, de symbolis in genere, 1102-1103; symbolum Apostolorum, 1104-1105 ; symbolum nicænum, 1106-1107; symbolum athanasianum, 1108-1109.
Symbolum Nicænum de resurrectione Christi, 500 ; de catholicitate Ecclesiæ, 779.
Syncretismus, exponitur et rejicitur, 400-405; multum differt a Christianismo, 401-405.

Tabella temporum quo libri *N.* Testamenti scripti fuerunt, 368 ; religionum,6xo;apparitionumChristi, 509; conciliorum generalium, p. 792-793.
Tabouismus exponitur, 132; rejicitur, 137.
Tacitus, de Christiana religione, 363, 528; de moribus paganorum, 534, 543 ; de martyribus, 555, 556.
Tertullianus, apologeta, 52, 53, 337 ; de numero Christianorum, 528; de martyribus, 563, 564; de primatu, 703, 7°5> 714 ; de infallibilitate, 759> de Traditione, 1091.
Testimonium Christi de seipso, 447-458 ; ejus valor, 459-461.

Theologia, notio, 2; est scientia, 4; inductiva et deductiva, 6; speculativa simul et practica, 7 ; distincta a fide, 8; vocatur sapientia, 9; ejus excellentia, 10; necessitas, 12; theologiæ partitiones, 15; positiva, 15; scholastica, 19; positivo-scholastica, 22; partitio theologiæ, 25-26; de dispositionibus ad theologiam, 27.
Theologorum, notio, 1130; auctoritas, 1132-1x35.
Thomas S., de notione theologiæ, 2-3; de ejus excellentia, 11, 22; Summa theologica, 25; de dispositionibus ad theologiam, 27 ; opera apologetica, 60; de notione religionis, 90; de beatitudine hominis, 149, 152 ; de oratione, 182 ; de revelatione, 186, 195, 208, 219, 220, 226, 243, 247, de criteriis revelationis, 269, 270; de miraculo, 297, 300-305, 3I°-3I3, 32I› 324. 326-327; de prophetia, 330; de certitudine, 3'43, 345; de doctrina Christiana, 373,387; de Christi miraculis, 466 ; de resurrectione Christi, 514; de propagatione Christianismi, 523; de martyribus, 551 : de institutione Ecclesiæ, 625, 644; de primatu, 697-737 ; de notis Ecclesiæ, 791 ; Ecclesia corpus mysticum Christi, 847 ; de jurisdictione episcoporum, 995; de potestate Ecclesiæ in Statum, X042; et *passim.*
Tolerantia religiosa, notio et species, 1044; absoluta est illegitima, 1045; relativa positis conditionibus est licita, 1046-1047.
Totemismus, de origine religionis exponitur et refutatur, 142-144; totem definitur, 142 *n.* 1.
Traditio, notio, 1077; species, 1082; traditio divina, dominica, apostolica, ecclesiastica, 1082; dogmatica et moralis, 1083; inhæsiva, declarativa, oralis relate ad Scripturam; testes et monumenta traditionis, 1080; Traditio existit et est fons revelationis a Scriptura distinctus, 1086-1095, 743-745; Traditionis cum Scriptura comparatio, 1209· 1211.
Traditionalists, error de revelatione. 226, 23I;
Tribunalia romana, 981.
Tridentinum C., de necessitate theologiæ, 13; de hierarchia, 648; de episcoporum successione apostolica, 660; de Ecclesia corpore Christi, 846 ; de potestate jurisdictionis,963, 966, de Traditione, 1086; et *passita.*
Tropologicus sensus, 1194.
"Tu es Petrus ", authentia et valor historicus hujus textus, 678 m. i.
Typicus sensus, 427, 1194, 1196.

Unitas, notio, et species, 771 ; nota Ecclçsiæ Romanæ, quæ possidet unitatem regiminis, fidei et cultus, 775 ; non autem aliæ ecclesiæ, 777 ; ideo sola est divina, 787.

Vacuitas sepulchri non explicatur sine vera resurrectione Christi, 507.
Vaticanum C., de excellentia theologiæ, de fide, 45; de revelatione, 199, 202, 207, 211, 216, 219, 229, 232, 246, 254; de criteriis revelationis, 277, 282, 293; de miraculo, 297, 306, 310, 3x5, 325; de prophetiis, 489; de certitudine revelationis 349 ; de doctrina Christiana, 383, 385; de propagatione Christianismi, 524; de institutione divina Ecclesiæ, 625, 635, 648; de primatu, 677, 698, 699, 701, 711, 724, 729, 733; de infallibilitate, 750, 874, 880, 888, 895, 896, 911, 916, 922, 947 ; de notis Ecclesiæ, 767, 768, 773, 775, 782, 790; de potestate jurisdictionis, 963, 966, 971-975; de Traditione, 1086; de Scriptura S., 1147; et *passim.*
Vaticinium. V. *Prophetia. Propheta. Mcssianica vaticinia.*
Veritates naturales per theologiam cum certitudine demonstrate 12; ad summam veritatum naturalium de religione cognoscendam revelatio est necessaria, 226-244; veritates naturales cum dogmate connexæ

objectum secundarium infallibilita-

Veteres Catholici, 879.
Victor, papa, exercit primatum, 718.
Vigilius, papa, de tribus capitulis, 9^9-
Vincentius Lirinensis de necessitate vivæ auctoritatis, 745; de Traditione, 1094;
Visibilitas maţerialis et formalis competit Ecclesiæ Christi, 634.
Visiones pneumatic®, theoria falsa circa apparitiones Christi redivivi, 520.
Voluntarismus, 285.

Zephirinus, papa, exercuit primatum, 718.
Zoroastres, 115.
Zozimus, papa, docuit primatum R. Pontificis, 719; et ejus infallibilitatem, 086.

Index ad *mu vitres ixamxaîts* remittit.